SALVSTII TIBERII A CORNETO

FORMVLARIVM
CVIVSVIS GENERIS
INSTRVMENTORVM,

Ad ſtylum, & communem vſum Romanæ Curiæ, Vrbis, & Orbis accomodatiſſimum, receptiſſimum, & vtiliſſimum.

Coniectis in hoc Proſperi illius Campani, Vincentij Monaldi, & aliorum peritiſſimorum in arte Virorum formis aliquot, & exemplis recognitis, & comprobatis Teſtamentorũ, Donationum, Feudi, Conceſſionis, & Primogenituræ, aliorumq. contractuum, maxima Auctoris diligentia vndecunque conquiſitis, atque collectis.

Cum extenſione, & explanatione etiam ipſius Auctoris, ſingularum, ſingulis tabulis pro earum varietate variè interiectarum: nec non declaratione diuerſarum materiarum ad artem Notariatus pertinentium. Cum Breui tractatu de Clauſulis quotidianis variorum inſtrumentorum. Et modo procedendi ad executionem litterarum compulſorialium.

Et in hac poſtrema editione multis in locis auctum, & locupletatũ.

Indice adiecto, vel copioſiſſimo, quo ſingulis Formulæ, harum Clauſulæ, artis variæ Materiæ, cum declarationibus, & determinationibus earundem capitulaq. ſingula, nullo negotio, reperiri poterunt.



R O M Æ,

Ex Typographia Angeli Bernabò à Verme. M. DC. LXIII.

SVPERIORVM PERMISSV.

Eiuſdem ſumptibus Typographi.

Imprimatur, si videbitur Reuerendiss. Patri Magistro Sacri Palatij Apostolici.

O. Archiep Patrac. Vicesg.

Imprimatur.

Fr. Seraphinus Bartolinus Socius Reuerendiss. P. Mag. Sac. Apost. Pal. Ord. Præd.

FORMVLARII INSTRVMENTORVM

LIBER PRIMVS.

SALVSTII TIBERII A CORNETO.

De Officio Notariorum Cap. 1.

1 *NImia Tabellionum imperitia mundum destruit.*
2 *Quodam dicuntur de Notarijs notatu digna.*
3 *Notarij experti sunt summopere laudandi.*
4 *Renunciatio benef. vell. facta ad certificationem Notarij legum ignari, inualida est.*
5 *Secus si iuramentum interuenit.*

NOTARII officiũ magne auctoritatis est, maioris tamen periculi, quippe, quia dicebat Baldus consilio sexto libro 1. & in repetitione Iassonius in lege si filius a patre column. final. ff. de liber. & posth. quod nimia notariorũ im-1 peritia mũdũ destruit, & ponit cõscientiã proborũ virorũ in magno discrimine, & subdit. ibi Alex. q. Notarij multoties sũt 2 imperitiores testatore, & dicit Roman. singul. 52 quod sũt sicut psitacus, & pica, qui stat in domo Dominorũ, & dicunt ea, quę audiunt, & nesciunt, quid dicant; nõ desũt tamẽ multi legales, & experti, quorũ operę necessarię sunt, & hi summę laudãdi, & honorandi Cagnol. in l. si librarius n. 1. ff. de reg. Iur. optimum igitur foret, vt aliqua Pontificia Constitutione prouideretur, vt non nisi præuio diligenti examine idonei 3 Admittãtur, imperiti veró explodãtur. Cęterum hic quædã animaduertẽda statui, quę obseruari debeant ab ipsis Notaris, & quæ ad eorum officium spectẽt, virtutẽq; & intellectum clausularum diuersorũ instrumentorum contractuum, & vltimarũ voluntatum pro meis licet tenuibus virib. explicare quoniã si in instrumẽto, vt puta mulierum, vel minorũ, filiorum fam. asserãt. Notarij se eos de benef. Senatuscõsulti Velleiani, aut Macedoniani certiorasse, si tamen interrogentur, quid sit Velleianũ, vel Macedonium, respondeãtq. se nescire, cõtrouersũ, nec semel dubitatũ fuit de validitate talis instrumẽti, nec defuerunt aliqui qui affirmarunt talem renunciationẽ non valere, vt per Rip. in l. centurio col. 17 ff. de vulg. Ias. in l. si duo patroni §. idẽ Iulianus col. 3. & 4. ff. de iureiur. idem Rip. in l. 1. col si cert per Alex. in apostil ad Bart. in fin. §. fin. ff ad vell. Felyn. in cap. si diligenti, de prescript. licet stante iuramento contrarium teneat idem Alex. in l. sciendum col. 1. sub n. 33. in fin. ff. de verb. oblig Alcia. de præsump. 13. Cępol. cons. 195. & hanc opinionem sequitur Cagno. in d. l. si librarius sub n. 35, ideò non inutiliter statuendum fore censui, libellum hunc in lucem, edere, si non professis, saltem tyronibus profuturum.

De venditione Cap. II.

1 *FOrmulam instrumenti venditionis damus, habes infra in 2. lib.*
2 *Requisita instrumenti.*
3 *Clausula illa sponte, & ex eius certa scientia quid operetur in contractu.*
4 *Confines rei vendita, quomodo, & qualiter sint exprimendi;*
5 *Confines in instrumẽto enũciati probant dominium.*
6 *Clausula (iure proprio) ponitur quando venditio fit à vero Domino proprietatis.*
7 *Clausula (vendidit, & dedit) quid operetur*
8 *Differentia inter dare, & tradere.*
9 *Clausula illa (tradidit) quando debet poni in instrumento.*
10 *Forma assecutionis possessionis vigore clausula*

1 Sicut in cuiuslibet cōtractus initio nomen Domini est inuocandum, & aliæ 2 requisita pro illius validitate præmittēda sunt, de quibus habetur per Bart. in l. non putauit §. non quis ff. de contract. & in l. diuus ff de testam. milit Bald. in l 1. C. de iur. & fac. ignor. ita etiam in hoc meo opere inchoando, & prosequendo diuinū auxiliū humiliter imploro, vt ille sit à meis dexteris, qui bona cūcta mortalib. tribuit & fons est sapientię & omnium sciētiarū elargitor, vt mentem meam illuminet, linguamq: meā dirigat, vt in huiusmodi cōtractus clausularum explicatione referre & exprimere valeā quę diuinæ maiestatis gratia, adiutores præsertim notariosde lectent, eosq: in eis instruant ad laudē, & gloriam suę incomprehēsibilis diuinitatis eiusq; gloriosissimę, matris, & totius cælestis curiæ Ad euidentiā igitur clausularū 3 præscriptæ formæ, præmittēdū erit, quod clausula illa (sponte, & ex eius certa scientia, & spontanea voluntate) licet confessio errantis nulla sit, in tātum qnod iuramētum reddit inualidum secundum Bald. in cap. 1. item sacramēta in 2. col. de pact. in ram. firm. tamen secūdū aliquos, ll. interpretes, clausula hęc tātæ est virtutis, qnod error probari nō potest, addit. Bāld. in l. 4. §. fin. ff. si quis caus. ibi tamē vide de modo probandi, idem etiam attestatur Alex in l. si dari sub n. 2. ff. de verb. oblig. Item tollit conditionem indebiti, quæ non competit promittenti indebitum sciēter, Bart. in l. fin. idem quæsijt in 1. col. vers. & per hoc puto ff de con. indeb. vbi dicitur, quod nisi d. clausula ponatur, non tollitur cond. indeb. amplius dicit Alex. ib. in §. 1, quod dicta clausula (ex certa scientia) operatur, quantum clausula (& indebite promissio facta cōstaret, ex nunc donat) vt per Bart in d § idem quæsijt in 1. col. in fin.

4 Confines autem rei venditæ singulatim describantur, nam res immobiles alienatę seu venditæ determinari debet in instrumento, per quantitates, qualitates, loca, & latera, vt per Speculat. in §. nunc sciendū 3. part. lib. 4. sub n. 11. de empt. & vendit. Confines autem in instrumento enū5 ciati, præsertim in facto antiquo probant dominiū inter partes enunciantes & illis statur, vt not. in l. cū aliquis, & ibi glos. in vers. ex hoc C. de iure deliberan. quia quilibet Dominus præsumitur scire confinia rei suæ, v. dicit Alexan. in conf. 89. in 2. col. 3. vol.

6 Nota, quod clausula illa (iure proprio) ponitur, quando venditio fit à vero Domino proprietatis, ille enim dicitur possidere pleno iure, qui possidet. vt Dñus l. 1. C. de reuocand donation & quando quis habet proprietatem, & vsum fructum, & ius alie-

alienandi tanquam rem propriam, tunc illius dominium in accipientem transfertur,& hoc dicitur ad differentiam rei em phiteoticę, quæ ab ipso emphiteuta tradi seu iure proprio vendi non potest: quia ad eum proprietas non pertinet. vt per Specul in d.§. nunc sciendum sub num 7. vers.iure proprio eod. tit. Clausula (vendidit,dedit,& concessit) operatur, quod si venditor est Dominus,intelligitur dare idest dominium transferre in emptorem, vt per Bart.in l. exempto in fin princ. ff. de act. empt. & plenius in fin.in 1.col. in vers.& ideo instrumenta,quæ fiunt, ff. de cond ob caus,Differentia autem inter dare, & tradere est scilicet dare; idest dominium transferre,si venditor est Dominus, vt superius dictum est;si verò non est Dominus,tunc solum tradere intelligitur, vt per eundem Bart. in d.l exempto eod. tit.

7

8

9 Illud quoq; non est ignorandum,quòd clausula illa (tradit) posita in instrumento vendit onis,seu donationis,probat traditionem solum,quando tempore instrumenti potuit interuenire, vt puta qui res vendita erat præsens,alias regulariter probat licentiam apprehendendi possessionē Bald.sing. in l.iudicia C de rei vend in 1. col in vers sed iuxta hoc quæro, Lāfranc, in cap.quoniam cōtra vers. testes de prob. Eo enim casu tunc in instrumento sic dicetur,cuius rei possessionem idem vendi-

10 tor coram me Notario, & testibus infrascriptis,rradidit ipsi emptori,ibidem præsenti,ostium ipsius domus in eius manib. ponendo,& ipsum in dictam domū corporaliter introducendo: qui emptor ipsā possessionem corporaliter apprehendens, asseruit, & protestatus fuit se ex nunc nō tantum corpore,sed etiam animo posside re. Si autem de terra dicatur, ipsam possessionem corporaliter intrando, & de terra,& de frondibus accipiendo, & asserendo,& protestando se, non tantum corpore, sed etiam animo possidere.

11 Clausula illa ad habendum,tenendum, &c. tenendum scilicet naturaliter, & de facto intelligitur, possidendum verò ciuiliter,& de iure,quia ciuilis possessio cau sa domini acquirēdi inuenta est;licet pos sessio sit tantam naturalis; & non ciuilis vt illa, quam habet emphiteota, vsufructuarius, vel vassallus,vt per Specul.in §. 1 lib.4. sub nu. 2 de empt.& vend.cui additur etiam,& perpetuo faciendum,quod videtur locum habere in rebus immobilibus,quarum dominium trāsit in accipiētem,vt perpetuo,& sine præfinitione temporis emptori,& eius successoribus, sicut vero Domino liceat facere de re empta. quicquid velit, vt ibi sub dicto numero.

12 Cessit omnia iura, & actiones reales,& personales: & in rem suam constituit dictum emptorem, operatur, quod possit emptor agere rei vendicatione, quamuis non sit secuta traditio Dyn.in reg pro possessore lib 6 Bar. in l si ager, in fin.

Item operatur, quòd secundus emptor non teneatur denunciare litē motam suo authori,sed potest denunciare primo venditori, (idest auctori venditoris sui) Bart. in l si pro §.pro euictione in fin.ff.de euictione,& plenè in l.sul §, qui fundum in 2 col in princ in vers.quæro vendidi ff.de verb oblig idem Bart.in l per diuersas C. mandati,& quod emptor possit agere cōtra auctorem venditoris sui, vt suscipiat in se iudicium euictionis,Bald.in l.1.in fin C de iur dot.

Item operatur,quòd conductor,vel inquilinus teneatur stari emptori,cui alius non cogeretur, vt per Bart.in l.qui fundum ad fin. ff locati.

Item operatur, vt in emptorē transeāt directæ actiones, sine cessione, sine qua alias transirent vtiles tantum,idē Bart. in l.creditor §.pen.ff.de act empt quem omninò vide in l.si ager. ff.de rei vend. Item operatur,vt possit emptor dictam rem loco pignoris retinere, Bart. in l.fin. in princ.ff de distract. ping.

13 Directa autem est illa,quæ oritur ex cōtractu,vel quasi contractu.Vtilis autē est illa quæ datur cessionario,vel emptori,vt per Castr.in l.ex legato sub n 1. C.de legatis. Et quare dictum sit prius de realibus quā personalibus, cum quemadmodū personæ sunt dignores reb.l.iustissime in prin. ff.de edil.edict ita actione personales debēt cæteri digniores realib. Tu dic quod licet personæ sint digniores rebus,tū actionēs reales censentur digniores personalibus,quia firmius habent,& plenius præualēt,nam competūt pro iure quod quis habet in re contra quemcunq. detinentem, quāuis nullo iure sit obligatus.Personales

autem competunt pro iure, quod quis habet ad rem, seu pro obligatione quam habet contra obligatum, & sic contra alium non competunt, Ias. in l. 1. ff de reb. cred. sub nu. 13. & 14.

14 Clausula dans licentiā emptori intrandi possessionem propria auctoritate, & donec &c. constituit se præcario nomine possidere. Operatur, vt emptor possit propria auctoritate possessionē capere, quod alias non posset, vt per l. ex stipulatione, & ibi Doctor. & Paul. de Castr. de acquir. possess. qua licentia nō tributa emptor de vi teneretur quia vim cōmittere videretur, vt in d. l. fin ex stipulatione eod. tit. Peregrin. decis. 312. nec ignorandū erit quod

15 ex dicto constituto transfertur ciuilis, & naturalis possessio, vt per Par. decis. 2. de empt. & vend Dec. in l. fin. C. de edict. Diui Adrian. tollen. sub nu. 5. in tantū, quod constitutarius remedium habet recuperādæ possessionis in casu spoliationis, non minus quam si plenam, & realē possessionem habuisset, vt per Tiraquel. in tract. cōstituti 11. ampliatio, Afflict. decis. 193. Rex Ferdinandus n. 91. quam plures alij effectus huius clausulæ constituti singulatim enumeratur per Petr. Graninam post formam venditionis liberet. in verb. aduerte notario vers. 7. quæro.

16 Aduertendum est tamen, quod ad hoc, vt dicatur realis emptio, pretium verè interuenire debet, vt dicit glo. in l. fin. C. de prædijs, & Bald. in l. ex conuentione C. de

17 pactis, & propterea bene erit dicere in instrumento, quod pretium soluitur in præsenti & numerata pecunia coram notario & testibus, quo casu non est opus renunciare exceptioni non numeratæ pecuniæ, vt per Specul. 3. part. lib. 4. sub num. 27. de empt. & vend. secus si pretium non numeratur, vt ibi.

18 Deueniendo ad intellectum clausulę & si plus valet, &c. quæ est nobilioris momenti, & maioris dubitationis, dico quod si in instrumento simpliciter diceretur, si plus valet, vēditori emptori donati, &c. illa verba referuntur ad modicam quantitatē, vt per Gabriel. conclus. 1. lib. 3. sub num. 56. de empt. & vendit. Ergo si excedit vltra dimidium iusti pretij, nō potest dici, quod

19 sit donatio, & consequenter rescinditur, ex remedio l. 2. C. de resc. vend. secus autē quādo illud plus principaliter cōtrahentes voluerunt donare, & per Paris. in cons. 128. nu. 33 vol. 1. Et propterea ad hoc tollendū, optimum est vti clausula magis ampla, & clara, scilicet, & si res plus valeat id totum spontè, & ex eius certa scientia donauit, siue in magna, siue in parua quātitate cōsistat, etiam si multum excederet dimidium iusti pretij, Menoch. de arbit. Iud. cas. 144. sub nu. 16. qui casu licet locus esset rescissioni vēditionis ex dicto remedio l. 2. tamen remanet donatio, quæ non rescinditur; vt per Alex. in l. si quis, cum aliter sub nu. 23. in fin. de verb. oblig.

20 Nec inutile videtur dicendum in dicto instrumento, quod venditor renunciat dicto remedio l. 2. C de rescin. vendit. specificè, & omni legum auxilio, quia per talē renunciationem indubitanter venditor excluditur ab illius beneficio, Afflict. decis. 220. sub nu. 1. Gabriel. concl. 1. lib. 2. de empt. & vend. quia renuncians cum iuramento est similis scienti l. quęritur, § si vēditor ff. de edil. edict. Loffred. in cons. 23. col. 3. quo casu non datur absolutio à iuramento: saluo nisi læsio esset enormissima, vt per Ias. in auth. sacramenta puberum C. si aduersus vend sub n. 43. quod intellige, quando non sunt statuta in oppositū, quia tūc minime mutanda sunt, quę legē certam habuerint l quod si nolit § quia assidua ff. de edilit. edict. & l. minime ff. de legib. Illud quoq; ad relatum propositum

21 non est prætereundum, quo ad insinuationem dictæ donationis, quod tetigit idem Alex. in d. l. si quis cum aliter dicens, hoc tantum solum per Io. Cal. in cons. suis super rubr. de empt. & vend. in cons. 11 tenētē, quod insinuatio nō requiratur. Quia debet inspici id, quod principaliter agitur in contractu ven. & quod contrariū scilicet quod non requiratur insinuatio tenet Ro. per l. cum hic status §. pen. vers. idem respondeo de donat. inter vir. & vxor. & l. si quis donationis C. de contrah emp. Bald. in rub. eodem titul. vbi dicunt, quod talis non est vera donatio, & sic videtur, quod non requiritur insinuatio. per Gloss in l. Aquilius de donat. sed cum Alex. ibi non decidat, nec ego hic decidere volui, quia non est articulus noster, sed tantum dico quod si dubitaretur de læsiua venditione, curarem non inutiliter apponi in instrumen-

mento, quod ipse venditor donator constituat eundem donatorium, Procuratorem irreuocabilem cum iuramento ad quando,& quoties ipsi placuerit, comparendum eius nomine coram quocunque Iudice,absque alia citatione, & quatenus opus sit dictam donationem insinuandum & insinuari petendum, ac decretum iudicis, & auctoritatem interponi petendum, Impatrandum,& obtinendum, & quæcunque alia requisita circa dictam,Insinuatio nem faciendum.

22 Amplius antequam à conscriptæ formulæ clausulis, & illarum intellectu recedamus, si etiam de aliis clausulis euictionem concernen sermonem facimus; nam promissio de defendendo emptorem ab omni molestia, & molestante persona, qui operetur, vide ad hoc Bart,in l. venditores,paulo post princ. ff. de verb. obligat. & in l.ratio in prin. de action.empt Spec in 3 par.lib.4.§. 1.sub num. 36.de empt.& ved.tit. vbi dicit, quia cum lis iniusta fuerit, quod patet, ex eo quod empor obtinuit,non tenetur ei véditor ad aliquid pro iniusta lite, quantumcumque promiserit eũ defendere ab omni persona,& vniuersitate: quæ intelligitur contra mouentem litem legitimè,& iustè, vt tibi in tantum, quod tunc venditor non tenetur de Iniqua sententie lata, contra emptorem in causa euictionis, Angel. in consil. 113. incipien. (In Christi nomine) præmittendum est, quãdo Iudex omnino processit extre ordinem iuris,sed iniustitiam facit.

23 Ad hoc igitur, vt venditor omninò teneatur,ne dum ad expensas, verum etiam in causa euictionis: Non inutile in præscripta forma scriptum est,quòd venditor teneatur de defendendo emptorem de iure & de facto, etiã quòd sequatur euictio in petitorio,siue in possessorio, etiam per iniuriam,vel iniustam sententiam iudicis,& per Bart in l.stipulatio iusta in princip. 3. colum. in vers.quæro aliquis vendés, ff. de verb obligat.l & ibi Alex.& Bal.in l.fin In 1.colum. in verb.quærunt doct. C.de act. empt. Item operatur,quod sententia lata contra emptoré nocet venditori,Bald.singul.in l finali in 2 colum.in princ.&in verbo quæro, quod operabũtur,secus sine dictis clausulis (vt superius probaui) quibus 24 alio,quod expulsus de possessione,etiã quod ex interdictio, vnde vi succubuerit non agit de euictione. vt per Ias.in l.si domus,§. de euictione sub numero 13.ff. de legat.primo. Ideo non ab re si in præscripta forma ponitur pactum, quod véditor teneatur de euictione,si res euicitur,quocunque remedio possessorio. Nec absonũ

25 videretur,cum venditor promittit litem non inferre,neque Inferrenti consentire adiicere aliquam pœnam,quia si facit, & quod extra ius:faciat pœnã incurrit l. dinus in priu ff.de pe.arg.extrac pe desimonie:litem in se suscipere, &c. hoc pactum

26 potest emptori, quia nisi fieret,non teneretur venditor de iure reficere expensas litis,nisi succubuerit l.petitor, C. de euict. quia emptor rem suam videtur egisse, ex quo obtinuit, quia cum lis iniusta fuerit, quod patet eo quod emptor obtinuit,non tenetur ei venditor ad aliquid pro iniusta lite,(quantumcunque promiserit) eum defendere ab omni persona, quia intelligitur contra mouentem sibi litem legitimè,& iustè, vt superius probaui secus ex pacto,vt in dicta l. venditores,ff de verb. obligat.

Vbi autem venditor promittit,tam causam principalem, quam accessoriam suis sumptibus prosequi, &c. Istud pactum vtile est, in tantum quod si non pascitur

27 emptor, tenetur appellare postquam primã causam egit,vt per l. Herennius, ff. de euict § Caio, secus cum dicto pacto,vt per Specul..in §. 1. de empt. & véd.sub n. 26 lib.1.3. par licet Bald. contrariũ affir-

28 met,quod emptor victus in petitorio,non debet appellare,quia presumendum est pro sententia,vt in l emptor sub num.6.in princip.C.de euict.secus in possessorio, vt ibi, vtcumque sit necessitas appellandi pacto remitti potest. C. de empto. eppell. l. fin.in fin Remittentibus enim ius suum non est regressus ad illud, vt per eũdem Specul.eod:tit sub num. 37,

29 Clausula de faciendo consentire omnes persona,&c. Operatur, quod alius habens ius in re vendita consentiet, vt in l.fin.ff. si cert:pet.institu. de inut.stit. §. si quis alium citatum per Specul: in §.1. eod.tit. ver. faciet sub num.sub num.4 par Redeundo ad

30 aliqua alia de euictionis clausulis, remanet referẽdum de intellectu huius clausulæ, si de litis euictione non fuerit certifi-

catus, in quo breuiter dico; Operatur, quod venditor tenetur de euictione (etiam si non fuerit notificatum, quod fuerit mortalis) Ang. in l Emptor, C. de euict. Bald. in l. 1. in vlt. colum in verbo item, & quæro C. de perin. & commo rei vend. licet venditor, de lite mota certificari debeat, vt per eundem Bald. in l. si cum quæro, C de euic. in princ.

31 Nec desunt aliqui Notarij, qui in stipulatione Instrumenti ponunt, quod venditor teneatur ad duplum rei euictæ pro cuius intelligentia notādum est, quod si simpliciter sub pœna dupli, illud duplum de iure refertur ad pretium conuentum, non autem ad rei bonitatem, quæ pluris est, quam pretium, vt in l si fundo, & l. cum fundus, ff. de euict. & sic exprimendo ad duplum rei euictæ, intelligitur ad æstimationem rei, quāti pro tempore plus valuit, vt per eundem Specul. in § 1. de empt. & vendit. nam duplum tantum valet, quantum tantundem, vt ibi sub nu 39, in 4. par.

32 lib 4. Et licet satis superflue dictum sit de euictionis clausulis: Nihilominus antequam eis finem imponam, hoc quoque mi hi visum est addere, scilicet quòd promittens de euictione, cum dictione illa qualitercunque res euincatur, nō tenetur si res fuerit euicta per sententiam iudicis quinō seruauit ordinem iuris, vt in sing, Hip. de Marsil. 354 incipien. in dubio alleg. Bald. in l. sancimus, in 4 col. vers. 13 quæritur, C. de iud. & ratio, quia cognoscere iuris ordine non seruato, est ius alterios auferre secundum Bal in c. 1. § seu furtum in 5 col. de pace iur. fir. Item est alia ratio, quia iudex procedens extra ordinem, dicitur procedere de facto, vt per eundem Bal. in l. ictus fustium in vlt. col. ff. de his qui not. inf.

De Emptionibus, & Venditionibus Cap. III.

1 *Plures modi hic referun tur quando venditur rei libera, & quando res non est libera.*

2 *Nemo plus dare potest, quam quod habet.*

3 *Clausula cum accessibus, & exi tibus vsque in vias publicas, quid operetur.*

4 *Clausula concedens possessionem vacuam, liberam, & expeditam, quid operetur.*

5 *Venditio casalis, seu possessionis, quando dicitur facta ad mensuram, & quando ad certum corpus.*

6 *Cautela emptoris rei alicuius hæreditaria restitutionis subiecta.*

7 *Filius non potest eligere vnam rem pro legitima nisi in casu alienationis illius.*

8 *Pater tanquam legitimus administrator filij potest alienare bona sui filij absque decreto iudicis, & quomodo fieri intelligatur.*

9 *Venditor qui arram recepit in casu pœnitentiæ, vel duplicatam vel interesse soluere tenetur arbitrio emptoris, &c.*

ET licet quamplura dixerimus de intellectu clausularum præscriptæ venditionis formulæ, non inutiliter etiam referre censui aliqua alia (circa prædicta subiectionem materiam) quælibet extra cōsiderationem intellectus dici videantur, tamē quia valde sunt notatu digna, & à notarijs pro cōmuni omnium vtilitate scitu necessaria, cum vt plurimum pro illorū intelligentia ad eos recursus habetur. Ne igitur hi errent, & alios secum errare faciant, ea sub silentio non per transiero. Hoc etiam scias ad intelligentiam plurium formarum instrumentorum venditionis, quod quinque modis ius, siue conditio rei venditæ ponitur in similibus instrumentis. Primò cum venditor rem suam asserit esse tūc dicitur iure proprio & ad perpetuum. Secundo quando pro certo asserit rem esse Emphiteoticam, vel alteri conditioni subiectā & tunc dicitur iure conditionis Emphiteoticæ debēdæ tali Ecclesiæ. Tertio cum dubitatur, an res sit propriæ, aut alterius, siue alicui conditionis subiecta, & tunc venditor liberat se, sic alternatiuè dicendo, si propriam in perpetuum, si conducticiam, vnde pertinuerit (idest) si res propria est habeas, vt propriam in perpetuum, si conducticiam, habeas cum illa conductione, ad quem pertinet. Quarto, quando certum est, quæ, & quanta pars rei venditæ sit propria, & quæ, & quanta sit conducticia, & tunc dicatur quod proprium in perpetuum, quod conducticium vnde pertinuerit, etiam hæc contrahentes exprimant in contractu, vt per Speculator in § 1. sub num. 26. 3. par. lib. 4. de empt. & vendit. Nota amplius quod in venditione rei liberæ, quod emptor asserat ad eum liberè pleno iure dominij, vel quasi, ac iure pro prio

prio, & in perpetuum, vt supra spectare, & pertinere. si autem res est emphiteotica sub proprietate talis Ecclesiæ dicatur, saluo iure, & reseruato cõsensu Rectoris talis Ecclesiæ respectu illius proprietatis, & non alias, aliter nec alio modo, de quo expressè protestatur, dicatur etiam quod rẽ vendidit, quantum ad solam possessionem, &
2 vtile dominium, quia is venditor non potest plus dare, quam quod habet, nec alteri dare, cui de iure habere non licet, & a quo res de iure auocari potest, vt in l. non videtur ff de acquir possess ex superius con-
3 scripta forma rei Vrbanæ venditioni, poteris elicere formam venditionis rei rusticæ mutandis mutatis, cui post expressionem cõfinium adde clausulam, cum omnibus suis eccessibus, & exitibus, vsque in vias publicas, quæ alias non veniret, vt per Bart in l. binas in fin. ff. de seru. vrb: vt puta si res habet speciales, & priuatos accessus, & egressus, siue per prædium vicini siue per priuatum, seu semita illi cedunt emptori, vt per speculat. in § r. de empt. & vend. sub n. 1. lib. 4. 3. par secus si simpliciter venderetur fundus, quia tunc nõ intelligitur vendere accessum, sed viam per aliũ fundum nisi expressè sit actum l. si fun-
4 dũ sub conditione §. qui fundũ ff. de legib. Clausula autem concedens possessionem vacuam, liberam, & expeditã operatur, q. etiã si alteri debeatur seruitus in re ab ea libera vendita censetur. gloss est in l. fin. in vers. vacuam, C. vnde vi, Alex. in l. 1 §. de act. empt. super qua venditione rei rusticæ
5 nota quę cũ vẽditio fuerit facta ad mensuram expressa certa quantitate iugerũ, seu rubiorum rei vẽditæ diminuitur illus pretium pro numero iugerum, seu rubiorum terræ, quæ desunt ff. de act. empt. & vend. seruum § 1. quod verùm est, vbi statutum est pretium, pro singulo rubio, vt ibi vers. 1. igitur secus si venditio fiat ad certum corpus, tunc non cadunt in mensura, vt ibi.
6 Notandum est amplius, pro cautela emptoris alicuius rei hæreditariæ restitutioni subiectæ in qua falcidia spectat ad venditorem quam rem venditor pro falcidia elegit fit in instrumento ante clausulam illam quam vẽditionem, & omnia, & singula, & ponatur videlicet. Præterea dicatur venditor. cum rẽ venditam dixerit esse de bonis hæreditatis paternæ, in quibus falcidia, & debitum bonorum subsidium sibi iura naturæ detur eandem rem in partem, & pro parte, ex falcidia sibi in bonis paternis debita elegit, & accepit, nihilominus sibi in reliquis residuo falcidiæ (si quod ad eum vltra pertinet) reseruato, quod residuũ (si quod est) pro prædictis omnibus, & singulis à se in hoc instrumẽto, promissis firmiter obseruandis, ipsi emptori speciali iure pignoris, obligauit. Dans: & cedens ei ex iura, & actiones, que & quas habeat, vel habere possit in bonis paternis ex causa falcidiæ supradictæ, vsque in summã æstimationis dictæ rei, quanti pro tpe plus voluerit. Constituens eum procuratore, vt in rem suam. Ponens eum in locũ suum, ita quod nulla alicuius restitutionis; substitutionis seu grauaminis, vel alterius rationis conditione obstante possit suo nomine actionib. vtilib: & directis iure falcidiæ supradictæ tenere, & possidere, ac defendere, & super ipso residuo falcidiæ sibi in re pignoris obligãdo se de prædictis omnibus indemnẽ ac integrum conseruare. Renuncians legibus C. comm. de lega. si duob. § emptor de euict. si fidũ, & omni alio auxilio, ad hæc C. de transact. de fideic. & de pac. l. 1. & q. not. extra de testam. amplius circa præmissam alienationem bonorum subditorum si dei commisso, nota quod filius nõ pôt sibi
7 eligere vnã rem pro sua legittima (nisi ipsi vnam rem hæreditariam alienauerit (quia alienando illam, videtur sibi pro legitima eligere, Bald in l. iubemus col. 1. C. ad trebell. vers. idem fallit in legitima, Cyn. in auth. res quæ C. cõmunia de leg. in fin Pau. de Castr. in l Marcellus §. res quæ in fine ff. ad trebell. Bal. cõs. 367. vol. 4. Corn. cõs. 146. col. fin: vers. alius, & sic tertius vol. 2. Paris. conf. 17. col. fin vol: 2. vide etiam ad hoc Menoch. de arbitr. iudic: casu. 163. sub 19 Illud quoque nõ est ignorandum, quod
8 si pater tanquam legitimus administrator filis in potestate in bonis aduentitiis filiis ratione vsufructus ad patrem spectantib. vult alienare res immobiles filii, quod in tali alienatione nõ requiritur decretũ Iudicis q. alias requiritur super alienationem rerũ immobiliũ minoris, vt per las in l Pręses Prouinciæ sub n. 2. C; de trãs. & in sign. Hip. de Mars. 498 nõ, quia lex multũ cõfidit de paterna pietate. Azo. in sũma de bõ.

quælib. in ver habet autem pater, & licet prædicti doct. simpliciter loquantur in patre alienante bona filij, absque decreto Iudicis, tamen intelligendum esse puto, cum consensu filij, vt per eundem Ias in auth. sacramenta puberum, sub num. 74. vers adde 6 limitat. C.si aduersus vendit & quod pater non possit alienare bona filij, est textus in l.1. in fin. C.de bon. mater. nec per viam transactionis, quæ dicitur alienatio, l non solum. C.de præd minorum cum pater retinendo tantum, non autem dando, vel transferendo possit transigere super bonis filij Bald in l.1. nu.2. C.de bon. mater, & ibi Pinel. par. 2. sub num. 45. vers. quos secuti fuerunt. DD. de Rota in vna Viterbiensis bonorum, coram Pamphilio

9 die 12 Ianuarij 1597. Venditor autem, qui arras recepit in casu inobseruantiæ, debet illas duplicatas restituere, vt in l.contract. C. de fid. instrum. in fin. Instituta eod. tit. Quid si emptor velit agere ad interesse vel rem? dic, quod sic, per l. traditio. C. de act. empt. & vend. eo quod in fauorem emptoris conceditur, vt sibi arræ duplicatæ debeantur in eius læsione conuerti non debet. C.de leg. eod tit. l.nulla.

De venditionibus rei minorum. Cap. IV.

1 *Formam instrumenti venditionis domus factæ per minorem, cum decreto Iudicis, & auctoritate Tutori, & inferius habes in 2. libro.*

2 *Minor non potest alienare bona immobilia, sine decreto Iudicis, & auctoritate Tutoris.*

3 *Minor potest renunciare beneficio restitutionis in integrum.*

4 *Clausula promittens & iurans non contrauenire, quid operetur.*

5 *Solemnitates adhibita in mandato procura, super re particulari non reiterantur in acta venditionis, secus in generali mandato.*

6 *Non potest constitui procurator ad petendū interponi decretum.*

7 *Statuta, non ligat regulariter forenses, secus in his, quæ respiciunt solemnitatem actus.*

8 *Clausula, prauia adhibitione, cognitionis causa, requiritur interponendo decretum Iudicis.*

9 *Clausula supplens omnes, & singulos iuris & facti defectus quid operetur.*

10 *Emptor debet esse sollicitus; vt pretium conuertatur in causam expressam.*

11 *Et quid si consanguinei recusant consentire.*

1 PRo continuatione instrumenti dictæ formæ instrumenti venditionis, poteris reassumere alteram infrascriptam venditionis formulam a & ex ea elicere, seu hanc extendere, prout in ea mutandis mutatis, hoc tamen additio quod dictus venditor iureiurando affirmet semper, & omni tempore dictam venditionem, & alia præmissa habere rata, grata, & firma, nec vllo vnquam tempore, tam respectu minoritatis, quàm alia quauis de causa contra facere, dicere, vel venire. Super quibus omnibus, & singulis præmissis tamquam ritæ & rectæ factis præfatus Mag D. iudex (vt supra) pro tribunali sedens, quia præfatus A Tutor asseruit, & & affirmauit cum iuramento tactis, &c. præmissa non tendere ad damnum, & præiudicium dicti D.N. Venditoris causa cognita, suum, & dictæ suæ curiæ decretum, & auctoritatem interposuit suppletis omnibus, & singulis iuris, & facti defectibus (si qui forsitan in præmissis interuenerint) omni, &c. super quibus, &c. Actum, &c. testibus, &c.

2 Ad hæc facit l si constante ff. solut. mater. vbi habetur, quod minor est priuilegiatus in genere, in tantum quod eius bona immobilia non possunt obligari, neque alienare sine auctoritate Tutoris, & decreto Iudicis, quod si secus fuerit contractus alienationis, vltio nullitatis subiacet, &

3 est ipso iure nullus, l. si quidē, C. de præd. mino. nec inutiliter opponitur clausula illa, quod minor renunciet cum iuramento beneficio restitutionis in integrum, quia minor potest renunciare beneficio restitutionis, vt per Alex. in l.si intra ætatē. C de

4 Integ. rest. mino. sub n.6. tanto magis, cum illa additur. Nec venire contra contractū quia tunc videtur, quod dictam restitutionem petere non possit, etiam si de dicto beneficio restitutionis certioratus non fuerit; vt per eundem Alex. in l.sciendum ff de verb. oblig. in ver. iuxta hoc quæro sub

nu.

nu.34 ad quem pro clariori præmissorum intelligentia recurre vbi allegantur opiniones doctorum pro, & contra, scilicet quando minor excluditur ab isto beneficio, & quando non excluditur, sed cum id mei officij non sit, de his hactenus.

5 Nec subijciendum duxi ea, quæ in relata materia quotidie occurrunt. vt puta quod stante statuto, quod contractus minorum, vel mulierum non valent, nisi fiant in præsentia, & cum consensu consanguineorū; fiat, vt constituantur, cum dicta solemnitate per minorem, aliquis Procurator, qui dum contrahit, debebit seruare eandē solemnitatē, quam seruare debet ille minor principalis si contraheret, ita dicit Hip. de Marsil. in sing 255. incipien subrogatus, qui allegat singulare Io. Bapt. de Cazalupis in rep. sua Auct. sacram. puberum. C. si aduersus vend. autem ne in hoc erres, & alios tecum errare facias, considera in hoc duos casus principales, Primus est planus, & expeditus, quando Procurator minoris, vel mulieris esset solemniter constitutus ad contrahendum super certa re speciali (habita debita discussione de vtilitate talis contractus) & tunc contractus postea gestus per talem procuratorē absque eo, quo postea interueniat solemnitas statuti bene valeret, & teneret, quia vbi primus contractus est præparatorius sequentis dicta in primo contractu censentur repetita in sequenti contractu: Afflic. dec. 285. sub num. 21. & ita in spetie consuluit Feder. de Sen. cons ca. incipien. Abbas subiectus maiori Monasterio, citatus per Ias. in l. 1. §. idem acquirimus in 2. col. vers. tu autem sub num. 4. secundus casus est principaliter in procuratore generaliter constituto a minore, vel muliere, cum solemnitatibus requisitis à statuto, an ista generalitas sufficiat, an vero requiratur solemnitas statuti in singulis contractibus postea per procuratorē celebrandis, adeo quod, si postea faciat particulares contractus sine dicta solemnitate valeant, ac vero requiratur solemnitas statuti, etiam postea in quorumcunque particulari, & iste passus tanquā valde dubius: vtilis & quotidianus benè examinatur per Ias. vbi supra, in vers secundus casus, sub num. 8 qui pro parte negatiua quod non requiratur alia solemnitas statuti in contractibus particularibus, postea celebrandis; adducit plures considerationes: vt ibi interquas, quia fuit constitutus à minore, vel muliere generaliter procurator ad contrahendum, in tali generali constitutiones sunt adhibendæ solemnitates requisitæ à statuto, certe nihil operarentur, & frustra fuissent interposita, si postea in quolibet particulari contractu ad hunc requireretur solemnitas statuti. Item, & fortius facit, quia dictum statutum disponens quod minor, vel mulier non possit contrahere sine consensu duorum propinquorum: & Iudicis, non videtur habere locum, quando minor, vel mulier non contrahit, sed eius procurator, ex quo ipsi tunc verè non contrahent, sed ficte, & ad casum fictum non extenditur statutum, vt ibi sub n. 10. His autem, & alijs ibi adductis rationibus non obstantibus contrarium de iure verius esse censuit idem Ias quod si procurator esset generaliter constitutus a minore, vel muliere cum solemnitate debita statuti, quod etiam in contractu, quem postea celebraret, requireretur denuo, quod interueniret eadem solemnitas statuti vt per eundem Fed. de Se. dict. cons. c. & inter alias rationes ibi adductas facit, quia ex quo consanguinei, & Iudex debent consentire ex forma statuti, ergo debent in specie intelligere actum, super quo requiritur.

6 Confirmatur quia non posset talis consensus præstari per procuratorem, nec minus potest constitui procurator ad petendum interponi decretum Iudicis, super alienatione rei immobilis minoris, vt per eundem Ias. ibi sub num. 24. & 25. eod. titul.

7 Aduertendum est tamen, quod in celebratione huius & aliorū similium contractum licet statuta non ligent mulieres, seu minores forenses, qui submittuntur Ciuitatis statutis vt in l. cunctos populos C. de sum. trin. & fid. Cath. tamen in his, quæ respiciunt solemnitatem actus, semper attenduntur statuta loci, vbi actus celebratur: per iura allegata per Bar. in repet. l. de quibus ff. de leg. ad tex. in l... § fin. ff. de vent. inspi. Illud quoque non est ignorandum, quod interpositione decreti Iudicis clausula illa adhibita causa cognita, videtur necessaria in contractu minoris, vel mulieris: quia si non interponitur, decretum Iudicis non valet, vt in fin-

singul Hippol.de Marsil. 399. & alias 348. Clausula illa supplentes omnes, & singulos iuris, & facti defectus, non comprehendit defectum patris contrahentis, sed tantum defectus, qui procedunt ex solemnitate iuris positiui, vt per Speculat in tit. de leg. §. nunc ostendendum vers. 18. Et licet de his

10 hactenus satis superflue loquuti fuerimus, & plusquam quod a me susceptum onus requirat; tamen, nec sub silentio pertransendum esse censui, non ad articulum hunc terminandum, ob carentiam meorũ librorum, & inferius allegatæ decisionis, sed solum ad rememorandum, quod vltra solemnitates præscriptas, & alias ex forma statutorum loci, vbi contractus celebratur in similibus contractibus requisitas, vt in l. si fundus in princ. ff. de euict. emptor debet esse sollicitus, vt pretium rei emptæ conuertatur in causam expressam; ut puta in extinctionem debitorum, vel similium; alias talis alienatio vitio nullitatis subijcitur, vt fuit resolutum in Sacro Rotæ Auditorio coram bon. mem. R.P.D. de Bubalis per paucos menses ante eius obitum, & in quadã causa Ortana domus, in qua ego fui Procurator, & obtinui. Nec omitto, quod ex forma statuti minor contrahere non possit sine consensu duorum propinquorũ; & propinqui requisiti recusant consentire sine iusta causa, quod Iudex poterit eum permittere ad contrahendum, sine tali consensu, vt per Alex. in l si eum dotem §. eo autem sub n. 14. in princ. ff. solut. matr. qui inter alios allegat Petr. de Anch. in repe. cap. canonum statuta vers. nunc transeo ad statuta; & Bald. in l. coniunctione, & in l. vi duæ C de nu. vbi singulariter limitat, quod Iudex loco iustorum recusantium poterit alios subrogare, vt ibi sub d. nu. 14. cum concordant in defectum autem propinquorum cum deputatione curatoris forma statuti loci contractus seruat, vt superius probaui.

De Venditionibus rerum mulierum. Cap. V.

1 Forma obseruanda in venditione bonorum mobilium mulieris.
2 Declaratio importantis beneficij Velleiani.
3 Mulier debet plenè aliter, quam per Notarium certiorari de dicto beneficio Velleiani.
4 In susceptione tutelæ, talis renunciatio non est necessaria.
5 Renunciatio dicti beneficij facta medio iuramento valida est.
6 Omnes clausulæ in contractibus debent operari.
7 Mulier in suis contractibus præsentia viri, & filiorum non indiget.
8 Res litigiosa alienari nequit. Et quando, & quando alienari valeat.
9 Quando res dicatur litigiosa.
10 Forma pacti de retrouendendo.
11 Clausula ex nunc, prout ex tunc, quid importet.
12 Extensio clausularum concernentium euictionem.
13 Clausula de euictione de dato, & facto suo, quomodo intelligatur.

1 IN conscribendo formam venditionis bonorum immobiliũ faciendæ per mulierem, poteris obseruare eandem formam inferius conscriptam, quoad venditionem bonorum minoris, hoc tamẽ mutato, quod vbi per minorem renũciatur beneficio restitutionis in integrum, dicatur quod ipsa mulier cum iuramẽto, quod tactis scripturis in manibus mei Notarij præstitit, renũciauit beneficio Senatusc. Velleiani, si qua mulier l. Iulia de fun. dot. cæterisq. ll. & legum auxilijs in fauorem mulierum super alienatione suorum bonorum, illorumque

2 obligationum quomodolibet introductis subinde sequere eandem formam inferius traditam, mutandis mutatis, ac singula singulis, congruè referendo, & debite adaptãdo. Beneficium autem S.C. Velleiani introductum est in fauorem mulierum propter sexus illius imbecillitatẽ, ne videlicet blãdimentis, & subdolis persuasionibus inducantur, & se pro alijs obligent, quia tunc hoc beneficio succurritur illis, vt ibi.

3 Ad hoc igitur, vt mulieri non succurratur dicto beneficio, oportet præuia illius certioratione, sibi per Iudicem facienda, (vt superius scripsi) illi renunciet, sed si à Notario tantum fuerit certificata, qui Notarius, si postea dicat se nescire, quid sit istud beneficium Velleianum. Talis renunciatio parum prodesset, nec sufficeret, vt per Alex. in l. sciendum est sub nu. 3. in fine &

& sub n.33.ff. de verb obl. Ratio, quia iuri quod quis ignorat, non censetur renunciare, l. mater decens, ff. de inoff. testam. propterea nõ ab re censui superius declarasse virtutem supradicti beneficij, limitatum. 4 Quando renunciatio fuerit de conscientia legis, vt puta in matre suscipiente tutelam filiæ, quæ per legem videtur renunciare beneficiõ Velleiano, & omni ll. auxilio, vt in Auth. matr. & auiæ, & in corpore, vnde sumitur. C quando mulier tut. offi. fungi potest ibi non requiritur certioratio: ita probabiliter Bald. in l. 1. ad fin. ff si quis in ius vocatus non erit. Secundo limita, nisi mulier renunciaret cũ iuramento, tunc nõ requiritur alia certioratio propter iuramentũ, quod facit, vt quis præsumatur ma- 5 gis deliberate accedere ad actum, c ex rescripto, & ibi Abb. de iur. iuran Iaf. in l. repudianda, ff de acquir. hæredit. per totum, Alex. in l sciendum, ff. de verbor. oblig sub n.31. nimirum igitur, si apponitur clausula illa renunciatoria iure iurando firmata, 6 quia oẽs clausulæ in contractibus debent operari, iuxta Bald. in rub. C. de cõtrahen. empt. q 9. Ad hæc ẽt nota, quod mulier in 7 suis cõtractibus præsentia viri, & filiorum non indiget, vt not per Bald in l. Velles ne C de reuocandis donationibus. secus per Legem Lõgobardam vt ibi, Quando auté mulier siue vidua, siue nupta possit, a ut nõ possit alienare bona sua, & illius alienationi consentire, inferius suo a priori loco 8 dicemus. Nec inutiliter aduertendum erit quod si vendito vendit rem letigiosam, cuius alienatio de iure prohibita est, vt in l. fin C. de litig. incurrit in pœnã amissionis pretij rei venditæ iuxta tex in l. censemus C de litig In tantum, quod si emptor sciat non tantũ tenetur rẽ reddere, sed ẽt punitur pretio, quod Fisco applicatur quod nõ cedit lucro alienantis, sed de suo alienãs tã tũ tenetur Fisco dare, si aut ẽptor ignoret, fit restitutio rei venditori, & pretiũ illi restituitur per vẽditorẽ, Et propterea non deuenitur ad venditionem talis rei litigiosæ nisi desuper porrecta, & obtenta supplicatione, quæ per ẽpta istãtia passim cõcedi cõsueuit. Cautela igitur erit circa præmissam vẽditionẽ, quod res vendatur sub hac forma, quandocunque scilicet res esse desierit litigiosa, vẽdo eam tibi ex tũc, prout ex nunc, ita ponit text. in simili in l. quid sæpe §. si quis amico ff. de contrah empt 9 & vend. Quando autem res dicatur litigiosa vide Bald. in l. 1. C. de præscri. lon tem. 10. vel 30 ann in princ.

10 Si aũt fiat venditio cum pacto de retro uendendo, sic dicatur. Hoc aũt inter ipsos, contrahentes extitit conuentum, quod si d. venditor hinc ad annum prætiũ restituerit supradictum domum idẽ emptor sibi, suisq; hæredibus, & successoribus quibuscunq; pro eodẽ pretio restituere retrouẽdet, ac instrumentum retrouenditionis faciet de ea, ac in ipsius rei Possessionẽ corporalem eũ restituet, & reponet: Ita tamen quod in d retrouenditione tunc temporis facienda promittet idẽ emptor eidẽ vẽditori de legitima ipsius defensione rei solummodo ab illis personis, quibus ex contractibus, vel obligationibus ab eandẽ emptore initi, esset dicta domus obligata, vel quibus ex persona eiusdem emptoris foret in ea ius aliquod acquisitũ, quod si hinc ad annum venditor d. Emptori pretium non restituerit, ex tunc d Emptor ad eandem rem restituendã nullatenus teneatur, sed 11 præsens venditio vti facta, firma, & incommutabilis perseueret conditione prædicta & pacto nullatenus obstantibus, quod ex tunc inefficax sit, Et idem emptor ab eo penitus sit liberatus, ita quod non sit locus purgationi moræ, quia sic actum extitit inter eos. Clausula aũt illa ex nunc, prout ex tunc, importat quod vnum tempus videatur alteri in esse, & ex quolibet prædictorũ temporum dici potest stipulationem sumere initiũ, vide ad hoc Bal. in c. 1. de mil. Vassal. qui cõtumax est, vbi vult quod verbum, ex tunc, significet actũ verbi prolati & illud verbum, ex nũc, significet effectũ actus esse collatũ in illud tempus futurum & melius probatur, in clem. 1 de concess. præben. sed quando dicitur ẽ contra, ex tunc, prout ex nunc, videtur affectus collatus tempus p̃ns, quo verba proferuntur sec. Bald. in auth. quæ rogatus in princ. C. ad Treb. Et redeundo ad d. retrouenditionis articulũ, à quo aliquantulũ transgressi fuimus, dico quod quãdo fit retrouenditio 12 illis clausulis de euictione, & de defendendo redemptorem ab omnibus molestijs, & molestantibus. I unge cui, vel quibus domus ipsa obligata foret ex aliquo contracta, vel obligatione inita, & facta ab ipso re-

retrouenditore, aut aliquo eius nomine, siue cui, vel quibus esset, vel quibus esse ius aliquod acquisitum in ea ex persona ipsius retrouenditoris, ac etiam eius occasione, & quia actum est inter ipso venditorem, & emptorem, ne teneatur de euictione ipsius domus, nec etiam ad interesse in alijs casibus, quam in prædictis; eo

13 enim casu retrouenditur promittens de euictione de dato, & facto suis, tenebitur tantum de facto hæredis, & sui auctoris (addita præsertim illa dictione tātū) quia videtur adiecta solum ad excludendum personas extraneas, vt per Alex. cons. 118. incipien attentis narratis 6. vol. & alias cons 172. incipien in causa, & lite in vlt. col. vol. 6. Hip. de Mars. in sing. 656 incipien venditor nec si lucro, cum hæc retrouenditio si actus necessarius, in quo solemnitas statutaria non requiritur l. 1. §. sed si ff de act. empt. Paul: de Cast. Alex. & Ias in l. iurisgentium. § fin. de pactis Dec. cons. 532,

De fide iussoribus Mulieris nuptæ. Cap. VI.

1 *Mulier non potest alienationi bonorum mariti consentire, in præiudicium suæ dotis.*

2 *Vidua non potest alienare bona dotalia non extantibus alijs bonis.*
Secus si superessent alia bona in quibus reddere tur secura de eius dote.

3 *Vxor non potest se obligare cum marito neque pro eo intercedere etiam pro eius liberatione, & quare &c.*

4 *Copia decisionis Rotæ facta in causa Romana prætensi fideiussione,*

1 Si res, quæ alienatur, dotalis sit vel donatio propter nuptias constante matrimonio, & vxor consentiat talis consensus secundum leges eam non obligat, nec et iuramentum ab ea præstitum super hoc quin possit contrauenire, vt in l. Iul. ff. de fundo dot. & licet secus, secundum Canones, vt in c. extra de iur. iuran. & c. cum cōtingāt eod. titulo. Tamen prædicta indu-

2 bitatæ procedūt, quando mulier, siue constante matrimonio consentiat alienationi bonorū immobilium, siue etiam post dissolutum matrimonium, ea alienet, non ex stantibus alijs bonis, in quibus possit succurri pro eius dote, ne indotata remaneat vt est text singul. in l. & rectæ, ff. de fund. dot. Afflict decis 313. num, 2. in fin prædicta autē renunciatio locū haberet, quando tam tempore dictæ renunciationis, quā

3 post superessent alia bona, nec indotata remaneret, vt ibi sub n. 1. Nota quod ea quæ superius dicta sunt circa inualiditaté consensus, & alienationem bonorum mulierum purificatur, & sustinentur, etiam quoad obligationes, vel fideiussiones faciendas pro eius viro, quæ licet pro illius liberatione a carceribus fiant indefectum super existentia aliorum bonorum, in qui bus consultum sit earum indemnitati, respectu dotium suarum, inualidæ sunt, vt in l prima, ff ad Velleian. & ita etiam fuit resolutum in sacro Rotæ Vrbis Adiutorio in vna Romana fideiussionis coram Illustrissimo, & Reuerendissimo D. Cardinali Arrigono tunc Rotæ Auditore, cuius decisionis copiā pro maiori, & clariori, & Notarium, & aliorum quorum interest, & intererit, intelligentia, nec conscribi, & registrari curaui. Cuius tenor talis est, videlicet. R P.D. Arrigono Romana fideiussionis Lunæ quinta Iulij 1592. Octauius Rōcionus; qui propter es alienum detinebatur in carceribus, fuit excarceratus sub fideiussione Dorotheæ suæ vxoris, de illo repræsentando, sub pœna debitl. Et quia postea Dorothea prætendebat d. fideiussionem fuisse inualidam, creditores vero nitebantur ostendere illius validitatem; propter iuramentum præstitum, & propter decretum visitæ, & præser im quod fuit facta pro liberatione viri in carcerib. Ideo dedi dubium super validitate prædictæ fideiussionis, & cum præsupposito q. Dorothea remaneret penitus indotata, & sine aliquibus bonis, pro maiori parte fuit resolutum esse inualidam (non obstante quod fuerit facta cum iuramento (iuxta Abb. cons. 8. sub nu. 6. 2 par. Pars cons. 75. nu. 12. cum seq Ioa. Lopes in repet. rub de donat inter vir & vx. § 17. n. 15. & 16. verintellige n. 18 quem etiam referunt, & sequuntur moderni in tract de iur. iuran. in præs leg. 75. nu. 12. Bero cons. 48. & præsertim sub n. 13 & secundum hanc opinionem post longam disputationem, fuit quoque iudicatum per Senat. Pedemontanū

prou.

rout refertur in decis.223 sub n.13. vers. Senatus post multas disputationes, & licet multi Doctores videátur tenere contrariã sententiã, etiam in casu quando non extét alia bona viri, super quibus mulieri sit consultũ pro dote sua, tamen quam plures ipsorum non loquuntur, quãdo mulier remaneret penitus indotata, & sine aliquib. bonis; nam bene fieri potest vxoré se pro viro obligasse, & fideiussisse vel renũciasse hipothecæ, & non remanerent tot bona viri, in quibus posit releuari indemnis circa illius quantitatem, pro qua se obligauit vel renunciauit, & tamen non remaneret indotata, sed hic tractatur de obligãdo ipsam contra publicam vtilitaté, prout dicit Abb in d.cons. 8. vers nam Republicæ interest sub nu.18. quia difficilius sustineri potest, & propter etiam enormissimam læsionem, iuramentum non obstat, vt per Paris.d.cons.75.num.28.& 29 vol.3 Soccin. cons 47.n.7.cum seq.qui loquitur in fideiussore vol.4 Cassad.dec.vnic de empt.& vend. Ex quibus quoq; resoluitur id, quod deducebatur de fideiussione facta occasione excarceratiõis viri, qua vltra, quod oés Doctores loquuntur, quãdo vir detinetur in carceribus ex causa criminali, vel esset apud hostes; nihilominus etiam quod idé esset dicendum, quod detinetur propter æs alienum in causa ciuili, Doctor autem ex aduerso allegati procederét in casu quo mulier non remaneret penitus indotata, & sine aliquibus bonis, secus verò quãdo remanet dotatã iuribus allegatis. Nec obstare decretum visitæ, quoniam decretũ, seu auctoritas Superioris non tollit læsionem, & damnum, Aegid. decis 503. Ancharan.cons.69 paulo ante n.4.vers. sed iure communi &c.

De venditione Castri. Cap. VII.

Forma venditionis Castri.

ET iuraméti vassallagi, habes inferius, vltra alias formas, de quibus in 2.lib. Omnia infrascripta forma, & magis specificè explicãtur, iuxta terminos l.quo manus ff.de fluminib. pro quorum omnium intellectu ibi recurre. Subinde pro apprehensione possessionis d Castri, curet emptor, conuocari facere generale consiliũ, quo conuocato, receptis clauibus portarũ dicti Castri, omnes in dicto generali cõsilio coadunati, singulariter singuli solitum & consuetum fidelitatis sibi præstent iuramentum, sub hac forma, videlicet.

Forma Iuramenti, Quod Vassallus Domino præstat.

EGo.N.iuro fidelitatem Illustris.D.N. Domino meo, & vassallagium, & suis successoribus non ero in facto, dicto, seu consilio, quod personam aut vitã, aut mébrum, aut honoré suum amittat, aut quod mala captione detineatur. Et si ad meam notitiam peruenerit, quod aliquis aliquid prædictorum contra Dominum meũ vellet, seu auderet cõmittere pro posse meo disturbando, alioquin quàm citius potero vel per me, vel per meum nūcium, vel per literas meas sibi nunciare curabo. Imperiũ, quod habet pro posse meo manutenere curabo; defendã, & consilium, quod à me petierit secundum à Deo mihi datam prudẽtiam dabo, secreta mihi ab eo reuelata nulli sine sui licentia manifestabo (sic me Deus addiuuet) & hæc ad sancta Dei Euangelia, tactis, &c.

Hæc forma habetur per Spescul.in 3.pa. lib.4 in §.quoniam sub nu 64.de feudis:

De permutatione bonorum. Cap. VIII.

1 Forma instrumenti permutationis.
2 Forma permutationis rerum emphiteoticæ.
3 Permutatio alienatio est.

IN Dei nomine, Amen, &c. In mei Notarij, &c. personaliter constituti D.A, ex vna, & B.partibus ex altera, sponté, & eorũ certa scientia, ac spõtanea volũtate deuenerunt ad inuicé ad infrascriptam bonorũ permutationem, videlicet dictos A.per se suosq hæredes, & successores, quoscunq. tenore præsentis instrumenti perpetuo valituri permutauit, ac titulo veræ paræ, perfectæ, & irrenocabilis permutationis dedit, & cõcessit dicto B.ibidé præséti, & acceptanti, ac stipulanti, & recipienti pro se suisque hæredibus, & successoribus quibuscumque vnam eius domum positam &c.cum omnibus, & singulis membris, & pertinentijs exitibus, & introitibus adiacentijs, ac iuribus vniuersis, liberam, immunem, exemptam ab omni, & quocunque censu, canone, seu responsione, & alij qua-

quacunque seruitute, & vice versa dictus B. ibidem presens, ex causa huiusmodi per mutationis, ac titulo permutationis puræ perlectæ, & irreuocabilis vicem A. ibidem præsenti, & acceptanti, ac stipulanti, & recipienti pro se, suisque hæredibus, & successoribus suis, quibuscunq; dedit & concessit vnam eius vineam positam in territorio, &c. in vocabulo iuxta &c. cum omnibus. & singulis suis iuribus, introitibus & exitibus, ac pertinentijs vniuersis pariter liberam, & exemptam ab omni, & quo cumq; censu, canone, siue responsione, aut seruitute, & ex causa huiusmodi mutuę permutationis dicti A & B. vnus alteri & alter alteri, & sic ad inuicem, & viciffim cesserunt omnia, & singula iura, &c nullo que iure, &c. ad habendum, &c. ponens, &c. constituentes, &c Dantes, & concedentes vnus alteri, & è conuerso mutuo, & viciffim plenam licentiam facultatem, & auctoritatem per se ipsos, aut alium, seu alios quandocunque voluerit realem, actualem, & corporalem possessionem dictarum domus, & vineæ, hinc inde per mutatarum, iuriumque, & pertinentiarum illarum respectiuè, propria earundem par tium auctoritate, & absq; alicuius Curiæ licentia, vel decreto capiendi, & apprehendendi. Et donec eandem possessionẽ qualibet pars adepta fuerit, constituerunt se interim dictæ partes, vna præcario nomine alterius, & è cõuerso, dictas res hinc indẽ permutatas tenere, & possidere; & si plus dicta domus cum præfata vinea, vt supra permutata de præsenti valet, ac in futurum quandocunq; valeret dicta vinea, & è conuerso dictæ partes, & earum altera sibi ad inuicẽ mutuo & vicissim, vt supra præsentibus, & stipulantibus totum il lud plus, etiam, quod magna fuerit quantitate, titulo vero simplicis, & perfectæ, & irreuocabilis donationis, quæ dicitur inter viuos donauerunt. Renunciantes specialiter, & expresse, hinc inde cum iuramento tactis, &c. per eos præstito remedio l. 1. de rescind. vendit. ac l. si vnquam C. de reuocand. donat. beneficio restit. in integrum, ac omnibus alijs. ll. & legum auxilijs ad fauorem ipsarum partium, quo ad prædicta quolibet introductis, de quibus præfati contrahentes fuerunt per me Notar. ad plenum certiorari. Promittentes, & affirmantes ad inuicem, vt supra permutatas res ad ipsos pleno iure dominij spectare, pertinere, & esse liberas ab omni canone, & censu, ac quocunque fideicommisso purificato, & purificando & non esse alteri vẽditas, datas, donatas, per mutatas distractas, aut quouis modo alienatas, etiam alienationis, &c. & nihil omnino factum esse, nec se facturos in præiudicium huius instrumenti permutationis Immo has permutationes, & alienationes esse, ac semper fore bonas, validas, & bene & valide factas, & in eas tanquam tales facere consentire omnes personas, &c. ius habentes, aut habere quomodolibet ex quocunque capite, causa, iure, vel occasione cogitata, vel incogitata apparentes vel prætendentes, etiam ad omnem solam & simplicem extraiudicialem requisitionem, aut interpellationem faciendam, ex parte alicuius ipsorum: cui, seu quibus tales molestiæ, seu lites inferentur; & omnem litem, causam, & molestiam, (si quæ mouerentur super dictis bonis hinc inde permutatis) in se ipsos suscipere, & susceptas prosequi, terminare, & finire omnib. eorum sumptibus, Procuratoris, & Aduocati. Promittentes vnus alterum & alter alterum, & sic ad inuicem, & vicissim manutenere, ac semper, & omni tempore defendere, & conseruare in pacifica, & quieta possessione dictarum domus, & vineæ, ac defendere, & conseruare ab omni lite, & controuersia, & molestante persona, alias de omni & quacunq; dictarum domus, & vineæ, respectiue euictione generali, & particulari quomodolibet, & qualitercunq: euincantur, in forma iuris valida, siue in totum, siue in partem euincerentur, & in omni iudicio petitorio, & possessorio, aut petitorio tantum, aut possessorio tantum, & quouis eorum insolidum, & ad omnia damna, &c. ad inuicem & vicissim, teneri voluerunt. Consentientes, & conuenientes ad inuicem, quòd in omnibus. & singulis præmissis, in casu molestiarum, & euictio dictorum bonorũ pars, quæ passa fuerit dictas molestias seu euictionem, non teneatur ad aliquam solemnem litis intimationem faciendum sed quæcunq; simplex notificatio vel denunciatio, etiam extraiudicialis, & sine aliqua solemnitate, & forma iuris, vel statutorum adhibita, vel seruata sufficiant, etiam domi, quæ ita arctet, ac si solẽniter & personaliter facta foret: quia sic expressè actum, & conuentum fuit inter ipsos per-

permittentes. Quæ omnia, &c. pro quibus,&c.

Cęterum si Ecclesia rem emphiteoticā permutat,cum alia emphiteoticare,sic instrumentum conficies.

2 Venerabilis Pater Dominus Dei gratia Abbas Monasterij H Ordinis Sācti Benedicti Dioc.&c. Solicite considerans permutationem infrascriptā dicto Monasterio multipliciter fructuosam. Idcircò reseruato tamen consensu, & beneplacito Sanctiss.D.N.Papę,expediendo communibus Infrascriptorum contrahentium expensis,& non alias aliter,neq; alio modo de quo expresse protestati fuerunt, & protestantur,accedente ad id consensu,& voluntate sui Conuētus,siue Monasterij,scilicet talis & talis, vt moris est, propter hoc in capitulo Congregationis pro se, eiusque successoribus vice,& nomine ipsius Monasterij præsentibus Fratribus supradictis permutauit D.A.ibidem præsētibus pro se,suisque hæredibus recipientibus:dando, & concedendo idē in emphiteusim,vsque ad suam tertiam generationem,talem domum positam, &c: Ad habendum, tenendum, & possidendum, & quicquid sibi,suisq; hæredibus (saluo Iure directi Domini,&proprietatis,dicti Monasterij,saluisque conditionibus Infrascriptis)deinceps perpetuò placuerit faciendum,cum omnibus,& singulis illius iuribus,membris,pertinentijs, & hoc nominatim pro tali petia terræ vineatæ,sitā in tali loco, infra tales confines, &c.quam dictus A. saluo.&c. dedit, & permutauit Iure emphiteoticæ conditionis, & renouationis debendæ tali Ecclesiæ dicti Domini Abbati præsēti,stipulāti, & recipiēti vice,& nomine dicti sui. Monasterij ad habendum vt supra,qui dictus D. Abbas nomine, quo supra, & dictus A. scilicet vnusquisque eorum vicissim alterius nomine;rem à se permutatam, & datam cōstituit possidere, vsquequo vnusquisque eorum rei sibi permutatæ,& datæ in emphiteusim possessionem acceperit corporalem, quam si quidē accipiendi sua propria auctoritate,sibi omnimodā dedit licentiam,& deinceps etiam retinendi, promittens vnus alter ad inuicem solemnibus stipulationibus hinc inde interuenientibus litem,vel controuersiam de re, permutata alteri, vel eius hæredibus nullo tempore inferre,nec inferri consentire, se vnusquisque rem à se permutata alteri & eius hæredibus ad inuicem ab omni homine,ac vniuersitate legitimè defendere,& auctoritate,& prædictam,&c reliqua extendas; prout in prima pręcedēti forma.

Nota tamen, quod in supradicta forma debet fieri mentio de reseruatione beneplaciti Sanctissimi D.N. Papæ,& Sanctæ Sedis Apostolicæ,& illius.seu illorum cōfirmationem obtinere, iuxta Pontificias Constitutiones, editas super alienatione bonorum Ecclesiasticorum,quia permutatio,alienatio est,vt extra de rebus Eccles.non alienand.

De diuisionibus bonorum. Cap. IX.

1 FORMA *Instrumenti diuisionis bonorum.*

2 *Quomodo sit facienda diuisio bonorum inter fratres, & per quem.*

3 *Maior non dicitur respectu tēporis,sed respectu administrationis bonorum.*

IN Dei nomine. Amen.&c.In mei Notarij,&c. personaliter constitutus A. ex vna,& B.ex altera partibus fratres germani, asserentes se habere, & communiter pro indiuiso possidere omnia bona mobilia,& immobilia, tam paternæ hæreditatis, quam alia per eos communiter acquisita velintque,& intendant prædicta eorum bona inter se diuidere, & quilibet ipsorum partem suam de cætero pro diuiso habere, & possidere, cum (vt plurimum) comunio discordiam pariat, & quod communiter possidetur,cōmuniter negligitur, Ideo igitur præfati A.& B. sponte,ac eorum certa scientia,& sponta nea voluntate per se, suosque hæredes & successores quoscunq: vnanimiter,& cōcorditer deuenerunt ad hanc bonorum diuisionem in hunc qui sequitur modū, & primo asseruerunt,& liberè fassi fuerūt dicti cōtrahentes se omnia eorum bona mobilia,& domus vtensilia,& pecuniasinter eos,vt præmittitur communia,& indiuisa iam inter se,pro æquis portionibus diuisisse,mediantibus diuisoribus ab eis communiter assumptis,& quilibet ipsorum suam debitam portionem habuisse,& recepisse de quibus se bene contentos vocarunt,sese ad inuicem quietarunt, cum pacto,

pacto, &c. Quo vero ad bona immobilia deuenerunt ad illorum diuisionem modo infrascripto videlicet, quod dictus A. pro se, & suis heredibus, & successoribus quibuscunque, pro sua portione, habeat, ad ipsumque, & suos perueniant hæc infrascripta bona videlicet. Primò quandam domum positam, &c, Item quandam vineam positam, &c. & de alijs bonis specificando illorum confines per loca quantitates, qualitates, & latera, cũ omnibus, illorum iuribus, introitibus, & exitibus, ac pertinentijs vniuersis. Et è cõuerso dicto B. pro eius parte habeat, & ad ipsum, & suos hæredes, & successoras quoscunque iureproprio pertineant infra scriptabona quę singulatim exprimantur cum expressiona confinium (vt supra dictum est) iuxta diuisionem factam ab N. & N. communibus eorũ amicis desuper assũptis, quas partes, & diuisiones ipsi fratres approbarunt, & acceptarunt, & ponantur alia pacta opportuna, circa solutionem debitorum: subinde dicatur, si verò vna pars rerum, & bonorum, aciurium prædictorum tam mobilium, quam immobiliũ ad quẽ libet dictorum respectiue fratrũ ex dicta diuisione peruenta plus valet de præsenti ac in futurum quandocunque plus valere poterit, quam altera, vel è conuerso: totũ illud plus valens, quantumcunque sit, aut esse poterit in futurum, vnus alteri ipsorum, & è conuerso, & sic mutuò, & vicissim præsentibus, & stipulantibus, & solemniter recipientibus pro se, suisque respectiuè hæredibus, & successoribus vniuersis mera, pura, simplici, & irreuocabili inter viuos, etiam si dimidiũ iusti pretij excederet, & reliquas clausulas extende prout formula permutationis, quam pro illarum extensione eam reassume, singula singul s congrue referendo, & debitè adaptando: & cum in hac rerum diuisione (vt plurimum) de infradicendis dubitari contingat, non ommitto referre illius dubitationem, & demum resolutionem pro illius intelligentia: nunquid scilicet, quando plures fratres volunt diuisionem bonorum facere portiones, & maior teneatur facere portiones, & minor eligere dicunt Doctores communiter legistæ, quod non, sed vel officio Iudicis istud fit vel debent mitti sortes, non autem minor habet prælationẽ de optione, vt per Iaf. in l. 1. num. 39. ff. de reb. credit. qui attestatur de magis communi opinione Legistarum, vide tamen quod idem Iaf. sibi refert auctoritatem: Augustini dicẽtis, quod in diuisionibus bonorum maior frater debet facere diuisionem, & minor eligere, fulcitur auctoritate veteris testamẽti, vbi legitur fuisse factam diuisionem inter Abraham, & Loth, & ita quod Canonistæ, ita omnes firmant, vt per Iaf ibidem, idem etiã tenet Bald in l. suus quoque de hered. inst. vt per eundem Iaf. in d. l. 4. eod tit In telligo tamẽ, quod ille non dicitur maior respectu temporis, sed maior administratione, quia diu administrauit bona, vt ibi per Iaf sub d n. 36. in fin.

Si autem post factam diuisionẽ, duo fratres voluerint remanere in communione, sic illius contractus fiet.

Forma instrumenti communionis, seu Societatis bonorum.

D. A. ex vna, & B. eius germanus ex altera partes, asserentes inter ipsos deuentum fuisse ad diuisionem rerũ bonorum, & iurium aorum paternæ hæreditatis, prout patet in instrumento diuisionis illorum rogato, & stipulato manu N. Notarij publici, volentes bonam, & sinceram fraternitatem, & concordiam inter se perpetuó conseruare &; simul more bonorũ fratrum viuere, & eorum bona, & sincerã & dennò iura, & communicare sponte &c. omnibus melioribus &c. d ctas partes, & diuisionis alias inter eos (vt supra) factas de quibus in præscripto instrumẽto continetur, cassauerunt, annullauerunt & irritauerunt, ac cassant, irritant, & annullant, & nullius valoris, roboris, & esse ctus esse voluerunt, & volunt, ac si nũquã inter eos factæ fuissent, & alterius interim, & dennò communicauerunt, & cõmunicant, ac immiscuerunt & immiscẽt inter eos cõmunia, & indiuisa esse voluerunt, & volunt omnia, & singula eorũ, & vtriusque eorum bona mobilia, & immobilia: iuraq actiones, & nomina debitorũ quæcunq; quæ tempore d ctæ diuisionis habebant, & habent de præsenti, & in futurum habebunt, & acquirẽt, ita quòd de cætero & in futurum per eos, vel altarum ex eis simul, coniunctum, & pro indiuiso qualitercunque, & quocunque iure, & titulo (durante præsenti communione.) & omnia lucra, & damna, quę sequerẽtur, sint, & esse debeant, & intelligantur communia

munia

munia, & indiuisa inter eos, prout erant ante factam dictam diuisionem; & vni ipsorum pro dimidia spectent, & pertineant etiam si per alterũ ex eis suo nomine proprio acquirerentur. Promittentes sibi inuicem (durante præsenti communione) insimul, & vnite permanere, more bonorum fratrum, & personas eorum proponere, & exercere, pro viribus d. augmentum, & vtilitatem ipsorũ, & ad commune lucrum, & damnũ, & quicquid ad manus eorum, vel alterius eorum peruenerint in ipsa communione conferre, & communicare, & in eadem communione, aliquem dolum, seu fraudem non committere, nec facere, nec facienti consentire, sed totis viribus obuiare. Et si quandocunq; contingat ad diuisionem peruenire, quicquid fuerit in dicta communione æqualiter diuidere in duas partes prout ita diuidi, & obseruari voluerunt: & volunt etiam inter eorum hæredes, & successores omni exceptione, & contradictione cessantibus, quia sic actum, &c quem quidem communionem, & omnia alia præmissa promiserunt semper, & omni tempore habere rata, &c. & non contrafacere, alias vltra præmissorum obseruationem, ad omnia damna, &c pro quibus, &c.

De donationibus inter viuos. Cap. X.

1 *Foram instrumenti donationis inter viuos insertus habes in 2. lib.*
2 *Pactum de non reuocando donationem exquauis causa non facit, quin causa ingratitudinis possit reuocari.*
3 *Secus si expressè dictum sit ex causa ingratitudinis.*
4 *Donatio omnium bonorum non valet.*
5 *Secus si donator reseruat sibi facultatem testandi.*
6 *Quanta debeat esse bonorum donatio, quæ sibi donatori reseruanda.*
7 *Donatio omnium bonorum non confirmatur iuramento.*
8 *Donatio omnium bonorum reuocatur per superuenientiam filiorum.*
9 *Secus si cum iuramento fuerit expresse renunciatum dispositioni l. si vnquam.*
10 *Donatio quæ est vltra summam 500. aureorum non valet, nisi insinuetur. & n 12.*
11 *Secus si insinuationi cum iuramento illi renuncietur.*
12 *In actu insinuationis partis citatio non requiritur.*
13 *Insinuatio potest fieri, etiam die feriato ad honorem Dei.*
14 *Præsentia donantis & donatarij requiratur in insinuatione donationis.*
15 *Donatio quæ fit coram Iudice non exigit insinuationem.*
16 *Iudicis decreto, præsumuntur omnia solemniter acta.*

1 IN hoc donationis titulo erit aduertendum, quod si donatio fiat vniuersorum bonorum donantis, tunc potest veri descriptio rerum, & bonorum donatorum, cum clausula, saluo tamen semper, & reseruato ipsi donanti vsufructu aliquorum bonorũ specificandorum toto tempore vitæ suæ tantum, & facultate testandi vsque ad certam summam in articulo mortis, absque aliqua contradictione, & impedimento sibi inferendis per dictum donatarium, & suos prædictos ita ex pacto inter eos conuento, & mutua stipulatione hinc inde interueniente vallato Pro quibus, &c.

2 Ad hæc nota, quod si actum est in donatione, quod simpliciter propter aliquam causam reuocari non possit, nihilominus ex causa ingratitudinis bene reuocaretur, vt C. de bonis lib. l fin. Afflict. decis 365.
3 sub num. 48. sed quando expresse interueniente iuramento de ingratitudine actum fuit, videtur, quod ea interueniente non poterit reuocari arg. ff. si quis qui caut. l. sed & si quis § quæsitum, secus tamen secũdũ quosdam ne per tale pactum Donatarius inuitetur ad delinqueudũ ff. de pact. l si vnus §. illud & § pacta Specul in § in hac causa vers Quid si actum sub nu. 5. 3 par lib. 4. de donat.

4 Amplius nota, quod licet regulariter donatio omnium bonorum non valeat, ne quis eo modo amitteret facultatem testandi, vt per Clarum q 199 donatio in prin. tamen si donator, in huiusmodi donatione reseruauerit sibi aliquid pro facultate testandi, donatio ipsa valebit, vt per eundem Clarum ibi vers Secundo principali-
5 ter, quia tunc non tollitur in totum dicta facultas testandi, sed solummodo ea restringitur. Intellige tamen, vt illud quod reser-
6 uatur, non sit quid minimum, sed saltem excedat vigesimam partem illius patrimonij, quod donatur, quæ conclusio, quod sci-
7 licet donatio omnium bonorum etiã tantum præsentium, nihil valeat, etiam si fuerit iurata, nam cum huiusmodi donatio au

auferat homini liberam facultatē testandi censetur contra bonos mores, & ideo non confirmatur iuramento, c.non est obligatorium de regul iut. in 6. Abb. conf. 37.2. vol.Bart.in l. si quis in princ. test.col fin.ff. de leg. 3. vt per eundem Clar. d. §. donatio in q 20.in princ, cum concordantibus qui attestatur de communi. De donatione autem omnium bonorum præsentium, & futurorum inferius suo aptiori loco diximus,sed circa præmissa non videtur omittendum. Quod licet talis donatio omnium bonorum propter superuenientiam liberorum, reuocetur ex dispositione l. si vnquam C. de reuocan donat.tamen si pater in donatione ipsa renunciauerit dicto beneficio l. si vnquam,tunc donatio ipsa non reuocatur, quia tunc pater censetur,de liberis cogitasse, ita dicit Clarus in vers. 3. infertur d §.donatio q.12. Ideò non ab recensui apposuisse in præscripta formula clausulam illam renunciatoriam cum iuramento.d l.si vnquam, sed cum iste articulus satis sit dubius, nec eum vnquam in facto habuerim,nihil circa hoc auderem terminare, affirmare de his actenus. Ad aliqua alia de insinuatione donationis deuenimus.Nam clara est iuris communis conclusio, quod si donatio est vltra quingentos aureos, sine insinuatione non valet, l. pen.§ fin. C.de donat. nunquid illi renunciari possit,in quo videtur dicendum,quod cum talis insinuatio introducta videatur in publicam vtilitatem, consequenter illi renunciari nequeat, vt in l pactum C. de Collationibus tamen illius dispositio cessat,si iuramentum interuenit,vt post alios per Guid Pap. q. 350.per totum Clar. in §. donatio q 18. vers. Quæro in fin. vbi dicitur, quod hodie vtraque scola tam legistarum,quam Canonistarum in hoc concordant,qui atteftantur de communi,quod intellige, si fuit illi expresse renunciatum cum iuramento,vt posui in præscripta donationis formula, vt per eundem Clarum eadem quæst.vers. Retenta licet, Corn. in cons.186. vol.2.sub nu.11. cum concordan. dicat,quod sufficit tantum interuentus iuramenti vbi refert plura requisita ad validitatem iuramenti. Primò videlicet,quod persona sit habilis, seu habilitata per iuramentum,secundò,quòd generalis forma seruata sit,tertio, quod non sit facta super re prohibita. Bal in l.illum C. de sac. sanc. Eccles.qui hanc partem firmat in quodam suo cons quod incipit. Certum est, quod filia vbi concludit, quod iuramentum non firmet contractum, & non arctat,iurantē quia sufficit, quòd lex improbat actum. His non obstantibus concludit iuramentum supplere defectum insinuationis,quia potest seruari sine dispendio salutis æternæ, vt ibi. Secus tamen dicendum erit in donatione causa mortis,quæ licet olim ad instar donationis inter viuos erat generaliter insinuanda, vt in l.donatio C. de donat. tamen si quinque testibus fuerit vallata,non requiritur insinuatio, vt hodie expressum est in l.fin. C.de donat.causa mor. & in l si quis pro redempt.eod.tit Gabriel. concl.1. lib.3. donat. sub nu. 66 vbi attestatur de cōi, & magis cōi, & ibi plures limitationes,& inter alias,quod id non procedit, qñ statut.disponit, quod si infra aliquod tēpus debeat fieri registratio in actis quia post illud tempus iuramentū non supplet defectum insinuationis,vt ibi sub n.17

Amplius nota,quod si statutum requirit quod intra sex menses, donatio insinuetur, non requirat citatio partis, quamuis adinuenta sit ad tollendas fraudes, vt per Iaf.in l.1.n. 12. quando lib. princ, dat sub n.12. Gāb.in tract.de clausulis in §. viden. sub n.90. vers.Secundum autem in tantum quod talis insinuatio potest fieri die feriata in honorem Dei,quia actus est voluntariæ iurisdictionis, & in eo nulla, vel parua causæ cognitio requiritur, vt ibi sub num. 89.vers.3.adde Hostien.in summa de ferijs §.quid in eis, vers.Licet quæ pertinēt.Hinc est,quod non requiritur aliqua alicuius citatio,sed tantum præsentia donantis,& donatarij,vt per d.Gamb.in d tract.de clausulis d. §. videndum vers. Sed Bart. sub nu. 175 fol.mihi 607.

Nec inutiliter videtur referendum,quod si talis donatio subscribatur, & publicetur coram Iudice, non requiritur alia scriptura,vt per Iaf. in l. omnium sub num.41 C. de testam.Gamb.in d. tract.de clausulis d.§ videndum vers. Sed quæritur sub n.53. neq; exigit insinuationem si ea in iudicio fiat,secus coram alio Iudices,cui debet coram eo produci, vt per Bart. in l.si tibi pecuniam ver. vero vtrum sub nu. 2.in fin. ff. cert.pet quod intellige, cum interpositione decreti Iudicis, quia vbi est interpositum decretum Iudicis, præsumuntur omnia solemniter acta,vt in glos. ord l 1.C.de fid. instr. ea enim,quæ superius dicta sunt circa

circa relatam donationem inter viuos, & reliqua inferius dicenda quo ad donationem causa mortis intellige locum habere, quando non adsunt statuta in contrarium, quia tunc minime immutanda sunt, quæ legem certam habuerint, vt dixi, & probaui in extensione clausularum venditionis bonorum immobilium post n.21.

De donationibus causa mortis. Cap. XI.

1 *Forma donationis causa mortis.*
2 *Testis adhibentur in donatione causa mortis, & insinuatione non indiget.*
3 *Pactum de reuocando donationem causa mortis non scribitur, & quare.*
4 *Donatio bonorum præsentium, & futurorum quando valeat.*
5 *Donatio remuneratoria, non est proprie donatio.*
6 *Donans tenetur de euictione, in donatione remuneratoria.*
7 *Donatio reciproca, non indiget insinuat.*
8 *Notarius tenetur scire iura, & quare.*

PVpillus Meuius corporali ægritudine languens, & mortis proximè periculū metuens, vel sic in terræ sanctæ subsidium mare de proximo transiturus, vel ad bellū iturus; timens naufragij periculum, vel timens bellorum discrimina diuini nominis intuitu, & pro suorum remedio peccatorum mortis causa, vel dicti periculi causa sponte, donauit R D N. Priori conuentus S. Marci, nomine ipsius Conuentus recipienti, vel B. eius compatri tale prædium vel omnia bona suà, &c. Dans, & tradens eidem R. D. Priori, vel dicto B prædium, & omnia alia eius bona. Constituens se ex nunc dicta bona ipsius donatarij nomine possidere, vel quasi, & volens, vt ex nunc rei vel bonorum prædictorum dominium in eundem donatarium sit transiatum, & ipsa bona de cætero eius fiant, nisi vel donatarium præmori, vel ipsum donantem ab hac ægritudine liberari, vel donationis pænitere contingat, vt videlicet quodcunque horum contingat, donatio euanescat. Super quibus, &c.

Vnum autem diligenter attende, quod sub quacunque specie, & quocunque modo fiat donatio, debet expresse inferri in ea, quod fiat causa mortis, vel alterius imminentis periculi, cuius causa fit. Nā alias esse potius donatio, simplex, & inter viuos, quantumcunq; fiat in articulo mortis vt per Rolan. par. 3. florum, in tract. in tit. donationis causa mortis sub num. 9. vbi habetur, quod huiusmodi donationi quinque adhibentur testes, ac etiam cuiuscunque fuerit quantitatis, insinuatione non 2 indiget, vt ibi sub num. 11. in fin. Aduertendum est amplius, quod in simili donatione causa mortis, non opponatur pactū de non reuocando, quia esset contra sub 3 stantiam donatione causa mortis, Intantum quod transformaretur in donationē inter viuos. Textus est expressus in l. vbi Donator ff. de donat. causa mortis, quia tale pactum non potest adaptari donationi causa mortis, vt post alios per Iac. in l. qui Romæ, in vers. Nam si quis donat. au. primo in princip. ff. de verbor. obligat. Attende amplius quod licet donatio bonorum præsentium, & futurorum non va-4 leat, tamen si collata sit post mortem donātis valet, vt per Clarum in § donatio q. 19. vers. sed quid si quis!

Verum, quia in his, & alijs donationibus multi multa scripserunt: meum nō est hic vlterius elaborare, nisi quod ad ea, quę tabelliones pro illarum clausularum intellectu necessario scire debent. Nec omitto, quod si donatorio remuneratorio fit, vltra clausulas concernentes euictionem rei, seu rerum donatarū, quia donatio remunera-5 toria non est proprie donatio, vt in l. Iulianus §. qui fundum ff. de verb. oblig Clar in § donat, q. 3. in vers. Quæro, qui attestatur de magis cōmuni, in tātūquod donans tenetur de euictione, Bar in l. Iulianus § 1. 6 ff. de verb obligat. Ias. in l. petens in 7. col. uers. 3. notab C. de pac. & per eundem Ias. in l. si stipulatus fuerim § cum stipulatus fuerim vers. 4. nota limit. ff. de verb oblig. Idem puto esse dicendum de donatione 7 mutua, quæ etiam, quod sit inter viuos, & consequenter irreuocabilis, quæ insinuatione non indiget, vt per Ias. in l. si pater puellæ, C. de inoffic. testam. sub n 2. & 6.

De donationibus autem inter virum & vxorem, & illarum validitate, & an cōfirmentur morte, vel iuramento (licet insinuentur) pro illarum intelligentia, recurre 8 inter alios ad Clar. in d. §. donatio, vbi oīa diffuse habebis, nec id te fugiat, cū tabellio debeat scire iure, nec illicitos cōtractus celebrando puniatur, in l. Iubemus C. de sacros. eccles. si his tabellionibus.

De donationibus causa mortis facienda per filius fam. Cap. XII.

1 *Filius etiam cum consensu patris testari non potest.*
2 *Forma donationis causa mortis, facta per filium de consensu patris.*
3 *Filius familias potest donare causa mortis de consensu patris secus legare, & testari etiam cum consensu patris.*
4 *Donatio causa mortis facta per filium patri non valet, & quare.*
5 *Requisita in donatione causa mortis, facta per filium famil.*
6 *Filius famil. an possit reuocare donationem sine patris consensu.*

1 Illud quoque non prætereundum, ad relatam materiam donationis, quo cum filius familias (sub patria potestate constitutus etiam cum consensu patris testari non possit, vt in authent. ex causa de testament. ideo donationis formã sub compendio subijciamus, cuius forma talis est videlicet A, filius B. eiusdem patris suppo-
2 situs potestati. Quia (lege prohibente) etiam patris iussu testari non potest, hanc donationem causa mortis eodem patre suo ibidem præsente, volente, & consentiente, sanus per gratiam Iesu Christi mente, licet æger corpore, fecit & dispsouit, in hunc modum. In primis quidem donat onis causa mortis, relinquit pro anima sua tantum expendendum hoc modo, &c. Et hoc exequi voluit per N. quem suum re liquit Commissarium. Item legauit, &c. in fine autem dices, & hæc omnia, & singula donationem causa mortis dispsouit, & donationem ipsam valere voluit, & tenere, si ipsum ex hac ægritudine mori contigerit, alioqui nequaquam, me autem Notario præsente, & stipulante vice, & nomine, &c. Quod autem filius famil. patre permittete possit donare causa mortis, (licet testari
3 non possit) habetur ff. donation. l. tam his. non tamen sine patris permissu, vt ff. de donat. filius famil § patri autem legare non potest etiam eo pertinente ff. de leg. 1. nec testari vt in d. l. tam his, & superius probaui Hoc tamen attende, quod tali donatio facta per filium patri (ipso auctorizan-
4 te) non valet, quia nemo in facto proprio potest sibi auctorizare l. 1. §. pupillus, & l si
5 seruus cõis ff de auct. tut. Circa quæ sciẽdũ est, quæ ad hoc, vt donatio causa mortis facta per filium fam. alteri, quam Patri valeat, requiritur primò, q. patre permittente faciat, secundò, q. pater eidem nominatim & expresse concedat licentiã, quod donet causa mortis: tertiò q. permissio, seu consensus patris præcedat: quartò q is, cui donatur sit præsens, aut Notarius pro eo stipuletur (licet secus in homine sui iuris,) quia tunc sufficit, quod interueniat Nũcius siue Epistola, seu vallata sit traditione, vt tradit. d. Azor in summa C. de don. ver cui possit donari, Bald & Cyn. in l. illud C. de sacrosanctæ ecclesiæ, sed an dicta donatio facta cum consensu patris possit reuocari per filium absq; eius consensu, vide ad hoc Guid Pap. in quæst. 223. vbi citatur plures opiniones Doctor. quorum aliqui tenent partem affirmatiuam, & aliqui partẽ negatiuam, & ad eum, & dictum Clarum, vbi supra pro huius articuli intellectu recurrere poteris.

De Venditione Equi. Cap. XIII.

1 *Forma instrumenti venditionis equi.*
2 *Vitia omnia sunt nominatim exprimenda, alias competit actio redhibitoria, quæ pratoria est.*

Ad euidentiam supradictarum formarum venditionis bonorum immobilium, permutationis, & donationis, aliqua facta sũt, hic non repetimus, antequam ad alia grauiora deueniamus, de formis venditionis aliquorum bonorum mobilium, & per se mouentium tangimus.

A. sponte, &c. dedit, vendidit B. ibidem
1 præsenti, & ementi vnum equum baium balzanum, in fronte, & in crure anteriori finistro, & in posteriori dextero ipsum sibi ibidem per frenum tradens nominatim cũ
2 his vitijs, & magagnis specificatis, & dictus ab eo ipso B. lib. de præsenti videlicet, cum vno superosso in tali crure item, quod in plenilunio amittit visum item q. est tetrogradus, item, quod mordet, nec se ferrari permittit, & generaliter pro talis, qualis est cum vitijs, & magagnis latentibus, & apparentibus, & quæ habet intrinsecus, siue extra, asserens, & protestans prædicta vitia specificata in ipso equo esse ipsorum vitiorum, vel morborum, siue quorumcunq; aliorum latentium, vel apparentium rõne, vel occasione, ipsi B. in aliquo de cætero nolle teneri. Et hunc pro pretio 25. scutorum,

rum,q. pretium dictus A.confessus fuit habuisse, & recepisse Exceptioni, &c. renunciauit, &c quietauit,&c promittens ipsi B. pro se, & suis hæredibus, & successoribus stipulanti, & recipienti dictũ equũ sibi ab omni homine, &c legitime defendere auctorizare, & expedire sub pœna dupli d pretij, stipulationis præmissorum, & refectionis damnorum,& expẽsarum litis, &c. Qui B dictum equum recedit ibidem cum dicti specificatus vitijs, & magagnis in dicto equo se bene cognoscere, & ea sibi ex pressa, & extensa esse dixit, & generaliter pro talis,qualis est,vt supra protestans ergo nolle ipsum A. venditorem teneri occasio ne dictorum vitiorum, vel morborum ipsius equi expressorum, aut quorumcunque aliorum apparentium,& latentium vt supra dictum est. Pro quibus,&c Nota quod nisi supradicta vitia exprimerentur, competeret emptori actio redhibitoria, quæ prætoria est, & competit emptori fraudato, vt per Specul. in §. 1. de resc vend. lib. 4 par. 3. in princ. Alex. in l si stipulator sub n. 23. ff. de verb. oblig.

Forma venditionis herbarum.

A. Sponte,&c dedit,& vendidit B. totam herbam,seu futurum fænũ quã tuncunque,& qualitercũque fuerit,& quid erit, & percipi,& haberi poterit,anno præsenti de prato sito in tali loco, iuxta, &c. percipiendum,& colligendum,& habendũ auctoritate sua, omnibus ipsius B.sũptibus & expensis,ad omnem suam ex nunc custo diam,& omne periculum,atq; casum rapinæ, incendij, inundationis aquarum, & cuiuscunque alterius fortuiti,euentus pro pre tio scutorum 25 quæ idem A,confessus fuit habuisse, & recepisse ab eodem B de quibus se bene contentum vocauit. Exceptio ni,&c renũciauit,quietauit,&c. promittens ipsi B. pro se, suisq; hæredibus, & successoribus stipulãti dictum fænum sibi ab omni persona, & vniuersitate legitimè defende re, & alias vt in & præscripta forma,quam pro huius extensione reassume.

Forma venditionis lanæ.

A. Sponte,&c dedit, & vendidit B omnia vellera futura,siue futuram lanam quantacunque, & qualiscunque fuerit, & quam tondi, percipi, & haberi contigerit in anno præsenti ex mille ouibus suis,quas habet in territorio Cornetano, in loco dicto, &c. & ipsam lanam infra mensem,dictis ouibus tonsis eidem B. dare & consignare in feriis Toscanellæ ibi conductam omnibus expensis ipsius B. pro pretio, & ad rationem pretij scutorum vigintiquinque pro quolibet milliario, quod pretium idem B soluere, & exbursare promisit statim facta ponderatione, & consignatione dictarum lanarum liberè, &c. alia, &c. de quibus, & pro quibus.

Forma venditionis fructuum, ad plures annos,

A. Sponte, &c. vendidit B. vsufructum ac omnes redditus, & obuentus talis vineæ sitæ, &c. hinc ad quinque annos proximos,dans,& concedens eidem vsque tunc dictam vineam, & arbores, & omnia, quæ in ea sunt,& quæ infra prædictos continentur confines habenda, vtenda, & fruenda libere per se, vel alium seu alios quem seu quos voluerint, pro pretio & nomine pretij scutorum centum monetæ quæ idem A. confessus fuit habuisse, & recepisse ab eodem B. de quibus se bene contentum vocauit. Exceptioni,&c.renunciauit quietauit &c. Promittens idem A. eidem B. vineam ipsam, & omnia,quæ in ea sunt, liberè vtenda,fruenda vt dictum est) ei, & suis hæredibus ab omni persona & vniuersitate legitimè defendere, hinc ad terminum supradictum, & dictos vsusfructus, quos in dictis quinque annis percipiet, tam intra terminum, quam postea perpetuo legitimè defendere, auctoritate, & expedire, alias ad omnia damna, &c. B contra quoque idem B promisit ipsi A pro se,suisque hæredibus, etc. stipulanti prædictam vineam,et omnia quæ in ea sunt sine fraudenti, et frui, et ipsa fossata, et sæpes eius manutenere, et conseruare, et eam quelibet anno debitis temporibus bene amputare. et reseuare, et liconizare, binare, et remundare, et in omnibus bene,et si ne frauede colere, arbores siccat incidere, et virides non incidere sine domini mandato, et finito termino ipso prædictam vineam ita in bono statu (vt nunc est) ipsi A. liberè relaxare, et consignare sub pæna omnium damnorum, etc pro quibus omnibus, etc.

Forma locationis Barchæ.

IN mei, etc. Constituti Nob vir. D.Viperescus de Vipereschis de Corneto

ex vna, & Antonius, &c. Patronus, vnius barchæ portaturæ salmarum centum, & vltra, ex altera partibus sponte &c. deuenerunt, ad infrascriptam conuentionem videlicet, dictus Antonius promisit,& conuenit, dicto D. Viperesco ibidem præsenti &c. portare cum eius barca, in qua nauigant septem marinarij cum eo salmas centum frumenti, mensuræ Cornetanæ in Vrbem Romam, quam frumenti quantitatē onerabit in portu Corneti, pro pretio nauli Iuliorum quinque pro singulo rubio, seu salma. Et vice versa idem Dominus Viperescus promisit eidem Antonio patrono dictæ barchæ,ibidem præsenti dare dictum granum expeditum ad dictum portum pro die vndecima præsentis mensis, & soluere eidem Antonio supradictum naulum cum applicuerit,cum dicta barcha frumento prædicto onerata ad magnam ripam Vrbis. Promittens idem Antonium in dicto portu frumenti se fideliter,& prout ad probum spectat virum agere, neque carigamentum aliquorum aliorum bonorum in dicta barca recipere, nec in dicto portu, seu naulizamento per se,nec suos committere aliquam fraudem, dolum, vt vulgo dicitur, barattaria, sub pœna omnium damnorum, &c. Et pro eo quod in, & super præmissis, ac obseruatione omnium & singulorum, sit eidem D. Viperesco magis cautum, & securum, ibidem præsens N. qui sciens, &c. Sponte, &c. pro dicto Antonio, & eius precibus præmissis omnibus ad fauorem dicti D. Vipureschi accessit, & promisit, vti principalis, principaliter, & insolidum, quem N. ibidem præsentem idem Antonius promisit reuelare indemnem, ita quod. &c. alias,&c pro quibus, &c.

Formam venditionis musti.

A Sponte, &c. vendidit, &c. B. salmas. vigintl de vino musto, recolligendo per eum in vendemiis proxime futuris ex eius vinea, seu possessione posita,&c pro pretio Iuliorum decem pro singula salma quod pretium, quod est summæ scutorum tot, &c idem A. in mei Notarij & testium infrascriptorum præsentia habuit, & recepit ab eodem B. ibidem præsente, & soluente manualiter, & in contanti in prompta, & numerata pecunia in tot, paulis,& testonibus papalibus,de quibus, &c quietauit, &c. Quod vinum mustum idem A. promisit eidem B tradere, & consignare ad vascam eius vineæ in vindemijs proximis futuris libere, &c Si quod autem vinum venditum eo tempore valebit plus dicto pretio, id totum plus idem venditor eidem B. emptori præsenti, & acceptanti donauit, donationis titulo perpetuo irreuocabiliter, ob grata seruitia multipliciter ab emptore recepta, & si minus dicto recepto pretio, idem emptor eidem venditori præsenti, &c. remisit, & donauit donatione pura, &c. Quæ omnia &c. Pro quibus, &c.

De contractu rei emphiteoticæ. Cap. XIX.

1. *Forma contractus rei emphiteoticæ habetur inferius in secundo libro.*
2. *Emphiteotica concessio genus est alienationis.*
3. *Clausula reseruato beneplacito Sanctissimi, facit conditionem in tantum quod illa non purificata, dominium non transfertur.*
4. *Maior pars canonicarum debet interesse in contractu capitulari.*
5. *In alienatione contractus tractus præcedere debet.*
6. *Traditum non videtur traditum in alienatione ad tempus duratura.*
7. *Ab prius acquirens, censeatur comprehensus in concessione, vsque in tertiam personam.*
8. *Clausula in contractu emphiteotico pro se, suisque hæredibus quomodo extendatur.*
9. *Extensio clausulæ ad habendum, &c.*
10. *Clausula rato tamen manente pacto, quid operetur.*
11. *Clausula, saluo iure directi dominij, quia importet.*
12. *Quis nam teneatur ad solutionem laudemij.*
13. *Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis.*

AD hæc no. a, quod cum emphyteusis sit genus alienationis, vt extra. reb. eccl. non alien. & propterea olim Episcopi consensus requirebatur, vt per Spec. in §. 2. sub nu. 3. vers. & nota de locato, tamen modernis temporibus, propter Pontificias Constitutiones prohibita est d. alienatio, vt etiā fuit decisum in cons Neap. vt testatur Affli. in decis. 77 sub nu. 5. text. in cap. hoc consultissime de reb. eccl non alien. lib. 9. non ab re igitur opponitur in principio conditio illa scilicet, reseru to beneplacito

to

to Sanctis. D. N. Papæ, & non alias, aliter nec alio modo, quo non interueniente, nõ est nata actio, nec obligatio, & multo minus dominij translatio, vt per Curt. Iun. in cons 71. sub nu. 17. par 1. Item nota, quod vbi supra dicitur de consensu maioris partis Canonicorum necessario debet esse maioris pars, vt in cap. ea noscitur, extra de donat § pastoralis in fin. Amplius nota quæ ibi dicitur de tractatu præcedere, quia in his sẽper tractatus præcedẽte, immo, nõ semel, sed pluries, vt per Specul in §. 2. par. lib. 4. sub n 4, de locato, & in c. tua de reb. eccl. alien vel non; & ibi not. vbi tractus sit de substantia contractus. Aduertendum est, & quod ibi non dicatur, tradidit, & concessit, sed tñ dedit, & concessit quia in re non perpetuo concessa traditum non videtur traditum, vt per eundem Spec. lib. 4. 3. par. sub nu. 156 de emphyteusi Ad hoc probabo iter deputari potest: an si ista concessio in emphyteusim fuerit facta per hæc verba scilicet in tertiam generationẽ personam illius; cui est facta concessio, censeatur inclusa in prima generatione, vel potius prima generatio incipiat in personam descendẽtium in Specul. in tit. de locato tenet, q. persona illius, cui facta est concessio comprehendantur in prima generatione; contrariam vero partem tenuit Bald. in addit ad Specul. in tit. de locato col. 4 vers. Item, & in tertiam generationem, & in auth si quas ruinas col 1 vers lux hoc quæro C. de sacros. eccles vide ad hoc Alex in l. quod dicitur vers sed ipsemet sub n. 23. ff. de verb. oblig vbi respondendo dicit quod attendi debet consuetudo Ecclesiæ concedentis; & secundum illam debet fieri interpretatio, arg. l. minime, & l. si de interpret. supra de leg. sed vbi non apparet de consuetudine, quod pronepos includitur, quando conceditur in tertiam generationem, vt ibi, & propterea ad tollendum dictam dubietatem, bene erit dicere in tali concessione, scilicet in ipsius tertiam generationem, tunc enim procul dubio persona illius cui facta est concessio nõ cõprehenditur in prima generatione, secus si dictum esset vsque in tertiam ipsius personam, vt per Gabriel. in lib 3. conclus. 1. sub n. 1. 2. & 3. de feudis, vide tamen. in hoc Clarum in §. emphyteosis lib. 4 quæst. 34. per totum ad quem pro præmissorum maiori intelligentia, recurre Et quod pronepotes comprehendantur in prima inuestitura, extat decisio Rotæ, cuius copiam inferius registrari curaui. Item aduertendum est, quod loquendo simpliciter de simili concessione non extenditur per Notarium clausula pro se, & successoribus quibuscumque: sed tantum dicitur pro se, & suis hæredibus, & successoribus, scilicet de hæredibus, vel descendentibus in infinitum, & qui succedunt de iure ciuili, vel qui succedunt vniuersaliter de iure prætorio, vt not. Imol. in l. quod dicitur col. fin. ff. de verbor. obligat. Bald. in l. in personam in fin C. de fideiuss Alex. cons. 118. vol 2. secus in alienatione perpetua, & tunc in casu, quo Ecclesia possit legitime alienare, talis clausula extenditur pro se, & suis hæredibus, & successoribus quibuscumque, quia tunc ad hæredes transit extraneus, Alexand in 1. volum cons 9. & in 1. volum. cons 9 in 12. col. aliis cons. 58. eodẽm 2. volum. in 3. col. Afflict. decis 100. sub num 2. Vbi enim emphyteosis potest in casu præmisso transire ad extraneos, tunc per illa verba suis hæredibus comprehenderentur etiam omnes extranei, alias autem solum comprehenderentur illi descendentes, ad quos transire potest, bene facit ad hoc tex. in l. sciendum ff de verbor. sign f. Alex in l. quod dicitur sub num. 16. propè fin. ff. de verbor. obligat. clausulam illam ad habendum in præscripta forma appositam non nisi hoc modo extendas, scilicet ad habendum, vtendum, fruendum, & gaudendum & de dicta domo disponendum prout similes emphyteotæ de rebus similibus facere, & disponere solent, nec dicatur (prout dicitur) in venditione bonorum, quorum dominium transit in accipientem, perpetuo & sine præfinitione temporis, vt puta in re ruinosa, quæ potest in perpetuum dari in emphyt. vt in auth de alien. & emphyt. si vero quædam, secus si non est ruinosa, quæ non potest dari, nisi ad vitam suscipientis, & duorum eius successorum, vt per Spec. in §. 1. de emphyt. sub nu. 9. lib 4. 3. par. quia tunc ex simili concessione emphyteotica non transfertur nisi natu alis possessio quam habet similis emphyteota vsufructuarius, vel vasallus, vt per specul. in § 1 lib 4. sub num. 20 de empt & ven tit. clausula illa fere in fine supradicti contractus, conscripta rato scilicet nihilominus manente pacto, operatur merè exclusionem, vt per Afflict. decis 174. sub nu. 3 & etiam quod contractus ratus remaneat semper, tam

respectu pœnæ, quam illius obseruantiæ, secundum Specul.in §. 1. lib.4. 3. part sub num.99. de emphyteosi. An autem emphyteuta possit rem sibi, vt supra concessam ad breue, siue longum tempus, alteri locare, permutare, hypothecare, alienare, iura sua in alterum transferre; habes hæc omnia per Clarum in quæst 17 &sequent.vbi 11 diffusè explicantur, ad quem pro illorum intellectu recurre, hoc tamen addito, quod emphyteota semper debet vendere iure directi dominij, semper saluo, vt in l.1.C. de feudis, quæ tamen clausula saluo iure dominij in reformatione feudi, vel emphyteosis operatur, quod si antea feudatarius vel emphyteota cediderit à iure suo ex aliqua causa, non possit sibi talis noua reformatio, vt per Io. de Pra singulariter in c. hæc conditio § si sic ff. de cond. & demonstrat. sed de his hactenus, cum aliud quo-12 adq. dicere mei officij non sit (saluo quod antequam ad alias transeam quæstiones) d. hanc tantum tanquam quotidianam, & de quà quotid e Notarij interrogantur, deueniam scilicet, quod quando emphyteota alienatius suum in alium, quam cóprehensum in prima inuestitura, tunc nouus acceptor tenetur soluere Laudemium directo Domino, vt per Iason. in l 3 C de iure emphyteotico vers primo quæro sub num 41. Hoc tamen intellige, nisi aliter, aut tacitè, vel expresè inter partes pactum fuerit, quia tunc prouisio hominis facit cessare 13 prouisionem legis., vt per eundem Iason in auth ingressi C de sacros eccles in hac re emphyteotica multo plura scribere potuissem, quæ ad dispositionem vtriusque iuris pertinent, verum quia tantū ea prosequor quæ tendunt ad intellectum clausuram similium contractum emphyteoticorum, alias verò materias reijcio, vt ad eundem Iaf eod. tit & alios, qui hoc particulariter scripserunt Copiæ dictæ decisionis, de qua supra fit mentio.

Assisiensis emphyteusis veneris 13. Nouembris 1598. R P D. Gypsio

CAnonici Ecclesiæ S Saluatoris in Lauro de Vrbe anno 1590. concesserunt in emphyteusim bona, de quibus agitur, cuidam Leonello in tertiam generationem finitam, in linea masculina duntaxat. Dubitaui, an prima generatio incidere deberet à Leonello primo acquirente, vel potius à persona descendentis ad effectum, vt pronepotes ipsius Leonelli censerentur, vel ne comprehensi in dicta inuestitura.

Domini vtraq; parte informante, resoluerint primam generationem incipere à filijs Leonelli, & consequenter in illa comprehendi pronepotes. Ratio decisionis fuit, quia cum primus acquirens sit causa, & origo generationis, non potest in ipsa prima generatione connumerari, vt per multa exempla declarat Bald.conf.449.lib. 3. & conf.375 lib 4.Calder. de locat conf. 9. colum.1

Præsertim, stante illa dictione, finita Alex. conf 110. nu circa fin. lib.3 & conf. 125. lib.5. Soccin conf 15. nu.4 lib.7. Gozad. conf.25 nu.17 Ruyn conf.166.nu 6. lib.1. Dec. conf.62. in princ. Gabr. de iure emphyt. concl 4. nu.5 Clar in § emphyteusis q 34. vers. sed certè, vbi dicit hanc esse magis cōem opinionem & sequuta fuit Rota apud bon. mem. Oradinū, in vna Romana domus, & in alia Farfensis villæ Caprolæ, coram R.P.D. meo Pegna 30 Maij 1.92. vt patet ex earum copijs, quæ circumferūtur, & sic apparet non esse in iudicando tenenda opinionem Speculat. in tit. de emphyt § cum aliqua q. 15. nu 183 Paul de Castr.conf.316. num.1. vol.2. & aliorum exemplo citatorum.

Ex differentia, quæ fit per informantes inter verbum completam, & finitam, non placuit Dominis, quia est verbalis, cum tendant ad eundem finem, & sit synonima, præter id, quod mulier ex Doctoribus allegatis loquuntur, etiam quando adest verbum finita.

Hoc stante, non est opus ingredi illam difficultatem, quam mouet Bart. in quodā eius consilio an fuerit in instrumento dictū vsque in tertiam generationem ipsius, vt refert Bald. in auth.si quas minus, n 3.vers. iuxta hoc quæro, C de sacros eccl latè Bellam. conf 80 num.7. & 8. cum alijs citatis quæ quidem opinio licet sit communis, à nonnullis tamen reprobatur, vt animaduertunt addentes ad d conf. Alex. 125. Clar. post Castrens in loco supra citato.

Non obstat decis Caputaquens. 18. par 2 quia ibi non aderat verbum finitam. & bene illi respondetur in decis. villæ Caprolæ, quicquid pro parte aduersa dicatur.

De Locatione Bouum. Cap. XV.

1 *Forma instrumenti locationis bouum.*

Cu.

2 *Custos recepta mercede tenetur de casu[?] sini stro.*

3 *Secus si custos dimisit dictos boues in locu solito, & consueto ibi dimittere.*

Locatio bouum ad laborandum.

Id. A Confessus fuit habuisse, & recepisse ad laborandum ad quartam partem lucri à d. B. duos boues, vnum scilicet album cum cornibus dimissis, & alterum rubeum cum cornibus elatis, pretij, & æstimationis scutorum 40 hinc ad annum proximum: promittens solemni stipulatione eidem B. dictos boues fideliter, diligenter custodire, saluare, pascere, & tenere, omnibus suis expensis, ipsoque non vendere, vel alienare, sine expressa Domini licentia, & mandato, in se dictorum boum semper dominum reseruans: ita quod à quocunque altero possidente ipsos pleno iure valeat vendicare, & pro summa dictæ quartæ partis laborerij, dare, & deferre eidem B. Corneti ad domum suam, rubla tot frumenti boni, & recipientis, in festo Beatæ Mariæ Augusti, seu in recollectis proxime futuris libere, & sine aliqua exceptione: in fine vero termini dictos boues, aut prædictam æstimationem, cum quarta parta lucri, siue tantum minus ipsa æstimatione, quantum fuerit totum damnum ipso Domino consignare. Veruntamen si dicti boues, aut alter eorum ipsius laboratoris, aut eius famuli culpa, dolo, fraude, vel mala custodia perierit, aut destructus, vel perditus fuerit ad ipsum laboratorem spectet singulariter totum damnum, & si diuino iudicio, vel casu fortuito perierit totum damnum ad Dominum pertineat ante dictum. Quod si contingeret ipsos boues per octo dies, vltra terminum supradictum, retinere, quin eos, vel dictam æstimationem consignet, vt dictum est, ex tunc vsque ad vnum annum, & sic de singulis annis ipsos à dicto Domino retinere, eisdem pactis, & conditionibus teneatur, si de ipsius domini processerit, voluntate, quia sic actum extitit inter ipsos. Quæ omnia, & singula supradicta promisit idem A. ipsi B pro se suisq; hæredibus stipulatione solemni, firma, & rata habere, & tenere non contrafacere, vel venire per se, vel alium aliqua ratione, vel causa, de iure, vel de facto, sub pœna dupli æstimationis pretij anted. stipulatione in singulis capitulis huius contractus insolidum præmissa, qua soluta, vel non, rata maneant omnia, & singula supra & infrascripta. Pro quibus, &c.

Ad hæc nota, quod si locaui tibi boues, vel alia animalia custodiendo, certa mercede tibi data, & tu dimisisti illa in pascuis in quibus animalia cōmiter dimitti solebant & fur, vel lupus ea abstulit, vel occidit numquid teneris? & videtur q sic, nam si cum 2 mercede habuetis, de periculo teneri ff lo. cat qui mercedem, item non debuisti, eos sine custode dimittere ff. de vent in pos. mi. l. 1. § ad custodiendum ff. comm. l si vt certo § si de me, & hoc ipso inculpa es, quia in tutiorem locum transferre potuisti ff de damn. infec. vtiq vnde teneris extra de iureiur cap fin. in princ arg contra quod excusetur si dimisit, & sicut alij dimittere so- 3 lent, vt in l. pignus C. de pig maxime si tuos boues ibi sic dimittere consueuisti, Spec. in § postquam tamen sub n. 12. de locato.

De contractu soccidæ. Cap. XVI.

1 F*Orma instrumenti soccidæ bouium.*

2 *Damnum, quod sequeretur in euentum mo. iu dictarum ouium, cedit socio minori.*

3 *Secus si casus fortuitus sequeretur sine eius culpa.*

1 A Sponte, &c. confessus fuit habuisse, & recepisse in soccidam, siue societatem, à B centum oues pretij scutorum centum duraturam hinc ad tres annos proximos, promittens solemni stipulatione dicto B. eos omnesq ipsarum fructus futuros & fœtus omnique suis expensis, fideliter, & diligenter custodire, saluare pascere, & tenere, ipsaque aut earum fœtus, vel fructus aliquos non vendere, vt in proxime scripta forma vsque vendicare. Postea iunge fructus vero, & fœtus earum scilicet agnorum lanæ, casei, & stercorum dimidiam bona fide dicto B. ad ipsius voluntatem consignare, & dare, & in fine dicti termini ipsas oues præfatæ soccidæ, vel illas, quæ ex eis tunc temporis extabunt ipsi B restituere, & consignare, si vero ipsæ, vel aliquæ earum siue ipsarum aliquis fœtus, & fructus ipsius A. vel eius famuli, seu familiaris, culpa, aut dolo, vel mala custodia perierint, aut destructæ, vel perditæ fuerint, totum damnū spectet ad eum, si autem diuino iudicio, vel casu fortuito, id euenerit, ad dictum B. spectet, dummodo ipse A. per representationem pellium ouium mortuarum, vt aliter faciat plenam fidem. Quæ omnia, & singula

gula supradicta forma.

Hæc supradicta scilicet quod in euentu malæ custodiæ dictæ oues perierint, &c. 2 supra totum cedat damno A probantur per Iaf. in l. si pascenda in vers. quæro sub nu 5. C de pactis, cum custodiam præstare teneatur, & consequenter culpa in eo præsumitur, vt per Bald. in 1. de off præf. vig. & l. cum duobus § damna ff. pro loc. & ibi quod non sufficit probare interitum, nisi 3 probet casum fortuitum, puta mortalitatē vel similem, Alex. consi. 158. in 2. vol. quod incidit in causa, & lite vertente inter Ludouicam, &c. secus si sine culpa ipsius.

De Contractu census. Cap. XVII.

1 *Forma instrumenti census.*
2 *Clausula sciens non teneri, quid operatur.*
3 *Fideiussor non potest conueniri non discusso principali*
4 *Creditor potest conuenire, quem inualuerit insolutum.*
5 *Quibus beneficijs fideiussores solent renunciare.*
6 *Creditor potest recusare cessionem facere.*
7 *Secus seruatur in tribunali Aud. Cam.*
8 *Fideiussores quando obligantur insolidum etiamsi dictum non sit.*
9 *Secus si accedunt diuersis temporibus.*
10 *Fideiussoribus effectis non idoneis, iterum est satisdandum.*
11 *Secus in fideiussoribus contractus.*
12 *Intellectus l. vbi ad hue C. qui loco priorum creditorum succedunt.*
13 *Forma census vitalitij.*

1 IN Dei nomine Amen d A sponte, &c. omnibus meliori modo, &c. in & super eius casale nuncupato, &c sito in territorio Vrbis in partibus latij, cui casale A. prædiū C. territorium castri S. & casale M. circumcirca casale ipsum consistentia cohærent pro confinibus saluis alijs, si qui sint plures aut veriores confines, & dicti casalis fructibus, redditibus, prouentibus, & pertinētijs vniuersis constituit, creauit & imposuit annuum censum scut. 80. monete iuliorum 10 pro scuto. Quem censum ita creatum constitutum, & impositum vendidit, ac titulo præfate venditionis, dedit, cessit, & assignauit. & trāstulit admodum nobili viro B. præsenti, ementi, & stipulanti pro, se suisq. hæredibus, & successoribus quibuscunque, ad habendum, &c. Hanc autem annui census creationem, constitutionem & venditionem, & omnia, & singula in hoc instrumento contenta d A. fecit, & facit erga d. B. pro pretio scutorum mille similium, quæ in prompta, & numerata pecunia argentea in mei Notarij, test um infrascriptorum præsentia à d B. præsente, ac realiter, & cum effectu soluente habuit, & recepit, & ad se traxit, & de quibus sic acceptis pro integro, & iusto dicti census pretio se contentum, & sibi satisfactum vocauit, & eundem emptorem quietauit, absoluit, & penitus liberauit. Renunciando quibuscūque exceptionibus cum pacto de nunquā 3 amplius petendo. Quem censum annuum promisit soluere d. emptori præsenti, & vt præfertur, stipulanti de semestri, in semestre, & in fine cuiuslibet semestris proportionabiliter, & pro rata, & in simili bona, & currenti moneta, hic Romæ libere &c. alias ad omnia damna, &c. teneri voluit. De qui 4 bus, &c. Et promisit d. A. venditor dictum Casale ad se spectare, & pertinere pleno iure dominij, vel quasi, & de sua natura fructiferum esse, & capax dicti annui census, & etiā maioris, & esse liberum, & exemptum ab omni alio censu, canone responsione, nulla, ac ab omni. & quocumque fidei commisso purifica to, vel purificādo, & quibuscumq. alijs oneribus, impedientibus huius annui census impositionem, vel quæ dicto emptori obstare, vel præiudicare possint & non iuste aliter venditum, datum, donatum, permutatum distractum, aut alias vtcunq. alienatum, alienationis et latissimè sumpto vocabulo, nec in totum vel in parte quicquā factū fuisse, quod al quo modo respectu prioritatis, vel potioritatis hypothecæ, aut alias in totum, vel in partē possit se in præiudicium huius contractus, & d emptoris, & quod in his fiet in futurū Et pro-5 misit et hanc census impositionem, & vēditionem esse bene, & valide factas, & in eas tanquam tales facere consentire oēm personam, & eius hab ntem. aut habere prætendentem in, & super d. Casali, & eciu ad oēm simplicem, etiam extraiudicialem requisitionem, aut interpellationē per d emptorē, aut eius hæredes, & successores, vel causa, & ius ab eo habentes faciendam. Propterea suscipere in se oēm litem, causā controuersiam, & molestiam in omni iudicio petitorio, & possessorio, & in quacunq. instantia, & parte iudicij si quæ moueantur

super

super d. annuo cēsu, seu casalis, & susceptas prosequi, & terminare cum suis procuratoribus, & Aduocatis, absq. impensis cura interuentu, labores, & impensa d. emptoris eiusq. hæredum, & successorum. Amplius promisit eundem emptorem, eiusq. successores in d. annuo censu illiusq. pacifica perceptione conseruare, & semper defendere & liberari ob omni lite, causa controuersia molestia, ac molestante persona, alias teneri voluit, & se obligauit ad oēm indictionem generalem, & particularem d. census annui in forma iuris valida, & in Vrbe consueta tam in petitorio, quam possessorio, & quouis eorum insolidum erga d. emptorem, & ad oīa damna impensas, & interesse, si quæ d. emptor, vel sui hæredes, & successores ob d. lites, molestias, vel euictione paterentur itaq. sub prætextu, q. si per incuriam, & iniustitiam, nullitatem, aut Imprudentiā iudicantium talis euictio secuta fuerit venditor prædictus, illiusq. in posterum hæredes, & successores nullo modo valeant se excusare, vel tueri. Conuenerunt insimul ijsdem contrahentes q. in omnibus, & singulis præmissis, & in præsentis instrumento contētis

6 d. D. Emptor non teneatur ad aliquam solemnem intimationem litis faciendam, sed quæcunque simplex ratificatio, et extraiudicialis, & sine aliqua solemnitate, & forma iuris sine statutorum adhibita, seruata, vel non seruata ipsi venditori, vel alicui ex infradicendis fideiussoribus aut alicuius ipsorum hæredibus, & successoribus facta sufficiat, absque vlla penitus notificatione per d. emptorem, suosque hæredes, & successore, quomodolibet in futurum in iudicio, vel extra faciendam, quia sic actum, & c ītē consensit venditor, & ita conuenit, q. si, & quotiescunque ipse venditor, eiusque successores, & fideiussores cessauerint in solutione de annui census de semestri in semestre vt supra faciendas sit in arbitrio, & liceat eidem emptori, eiusque successoribus agere, & experiri, pro consequendis terminis d. annui census, tam contradictum venditorem, & fideiussores insolidum eorumq. hæredes, & successores, quam contra conductores colonos, ac omnes, & singulos dictū casale pro tempore tenentes, & quos cunque ipsius venditionis debitores, ex quauis causa præsentes, & futuros, ita tamen q. vna via electa ex parte emptoris, & suorū nunquam eis præiudicetur, quin ad alteram redire possiat, vtraque eodem tempore experiri, vt satisfactionem consequantur. Quinimmo liceat etiam emptori, & suis variare semper, vsque ad consecutionem terminorum decursorum, & non solutorum. Ad quæ præmissa peragendum, idem venditor constituit, & fecit d. emptorem, eiusque successores procuratores irreuocabiles, & in rem propriam cum iuramento ac etiam facultate omnes, & quoscunque opus fuerit, quietandi, de pecunijs exigendis, pro concurrenti summa censuum decursorum, etiam Ira, & actiones in fauorem soluentium transferendi, & cum clausulis ad lites, & facultate substituendi, & sequestrandi, & alijs clausulis, & facultatibus in similibus mandatis poni solitis, & quomodolibet opportunis. Declarantes vlterius, & conuenientes, prædictis contrahen-

7 tes, quod liceat dicto venditori, suisq. hæredibus, & successoribus, ac etiam fideiussoribus infrascriptis, & eorum cuilibet insolidum, semper, & quandocunque voluerint in perpetuum, etiam non obstante longissimi temporis, centum, & plurium annorum præscriptione, dictum censum scutorū octuaginta, pro eodem pretio scutorum mille in numerata pecunia, hic Romæ libere, & in simili specie, vna cum censibus in illum vsque diem decursis, & non solutis restituto, redimere, & extinguere & dictus emptor, suisq. hæredes, & successores retrouendere teneantur, præcedente tamen intimatione, seu denunciatione, per duos menses ante redemptionem, ex parte venditoris facienda iuxta formam Constitutionis fel. record Pij Papæ V. de modo procreandi census promulgatæ sub datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1560. 14. Kalend.

8 Frebruarij. Et denique contrahentes voluerunt, & conuenerunt seruari hinc inde omnes conditiones, & requisita dictæ Cōstitutionis, & omnia, quæ Constitutio huiusmodi requirit pro appositis haberi. Sed quatenus ex præmissis, vel infradicendis ab ipsa Constitutione omittendo, vel faciendo quouis modo recessum fore dici, aut dubitari possit, declararunt, & conuenerunt etiam ad tollendum penitus omne dubium, & pro validitate contractus, haberi pro appositis omnia quæ apponenda sunt, & pro non appositis non apponenda Redigentes tantum contractu, & contenta in ea ad verum sensum, & dispositionem d. Constitutionis, quia contrahentium

tium intentio fuit, & est in omni clausula & parte huius contractus, cum eadem Constitutione se conformandi, & sic, & non alio modo contraxerunt. Postremò 9 vt dicto emptori magis cautum sit, promisit d. A. venditor huiusmodi impositioni, creationi, & venditioni annui census tā pro illius solutione, de semestri in semestre, vt supra facienda in perpetuum, durante censu, consensu præstando, lite, & causa quacunque suscipienda, & prosequenda, pro validitate huiusmodi impositioni, & venditionis census, & pro quacunque euictione, & in omni iudicio petitorio, & possessorio insolidum, quam pro omnibus, & singulis in præsenti instrumento contentis vti principales, principaliter, & insolidum accessuros D. N. & N quos ita accessuros, & promissuros absentes, me Notar. &c. stipulante, promisit releuare indemnes, & penitus sine damno conseruare, ita quod nullum propterea damnum, aut molestiam patiantur, alias ad omnia damna, &c. teneri voluit, de quibus, &c. & in euentum mortis, aut mutationis conditionis in deterius aut recessus ab Vrbe dictorum fideiussorū vel aliorum pro tempore in hoc censu obligandorum, seu alterius eorum, promisit semper, ac toties, quoties aliquis ex dictis casibus tam in vno, quam in pluribus, ex fideiussoribus obligatus tam eodem, quam diuerso tempore contigerit, statim obligare, & subrogari facere alium, seu alios æque idoneos fideiussores, ad satisfactionem emptoris, seu eius hæredum, & successorum, ne vnquam tractu temporis emptor, vel sui contingentia euentum prædictorum, in eorum cautelis, & actionibus tam realibus, quā personalibus, deterioribus afficiantur, firmis tamen remanentibus semper obligationibus talium fideiussorum quomodocumque modo pro tempore deficientium, ita vt quæcumque obligationes sub [illegible]ndæ semper cumulatiue, iuraque iuribus, & cautelas cautelis emptori, & suis accrescere intelligantur. Declaratione adiecta, quod in euentum mortis, hæredes fideiussoris defuncti possint se se loco illius obligare, dum modo eo tempore defunctis hæredis conditio deteriorata non appareat, & quia sic actum, &c. Pro quibus &c. extende obligationum in forma Cameræ. Poterunt quandocunque fideiussores post suprascripti contractus stipulationem accepere, quia Notario de contractu præfato, ac continentis in eo quibuscūque certiores reddentur. Hæc de censibus dicta sufficiant.

Cum de pluribus attinentibus ad contractum census hic sermonem facere potuerimus, sed cum plures particulares contractus de censibus iam d u, & nuperrime in lucem edit, & tradidit fuerunt, vbi verisimiliter credendum erit omnia diffuse explicata fore, ideo de his quicquam non attingam, ne agrum nostrum aliena segete fertiliorem reddere videamur, sed tantum deueniemus ad explicationem clausularum fideiussionum, quæ ferè semper in similibus contractibus adhibentur. Reliquas vero clausulas contractus census habes, prout in instrumento venditionis, quas hic breuitatis causa aliter non repetimus, 10 cum æquitarentur. Nam clausula illa sciens non teneri, &c Tollit exceptionem erroris, quæ opponi non potest, Bartol. in l. sed & si quis §. fin. si quis caus. & in l. si dari in fin ff. verb. obligat. Item tollit conditionem indebiti, quæ non datur promittenti indebitum scienter idem Bart. in l. final §. idem quæsijt in 2. col vers. Vnde, vt prædicta cessent ff. de condit. indeb. Et licet regulariter fideiussor non posset conueniri, nisi prius discusso principali, vt in 11 l. 1. C. de comm. de fid deb. lib 10. in l. 1. de reuoc, his, quæ in fraud. cedit. Tamen propter clausulam illam insolidum, quæ operatur, quod creditor potest conuenire 12 pro vno debito, quem vult, pro toto debito, vt habetur in l. duos reos in princ. & in l. reos §. fin. ff. de fideiuss. & melius circa præmissa, explicando scias, quod quotidie quibusdam iudicis in instrumentis publicis renunciatur, & hac renunciatione tabelliones iuris ignari præsertim extra Romanam Curiam abutuntur. Nota ergo quod quatuor sunt beneficia iuris, quibus præcipue solet in instrumentis renunciari scilicet benefic. Epistol. Diui Adr & nouæ Constitutionis de fideiuss. & nouæ Constit. de duobus reis, & cedendarum actionum de quibus beneficijs in singulis ad quid valeant, & in quibus inter se differant, videamus. Beneficium ergo huius Epistolæ est quod quamuis aliqui fiat insolidum obligati, tamen per huiusmodi beneficium, si omnes præsentes sint, & soluendo tempore litis contestatæ possunt postulare, vt diuidatur inter eos actio, vt vnusquisque pro virili actione, conueniatur alioquin

(nisi

(nisi dicto beneficio iuuarentur) posset auctor quem mallet insolidum conuenire, vt probatur per Specul. in § 1. par. 2. lib. 2. sub nu. 20. de renunc. De beneficio autem nouæ constitution. de fideiuss. de quo habetur in auth. de fideiuss. in princ. quoniã per illud succurritur fideiussoribus, mandatoribus, & sponsoribus, quod reus principalis primo conueniatur, & hæc vera sunt, si principalis præsens fuerit, & soluendo, vt vbi sub nu. 15. sequitur videre de beneficio nouæ Constitutionis de duobus reis, de quo legitur in præsenti auth. hoc quod est positum de duobus reis debendis, vel promitt. quod subueniatur duobus reis debendis, vel promittendis vt per ipsum postulare possint: scilicet non insolidum, sed pro parte conueniri, & hoc si omnes præsentes sint, & idonei, idest soluendo, vt probatur in auth. de duobus reis promitt. sed prædicta legis beneficia in obligatione Camerali, quo ad creditorem cum in ea renunciatur quibuscumq; legibus, & legum auxilijs, & paciscitur, quod fideiussores obligentur vti principales, principaliter, & insolidum, se principales debitores constituendo, vt videre est in præscripta forma. Postremo dicendum erit de beneficio Cedendarum actionem, de quo habetur in l. fideiussore ff. de fideiussione, & l. Modestinus ff. de solutionibus per quod postulare possunt fideiussores, & alios, pro quibus obligati sunt in vna obligatione, sibi cedi iura contra fideiussores, & alios, pro quibus obligati sunt alioquin (nisi eis credantur iura) possunt recusare solutiones, vt in l. Stychum, aut Pamphilium §. penult. Sed dices quid prodest creditori si renuncietur beneficio Cedendarum, cum a quocunque soluatur habeat sibi debitum, & cum debitum receperit, quid prodest sibi non cedere iure respondeo, si aut tacite, aut expresse huic beneficio est renunciatum, poterit creditor gratificari amico, vel amicis suis, qui poterit vnum ex fideiussoribus, si plures erunt, & eum insolidum conuenire, nec ei poterit opponere, cedas mihi iura, cum iam fuerit huic beneficio renunciatum, & sic exonerabit, & releuabit amicum suum sed prædicta proxime relata cessant in Romana Curia, & signanter in tribunali 7 Auditoris Cameræ, & inquo creditor passim, saltem iuris æquitate, cogitur ad iura cedendum, fideiussore soluente, & alias, prout plenius scripsi in mea Praxi iudiciali, ad quem recurre. Illud quoque ignorandum non est, immo particulariter notandum, quod quando sunt plures fideiussores, qui vno, & eodem tempore simpli- 8 citer intercedunt, quilibet tenetur insolidum, etiam si dictum non sit, Bart. in l. si titius ff. de fideiussoribus, secus si accedunt 9 diuersis temporibus, quia tunc vnus non videtur accessiue contemplatione alterius vt ibi, & in l. si stipulatus §. si ex duobus ff. de fideiussoribus. Postremo ad relatam materiam fideiussorum non omittam, pro intelligentia illius clausulæ, In euentum scilicet mortis, vel deteriorationis, aut absentiæ dictorum fideiussorum, & cætera, prout in ea, quod si fideiussores, quia principio erant idonei, desint esse, denuo est satis dandum, vt in l. Prætoria 11. ff. de præ- 10 tor. stipul. & in l. si is, a quo §. fin. Limitatamen istum textum, & similes procedere in fideiussoribus iudicialibus, secus tamen est in his, qui ex conuentione partium præstari debet, vt in casu nostro, & in contractibus venditionis, & alijs similibus 11 in quibus fideiussores de euictione, & alijs præstantur: quibus datis postea efficiantur non soluendo, ego non teneor iterum satisdare vt per Ias. in l. si ab arbitrio ver. octauo nota sub nu. 11. ff. qui satisdare cogantur. Et propterea pactam illud, nedum videtur superfluum, verum etiam necessarium, quia tunc fideinssor ex pacto de nuo est dandus, vt per Speculat. in §. 1. sub nu. 10. in 3. par. lib. 4. de empt. & vend. Nec te fugiat, quod si pecunias ad censum aut 12 alias B. tuo amico dare voluerit, te nullatenus cauto reddito, tunc in eodemmet instrumento census, vel alterius contractus, ab vtroq; fiat declaratio, quod dictæ pecuniæ per te illi dantur, ad effectum soluendi illas tali creditori ipsius amici, & ad effectum consequendi ab eo cessionem iurium respectu prioritatis, & potioritatis & se subrogandi in locum dicti prioris creditoris, & tunc obtenta ab eo concessione actionis personalis, vel hypothecariæ, sine dubio subrogaberis in locum dicti creditoris, iuxta terminos l. vbi adhuc C. qui loco priorum creditorum succedent, & secundum Bald. in l. 1. eod. tit. per 13 totam. Si autem census fiat vitalitius, dicatur quod A. imposuit annuum redditum scutorum tot. & insuper tali te ad vitam tantum dicti B. quam vendidit eidem B. ad sui

sui vitam tantum, & donec ipse vixerit, & non vltra. Reliqua vero extende, vt supra singula singulis congrue referendo, & debite adaptando.

De concessione Feudi Cap. XVIII.

Forma contractus concessionis feudi. Qualiter iurare debet vassallus: Forma fidelitatis iuramenti.
4 *Verba illa ad habendum quomodo intelligantur, quid sit feudum.*

A. Vicecomes H ob remunerationē plurium obsequiorum B ac Fidei & amoris circa eum, & domum suam per eundem B. hactenus praestitorum, & in vinculum, & signum dilectionis inter eos ex nunc perpetuò inuiolabiliter obseruandae dedit, tradidit, & concessit in feudum, & iure feudi ipsi B. recipienti pro se, suisque filijs, & nepotibus omnibus ex eo, & ex eis in perpetuum descendentibus, masculis videlicet legitimis, dummodo in nullam aliam personam extraneam transferant talem rem, in tali loco, infra tales eon fines sitam ad habendum, tenēdum, & possidendum, & quicquid sibi saluo eo, quod dictum est, & saluo etiam iure fidelitatis debitae, deinceps placuerit perpetuò faciendum cum omnibus, & singulis, quae infra praemissos continentur confines, vel alios. si qui forent, ac cum accessibus, & egressibus vsque in viam publicam, & omnibus, & singulis, quae habet supra se, vel infra, vel intra se, in integro, omnique iure, & actione, vsu, seu requisitione sibi ex ea, vel pro ea re, aut ipsi rei modo aliquo pertinentibus, quam rem, se eius nomine constituit possidere, donec ipsius rei possessionem nactus fuerit corporalem, quam siquidem accipiendi sua auctoritate, ac deinceps retinendi, sibi licentiam omnimodam dedit. Promittens per se, suosque haeredes dictoque B. pro se, & pro praedictis ex eo descendētibus liberis, legitimis stipulanti, & acceptanti, litem, vel controuersiam eis de dicta re, vel eius occasione, vllo vnquam tempore non inferre, neque inferenti quomodolibet consentire, sed ipsam rem eis ab omni persona, & vniuersitate legitime defendere, auctorizare & expedire, ac dictam concessionem, & omnia, & singula suprascripta perpetuò rata, grata, & firma habere, & tenere, nec contrafacere, dicere, vel venire per se, vel per alium aliqua causa, vel ingenio de iure, vel de facto, &c. alias vltra obseruationem omnium, & singulorum praemissorum, ad quae semper cogi posse voluit ad omnia damna, &c. Pro quibus omnibus, & singulis praemissis firmiter obseruandis, idem A. obligauit eidem B. recipienti (vt dictum est, omnia, & singula sua bona, &c. dictus verò B eidem A. ibi dem praesenti promisit, & corporaliter iurauit ad sancta Dei Euangelia, ex nunc, in perpetuum sibi, suisque haeredibus, & fidelem esse vassallum, ipsumque, & haeredes suos res, iura, & honores ipsorum praesentes, & futuros, pro posse, fideliter obseruare, & recuperare, & nullatenus, quod in quodlibet detrimentum, periculum, seu damnum, vel impedimentum, vel contumeliam personę, vel personarum rerum, vel iurium & honorum sui, suorumue haeredum verti posset, per se, vel per alium contractare, vel aliquo modo machinari. Immo, si quis, hoc, vel aliquod eorum tractare, vel procurare quocunque modo sen serit, quam citius poterit Domino iudicare, & quicquid sub fide, & secretum fuerit ab eo impiobum, fideliter retinere, & sine sui licētia non pandere, nec per quod frau detur facere, nec non personam, res, iura & honores suos, aduersus quoscumque (Summo Pontifice nunc, & pro tempore successorio, Sanctaque Apostolica Sede, & exceptis, his quibus prius fidelitatis debito erat astrictus) requisitus tueri, & totius viribus adiuuare, & consilium vtile pro posse auxilium praebere, & generaliter puram, & versm fidelitatem sibi, & suis haeredibus obseruare. Caeterum praedictis omnibus sic peractis, idem A. in robur, & confirmationem concessionis praefatae ipsum B. cum baculo, vel chirotheca, vel de dicto fundo legitime inuestiuit, in signum mutuae, & perpetuae dilectionis, & fidei pacis osculo interiecto.

Haec probantur a 1. quaest vltima de forma. & in lib. Feud. qualiter iurare debet vassallus fidelis, cap vnico, & de forma fidelitatis, cap vnico, & de noua fide i forma cap. vnico, & de success. feud. cap. vnico §. filia extra de iure iurād & 63. distinct sibi Domino.

Porro si feudum à praedecessoribus con cessum successor confirmet, hoc modo cō ficietur instrumentum.

T. Vice-

T. Vicecomes filius A. studens pro viribus in bonis prædecessorum suorum vestigia imitari, acquisitum, atque relictum sibi thesaurum incomparabilem, amicos, videlicet, & fideles omni qua potest cura & sollicitudine conseruare, lecto sibi seriatim, & apertè instrumento concessionis in fraudem factæ olim B. patri H. ab A genitore ipsius T. de tali re, in tali loco, infra tales confines sita, vt patet in eodem ipsius concessionis instrumento, manu N. publici Notarij confecto, eadem concessionem in feudum, ipsiusque rei possessionem, & omnia, & singula circa hoc ab ipso A gesta, & in præfato instrumento contenta vt pote prouidere, rite, & bene facta ipsi H præsenti renouatæ concessionis, auctoritate plenissime confirmauit. Et in confirmationis, & renouationis signum, ipsum H. de dicto feudo, cum virga, vel pileo legitime inuestiuit. Promittens per se suosq; hæredes dicto H. pro se, suisq; filijs & omnibus, ex eo descendentibus legitimis, masculis stipulanti, & recipienti præfatam concessionem, & renouationem, & omnia, & singula suprascripta perpetuò firma, rata, & grata habere, & tenere nec contra facere, dicere, vel venire per se vel alium, seu alios, aliqua ratione, vel causa, de iure, vel de facto, sub pœna duorum millium scutorum auri in auro stipulatione præmissa, & refectione damnorum, & expensarum litis, & extra, & obligatione omnium bonorum suorum, qua pœna soluta vel non, prædicta omnia, & singula perdurent. Idem vero H. statim ibidem de fide, & fidelitate seruanda dicto T. in omnibus, & per omnia prout I. B. pater eius fecit, & in prædicto instrumento continetur, solemnem promissionem fecit & corporale præstitit iuramentum. Post hæc incontinenti in signum mutuæ, & perpetuæ dilectionis seruandæ & fidei, & pacis osculum interuenit.

Hæc probantur in præallegat. concord. extra de feud. cap. 11 de iureiurand. cap. veritas extra de donatio cap. per tuas, ad hoc facit in lib. feud. qualiter Dominus proprietat. princip. in titulo, si de feud. controuers. iur. §. Domino, & in titul. per quos fiat inuestitura. Formam autem iuramenti fidelitatis habes supra in proxime præcedenti forma concessionis feudi, verba illa, quæ apponuntur in feudo, ad habendum scilicet retinendum, & fruendum intelliguntur, secundum naturam feudalis dispositionis, quæ est, vt transeat ad hæredes, & 4 descendentes cap. 1. de gra. succ. in feud. l. Titia cum testam. §. fin. ff de leg. 2. feudum autem est beneuola concessio libera, & perpetua rei immobilis, vel equipollentis cum translatione vtilis dominij, proprietate retenta sub fidelitate, & exhibitione seruitiorum, Ioan. Rynald. in recept. cap. imperialem de prohibit. feud. alienat. Qualiter autem, & quando dicatur feudum paternum, & quando nouum, quando antiquum, & quando desinat esse antiquum, & qualiter sit feudum personalissimum, & an feudum ligium, vel francum, & quoddam iurabile, & quoddam non iurabile cum illa explicite hic referre hanc Prouinciam non assumpsi, ideo vlterius in hoc non elaborabo, sed cum in hac feudi matera, multi multa cripserint ad eos reccurre, & inter alios, ad Iaf in prohibir. feud. C. super vsibus feudorum per totum, vbi omnia plenissime explicantur.

De Instrumento transactionis. Cap. XIX.

1. *Forma instrumenti transactionis habes infra 2. lib.*
2. *Ad hoc, vt dicatur transactio, qua requirantur.*
3. *Transactio fit de re dubia.*
4. *Transactio de re clara non valet.*
5. *Iuramentum quid operetur.*
6. *Transactionis hæreditatis testamentum inspici debet*
7. *Interuentus amicorum quid operetur.*
8. *Renunciatio litis, comprehendit etiam causam, instantiam, & ius, secus in beneficialibus.*
9. *Renunciatio non nocet, nisi per partem acceptetur.*
10. *Clausula remittens omne ius, quid operentur.*
11. *Renunciatio generalis in transactione, quomodo intelligatur.*
12. *Verba, quæ omnia, & singula, quid operentur.*
13. *Clausula, quod partes iurent omnia, & singula vera fuisse, & esse, & non contrauenire, quid operetur.*
14. *Clausula rato manente pacto, quid operetur in transactione.*

1 AD Hæc nota, quod ad hoc, vt dicatur transactio, duo copulatiue requiruntur.

tur. Primò quod aliquid detur, vel retineatur, & sic non potest esse gratuita. Secundo quod fiat de redubia vbi est, vel sub esse potest dubium. Ias. in rubri. C de transactionibus: & ista est propriè transactio, quæ est transitus, id est recessus ab actione intentata, vel intentanda. vt per Bart. in l. siue apud acta in pen. col. C de transactionibus. Quando autem trãsactio fieret super re clara & non dubia, vel super iudicato, non valet. vt per Ias. in l. si causa cognita, sub nu. 10. C de transactio. secus autem si iuramentum interueniat, quia iuramentum habet vim clausulæ, vt actus valeat omni modo, quo potest l. cum pater § cum filius matrem, ff. de leg. 2. Ias. in d l. si causa cognita sub nu. 10 eodem tit. Nec requiritur ad validitatem transactionis, quod de præsenti lis inter partes fit, seu sufficit quod in futurum subesse possit, vt per eundem Ias. in l. cum proponas sub n. 2. C. de transactionibus. In transactione autem hæreditatis, vt videre est inferius scripta forma, non ab re ponuntur vel poni debent verba illa (viso testamento, & illius tenore be ne intel'ecto) alias transactio non valet, nisi constet, quod transigẽs habuerit notitiam testamenti tempore transactionis vulg. l. de his ff. de tranactio. & per Bart. in l. de his in 1. col. in fin. vers. sit igitur cautus, ff. de transact. & in l. sub prætextu l. in prima col. vers. item in eo, quod glos. allegat. C de transaction. & ita tenuit Rota in vna Viterbien. bonorum sub die 22. Ianuarij 1597. coram R. P D: Pamphilio. Nec inutiliter apposita fuere verba illa, videlicet, cum interuentu, & me dio communium amicorum: nam talis interuentus facit cessare præsumptionem metus vel doli, sicut in decreto Iudicis l. prima & ibi no. Bart. C. de præd decurio. lib. 10. Ias. in l. transactionis eodem tit. in princ. Amplius nota, quod per illam clausulam (renunciantes scilicet liti motæ) intelligitur renunciare non solum instantiæ sed etiam causæ, & iuri principalis in profanis, vt in l postquam liti C. de pactis: secus autem in causis beneficialibus, in quibus renunciando liti, intelligitur renunciare soli instantiæ, quia iuri beneficiali non potest renunciari nisi in manibus superioris, c. admonet. de renun. secundum DD. de Rota in decis. 301. secundo intellige, quod renunciet causæ, quantum ad illam actionem intenta, secus quæ ad proprietatem, ita declarat Bart. in l. generaliter §. nihil commune ff de acquir. poss ter. tio limita, vt procedat, quando talis renunciatio non potest acceptata per partem, vt in d l postquam liti eodẽ tit. in princ. quia renunciatio non nocet, cum aduersarius non acceptauit, vt per Ias. ibi eodem titulo nec inutile est illa clausula, scilicet remittens omnes ius, quod haberet in re tam de præsenti, quam de præterito, & futuro, dicendo simpliciter remittẽs omne ius, quod habet, & habere speret in re, operatur remissionem iuris, quod habet ex causa de præsenti, non autem ex causa de futuro, vt per Cels Vgo. in tractatu de clausulis contractum, vers. remittit omne, cum concordan. ibi citatis, clausula autem illa generalis, quæ regulariter solet apponi in generali quietantia, & transactione vt puta de omni eo, quod peti posset, vsque in præsentem diem, refertur ad illud tantum de quo fit litigatum, & erat lis, seu quæstio de quibus inter Partes fuit transactum, vt in l. si de certa cum ibi no. in glos. & doc. C. de transactio, & l. qui cum tutoribus, & l. tres fratres ff. de transactio. Nam generalitas nõ refertur ad ea, de quibus nõ est cogitatũ, nec est dictum, quia generalitas nõ debet intelligi, vt alicui partium sit dãnosa, seu captiosa l. cum Aquiliana ff. de transactio. secus dicendũ, si in instrumento dicatur, quod partes voluerunt talem quietantiã, seu renunciationem, generaliter trahi etiã ad incognita, quia tunc per hoc apparet, quod partes cogitauerunt de omni iure, vt per Alex. in l qui Romæ § duos fratres in vers. Adde quod Bald sub nu 55. ff. de verbo. oblig. Bar. in d. l. si certa col 1 in fin. & seq vers. quæro vlterius in prima lectu. in 2 oppos. C. de transactio. Corn. cons. 144 n. 11 vol. 3. Beltrand. in cons. 7. nn. 4. vbi attestatur de cõmuni, licet Ias. in l. sed & si quis § quæsitum sub n 23. & 28. contrariã opinionẽ teneat, dicendo renunciatio generalis non valet, etiã si partes dicerẽt, quod volunt habere pro expressis, & specificatis omnes casus, qui contingere possunt: Ratio, quia ignorans non videtur renunciasse iuri, quod ignorat l nec is §. hæres, ff. de acq hæred. tu autẽ notari hæc omnia nota, & accuratè omnia scribe, iuxta contrahentium intentionem, subinde hæc Iudicis arbitrio relinque. Quæ autem omnia, & singula, hoc verbum (& singula) operatur, vt pœna ad vnum quodque ipsorum

forum pactorum, & capitulorum, in quo contrauentum fuerit, in solidum committatur: vt per Spec in § 1. sub nu. 38. lib. 4. 3. p. de empt & vend. Amplius ad hæc nota, 13 quod quando partes in hoc, vel simili alio contractu iurassent omnia, & singula prædicta fuisse, & esse vera, & in nullo contrauenisse, quod tunc non possit opponi simulatio, nec venire contra iuramentum, allegando simulationem, vt per Ias. in l. nemo potest sub nu 46 ff. de leg 1 & ibi no, quod dicit valde esse notandum tamquam vtile, & quotidianum iu practica; Ratio decisionis est: quia tunc detegeret se periurium postquam iurauit omnia, & singula esse vera, & non contrauenire, & sic repellitur, tamquam allegans turpitudinem suam, vt latè per Bar. in l. iusiurandum, quod ex cõuentione de iur. iuran, l. tertia §. procurator, & habetur in c inter dilectos, de fide instrum. Cel. Hug. in tract. de clausulis cõtractus in vers. iurant. vera esse. Demum ad euidentiam illius clausulæ, quæ in extremitate transactionis vel alterius similis contractus, dubitatiuè dicendum erit, nunquid si in transactione sit apposita pœna reus possit se tueri exceptione transactionis, si actor contrauenerat, in tantum, quod simul, & semel possit petere pœnam, & breuiter responde. Quod non nisi sit apposita clausula illa (rato nihilominus manente pacto) quia tunc, cum hæc clausula si actor contrauenerat potest reus contrauenire, & se defendere exceptione transactionis, & simul, & semel pœnam appositam petere, & consequi, vt in l si quis maior C. de transf. Ias. in l. qui finem, in princip. ff. de transact.

De Instrumento Dotis.

Cap. X X.

1 Forma instrumenti dotalis.
2 Consilium quod datur mulieri, pro conseruatione suæ dotis.

IN Dei nomine Amen. Per hoc præsens publicum instrumentum omnibus euidenter sit notum, quod cum sicuti infrascriptæ partes asseruerunt, proxime elapsis mensibus, & diebus inter honestum Iuuenem N. filium legitimum, & naturalem M D. B. ex vna, & honestam Iuuenem D. M filiam legitimam, & naturalem M. D, H: ex altera partibus, per eundem supradictorum eorum parentem, fuerint inita parentela, & sponsalia de futuro, postmodum verò matrimonium per verba de præsenti, & successiue carnali copula consumatum, cum dotis constitutione, ac eius & acconcij promissione, inter ipsas parte verbo tenus contenta, & postmodum confecta quedam priuata præfatarum partium manibus subscripta apoca, tenoris infrascripti videlicet,

Adi 13. &c. In nomine D. N. Iesu Christi, ac eius gloriosissimæ Virginis Matris Mariæ Amen. Per la presente si dichiara come le infrascritte parti sono venuti all'infrascritti patti, capitoli, e conuentioni della parentela, & sposalitio da farsi tra m: G. figholo legitimo, e naturale di H. in primis il detto H. con consenso, & volontà del detto M. B. suo padre promette pigliare per sua legitima moglie, e consorte, secondo il rito della S. R. Madre Chiesa, e Concilio Tridentino, la predetta madonna M. figliuola del detto H. presente, promettente per la detta Madonna M. absente, con dote, e nome di dote de scudi 300 da pagarsi, &c & con vestimenti, & acconcio, & beni locali, che piacera al sudetto H padre della sudetta madonna M. Item dette parti conuengono, & si obligano mandare ad effetto detta parentela frà 20. giorni, & doppo à lor beneplacito, & anco farne instrumento publico, con clausule, & hipotheche, che tali Instromenti dotali, si sogliono fare. Et per osseruatione delle cose predette, ciaschedun di loro respettiuamente promettono, & si obligano loro stessi, & beni proprij, etiam in ampliori forma Cameræ, & cosi giurano, & per la verità hanno sottoscritta la presente della quale ne resterà vna per parte Io B: affermo, e prometto quanto di supra si contiene, Io H. affermo, e prometto quanto di sopra si contiene,

Cupientesque præfatæ partes, vt eo quæ priuatim inter eas bona fide acta fuerunt, ad omnem bonum finem, & effectum publico instrumento appareant. Hinc est quod anno, &c. In mei ac testium, &c. personaliter constituit supradict Mag. D: H; sua sponte, &c. omni &c. supradictam dotis, & acconcij promissionem recognouit confirmauit, & approbauit, & quatenus opus sit, de nouo promisit soluere, & exbursare præfato d. N. genero suo ibidẽ præsenti,

senti, ac pro se, suisque hæredibus, & successoribus stipulanti pro ipso N. ac de eius consensu, voluntate, & mandato, quia ita consensit, voluit, & mandauit d. mago. d. B. eius patri, ibidem pariter præsenti, & acceptanti pro dote, & nomine dotis eiusdem D. M. eius filiæ scuta tria millia hoc modo videlicet mille, &c. in mei, &c. & testium præsentia habuit, & recipit idem B. de consensu eiusdem N. ibidem præsentis, & consentientis ab eodem H. patre d. D. M. manualiter, & incontanti in prompta, & numerata pecunia in tot iulijs, & testonibus papalibus, reliqua scuta duo millia hoc modo videlicet, nec non idem B. de simili consensu eiusdem B. sui filij ita consentientis, & volentis confessus fuit habuisse, & recepisse à præfato H. acconcium in folio papireo manu ipsius B. subscripto, &c. Quamquidem dotem idem B. assecurauerit & cautam, & securam, & præcipuam esse voluit in, & super omnibus, & singulis bonis suis, mobilibus, & immobilibus, & se mouentibus, ac iuribus, & actionibus præsentibus, & futuris, tam Romæ, quam alibi, vbiuis locorum positis, & existentibus, & casu, quo fiat locus illius restitutioni (q. Deus auertat) promiserunt tam dictus B. quam N. eius filius dotem huiusmodi restituere supradicto dotanti, eiusque hæredibus, & successoribus, & cui seu quibus de iure veniat restituenda, cum pacto, & c. de lucrando quartam partem dotis in euentum mortis alterius sine filijs, iuxta formam statutorum, &c. Quæ omnia, &c. Pro quibus, &c.

1 Adhæc nota generale consilium mulierum, & parentum suorum, vt quando mulieri, nupti tradetur, patefaciat eam, iurati, quod numquam consentient alienationi rei dotalis, nisi coram Iudice causa cognita, scilicet necessitatis instantis non ficte, sed vere: sic enim si aliter consentiat, & iuret, non valebit, cum tale iuramentum contrarium sit priori licito, & honesto Specul. in §. 3. sub num. 13. p. 3. lib. 5. de empt. & vendit.

De Instrumento Renunciationis hæreditatis paternæ. Cap. XXI.

1 Forma renunciationis paternæ hæreditatis.
2 Renunciatio paternæ hæreditatis valet, sed intelligitur, rebus sic stantibus.

1 Coram Magnifico, & Eximio I. V. D. domino H. Curiæ Capitolij primo Collaterali, Romanæque Curiæ Iudice ordinario, in quadam sede lignea existente in domo infra designata quam sedem, & domum, idem d. Iudex pro honestate infra nominatæ Iuuenis pro suo idoneo, & iuridico tribunali elegit, & deputauit in testium, & mei Not. publ. infrascriptorum, ad hæc specialiter vocatorum, & rogatorum præsentia personaliter Constituta honesta Iuuenis D. M. filia legit. & nat. magnif. d. H. eidem d. Iudici exposuit se nuperfuisse honesto Iuueni d. H. Filio magnifici D. B. desponsatum nuptuique traditam, & à præfato mag. D. H. patre suo, iuxta eius facultatum vires prout (etiam medio iuramento desuper ad Sancta Dei Euangelia, tactis scripturis sacrosanctis, præstito affirmauit) conuenienter, & condecenter dote tam, & propterea velle, vt æquum est, hæreditati, & bonis paternis renunciare, & asserens se esse minorem annis viginti, & in sexto decimo, vel circa suæ ætatis anno constitutam. Et propterea noscens se infrascripta, per se ipsam solam valide facere non posse, & nullos in alma Vrbe, neque ex paterno, neque ex materno lateribus proximiores habere, qui infrascriptis interesse, et huic actui, iuxta formam statutorum Vrbis consentire possint: prout ita verum esse, simili iuramento tactis, vt præfertur scripturis, præstito affirmauit, ab eodem iudice petiit, vt sibi ad illa peragenda aliquem in curatorem deputare vellet; cum cuius præsentia, et auctoritate ea validè facere posset, nominando in curatorem tanquam idoneum, et sufficientem de cuius probitate, et idoneitate se confidere dixit D. Franciscum, etc consanguineum seu affinem suum ibidem præsentem et esse volentem, qui idem D. Iudex, vt supra sedens præfatæ Dominæ M. vt supra præsenti, et petenti eundem Franciscum ibidem præsentem, et accipientem in curatorem, quo ad actum infrascriptum faciendum deputauit, ter illi dicendo, esto curator, vtilia pro eadē D. M. facito, et inutilia prætermittito, illam defendito, et indefensam non derelinquito. Qui quidem d. curator sic deputatus, promisit pro eadem d. M. vtilia facere, et inutilia prætermittere, et alia facere, ad quem de iure tenetur, et pro eodem Francisco curatore sic deputa-

to,

to, ibidem pręsens D. Metellus, qui sciens se non teneri, sed vltro teneri volens sua sponte, &c. huic promissioni principaliter, & insolidum accessit, pro quibus omnibus, & præmissis, Ita attendendis, & obseruandis d D. curator, & fideiussor sese, suosque hæredes, & successores; ac omnia bona sua præsentia, & futura obligarunt, & hypothecarunt in ampliori forma Cam. Apost. cum clausulis, & cautelis in ea apponi solitis; & consuetis, (circa tñ procuratorum consti tutionem) renunciaruntque medio iuramento tactis scripturis sacrosanctis ad sancta Dei Euangelia præstito, omni, & cuicumque appellationi, reclamationi, & recursui per eos contra præmissa, & illorum quodlibet quouis prętextu etiam enormissimæ læsionis vel alia quomodolibet, coram quocunque Iudice, magistratu, vel tribunali forsan interponen & introducendæ. Necnon omnibus, & singulis exceptionibus quibus mediantibus sese, contra præmissa, vel eorum aliqua defendere, & tueri, & per quas præsentis instrumenti ius, & effectus seu exequutio suspendi, impediri, retardari, vel alias quomodolibet deferri posset. Quinimò appellatione, reclamatione, & recursu huiusmodi sic, vt præfertur, contra præsentis instrumenti seriem, & tenorem introducẽdis, & interponendis cæterisque exceptionibus non obstantib. præsens instrumentum, & omnia in eo cõtenta in primis, & ante omnia debitum suũ consequantur effectum, ac executioni penitus demandetur: ita, & taliter, quod appellatio huiusmodi, absque exceptiones ipsis Francisco, & metello, quod antedictum suspensiuum minimè suffragari valeant. Et nihilominus, pro præmissorum omniũ, & singulorum obseruatione, & susceperunt in se se mandatum executiuum contra ipsos, & eorũ bona vnica citatione, & intimatione præcedentibus relaxandi, & exequẽdi in de'ectum præmissorum, & sic tactis scripturis iurauerunt tactis &c. Cuius quidem D. Iudicis præsentia decreto, & auctoritate, ac etiam præsentiam, consensu, v rbo, & voluntate præfati curatoris, nec non præfatorum Magnifici, D. B & N soceri, & mariti suorum respectiuè ibidem præsentium, & consentientium omninmq. ad id eã aucto rizantium eadem D. M. renunciando prius cum simili iuramento (vt prætertur) præstito beneficio suæ minoris ætatis, & restitutioni in integrum, necnon senat. cons. Vell. Auth. si qua mulier. & l. Iul. de fund. dot. ac iuri hypothecarum, cæterisq. iuribus, legibus, & priuilegijs, ac etiam statutis, & nouis reformationibus eiusdem Vrbis in fauorem mulierum quomodolibet introductis de quibus eorumque natura, & efficacia fuit per eundem D. Iudicem plenè certificata, & auisata sua sponte, &c. omni meliori modo, &c. cessit, & renunciauit in, & ad fauorem d. Magnifici D. H. sui patris, & egregiæ indolis adolescentis D. A. sui germani fratris, ibidem præsentium: & pro se, suisque hæredibus, & successoribus quibuscumque stipulantium, hæreditati, & bonis paternis, quæ ad ipsam M. ex quocunque capite; & causa, tam de præterito, præsenti, quam de futuro temporibus, etiam ex causa legitimæ, & trebellianicæ & aliter quomodocunque, & qualitercumque, præter quam in casu indecessum dicti D. A. sui fratris, & aliorum filiorum masculorum, si qui eidem M superuenerint sine filijs legitimis, & naturalibus (quod Deus auertat) aut in casu, in quem ex ipsorum patris, & fratris suorum liberalitate, seu voluntate, au dispositione, ad eam aliquid de supradictis hæreditate, & bonis deuenire, aut deferri contigerit, ac omni, & cuicunq. iuri, & actioni, quod, & quæ super hæreditate, & bonis prædictis ex quocunq. capite, & casu tam de præterito, & præsenti, quam etiam futuro temporibus etiã ex causa legitimæ, & trebellianicæ, &c. & aliter quomodocunq. & qualitercunque, præterquam in dictis casibus decessus dictorũ & aliorum suorum fratrum, si qui superuenerint sine filiis, vt supra, aut in dictum casũ voluntatis, & dispositionis suorum patris, & fratrum prædictorum quomodolibet competeret, & competere posse nullo iure nullaque actione sibi M. super eidem hæreditate, & bonis, præterquam in euentu prædicto, quomodolibet de cætero reseruatis, ponens eosdem patrem, & fratrem, vt supra præsentes, & stipulantes in & super dictis hæreditate, & bonis, in locum ius, ea priuilegium ipsius D. M. vniuersum has autem cessionem, et renunciationem fecit eadem, D. M. cum decreto et auctoritate, consensu, verbo, et volũtates prędictis ex causis, et rationibus per eam superius expositis, et quia sic sibi facere placuit, et placet. Quam quidem cessionem, et renunciationem promisit semper, et omni tempore habere ratas,

&c. & non contrafacere, &c. sub pœna omnium damnorum, &c. super quibus &c. Pro quibus, &c. extendatur, vt supra, vsque, & ita iurauit, tactis, &c. In & super quibus omnibus, & singulis, tanquam ritè & legitimè factis, petiit per præfatum D. Iudicem auctoritatem, & decretum suum & sui officii interponi, cum suppletione omnium, & singulorum iuris, et facti defectuum si qui forsan interueniissent, qui quidem d. Iudex sic, vt supra sedens visis, et auditis, ac bene consideratis omnibus, et singulis supradictis, causaque cognita illis suam, et dicti sui officii auctoritatem pariter, et decretum interposuit, omni meliori modo quo potuit: supplendo omnes, et singulos, tam iuris, quam facti defectus si qui in præmissis interueniissent, super quibus, etc. actum, atc. præsentibus testibus, etc.

2 Nota, quod supradicta renunciatio hereditatis paternæ, factam per filiam dote contentam, propter superessentiam, et superuenientiam fratrum, valet, quia si postea moriantur poterit filia patri succedere non obstante tali pacto iurato, vt post alios per Alex. in l. stipulatio sub num. 11. ff. de verbor. obligat. vbi subdit talem renunciationem debere intelligi, rebus sic stantibus, vt ibi, quod intellige nisi ex statuto aliter in contrarium prouisum esset.

De compromissio. Cap. XXII.

1 *Formam compromissi habes in 1. lib*
2 *Arbitrorum potestas pendet à potestate partium eis attributa.*
3 *Clausula (firmis remanentibus actis coram primo Iudice factis) quid operetur.*
4 *Differentia inter arbitrore & arbitratores.*
5 *Clausula illa (in arbitrum, & arbitratorem) quomodo intelligatur.*
6 *In prolatione laudi pars citari debet.*
7 *Clausula (de bono, & æquo, & sola facti veritate inspecta) quid operantur.*
8 *Clausula (iuris ordine non seruato) quid importet.*
9 *Clausula (secundum eius conscientiam) quid importet.*
10 *Clausula (diebus feriatis quomodo intelligatur.*
11 *Arbitrer non cogitur pronunciare in diebus feriatis in honorem Dei: secus arbitramento.*
12 *Arbitramentum quid sit.*
13 *Clausula (de iure, & de facto) quid importet, & quid clausula alte, & basse.*
14 *Qua dicatur parua, vel magna summa ad effectum enormis læsionis.*
15 *Clausula (dare vni, & tollere alteri) quomodo intel igatur.*
16 *Clausula qua pœna toties committatur) quomodo intelligatur.*
17 *In compromissis semper subauditur clausula, si arbiter iustè arbitratus fuerit.*
18 *Exactio pœna quando fiat.*
19 *Prorogatio compromissi, qualiter sit facienda.*
20 *Compromissi tempus non nisi à die illius acceptionis currere incipit.*

1 ET quoniam arbitrorum potesta pendet à volunrate, et potestate partium eis attributa, et consequenter facere non possunt, vltra quam partes eis attribuerunt vt in l. reconuncti ff. de legib. Corn. cons. 177. sub n. 28. vol. 2. etc

2 Ideo ad euidentiam illorum potestatis, aliqua de intellectu clausularum præscriptæ compromissi formæ hic attingamus,

3 Et primo clausula (illius firmis remanentibus actis, factis coram tali Vicario) operatur, quod illa acta coram Iudice facta probent, etiam coram arbitro, Doctor in l. final C. de testib. quæ alias non probarent, vt not Speculat. in titul. de probation §. videndum, et in §. tunc tangimus in fine de litis contest. et in tit. de confess. §. nunc videndum vers. quid de confessione.

3 Differentia autem inter arbitros, et arbitratores est, quod arbitri dicuntur habere iurisdictionem tanquam Iudices, et iudicij ordine seruato procedunt, vt per Alexand in l ex facto tractatum §. si quis rogatur ff. ad trebell. sub nu 5 Corn cons. 177.

4 sub num. 33. volum 2. Arbitrator verò videtur assumi, vt procedat, prout sibi videtur, etiam non sequendo ius, sed prout sibi videre est non procedit ad instar Iudicij, seù seruato ordine iudiciario, vt per eundem Alexand. in l. 1. §. et post operis de nou oper. nunc. nu. 6. et l. final. C. de sententijs experi, et per eundem Corn. dicto cons 177. ibi, non igitur admireris, si in compromissis semper additur clausula illa tanquam eorum arbitrum, et arbitratorem quid autem operetur, et quomodo in-

5 telligatur, vide Bartol. in l. si societatem §. arbitrorum ff. pro socio 4. colum vers. quæro

ro, quia si est dictum compromittimus. Prædicta verò, quæ dicuntur de arbitrio procedunt, nisi actum sit in compromisso, quod arbiter procedat partibus absentibus & non citatis vt per eundem Alexand. in l. si quis arbitrator sub nu. 14. ff. de verbor. 6 obligat. Quod tamen limita in prolatione laudi, in quo partem citare tenetur, quamuis actum sit in compromisso, quod ipse possit partibus absentibus, laudum proferre, vt per Ias. in l. nec quicquam nu. 57. de offic. Proconf. & legat. Clausulæ illæ in præscripta formula compromissi, scilicet (de bono, & æquo) secundum veritatem, & equitatem sola facti veritate inspecta, 7 important, quod arbitri reiectis penitus, & clausulis solemnitatibus subtilitatibus, & apicibus iuris, causa summarie expediatur, iuxta Clem. sæpè de verb. signif. in tantum, quod faciunt reijci exceptionem præscriptionis, quæ coram arbitrio apponeretur, vt per Cel. Vgo. in tractat. de clausulis 8 compromissorem in vers. secundum æquitatem, cognoscere autem iuris ordine non seruato, est ius alterius auferre, vt in singul. Hippolyt. de Marsil. 364. incipient. in du- 9 bio. Si autem dictum sit (secundum conscientiam) operatur sententiam ferri posse sine citationibus, vt per eundem Vgo de clausulis compromissis in vers. secundum 10 coscientiam. Diebus feriatis, & non feriatis, &c operatur, quod sententia arbitri valeat die feriata in hominum necessita- 11 tem, non in honorem Dei. Nec cogitur arbiter pronunciare diebus feriatis in honorem Dei, sed alij, sic, vt ibi in vers. diebus feriatis secus autem dicendum erit de arbitramento, quod ferri potest, etiam die feriato in honorem Dei, sicut alii contractus fieri possunt, vt per Alexand in d. l. ex facto tract. tum §. si quis rogatus ff. ad trebellian. sub num. 4. Arbitramentum autem est quædam cōpositio, seu contractus, transactionis, vt ibi sub nu. 30. & sequent De iure autem, & de facto operatur in compromisso, quod arbiter poterit procedere 13 sine causæ cognitione, & probatione, vt ibi in vers. de fact. facit, etiam, quod sententia possit ferri de facto, Gamo. eodem titulo vers. de iure, & de facto, item, quod credatur arbitris de gestis coram eis Bald. in cap in præsentia de probation. Item quod credatur testibus die feriata receptis, non tamen sine causa deponentibus, Bald. in l. sola in fine C. de testib. Alexan. conf 61 in fine 4. volum. alte, & basse operatur, quod arbiter etiam enormiter lædere possit, dummodo tamen dolus absit, Io. Andr. in cap. humilis de maiorit. & obed. sed non excludit reductionem ad arbitriū boni viri, vt per Paul de Castr. in conf. 82. & per Alexand. in d. l. societatem, § arbitrorum ff pro socio. Sed si ista læsio debeat esse in parua vel magna quantitate, & quę dicatur parua, & quæ magna quantitas, vide Raph. Cumau conf 50. incipien. stante statuto Ciuitatis Tricentiæ, & Lanfranc. in tractatu de Arbitris par. vltim. q 14. Clau- 14 fula autem illa, quod non liceat appellare neque de nullitate dici iuramento vallata præiudicat, ne habeatur recursus ad arbitrium boni viri nisi dolus subsit, Corn. consil. 177. sub num. 11 in fine vulum 2. Dare 15 vni, & tollere alteri, intelligitur arbitrio boni viri, vt per eundem Alexand. in d. §. arbitrorum; quia dicta clausula non permittit magnam læsionem, Hostiens. in cap. 16 2. de arbitr. clausula autem illa, in qua dicitur, quod pœna toties committatur, quoties fuerit contrafactum in compromisso fecit pœnam committi pluries, quæ alias semel tantum committeretur, vt per Vgo. eodem tit vers. pœna toties cum concordant. Vbi addit quod per hanc clausulam non potest pœna committi nisi bis vt ibi prope finem, cuius executionem post laudum emologatum semper denegari vidi, & audiui: præsertim si ab eo recursus fuerit petitus, quia in compromisso sem- 17 per subauditur, si arbiter fuerit iuste arbitratus, vt per eundem Vgo eodem titulo versic. si fuerit, secus si non esset emologatum laudum, & pars ad Iudicem redire 18 vellet, quia tunc soluendo pœnam, ad Iudicem redire queunt vt not. in cap. quam diu de appellationibus in clement. citatum per Baldum in authent. si tamen C. de tem por. & repar. appellat. in fine. Postremo il- 19 lud quoque ignorandum non est, quod prorogatio compromissi non potest fieri maioris temporis, quam fuit primum compromissum, ita singulariter dicit Bald. in consi. suo 219. incipient. nobiles viri in pri- 20 mo volumine colum. vltim. Quod tempus non nisi à die illius acceptionis factæ per arbitro currere incipit, vt per Hippolyt. de Marsil in singul 443. incipien. Compromissum, &c.

De pensionis translatione. Cap. XXIII.

1 *Forma instrumenti translationis pensiones habes inferius in 2. lib.*
2 *Iudex executor, ad validitatem translationis pensionis, debet esse plenè instructus de eius iurisdictione.*
3 Nec *sufficit superficialiter litteras legere.*
4 *Quare iudex executor debet plenè informari de omnibus qualitatibus.*
5 *Idem etiam dicendum erit quo ad Notarium.*

1 Licet infrascripta Formula Instrumenti translationis pensionis ita de stylo Curiæ conscripta videatur; tamen non ab re hæc parue in hoc translationis pensionis articulo referenda esse censui, quod cum executor deuenit ad eundem translationis pensionis actuum, nedum requiritur præsentatio litterarum; sed etiam ad hoc, vt ipse executor instruatur de quali-
2 tatibus suæ iurisdictionis, debet ab eodem executore legi tenor dictarum litterarum, & in ipso actu, tam executor, quam Notarium debent legere totum tenorem, & bullam, præula illius diligenti inspectione iuxta tradita per Specul. in tit. de rescript. per totum. Ratio quia idem executor debet esse plenè instructus de eius facultate in tantum, quod non sufficeret, si sciret aliunde se esse delegatum, seu informatum vt per Roman. qui attestatur de communi in l. absenti num. 5, ff. de donat. & consil. suo. 352. incipien. quo ad primum colum. 2. vers quo ad quintam, & idem tenuerunt DD. de Rota decis. 6. de offic. delegat. in nouis, & præmissa procedunt etiam, quando dictus executor legisset litteras super-
3 ficialiter, & illas non intellexisset; parum enim est legere nisi ad sit intelligere l. prima ff de his, quæ in testam. delen. cum adduct. per Rebuff. in rubr. de collat. § primo super vers. legere. Et relatæ qualitates videntur omnino necessariæ, ne aperiatur via fraudibus, ad quas euitandas iura vo-
4 lunt, quod executor aperiat litteras clausas, & illas diligenter inspiciat, idemque
5 diligentes faciat Notarius, ex eo quod oportet dicere in suo instrumento eum vidisse prælatas litteras integras, & incorruptas, vt per eundem Speculat. in dicta rubrica sub num. 5.

De concessione terrarum ad laborandum. Cap. XXIV.

1 *Forma concessionis terrarum, & vineæ ad laborandum.*
2 *Fructus naturales spectant ad Dominum, non autem ad Colonum, & quare.*
3 *Nec Colonus habet arbores in fructus, nisi ceduæ sint.*
4 *Maritus dicitur Dominus rei dotalis.*
5 *Colonus debet habere fructus naturales, si de eis est facta locatio.*
6 *Appellatione frugum arbores ceduæ continentur.*

In Dei nomine Amen, &c. A. sponte, &c. Dedit, concessit B. ibidem præsenti, & recipienti pro se, & suis hæredibus, &c. Ad laborandum talem petium
2 terræ aratoriæ, talem vineatæ, & laboratæ, sitam in tali loco, cuius confines sunt tales, & cætera, hinc ad quinque annos. Promittens ipsi B. conductori hanc concessionem vsque tūc firmam, gratam, & ratam habere, tenere, & obseruare, e contra quoque dictus B. promisit, & conuenit stipulatione solemni dicto A. dictam terram scilicet, quæ est aratoria, diligenter congruis temporibus colere, & bene arrumpere, & sulcis conuenientibus arare, & quarta aratione suis seminibus proprijs, & sumptibus seminare, siue cum dimidia suorum seminū, & reliqua dimidia sibi B. Domino cō cedenda, Et vero, quæ vineata est quolibet anno suis debitis temporibus bene amputare, releuare, ligonizare, binare purgare, & cum ipsius palis, seu cannis, perticis, atque iuncis, ac proprij sumptibus sepes, & fossa dicti loci benè manu tenere, ipsamque vineam propagare, vbique fuerit opportunum, arbores non incidere, citra Domini voluntatem, & qualibet anno centum salmas sui proprij letaminis ibi infere re, & lactare, segetes, mitere triturare, vuas vindemiare, cæterosque fructus colligere dimidiam quoque fructum omnium percipiendorum ex possessione prædicta scilicet bladi, vuarum cæterorumque tam arborum, quam aliorum dare, & consignare, & deferre suis sumptibus hic in tali loco ad domū suam bona fide, & hæc omnia facere omnibus suis laboribus, & expensis. Quæ omnia, & singula promiserunt ad inuicem, & vicissim attendere, &c. Pro-

qui-

quibus, etc.

Illud autem quæritur circa dicta locationem, si Domus locauit fundum ad medium, nulla facta mentione de arbori-

2 bus, vtrum ipse tantum eas habebit: Et videtur, quod omnes habebit, quia fructus naturales sunt, de quibus nullam habet co-

3 lonus partem l. fructus ff. de vsuris. Hinc est quod si colonus destruat arbores, tenetur ff. loca, quia nec maritus debet arbore, habere in fructum, nisi ceduæ sint, vt ff. soluto matrimonio l diuortio § si fundus (li-

4 cet dicatur Dominus rei dotalis) vt instit. quibus at non licèt, nec etiam fructuarius nisi prout traditur ff. de vsufructu l ex filia quia naturaliter possidet, vt in l. naturaliter ff. de acquir. possess. argum. contra

5 in casu prædicto, quod colonus, habebit medietatem de arboribus, quia Dominus ei locauit, vt habeat medietatem reddi-

6 tuum, siue frugum: nam appellatione frugum arbores cedaæ continenter l frugum ff. de verbor. signif. etc.

De contractu locationis domus. Cap. XXV.

1 *Forma contractus locationis domus.*
Factum opportunum, vt inquilinus si non teneantur contra singulorum successorem.

2 *Quando sit soluenda pensio per inquilinos.*

3 *Quando autem, vel non sit facienda remissio pensionis, præsertim de rebus rusticis*

1 IN Dei nomine Amen, etc A Spontè, etc. Locauit, et titulo locationis dedit, & concessit B: ibidem præsenti, & recipiẽti pro se, suisque hæredibus, & successoribus quibuscumque vnam ipsius B. domum positam, &c. Ad habendum, tenendum, possidendum, & vsufruendum, vsque ad quinque annos proximè futuros, quam locationem, dicto tempore durante, eidem A promisit eidem B. inquilino habere ratam, gratam, & firmam ipsumque B manutenere in pacifica illius possessione, aduersus quamcumque molestantem personam &c. Hanc autem locationem fecit idem A. eidem B. pro annua pensione scutorum quadraginta soluendorum, prout idem B. soluere promisit eidem A. Ibidem præsenti, & stipulanti pro se, suisque hæredibus, & successoribus quibuscunque de semestri in semestre, & in principio cuiuslibet semestris liberè, &c. & seu aliter, prout fuit conuentum. Dans; & concedés ibidem B. inquilino, vt eiusdem domus possessionem capiat, & eidem ad dictum effectum claues ei consignauit, retinendum vsque ad dictum tempus, nomine ipsius A. tanquam illius inquilinus, Et finito dicto tempore eandem demum eidem A. dimittere, & relaxare vacuam, liberam, & expeditam, in aliquo non deterioratam. Renunciando quibuscumque constitutionibus, & Decretis Cameralibus, in fauorem Inquilinorum, quomodolibet editis, & factis, de quibus, & eodem tenoribus & qualitatibus ipse B. Inquilinus asserit habuisse, & habere plenam, & certam scientiam. Hoc autem expressa acto inter ipsum B. inquilinum, & A. Dominum dictę domus, & solemni stipulatione vallato, quod durante dicto tempore, prædicto A. non liceat domum prædictam alicui personæ vendere, alienare; vel aliquem alium contractum facere in præiudicium præsentis locationis, & ipsius B. & in euentum contrauentionis præmissorum, vel cuiusque eorum, liceat ipsi inquilino ex aduerso factis in contrarium non obstantibus sibi retinere dictam domum, & illi insistere contra quoscumque illius singulares successores, & illam retinere vsquequo fuerit expletum, seu completum tempus, huius locationis. Quæ omnia, &c. alias, &c. Pro quibus omnibus, &c.

2 Ad hæc notas quod pacta, de quibus in præscripta formula operantur, vt locum habeant contra singularem successorem, vt per Bartol. in l. is cui §. qui in possessione ff. vt in possess. legal. & in l. si quid sub hac conditione ff. de contrahen empt. Ex quorum verbis, colligitur vltra prædicta vnum not videlicet, quod is talis successor non tenetur stare colono; tamen si conductor habet hypothecam in re conducta, poterit retinere fundum, & donec sibi restituatur pensio soluta, & sibi satisfiat de interesse, Verum quia difficulter probari solet interesse ideò curandum est, vt cautela adhibeatur, videlicet quod in contractu locationis, promittat locator non alienare fundum in præiudicium conductoris, vltra generalem hypothecam specialiter obliget, & hypothecet d. fundum, & tunc non poterit fundus alienari in præiudicium cóductoris, text. est valde singularis in l creditor §. si ibi nullam etiam venditionem de

de distr. pign.

3 Amplius nota, quod circa solutionem pensionis, si de tempore fuerit conuentum standum est conuentioni, aut nihil fuit dilectum, & consideratur consuetudo loci, seu lex municipalis, si vero non apparet de consuetudine fit solutio in fine anni. Hæc omnia probantur per Abb. in cap. propter sub nu 18. de locato, et conducto, quando autem, & quomodo sit faciendi remissio, vel argumento mercedis, seu pensionis, præsertim de rebus rusticis, pro quorum intelligencia vide eundem Abbatem ibi sub num. 20. eod. tit.

De contractu Vniuersitatis. Cap. XXVI.

1 *Forma obligationis Vniuersitatis.*
2 *Due partes de tribus consiliariorum requiritur in contractu Communitatis.*
3 *Verba illa cum omnibus verificantur in duobus.*
4 *Contractus vniuersitatis vniuersaliter, & singulariter singulos olligat, pro rata tamen obligantur, nisi dicatur insolidum.*
5 *Quod meum est, commune non est.*

1 IN Dei nomine Amen, &c. Congregato, & coadunato Consilio Communitatis, & hominum Terræ, etc infrascripta occasione in loco infrascripto, in quo conuocari, et congregari consueuit, pro negocijs dictæ Communitatis sono Campanæ, in quo interuenerunt ipsi Consules, videlicet N. N. et N. ac etiam Consiliarii dictæ Terræ, qui vltra sonum Campanæ fuerunt omnes per N. publicum Baiulum dictæ Communitatis, vt idē Baiulus ibidem præsens asseruit, de mandato dictorum Dominorum Consolū, quorum nomine sunt hęc N. N. exprimantur omnia, nomina Consiliariorum cum præsentia, et interueñta Magnifici, et eximii I. Doctoribus, N. hon. Potestatis dictæ Terrę; asserentes se esse maiorem partem Consiliariorū eiusdem Communitatis, et vltra duas tertias partem, et sic totū Consilium, ac Communitatem repræsentare promittens nihilominus de rato pro aliis Consiliariis absentibus, ac vice, et nomine ipsorum, et dictæ communitatis, et quorumcumque successorum suorū spontè, etc. in ipsius Communitatis necessariam, et vtilem causam, scilicet ad effectum soluendi, et satisfaciendi N. creditori dictæ Communitatis de summa scutorū quingentorum eidē debitam, pro tali causa confessi fuerunt habuisse, et recepisse à Magn D. M. mutuo, gratis, et amore similem summam scutorum quingentorū, quæ scuta quingenta idem M de ipsorum DD Priorum, ac Consiliariorum ordine, et mandato soluit, et exbursauit eidem N ibidē præsenti, et recipienti ab eodem M manualiter et incontanti imprompta, et numerata pecunia, in tot iuliis, et testonibus papalibus quæ ad se traxit, et tracta totidem esse dixit de quibus se bene cōtentum vocauit, et de illis tam dictum soluentem, quam Communitatem prædictam quietauit, liberauit pænitus, et absoluit, per pactum ad rem habitam vlterius non petendo. Quæ quidem scuta quingenta, lic; vt supra soluta prædicti DD. Consules, seū Priores, nec non Consiliarii prædicti nominibus quibus supra soluere, et restituere promiserunt eidem M. ibidem præsenti, hinc ad tres menses proximos libere, et sine aliqua exceptione, alias, etc. pro quibus, etc. Super quibus omnibus prædictis idem D potestatem suam, et dictæ suæ curiæ præbuit auctoritatem etc. suppletis, etc.

2 Ad hæc nota quod ad validitatem gestorum, debet apparere quod Consiliū fuerit, vt in præscripta formula dicitur, more solito congregatum, et quod interuenerint duæ partes de tribus, prout in l Actarios C. de num et act. lib. 12. ibi, vt consueuerunt, et l. 2. C. de decurion lib. 10 ibi solemniter in Curia conuocatis. Curr. iun. consi. 174. nu. 34. 2. par. nec sufficit, quod dicatur cum hominibus de Consilio, quia illa verba possent verificari in duobus regula pluralis in 6. et l. inter illam in fin. ff. de verb signif citat per Corn in cons 177 sub nu. 8. vol 2. Specul. in lib. 1. de Syndico num. 16. Amplius nota, quod licet contractus vniuersitatis, vniuersaliter factus vniuersaliter obliget, vt singulariter singulos, vt no. Bar in l 4. ff. de re iud. tamen melius, et tutius erit in extensione obligationis explicare singulos insolidum, quia si non additur insolidum, non nisi pro rata intelligūtur obligati, vt per Bald. in l etiā vers. modo restat C. de execut. rei iudic sub nu. 14. Si autem in contractu non continentur obligatio singulorum Vniuersitas, seu Ciuitas tantum obligata est non autem singuli Ciues, quia 5 quod meum est, cōe non est, vt ibi in fine.

De

De contractu redditionis administrationis. Cap. XXVII.

1 *Forma instrumenti redditionis administrationis tutela, & generalis quietationis.*
2 *Declaratio clausula actionis in factum, & actionis de dolo.*
3 *Clausula nec aliquam cōtrariam exceptionem opponere, qualiter intelligantur.*
4 *Aquiliana stipulatio quid operetur.*
5 *Generalis quietatio generaliter est intelligēda.*
6 *Restitutio in integrum ex causa ignorantiæ, infra quod tempus datur.*
7 *Post lapsum quadriennium restitutio non datur.*

1 IN Dei nomine Amen etc. R. filius q. B: visis, inspectis, ac cognitis actibus, et scripturis administrationis T. olim sui tutoris, ac examinatis rationibus d. administrationis, calculatis omnibus calculandis, ingenue confessus fuit, et contentus ipsum et ratione administrationis suæ super omni eo, quod administrauit, aut administrare debuit in bonis, et circa bona ipsius, R. occasione eius tutelæ plene, et aperte ostendisse eidem, et tradidisse, et quod idem T. integrè dedit, restituit, et assignauit sibi omne id, et quicquid ad eum peruenit de rebus, et bonis ipsius occasione administrationis dictæ tutelæ, quam fecit, et facere debuit in bonis, et circa bona sua, et ipsum illud videlicet, quod in reliquis, et residuis et ipsa omnia reliqua, et residua, et omnia et singula in instrumento bonorum, et possessionum eius approbas eius ratificcans, et confirmās ipsos actus rationes, et scripturas, et quicquid gestum, et administratum est per ipsum T. in bonis, et circa bona ipsius q. B. et oēs, et singulas solutiones, dationes, et pacta, et contractus occasione dictæ tutelæ factos ab eo. Quapropter per se et suos hæredes promisit dicto T. præsenti pro se, et suis hæredib. stipulāti quod deinceps non petet ab eo, vel eius hærede. Seu hæredibus ac altero pro ipso aliquid occasione tutelæ præfatæ, vel administrationis factæ, vel faciendæ, vel male gestæ, an quod reddet ei de cætero rationem, vel quod reliqua præstaret, et quod nullo tempore dicet, vel opponet, quod ratio ei non sit reddita, et aliqua integra ei præstita, nullamq; contrariam defensionem, vel exceptionem seu negocium iuris ve facti contra aliquod prædictorum, vel infrascriptorū in aliquo faciet, vel opponet faciens eidem T. pro se et suis hæredibus recipienti finem, refutationem, et pactum de vlterius non petendo de eo, quod petere posset ab eo, vel eius hæredibus occasione dictæ administrationis bene, vel malè gestæ, et generaliter pro omni, et toto, quod petere posset ab eo quomodocumque, qualitercumque, alia quacunque ratione, vel causa vsque in præsentem diem liberam, et absoluens eum, et hæredes suos, ac eorum bona per acceptilationem, et aquilianam stipulationem legitimè interpositam. Renuncians exceptioni non traditarum, consignatarum, restitutarum rerum exceptioni dari sine causa actioni in factum, et omni alii legum auxilio. Quæ omnia, et singula supradicta idem R. per se, et suos hæredes promisit dicto T. pro se, et suis hæredibus stipulanti firma, et rata habere, et tenere, et non contrafacere, dicere, vel venire per se, vel alium, seu alios, aliqua causa, vel ingenio de iure, vel de facto, alias vltra præmissorum obseruationem ad quæ semper cogi posse voluit, ad omnia damna, etc. De quibus, etc. Pro quibus, etc.

Hæc supradicta forma probatur in ff. et C. de administr. tut. per totum in qua nota quod actio in factum, est subrogata in locum actionis de dolo, quæ datur liberis, et libertis deceptio à patre, et patrono contra eos, ideo illarum renunciatio (vt supra) facta non videtur superflua Specul. in §. 2. sub num. 7 in 2. par. lib. 4. de dolo, et contumacia. Amplius nota, quod clausula illa,
3 (nec aliam contrariam exceptionem opponere) intelligitur de malitiosa: nam legitimas opponere poterit, hoc pacto non obstante, vt per eundem Speculat. in 2. §. 3. par. eod. l. b. sub nu. 4. de obligat. et solut. et
4 ibi sub nu. 15. eod. habetur, quod dicta aquiliana stipulatio oēs præcedentes obligationes nouat, & perimit, ipsaq. perimitur
5 per acceptationem. Vlterius nota, quod primo in generali quietantia dicitur tantū de admin. stratione tutelæ, scilicet occasione dictæ administrationis, & postea (vt in ea videre est) alia verba generalia scilicet & generaliter pro omni, & toto quod petere posset quomodocumque, & qualitercumque, vsque in præsentem diem. Quæ verba secundo prolata, non sunt restringenda ad administrationem. Nam primò vniuersaliter locutus fuit circa eam, vnde super-

superflua fuissent verba sequentia si tãtum ad administrationem astringerentur contra l. si quando de legat. 1. &c. si Papa de priuileg. lib. 6 Et ideò dicta refutatio tanquam generalis præiudicat. Non obstat, quod ratione probabilis ignorantiæ quis sit restituendis iuxta not. in simil per glos. in l. 11. C. de iure emphyt. Quia respondetur quod sufficit, quod post dictam refutationem generalem, & ignorantiam, decursum fuerit quadriennium, quod conceditur ad petendum dictum beneficium restitutionis in integrum, l. fin. C. de temp. in integr. restit. Ergo remanet firma supradicta iuris conclusio firmata super dicta generali quie tantia præiudicatiua. Corn. cons. 236. sub num 7 propè fin. in 2. vol.

De Instrumento adoptionis.
Cap XXVIII.

1 *Forma instrumenti adoptionis.*
2 *Forma instrumenti arrogationis.*
3 *Emancipare, & adoptare nequeunt fieri per Procuratorem.*
4 *Clericus potest aliquem in filium adoptare.*

1 TItius volens legitimo actu adoptionis ad solatium eorum, qui filios non habẽt P. filium H. in filium sibi dari, hic ab ipso H. petiit. idem verò H. eundem P. ibidem præsentem, & volentem in præsentia Magnifici, & eximij D. il. Doctoris A. Iudicis, &c. in adoptionem eidem contulit ipsum P. in eiusdem Titij filiationem (paternæ tamen potestatis omni iure naturali & in se integrum reseruato) cui quidem legitimo actui. Idem Magnificus D. A. Iudex, &c. auctoritatem præbuit. Hæc probantur in l. 1. ff. de adoptionibus, & l. 1. §. Imperio citatis per Speculator. in §. 1 4. par. lib. 4. sub n. 2. in fine de cognat. legal.

De arrogationis instrumento. Cap. XXIX.

CVm Titius optaret sibi arrogare in filium P impetrauerit à Summo Pontifice, vel Imperatore, quod hoc ei liceret facere coram Domino Iudice ordinario plenè cognoscente, & exequente, quæ in huiusmodi arrogatione iura Romana Requirunt, prout in rescripto inferius registrato plenius declaratur. Igitur idem Titius coram Mag. D. A. Iudice, &c. P. filium q. B. ibidem præsentem in filium sibi legitimè arrogauit, ipsumq. cum omnibus possessionibus, rebus, & iuribus suis in sua filiatione familia & potestate paterno suscepit affectu, vtroque diligenter interrogatio, an hęc fieri vellet, vel ne, & sibi placet quamprimum respondente, quem quidem legitimũ actum. Idem d. Iudex (vt supra) pro Tribunali sedens auctoritate, sui rescripti plenius confirmauit, &c. Cuius rescripti tenor talis est, videlicet, &c Beatissimè Pater, &c. Hæc forma probatur per eundem Specul. vbi supra sub nu. 5. eod. tit. & Bald. in l impuberem C. de adoptionibus per totum. Quoad supradictas adoptiones, arrogationes, emancipationes, & manumissiones vel vlterius elaborandum censui, cum sint de raro contingen. sed pro illarum vlteriori intellectu, recurre ad eundem specul. qui in hoc optimè, & satis diffusè scripsit, hoc tantum is addito, quod ea, quæ 3 non sunt in administratione (vt emancipare, adoptare, & manumittere) non fiunt per Procuratorem, vt per Ias. in l. Gallus § forsitan ff. de liber. & posthum. iuxta hoc non omitto vnum videlicet, quod si Presbyter habet filium spurium, & nepotẽ, ex eo poterit cum effectu relinquere hæreditatẽ suam huic nepoti hoc modo videlicet, aut nepos ille erat legitimus, & naturalis, & sic in patris potestate, & tunc poterit Presbyter illum adoptare iu filium, quoniam etiã 4 clericus potest aliquẽ in filium adoptare, aut ille nepos erat spurius, vel naturalis tãtum, & sic erat sui iuris, & tunc corã Principe poterit illum arrogare in filium, ita vt supra refert Alex in d. l. Gallius §. quid si is sub nu. 0. ff. de liber. et posthum.

De contractu conuentionis aliquo in arte instruendo. Cap. XXX

1 *Forma instrumenti de aliquo in arte instruendo.*
2 *Pater obligatur ex facto filij præcedente cutus promissione.*

1 IN Dei nomine Amen, etc. A. spontè etc. posuit ex pacto dedit B filium suũ magistro C sutori ad discendum, et operandum artem suendi hinc, ad quinque annos proximos solemniter, sine aliqua exceptione iuris. vel facti se obligando dicto magistro C. ibidem præsenti, & acceptanti se facturum, et curaturum, quod dictus B hinc ad terminum ipsum perseuerabit, et continuò morabitur cum dicto magistro C. et fideliter, ac studiosè faciet, et operabitur omnia

omnia, & quæcunque dictus magister C. sibi circa scientiam, & exercitium ipsius artis præceperit res quoque eius, & cuiuscumque alterius, quæ penes cum erunt bona fide custodiet, & saluabit, furtumq. non faciat. neque volenti facere consentire, sed & neque fugiet, neque discedet ab eo hinc ad terminum supradictum, quod si aliquid eorum fecerit satisfaciet de hoc ipse, A. eidem magistro C. eumque indemnem seruabit, & specialiter faciet, & curabit quod ipse B. eius filius si ante dictum terminum præter ipsius C. voluntatem discedet, vel se subtrahet à continuo exercitio dictæ artis, tot ei reficiet, & restaurabit in eodem opere, & exercitio ad suam voluntatem, post terminum supradictum; & quod ei dabit, & deferet ad domũ suam tot in quolibet anno in tali festo. Dictus verò magister C. promisit dicto A. nomine, & vice dicti B. sui filij stipulanti, quod docebit, & instruet dictum B. bona fide, & fideliter in arte prædicta, dabitq. eidem quolibet anno vltra expensas dietim subministrandas tot &c. Quæ omnia, &c. Pro quibus, &c.

2 Hæc supradicta promissio pacis valida est iure, vt post alios: tenet., Albe. de Ros. in l. fin. §. fin. ff. si cert. pet. & Bald. in l. hactenus §. sed si quis ff. de Constit.

De venditione bonorum pupilli; Cap. XXXI.

1 *Forma instrumenti venditionis bonorum pupilli facta per tutorem*

2 *Requisita quæ præcedere debent, antequam tutor valeat legitimè administrare.*

3 *Cautella, ne emptor bonorum pupilli hypothecaria molestetur.*

1 CORam, &c. cum A. pupillus filius, & hæres, cum beneficio l. & inuentarij q. B. teneatur hæreditario debito, M. matri suæ, in summa scut. quingentorum monetæ de Iulijs decem pro scuto, ex instrumento scripto manu. not. publici item N. & N. creditoribus hæreditarijs apparentibus publicis instrumentis, manu publici notarij rogatis, dictisq. creditoribus vrgentibus, & sollicitantibus dicta eorum credita eis persolui. Pro quibus per soluendis, pro minori damno ipsius pupilli, & hæreditatis, ei expedire, vendere, & alienare infrascriptam possessionem, cum in ipsius hæreditate non adsint bona mobilia commodè, & ad sufficientiam vendenda pro illorum satisfactione, Reperta igitur bona conditione à Magnifico D. P. qui pro illius pretio obtulit soluere summam scutorum mille, in prompta, & præsenti pecunia, nulloque alio reperto emptore, qui maius pretium obtulerit, quam præfatus Magn. D. Paulus: Ideo in mei præsentia personaliter constitutus D. N. tutor dicti A. prout de eius tutela apparet, ex testamento dictique B. & etiam ex decreto illius confirmationis manu publici notarii rogato, & scripto sub die, &c. cum decreto, & auctoritate præfati D. Iudicis (vt sub) pro tribunali sedentis, ad effectum dicta debita hæreditaria præfatis creditoribus persoluendi, & satisfaciendi: spontè, &c. vendidit, & titulo venditionis dedit, & cõcessit dicto Mag. D. P. ibidem præsenti, & ementi, ac legitimè stipulanti, & recipienti pro se, suisque hæredibus, & successoribus quibuscumque vnam, ipsius hæreditatis possessionem vineatam, & arboratam, positam in tali loco, & reassume aliam formam similis venditionis; & sequere illius extensionem, prout in ea mutandis mutatis.

Ad validitatem autem huius, & alterius similis venditionis, hæc pauca non inutiliter rememoranda fore censui, quod tutor scilicet antequam legitimè alienare, &

2 administrare valeat bona immobilia, quinque sunt necessaria. Primo quod recipiat bona, et illorum administrationem cum decreto Iudicis, Secundo quod tutor solemne inuentarium conficiat de boni pupilli. Tertio, quod iuret de vtilia faciendo, et inutilia prætermittendo. Quarto, quod satisdet (si tamen testamentarius tutor non fuerit) quia tunc satisdet non tenetur, cum illius fides approbata sit à testatore. vt in §. hoc non est perpetuum instituit. de satisdat tut. et cur. et ibi Ang. Aret. sub num. 1. 5. vltimo, quod expresè promittat d. fensionem pro pupillo suscipere, ipsumque, et illius iura indefensa non derelinquere iuxta decis. Guid. Pap. in qu. 330. sub num. 1. 2. 3. et seq cum concordan. ibi citatis; Pro maiori cautela emptoris ne dubitari contingat de translatione dominii, quod pretium exbursetur præsenti pecunia, et conuertatur in satisfactionem

3 debitorum expressorum, in ipso venditionis contractu (vt in simili superius probaui) quia cum hæres talis tunc vendat pro satisfaciendis creditoribus hæreditariis operatur, ne emptio molestetur hypothecaria, à creditoribus hæreditariis, et legatariis

tariis

tarijs, vt per Paul. de Castr in l. fin. § licentiam, C. de iur. delib. Alia requisita in hac venditione bonorum pupilli, magis diffusè habes per Afflict. in decis. 49 per totam. Amplius nota, quod si contigerit curatorem surdi, muti furiosi, vel mente capti, rem similium personarum vend re; cum talis curator inuentarium facere teneatur, & rationem administrationis suæ reddere (vt superius probatum est) ad boni prætoris solertiam, & cautelam spectabit quod eædem solemnitates in ipsa venditione seruetur, vt in præcedenti venditione rei pupillaris diximus; Idque emptor pro maior. & eius securitate procurare & obtinere debet, sed quia similes venditiones raro contingunt, huius instrumenti series per ordinem omittitur, quia in facti contingentia poteris illud ex præmisso elicere mutandis mutatis.

De Forma Instrumenti consensus. Cap. XXXII.

1 *Forma consensus habentis ius in re alienata ex fideicommisso.*

2 *Consentienti tenor instrumenti legi debet.*

1 IN Dei nomine Amen, &c. N. frater A. habens notitiam, & plenam informationem venditionis possessionis ipsis A. positæ in tali loco, &c. factæ per eundem A. ad fauorem P. pro pretio scutorum mille, monetæ, omniumque, & singulorum contentorum in instrumento illius venditionis desuper confecto, & per me notarium rogato, & stipulato sub die, &c. de cuius tenore, & qualitatibus fuit per me notarium plenè certificatus, & informatus per illius lecturam sibi à me notario factam de verbo, ad verbum, sponte, & c dictæ venditioni (vt supra) factæ, & omnibus, & singulis in dicto instrumento contentis pro omni, & quocumque suo iure, quod habebit, vel habere poterit, ac habere sperabit in dicta possessione (vt supra) vendita ratione, vel occasione substitutionis, vel fideicommissi, seu incertæ conditionis contentorum in testamento q. B. sui Patris scripto manu N. notarij publici consensit, ac suum liberum consensum præstitit, illudque ad fauorem dicti emptoris, & suorum hæredum, & successorum, & cuilibet eorum renunciauit dictum ius pacto sibi remittendo. Promittens eidem nihil in re ipsa de cætero prætendere, seu petere, nec de ipsa eidem emptori, vel suis prædicti litem, vel controuersiam inferre, seu inferenti consentire, ratione fideicommissi consentire ratione fideicommissi substitutionis, conditionis purificatæ seu purificandæ testamenti prædicti, seu alijs quibuscumque occasionibus, seu exceptionibus tam de præterito, quam de præsenti, & de futuro temporibus de iure vel de facto, & alia quomodolibet, & qualitercumq. sibi, vel suis, &c. competentibus, & competituris. Sed prædicta omnia & singula perpetuò habere rata, grata, & firma, nec contrafacere habere, vel venire quouis prætextu, & causa, etiam enormis vel enormissimæ læsiones. Pro quibus omnibus. &c. Nota quòd simili modo consentienti iam factæ alienationi, tenor illius instrumenti legi debet, & de hoc plene per notarium certificari, l. cum Aquiliana ff de trisact & quod incontinenti, seu ratificanti requiratur certa, & indubitata notitia, est textus in l. mat. ff. de inoff. testa. & l. si per errorem ff. de iurisd. omn. Iud. latè Aymo. consil. 197. nu 14 quem secuti fuerunt DD. de Rota, vt in vna Viterbien bonor die 22 Ianuar. 1597. cor. D. Pamphilio.

2

De Instrumento pacis. Cap. XXXIII.

1 *Forma instrumento pacis, & etiam Tregua.*

2 *Clausula (rato manente pacto) quid operetur in instrumento pacis.*

1 IN Dei nomine. Amen, &c. In mei Notarij, & personaliter constituti DD. A. ex vna, & B. ex altera partibus, sponte, &c. fecerunt puram, veram, & sinceram pacem & concordiam, inter eos perpetuo duraturam etiam mutuis amplexu, & osculo pacis interuenientibus de omnibus, & singulis odijs, quæstionibus, & contentionibus quomodocumque, & qualitercumque quacumque de causa inter dictas partes hactenus sibi inuicem, & vicissim illatis & præstitis, & perpatratis & signanter occasione homicidij, seu vulnerum, &c. vel alia quauis de causa, omnesque, & singulas iniurias iam reales, quam verbales præmissorum, & alia quauis de causa factas, & illatas ad inuicem, & vicissim mutua stipulatione hinc inde interueniente, sibi ipsis, vnus alteri, & alter alteri remiserunt, & condonarunt omnesque & singulas querelas, accusationes, & denunciationes præmissorum

missorum occasione, coram quocumque Iudice factas, & porrectas, cassarunt, & aboleruut. Quam quidem pacem prædictæ partes promiserunt, mutua stipulatione interueniente semper, & omni tempore, ac perpetuo habere ratam, gratam, & firmã, & non contrafacere, dicere, vel venire; quouis prætextu, & causa, ac quouis quæsito colore, vel ingenio sub pœna scutor. 200. ac alijs pœnis, contentis in constitutionibus Pontificijs, editis contra violatores, & fractores pacis, & dispositionibus vtriusq; iuris, de quibus constitutionibus ipsi contrahentes asseruerunt habuisse, & habere plenam, & certam scientiam. Et vltra præmissorum obseruationem, etiam ad omnia damna hinc inde sibi ad inuicem, & vicissim teneri voluerunt, Rato tamen nihilominus manente pacto, &c. Pro quibus, &c.

Si autem tregua fiat, tunc dicatur; quod partes fecerunt treguam hinc ad certum tempus, quo tempore, durante promiserunt sese ad inuicem, & vicissim per se, vel per alium, seu alios, non offendere, neque offendi facere, quoquo modo, quouis prætextu, et causa, ac quouis quæsito colore, vel ingenio, verbis vel facto, vt supra.

2 Nota quod clausula illa (rato manente pacto) in instrumento pacis operatur, vt vnus possit petere obseruationem pacis supræ vel venire contra pacem, secundum Card. Zabar. et Alexand. de Vin. in c. potuit de rec.

De contractus mutui filijfamil.
Cap. XXXIV.

1 *Forma contractus mutui filijfamil.*
2 *Appellatione bonorum mobilium, & immobilium non veniunt iura, & actiones.*
3 *In donatione omnium bonorum præsentium & futurorum, & non compr. henduntur iura, & actiones.*
4 *Beneficium Senatusc. Macedon introductum fuit ad fauorem filijfamil. & in od um fœneratorum.*
5 *Beneficio cessionis bonorum pacto renunciari potest.*
6 *Clausula præcarij quid operetur.*
7 *Enumeratio plurium casuum in quibus exceptio Macedon locum non habet.*

1 IN Dei nomine Amen, etc. D. A. filius D. H. habuit, et recepit a D. B. scutarũ monetæ, quæ fuerunt sibi per eundem B. soluta, & exbursata in mei Notarij, & testium infrascriptorum præsentia, manualiter & incontanti, in tot paulis, & testonibus Papalibus, quæ idem, A. ad se traxit, & tract totidem esse asseruit, mutuogratis, & amore. De quibus, &c. quietauit &c. restit hinc ad sex menses proximos libero, &c. alijs, &c. Pro quibus, &c. Idem A. obligauit se, &c omnia, & quæcumque eius bona vndecumque prouenta, prouenientia, & prouentura, quæ bona ipsa ipse A. debitor præcario nomine ipsius B possidere se constituit, & alijs clausulis, solitis, & consuetis citra, &c. Renuncian &c. iurauit tactis, &c. & medio eius iuramento, in manibus mei Notarij præstito, renunciauit beneficio Senatusc. Macedon in fauorem filiorumfamil. introduct. nec non omnibus alijs legibus, & legum auxilijs, ad ipsius A. fauorem quomodolibet editis: Necnon simili iuramento renunciauit beneficio cessionis bonorum, ac cuicumque alteri beneficio, ad fauorem debitorum quomodolibet, & qualitercunque introduct. Super quibus, &c, actum, &c præsentibus, N. & N. testibus, &c.

2 Ad hæc nota, quod si tantum dixeri in obligatione obligauit omnia bona mobilia, & immobilia tunc non comprehendũtur iura, & actiones, seu nomina debitorũ quia ea non sunt mobilia, nec immobilia, licet sint quoddam genus per se, Guidop. q. 499. per tot secus si diceretur omnia, & quæcumque bona, vt in supradicta forma habetur, vt ibi sub n. 3. in fin. Secus autem dicendum erit in donatione omnium bo-

3 norum præsentium, & futurorum, in qua non continentur nomina debitorum, & sic non veniunt iura, & actione (nisi de eis specialis mentio fieret) Ias. in l stipulatio sub num. . ff. de verb. oblig Amplius

4 nota pro intelligentia d Beneficij Senatusc Macedon, quod non solum illud introductum fuit ad fauorem filiam, sed etiã in odium fœneratorum, & hebræorum mutuantium ad illorum ingorditiam reprimendam, vt per Bald. ad l. Senatusc Macedon. in rubr. an autem beneficio cessionis

5 possit pactum renunciari in contractu debiti, dicendum erit, quod sic Quilibet enim iuri pro se introducto renunciare potest: cum renunciatio non vergit contra bonos mores, sed ista renunciatio non est contra bonos mores, erga valet (præsertim cum iuramento) nam iuramentum est de iure naturali

naturali, quod est potentius, quam Ius ciuile, quod inducit cessionem bonorum, quod est merè positiuum ad not: per Bald: l:3: C: qui bonis cedere poss: vers: & in summa sub nu:8: Clausula illa omnium bonorum, quæ debitor præcario pro creditore se constituit, operatur, quod creditor potest agere contra quemcumque possessorē rerum debitoris, etiam non facta discussione debitoris, vt per Gel: Vgo de clausulis contractus in vers: omnia bona, quod limita, vt ibi: Pro intelligentia autem plurium casuum, in quibus locum non habet exceptio Senatusc. Macedon. habes in glosa magistra, quæ enumerat vndecim casus §. Illud, instit. quod cum, & glos: in l:11: C:ad Maced. & multum singulariter Innoc. in c: qui plerique de immun eccl. vbi habetur quod si creditor mutuauit bona fide, quod in foro animæ tenetur filius famil. restituere, & peccat opponendo exceptionem Macedon.

De Instrumento emancipationis; Cap. XXXV.

1 *Forma instrumenti emancipationis, cum assignationis præmij.*

2 *Emancipatio fieri potest ad vni cum actu tātū.*

3 IN Dei nomine Amen: &c. Coram eximio II, Doctore s Iudice ordinario, pro Tribunali sedente, ad eius solitum bancum iuris in loco infrascripto, ac in mei notarij testiumque infrascriptorum, præsentia personaliter constituti. Franciscus, & c. & Iacobus eius filius maior (vt ambo ipsorum asseruerunt) viginti quinque annis, & insimul asseruerunt scilicet idem Franciscus, quod vult, & intendit dictum Iacobum eius filium legitimum & naturalem ex domina Liuia q. N, vxore sua idem præsentem, & omnia infrascripta requirentem emancipare à se, & ab eius patria potestate, & nexibus paternis eximere, & liberare, & idem Iacobus vult, & inteudit adicto eius patre emancipari, & patria potestate, & nexibus paternis eximi, & liberari & sui iuris fieri, & paterfamilias, & ad interrogationem præfati D. Iudicis, vt supra pro Tribunali sedentis, eis super prædictis factam vnanimiter. & concorditer responderunt, & affirmarunt prædicta ab vtroque exposita liberè facere velle. Ideo prædictus Franciscus pro effectuatione vtriusque eorum voluntatis capiens eisdem Iacobum eius filium per manum, & postmodum ipsum dimittens, & relaxans in præsentia præfati D. Iudicis, & testium infrascriptorum, dixit eidem Iacobo filio suo, ibidem præsenti alta, & intelligibili voce hæc verba videlicet; Ego Franciscus pater tuus hæc præsenti die, mea propria spontanea voluntate, & certa scientie, nulloque iuris, vel facti errore ductus, præsente dicto D. Iudice, & cum eius auctoritate, & decreto, te Iacobum filium meum emancipo, & ab omni iure, & nexu patriæ potestatis libero, & absoluo; ita vt de cætero efficiaris homo tui iuris, & paterfamilias, omniaq. iura Romanorum Ciuium consequaris, dicendo eidem Iacobo suo filio ibidem præsenti, & consentienti, Esto homo tui iuris, & paterfamilias, & quæcumque habueris, & de cætero acquisiueris in tua, tuorumq. hæredum, & successorum sint potestate, & libera administratione, & in eis nullum ius mihi ad ea vindicari possim ratione proprietatis, seu vsufructus, in quibuscunque bonis tuis in futurum acquirendis, & ad te spectituris quomodocunque, & quocunque iure, & titulo. Ita vt valeas, & potestatem habeas de cætero, tua propria auctoritate, de bonis tuis infrascriptis, & alijs quibuscumque in futurum acquirendis, donandi, vendendi obligandi, hypothecandi, locandi, & alias de eis contrahendi, & ad tuæ libitum voluntati; disponendi, in iudicio essendi, & standi negotia quæcumque egendi, testandi, & quamlibet, seu quaslibet vltimas voluntates, & dispositiones condendi, iudicialia, & extraiudicialia agendi, & agere possendi, & generaliter omnia, & singula dicendi, & faciendi, quæ quilibet paterfamilias et sui iuris dicere, et facere potest, seu posset in iudicio, et extra ipsumq. acobum filium ibidem presentem, et consentientem exemit, liberauit ab eius patria potestate, et nexibus paternis. Et insuper idem D. Franciscus in præmiū huius emācipationis dedit, cessit, et assignauit eidem Iacobo eius filio præsenti, stipulanti, et recipienti ius, et actionem petendi, exigendi, et consequendi à N. summam scutorum 500. ex causa depositi de quo continentur publico instrumento rogato, et stipulato manu N. publici Notarij, quod instrumentum idem Franciscus eidem Iacobo suo filio tradidit, et consignauit in publicam, et authenticam formam, quod creditum ipse

Iacobus

Iacobus acceptauit, & acceptat, recepisse asseruit, & fassus fuit, à dicto suo patre, tanquam verum debitum, illudq; recuperare obtulit, & offert eius periculo, & proprijs impensis. & vltra prædicta dictus Frãciscus cessit, tradidit, & consignauit eidem Iacobi ibidem præsenti, & recipienti tot arnesia, & supellectilia domus quæ ascendere asseruerunt ad summam scutorum centum De quibus, &c. exceptioni, &c renunciauit, quietauit, &c. per pactum, &c. Quæ omnia superius assignata compensari debeant, prout idem Iacobus compensare seu conferre promisit idem Iacobus eidem Francisco præsenti, & recipienti pro se, & alijs suis hæredibus me Notario, &c. in ea parte hæredibus, & bonorum dicti Francisci sui patris, quæ ei obuenire de iure post mortem ipsius Francisci. Quæ omnia &c Pro quibus omnibus, &c Super quibus omnibus, & singulis præfatus, d. Iudex (vt supra) pro Tribunali sedens eius auctoritatem, & decretum præbuit, & interposuit suppletis, &c. Dicens eidem Iacobo præsenti, audienti, intelligenti, esto à modo in antea, es, & eris homo tui iuris, & paterfamilias; ita quod de cætero possis, & valeas liber negotiari, contrahere, distrahere, gerere in Iudicio esse testari, & quaslibet vltimas voluntates, & dispositiones condere, omniaque, & singula alia facere valeas, quæ quilibet paterfamilias, & homo sui iuris de bonis libere facere posset & potest.

2 Super quibus, &c. Actum, &c. Testibus &c. Ad hæc nota, quod pater potest emancipare filium ad vnicum actum tantum, vt per Ias. in l. Frater à fratre vers. limita sub num. 4. circa fin ff. de cond. indeb.

De contractu mutui minoris. Cap. XXXVI.

1 *Forma contractus mutui minoris.*
2 *Minor iurans maioritatem tenetur ex contractu.*
3 *Minori non currit præscriptio biennij.*

1 IN Dei nomine Amen, &c. d. A. asserens cum iuramento tactis scripturis in manibus mei Notarij præstito, se esse maiorem viginti seu vigintiquinque annorum, renunciando nihilominus beneficio restitutionis in integrum, ac alijs quibuscunque legibus legum auxilijs, nec non statutis, & nouis reformationibus, ad fauorem minorum quos modolibet editis, & introductis sponte, &c. constituit, & recognouit se debitorem B. in summa scut. 100. monetæ de Iulijs decem pro scuto, quæ sunt pro totidem, quæ idem A. habuit, & recepit ab eodem B. mutuo, gratis, & amore, quæ scut. 100. similia idem B. manualiter, & in contanti in mei & testium, &c. præsentia soluit, & exbursauit eidem A. in prompta, & numerata pecunia in tot testonibus, & iulijs papalib. quæ idem A ad se traxit, & tract tot idem esse asseruit, de quibus se bene contentum vocauit; & ad maiorem cautelam, exceptioni, &c. renunciauit, quietauit, &c. quem quidem scut. 100. idem A promisit eidem B ibid. præsenti, &c soluere, & restituere hinc ad sex menses proximos libere, &c. alias &c. Pro quibus, &c.

2 Ad hæc nota quod minor doli capax iurans se maiorem, tunc videtur esse in dolo sic iurando, & confirmatur eius contractus per dictum iuramentum, Afflict. dec. 322. sub num. 3 quod locum videtur habere in impube maiore infante proximo pubertati; ita quod in eo cadit delictum, & tunc obligatur etiam iuramento, vt ibi sub nu. 4. Licet tamen propter enormissimam læsionem restituatur, quæ enormissima læsio sẽper videtur excepta vt ibi sub nu. 13. Nota tamen, quod si minor iurasset soluere, & restituere mutuum sub spe futuræ numerationis, quia licet alias maior elapso biẽnio efficaciter teneatur instit. de lit. ob. & in l. in contractibus in principio C. de non numer. pecun. Tamen minori propter iura-

3 mentum non currit ista præscriptio biennij, nec propter iuramentum reputatur maior, vt per Ias. in auth. sacramenta puberũ sub n. 65. vers. nonò limita, C. si aduersus vend alleg. Bald in l. fin. c. de non numer. pecun. & ratio huius limitationis est, quia cum isto casu deficiat consensus, eo quia pecunia non numeratur, certe non habet locum ista auth. vt ibi.

De clausulis contractuum. Cap. XXXVII.

1 *MEmoria hominis non est adeo tenax, vt de omnibus recordetur.*
2 *Iuramentum operatur vim clausulæ omnis meliori modo &c.*
3 *Clausula (perpetuò rata, & grata) quid operetur.*
4 *Intellectus clausulæ ad consilium sapientis.*
5 *Notarius quando possit extendere clausulas consuetas.*

6 Renun-

6 *Renunciatio conditionis indebiti, & sine causis non afficit ignorantis.*
7 *Conditio indebiti quid operetur.*
8 *Et quid de conditionem sine causa.*
9 *Actum in tali loco debet poni in instrum.*
10 *Secus si consuetudo loci aliter suadeant.*
11 *Notarius quomodo debeat confic ere instrumentum de his quæ alieno sensu percipiuntur, & quomodo de muto, & surdo.*
12 *Dictio (&c.) qualiter, & quando sit per Notarios extendenda.*

AD euidentiam harum supradictarum formarum contractuum, aliqua de eis tacta sunt, quæ hic non repetimus, sed ante quam deueniamus ad intellectum nonnullarum aliarum clausularum vltimarum voluntatum aliqua alia de eis tangimus quæ licet suis aptioribus locis conscribi poterint, tamen quia memoria hominis nõ est adeò tenax, vt de omnibus recordetur, vt dicit Afflict. in decis. 345. sub n 2. eas tamẽ hic subiiciendas duxi. Et primo ferè in omnibus, supradictis formulis, contractuum sub ticui clausulam illã (omni meliori modo, &c.) quia videtur superflua, cum iuramentum idem videatur importare scilicet vt actus valeat omni modo, quo potest l. cũ pater §. filius matrem ff. de leg. 1. Ias. in l 1. §. si quis, ita sub. n. 1. ff. de verb. oblig.

3 Clausula (perpetuò rata, grata, & firma & nunquam contrauenire) operatur, vt nũquam currat præscriptio contra actiones per l quod si nolit §. si quis, & ibi Bald. & Augel ff de edil. edict. Cæpol caut. 155.

4 Clausula, seu licentia data à contrahentibus, extendendi instrumentum (ad consilium sapientis) quomodo sit intelligenda? responde, quod nihil poterit addi in facto sed solum in iure, & in his, quæ veniunt ex natura contractus, vt est notabilis glos. in l. si mandato Titii §. fin ff mandati vt puta in instrumento additur, quod inter poneretur pœna duplicata, vel aliud simile, ex quo istud non erat actũ inter partes, nec expressum, ad hoc respondetur, quod talis pœna est de consuetudine, & quia de consuetudine solitum est in instrumentis pœnam dupli apponi, ideò sapiens poterit addere in facto illud, quod est de consuetudine Secus sapiens non potest aliquid addere, quod non fuerit à partibus expressum vel per quod immutetur substantia actus. Nam solum potest cõsentire circa quæ veniunt de iure ex natura contractus, vt dicit Ias. in l. ex parte sub nu. 4. in princ. ff. de verb. oblig Specul. in § sciendum vers quid sic instrumento de empt. & vendit. & in l. instrum sub num. 12 de edit instrum.

5 Ad relatum propositum, illud non est prætereundum, quod licet Notarius possit apponere clausulas consuetas in instrumẽto, etiam si non sit dictum à cõtrahentibus vt in l. si prius, in § plautius, & ibi Bar. ff. de aqu. plu arc. Felyn. in cap M. Ferrarien. sis In 4. col de constit. Istud tamen limita verum, esse & locum habere solum, quando instrumentum est in fieri, sed secus in instrum. iam facto, & perfecto, quia tũc in illo non poterit not addere, seu apponere clausulas etiam consuetas, vt per Marsil. in sing. 653. incip. not. circa fin. ita etiam not. dixit. Barb in cap 11. in 2 col extra de præscr. & alias per eundem Marsil. in sing 123. incip. in iure, clarum est circa med. remitten me nihilominus in hoc ad stylum Notar. præsertim tribunali, Illustriss. d. A. C. cuius semper fui obseruandissimus, & etiam ad plures Rotales decisiones desuper firmatas, quas in fi. præs lib imprimi curaui.

Quotidie & fiunt cõtractus a rusticis, & mulieribus, & aliis qui non intelligunt importantiam clausularum, quæ opponuntur in ipsis contractibus, vt puta. si apponitur clausula, quod Titius renunciauit conditioni indebiti, & conditioni sine causa, & omni alio iuris auxilio talis renunciatio (vt superius dictum est) nullum præiudiciũ facit

6 ipsi si renuncianti & nescienti, & non intelligenti importantiam dictorum verborũ ita singulariter dicit Bar. ad text. in l fin. §. idem quæsiuit. ff de cond. indeb. quod dictũ refert Alex. in cons. 42 incip super præmissis in 4. col. vol 1, Oldr. cons. 324. incip. factum tale est in 11. col. Ob id pro illarum

7 intellectum, dico quod natura conditionis indebiti est, vt ad illum solum competat, in quo recipiens est locupletior effectus, facit l. indebiti §. sed & si nummi ff. de cond. indeb. Ne igitur ex parte, recipientis allegari possit, quod obligatio facta fuit vltra intentionem suam, quia non recipiebat animo se obligandi propterea ne obligans repetere possit illud, quod in omni iure est indebitum, quocunque errore soluatur ideo apponitur, illius renunciatio, vt per Ias. in l. libertus eod. tit. sub num 9. & 14.

8 Conditio autem sine causa est species conditionis in genere sumptæ, quæ concurrit cum conditione indebiti ob causam, & ob turpem causam, etiam vbi nulla ista rũ compe-

cõpetit,scilicet quãdo nihil est datum, seu promissum sine causa, vel cum aliquid datur ob causam,quæ postea reducitur ad nõ causam, vt est text in l est, & hæc species ff. de condit sine causa,ne igitur promittẽs vel soluens sine causa, valeat condicere liberationem ab obligatione, vel repetere solutum sine causa; ideo apponitur dicta clausula renunciatoria conditione sine causa.

9 Clausula, actum in tali loco,debet poni in instrumento,vt significet instrumentũ esse perfectum, Bald.in auth'quod sine in 1. col. vers & ideo Tabellione C. de testam. & nedum locus; sed etiam locus loci apponi debet, vt per Alex in l. de pupillo §.qui nunciat. de nou. oper nunc. sub n 4.& seq. Rota in antiquis decis. 33 secus si in loco alia sit consuetudo, vt per Alex in d.l. de pupill. sub num.10. & 11. seq eod tit.

10 Illud quoque non est ignorandũ, immò accurate aduertendum, quod Notarius non debet conficere instrumentum de his,quæ alieno sensu percipiuntur, vt est glos. not. in auth. de instr cau. & fide,§ si verò moriantur in vers. adsunt; & propterea in instrumenti confectione facien per medium interpretis, debet illud confici solum de dicto interpretis, & illud videtur sufficere, attamen necesse erit, quod contrahentes eligant interpretem, & hoc sibi constare poterit per signa vel scripturam authenticam, in qua constet de electione interpretis, vel per relationem duorum hoc asserẽtium,vt per Alex. in l. eadem sub nu.10. & 11. ff. de oblig.

Sic etiam ad relatum propositum, videtur res luendum de contractu muti, vt puta quod qu dam sunt muti,qui propter hoc impedimentum, efficiuntur non capaces intellectus, & isti per se non possunt facere sine curatore, sicut pupillus non potest sine tutoris auctoritate, quidam vero hoc impedimento non obstante intelligunt, & isti possunt omnia, quæ in eorum animo constituunt gerere,reliqua vero cum auctoritate tutoris, vel curatoris, Alexand. in l. mutum in princ ff. de acquiren.hæred·vbi habes, quod si in aditione hæreditat s faciendæ ad nutum, si Notarius per se intelligit mutum nutu, secure potest scribere, qualiter talis mutus nutu adiuit hæreditatem, vt ibi num.a. eod. tit. Si vero per se non intelligit,ei adhibeat aliquem consanguineum, vel vicinum,& scribat in instrumento, qualiter ipse Notarius certificatus per N suum consanguineum, vel vicinum tanquam per interpretem,vidit dictum talem facientem signa, & nutus,per quæ hæreditatem adire volebat, vt per eundem Bartol. ibi sub num.a eod. tit ad quem pro maiori præmissorum intelligentia, recurrere poteris, & etiam ad Alexand.in d l.1. ff de verbor obligat. vbi soluitur, quod si mutus nullum habet intellectum æquiparatur furioso. & infanti. Si autem aliquem habet intellectum, minus perfectum,æquiparatur pupillo, si autem perfectè intelligit æquiparatur maiori, vt ibi sub num. 8. vsque adeo diximus de contractu muti. Ita etiam hæc pauca præmittenda erunt, de contractu surdi, vt puta, quod si surdus intelligens ad motum labiorum contrahat an valeat contractus, attento quod hodie in omnibus contractus opponitur stipulatio, & concluditur, quod valebit contractus tanquam factus sine stipulatione, vt per Alexand in l. stipulatio §. si quis,ita sub num. 18. ff. de verbor. obligat. & hoc in contractibus, qui consensu contrahuntur quod dicit præcedere de iure communi, vt ibi.

Iam plura diximus de intellectu clausularum contractuum, & de his, quæ alieno sensu percipiuntur, pauca hæc etiam diximus de dictione abbreuiata cõcepta sub dictione, (&c) quæ per notarios in matribus instrumentorum, & illorum rogituum concipi solet, vt puta, quod illa di-11 ctio, (& cetera) solum importat ea, quæ desunt ad complementum orationis, non autem, quæ comprehenduntur sub oratione separata. Ideò licet post clausulam, quæ solet apponi in contractibus venditionum, donationum, & similibus, vt puta, dans licentiam,&c. Tamen sub illa dictione, &c. Non censebitur apposita clausula constituti,seu præcarij,cum orationem habeat separatam, Aym cons 34 vers quarto respondeo sub nu.7. Paul.de Castr. in cons. 10. si vera sunt col 3 l. hoc etiam erit ad uertendum, quod quando in instrumento non exprimitur conceptum, seu intentio partium ad plenum dictio(&c) nihil operatur, nec fit illius extensio,vt per eundem Aym. d. cons 34. in fin.

De testamento nuncupatiuo. Cap.XXXVIII.

1 *Forma testamenti nuncupatiui.*

Clausula nihil est certius morte, hora autem incerta.

3 *Differentia inter executores, & commissarios testamentarios.*

4 *Remedium ne filia querelet de inofficioso testamento.*

5 *Institutio hæredis caput est testamentii*

6 *Testamentum non valet, sine hæredis institutione.*

7 *Vxor vel &ta domina, & vsufructuario, non nisi actenante habere debet*

7 *Legatum factum vxori, donec in viduitate permanserit qui modo intelligatur.*

9 *Clausula substituit vulgariter pupillariter & per fideicommissum quomodo intelligatur.*

10 *Declaratio substitutionis directæ, & indirectæ.*

11 *Clausula in stirpes, & non in capite qualiter intelligatur.*

12 *Clausula illa codicillaris quid operetur.*

13 *Clausula (omni meliori modo) quid operetur in testamento* (cet

Et si testator magis securè testari velit quid di

14 *Clausula (cassans &c.) in testamento quomodo intelligatur.*

15 *Remedium quod datur vxori, ne impellatur ad testandum*

16 *Numerus septem testium in testamento, est de forma substantiali*

17 *Sine numero septem testium testamentum est nullum.*

18 *Quinque testes sufficiunt in testamento, tempore pestis condito.*

19 *Religiosi, vel Mendicantes possunt esse testes in testamento, & quare.*

20 *Testes testamentarij sunt rogandi à testatore vel ab aliis præsente testatore.*

20 *Testes debent videre testatorem & nocturno tempore tria luminaria adhibentur*

Præambulum testamenti testatoris in sanitate constituti.

DVm corpus sanitate viget, meus internus in semetipsa collecta plenior vtitur ratione: quia non cogitur id cogitare quod dolet. Vnde tunc victimæ voluntatis iudicium in quo tranquillæ mentis ratio nis vsus exigitur salubrius. Qua propter P. corpore sanus, ac mentes compos rerum suarum dispositionem per præsens, etc.

Si autem testator infirmus sit, sic dicatur.

LIcet incerta mortis hora, sẽper debeat in prudentis animo esse suspecta corporis tamẽ imminenti languore ipsius plus naturaliter formidatur euentus ideirco P. æger corpore, mentis tamen suæ compos, per præsens nuncupatiuũ testamentum sine scriptis disposui t, in hunc modum videlicet In primis, quia anima est dignor corpore illã omnipotenti Deo, eiusque gloriosissimæ Virginis Mariæ matri eius, totiq Curiæ cælesti diuotissimè commendauit. Item reliquit, etc. Item pro anima sua, et parentum suorũ reliquit, etc. Ad hæc omnia, et singula exequenda, et complenda esse voluit cõmissarios suos, et huius testamẽti executores N et N dans eis, et mandans, et cuilibet ipsorum plenam licentiam, et omnimodã ac liberam potestatem, vt sine contradictio ne hæredis, aut alterius cuiuscunque persone, possint de quibuscunque bonis ipsius obligare, pro prædictis soluendis faciendis, et prædictis omnibus exequendis, vt dictum est, et si contigeret aliquem, vel aliquos dictorum commissariorum suorũ præmori eidem testatori, aut mori, ante executionem omnium præmissorum; alij vel alius, nihilominus prædicta omnia exequantur, vel si voluerint alium eligent loco eius. Liceat quoque eis agere, et facere Procuratorem, et actorem, qui contra hæredes suos agat ad omnia, quæ dicta sunt, exequendum, et ad pœnam testamenti petendam, ac damna, et expensas a suis hæredibus exigendum et quibuscunque per eos vel eorum alterum, vt dictum est, ucrit assignatum, et obligatum ipse res suas omnes illis, ex nunc obligat, iure hypothecæ, idest pignoris, vt eas possint in iudicio petere, et habere; ex nunc enim mandat et facit, quod ipsi facient, et mandabunt Ite de bonis suis reliquit iure legati N. Item M. vxori suę reliquit dotes suas, quæ fuerunt mille aureorum, et insuper legaui seu reliquit ei de bonis suis scuta 200 iure legati, et tota nobilia sua, scilicet lectos, et scrinia, et omne pannos lineos, et laneos, quibus vtetur tempore obitus ipsius testatoris

Præterea legauit eidem, voluitque, & disposuit, quod ipsa sit in domo pro hæreditate sub domina, & vsufructuaria, quandiu vixerit, & vidualem, & honestam vitam in ipsa domo seruauerit, dotes, & legatum in iudicio non petierit, & victum, & vestitum habeat honor fice onera quoque personalia, si eam infirmari cõtigerit, & etiam patrimonalia, quæ contigerent suam dotem, pro Collationibus, vel

vel aliquibus publicis muneribus de sua hæreditate soluantur. Si autem eius filij se de ipsa non bene portarent, & ipsa vellet discedere ab eis, tantum habeat de bonis suis: si autem aliam vitam elegerit, eam solum habere dotes prædictas, & legatum prædictum, scilicet dictorum scut. 500. & mobilia supradicta. Item & G. eius filiam sibi hæredem instituit in scutis quingentis, quæ eam habere voluit, cum nupserit, vel religionem intrauerit, & insuper in scutis 50. iubens eam in his, & volens esse contentam, & plus petere non possit. In omnibus autem alijs bonis suis, mobilibus immobilibus, corporalibus, & incorporalibus, iuribus, & actionibus, tàm præsentibus, quam futuris B. & C. eius filios sibi æqualibus portionibus hæredes instituit, quod si contigerit ipsum ex dicta M. aut ex quacunque alia eius legitima vxore, ex nunc filios habere, peruenientes in lucem, posthumos, aut medio tẽpore natos; si masculus, vel masculi fuerint, ipsum; vel ipsos cum prædictis B. & C. vel altero, qui superuixerit, æqualibus portionibus, hæredes instituit: si autem fœmina vna, vel plures ipsas, vel quamlibet earum, sibi in scuti 50. instituit.

Si autem suspicetur proximus obitus testatoris, sic dicas.

Et si dicta M eius vxor prægnans esset, & pareret filium vnum vel plures, posthumos, aut medio tempore natos ad lucem peruenientes, si masculus, vel masculi fuerint (vt iam dictum est) si vero aliqua dictarum filiarum, tam natarum, quã nasciturarum, quam etiam, posthumarum aliquando, vel infra tale tempus decesserint, sine filijs, ei pupillariter, & vulgariter, & per fideicommissum superstites filios masculos, vel eorum filios in stirpes, & non in capita substituit, & si aliquis filiorum suorum masculorum, tam natorum, quàm nascitorum, vel etiam posthumorum, aliquando, vel infra vigesimum quintum annum suæ ætatis decederet sine liberis, vel intra pupillarem ætatem substituit ei pupillariter, & vulgariter, & per fideicommissum superstites filios masculos, vel earum filios in stirpem, & non in capita, quod si masculi, vel eorum filij non fuerint, alias fœminas, vel earum filios similiter in stirpem, & non in capita. Item si omnes tam masculi, quam fœmina (non extantibus, vel remanentibus aliquibus ex aliis decesserint, eo casu iussit, & voluit, & disposuit, quod non obstantibus præmissis omnibus substitutionibus, possit quilibet filiorum suorum, aut filiarum suarum testari ac disponere, de eo, quod sibi relictum est, aut de eo, quod ad ipsum spectabit ex hæreditate prædicta, vsque in quantitatem scut 500. in falcidia sibi debita computan. Item voluit & disposuit, & mandauit quod prædicti filij simul, & communiter habitent, & ad diuisionem non perueniant vsquequo omnes compleuerit vigesimum quintum annum, quod si non fecerint, aut si quis eorum alios ad diuisionem, prouocauerit, vel requisiuerit; priuetur, & eum ipse testator priuauit quarta parte suæ hæreditatis, quam ad cæteros peruenire voluit, vel ad Ecclesiam N. Item præcepit quod turris, vel domus a nullo liberorum suorum possit extra familiam alienari; alioquin seruantes voluntatẽm eius in suis partibus partem alienatam vendicent a quolibet possessore. Item voluit, & disposuit, quod dicti eius filij vendere non possint de bonis immobilibus huius hæreditatis quosque, &c quod si contrafecerint voluit, &c. Tutores autem filiorum suorum tam natorum, quam nasciturorum pupillorum esse voluit N. & N. quod si euidens necessitas, vel vtilitas fuerit, cum talium consilio propinquorum possit de bonis vendere, & permutare sine iudicis decreto, absoluens eos, & liberans a ratione administrationis reddendæ, & ipsam eis remittens, & hanc suam vltimam voluntatem esse voluit, quam valere voluit iure testamenti, quod si iure testamenti non valeat seu non valuerit, saltem iure codicillorum, & cuiuslibet alterius vltimæ voluntatis valere voluit; & voluit hoc testamentum nuncupatiuum, seu hanc vltimam voluntatem omnibus alijs eius testamentis, & vltimis voluntatibus hinc retrofactis præualere, quicunque suorum hæredum, vel legatariorum, & fideicommissariorum contra hanc suã voluntatem fecerit, vel eam non obseruauerit, vel extraiudicium violenter, vel in iudicio contentioso institerit voluit, quod sit bonorum suorum inexpers, & quicquid illi reliquerit, teneatur per fideicommissũ restituere illi, quem sua violentia, vel contentiosæ iudicialiter fatigauerit, siue fuerint pauperes, si autem alij fatigatis, & qui-

libet legatarius, vel fideicommissarius pro pauperibus habeat actionem si fuerint fatigati. Super quibus &c.

Visum est supra de clausulis contractuũ non gratuitorum, & gratuitorum; nunc rem est videndum de clausulis vltimarum voluntatum.

2 Clausula illa (morte liceat nihil certius hora tamen mortis est incerta) habetur in l. sancimus, §. fin. de donat.

3 Differentiam executorum, & commissariorum testamentorum, illorumq; facultates habes per Spec. in secunda par. lib. 2. §. dicto sub n. 34. circa finem, de instrumen. aditione.

4 Ne filia post mortem patris sine sobole masculina decedentis querelet de inofficioso testamento, remedium est, quod filia instituatur in aliquo saltem in quinq. soldis, vltra eius dotem, vt monet gloss. in l. 3. §. sed verum ff. de minor. Bald. in auct. nouissima, C. de inoffi. testamen. & licet Specul. in titulo de instrumen. edit. §. compendiose, versiculo sed super forma, teneat filiam institutam esse in sua dote, tamen ad euitandas alias contrarias opiniones, bene erit, quod pater saltem in modico, vltra dotem instituat etiam hæredem, prout videre est in supradicta forma, in ea scilicet parte concernente institutionem filiæ in dote.

5 Institutio hæredis est caput testamenti, §. ante hæredis institut. de leg. in tantum quod sine hæredis institutione testamen-

6 tum non valet, vt per Ias. in rubr. ff. de leg. 1. sub nu. 14 & in l. nemo potest, eod. titul. sub num. 14 in fin. Et quod testator nominet hæredem, pro primo nomine, l. iubemus, C. de testam.

7 Vxor quæ relinquitur domina, & vsufructuaria, institutis filiis hæredibus, nonnisi alimenta tantum habere debet, vt not. in auct. quod locum, D. de sec. nupt. Adhæc nota, quod si testator filios suos hæredes instituit, & legauit vxori scuta mille, quibus frui possit, donec in viduitate, & ho-

8 nestate permanserit, & post mortem eius voluit illa mille dari Titio; contingit, quod mulier transiuit ad secunda vota, an ea viuente Titius debeat habere dicta scuta mille: hæc quæstio ponitur per Alexan. in l. Gallus. §. & quid si tantum, ff. de lib. & posth. sub nu. 6. & concludit, quod sic, ex tacitamente defuncti, per l. mulier, in princ. ff. ad trebell. & in l. si mater, C. de institut. & subst. cum concordan. propterea ad tollendam causam dubitandi, bene erit explicari facere a testatore, quod in euentum, in quem dicta vxor aliam vitam elegerit, id tantum habeat, prout dicitur in præscripta forma.

9 Clausula (substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum) operatur quod datio substituti vulgaris non tollit facultatem. Bal. in l. non iustam, in 1. col. in versic. ex hac 5. nota, C. ad trebell. Item intelligitur, quod electio sit substituti, si casus dictarum substitutionum vno, semel, & eodem tempore veniat. Bald. in l. si frater, C. de fideicommissis, & in l. si quis seruo, ff. de manu testam. idem dicit Bart. in l. recusare, §. si Titius, ff. ad Trebell. Et quia non potest simul, & semel esse directa, & fideicommissaria; ideo illa dictio (&) resoluitur in disiunctiuam, & electio erit substituti, vt per eundem Bart. in l. si Titio, ff. de vsufructu legato. Ias. in l. centurionum. 6. ff. de vulg. & pup. substit.

10 Qualis autem dicatur directa, & qualis in directa, seu fideicommissaria, pro faciliori intelligentia notariorum explicabitur, vt infra videlicet. Directa est illa per quã substitutus capit hæreditatem sine facto alterius, ex dispositione testatoris, Ita quod non oportet recurrere ad primum hæredem, sed adeundo hæreditatem, efficitur dominus, l. cum hæres, ff. de acquir. poss. exempli gratia. Instituo Titium hæredem, & si non erit hæres, Sempronius sit hæres, hoc casu nihil detrahitur per primum hæredem, & idem dic in qualibet directa substitutione: Nam ex ea non detrahitur aliqua quarta per primum hæredem. Indirecta autem, seu obliqua est illa, per quam hæreditas capitur per manus primi hæredis, vnde dicitur indirecta, quia immediatè non succedit testatori, sed capit de manu alterius, & ex huiusmodi hæreditate capit hæres substitutus quartam partem totius, quæ appellatur Trebellianica, sũpta ex nomine auctoris, qui introduxit illam, vt post alios, per Abb. in capitulo

11 Rainutius de testamen. & vltimar. volun. tat de clausula in stirpes, & non in capita. Pro cuius intelligentia præmittendum erit, quod prima omnium successio est filiorum naturalium, & legitimorum, cuiuscumque sexus ex eodem matrimonio, siue in potestate, siue emancipati, vel posthumi, hoc est post obitum patris nati, & suc-

succedunt parentibus,tàm paternis, quàm maternis ab intestato in capita, exclusi omnibus, et ex transuerso cognatis; Nihil autem est aliud hæreditatem in capita diuidi,quam eam in tot partes easque æquales dispertiri, quot sunt capita, quibus solet deferri (exempli gratia) Semprondiem suum obiens Titiū, et Meuium filios, post se ab intestato relinquit, fit vt Semproniii hæreditatem quam in duas partes æquales diuidi necessum est, Titius, et Meuius vterque in semissem, atque in capita succedunt, quia primum gradum, et succedenti caput faciunt, vt in l post consanguineos,§. hæreditas ff. de suis, et leg. hæred. In stirpes vero successio diuiditur, quando liberi parentis sui locum assumentes,in eā dumtaxat hæreditatis partem succedunt, quam parens vbi superstes esset, effecutus fuisset sic nuncupata, quod non primum gradum,atque adeo caput ipsum, sed eam prolem, quæ ex capite defluit, quasi stirpem, et gentilitiæ domus radicem conspicit,in hiuc formæ modum. Titius ex intestato filios non reliquit, sed ex Seio nepotes duos, ex Caio nepotes tres,omnes patrueles, atque hæredes proxime successuros,quorum duo ex Seio nati in semissem, tres vero quos Caius dedit, in alteram semissem, vtque in stirpes vocantur, instit. de legat agn success. §. hoc etiam. Pater enim multis filiis habetur loco vnius capitis tātum, vt not in l. in qui ætate lib. 10 Bal. in l. etiā vers. modo videndum sub nu. 15. C. de execut. rei iud.

12 Clausula illa codicillaris, quæ apponitur in testamento operatur, et locum habet si testamentum deficiat ex causa prætensionis, ad textum secundum vnam lect. in l. si patroni,in princip ff. ad Trebellian. doct in auct. ex causa de lib. pret Alexand. cons. 125. incipien. Quoniam in fin 7. vol. et magis diffuse per Clarum in § testamētum, l. 3. quæst. 46. vbi attestatur de magis communi, quod scilicet testamentum substineatur in vim codicilli, opereturque et locum habeat vbi testamentum non valet,propter defectum solemnitatis omissæ, et inter liberos operatur effectum voluntatis minus solemnis et minus perfectę. Guid. Pap q. 513. Operatur etiā quod videntur rogati in testamēto haeredes scripti,vt si testamentum fit minus solemne soluant legata in eo contenta, vt seruetur mens testatoris, vt nota in lege ex testamen. cum aliis citatis per Alexan in primo volum consil. 26. & in 2. volumin. consil. 42 & in 3. volum. consil. 17. in 6. colum. Et si non valeat, vt testamentum inscriptis, valebit vt testamentum nuncupatium Paul. de Castr. in l. hæredes palam versic. sed an valebit, ff de testamentis, sed magis diffuse dicit Specul in tit. de editio Instrumen. quod ista generalis clausula, si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum, vel cuiuslibet alterius vltimæ voluntatis, vt ff de testam. milit l. 11. in fin. Operatur tantum cum testamentum deficiat propter defectum solemnitatis omissæ (vt superius dictum est) vt puta, cum deficiat numerus testium, vel alia solemnitas, & tunc valeat iure codicillorum, non autem operatur si in alio deficit: puta si rumpatur per querelam, vel posthumi agnationem, vel minimam capitis diminutionem, & hoc probatur ex eo, quod ibi dicitur valet, & sic loquitur de præsenti defectu, qui est, vt quia non est ibi plenus numerus testium, vel non sunt rogati, vel est mulier non autem de futuro, vt de illo quod fiet, puta aliquid de præmissis modis. Si enim dixisset valebit tunc futuros complecteretur defectus, vt ergo omnes hos modos comprehendat, & melius esset dicere si non valet, vel non valebit iure testamenti, & cet. vt per Specul. in part. 2. in §. compendio se sub numer. 18 de instrumen editio. Si quis igitur velit secus, & testari, sic dicat, si non valet testamentum ratione præteritionis, vel exhæredationis, vel alterius solemnitatis omissæ, valeat iure codicillorum vel alterius cuiuslibet vltimæ voluntat, & rogo omnes mihi venientes ab intestato, vel succedentes ex testamento, vel aliquo iure, vt hæreditatem circa hanc clausulam codicillarum non diuexent: nota Seraph. dec. 13. lib. 5. quod operatur vt sit locus substitutionis quando testamentum sit effectum caducum per mortem instituti: etiam si concepta sit per verbum valeat, quod est præsens subiunctiui modi quod trahitur ad futurum.

13 Clausula illa (omni meliori modo,&c.) facit testamentum in scriptis conditum valeant,tamquam testamentum nuncupatiuum, quia tunc testator non se astrinxit velle testari solemniter inscriptis, vt per Alex. in consil. 476. vol. 5. Ita etiam sentit Hostien. in summa de testam. in §. qualiter

naturali, quod est potentius, quam Ius ciuile, quod inducit cessionem bonorum, quod est merè positiuum ad not: per Bald. l: 3: C: qui bonis cedere poss: vers & in summa sub nu: 8: Clausula illa omnium bonorum, quæ debitor præcario pro creditore se constituit, operatur, quod creditor potest agere contra quemcumque possessorē rerum debitoris, etiam non facta discussione debitoris, vt per Gel: Vgo de clausulis contractus in vers: omnia bona, quod limita, vt ibi: Pro intelligentia autem pluriū casuum, in quibus locum non habet exceptio Senatusc. Macedon. habes in glosa magistra, quæ enumerat vndecim casus §. illud, instit. quod cum, & glos: in l: 11. C: ad Maced. & multum singulariter Innoc. in c: qui plerique de immun eccl. vbi habetur quod si creditor mutuauit bona fide, quod in foro animæ tenetur filius famil. restituere, & peccat opponendo exceptionem Macedon.

De Instrumento emancipationis; Cap. XXXV.

1 *Forma instrumenti emancipationis, cum assignatione præmij.*

2 *Emancipatio fieri potest ad vni cum actu tātū.*

3 IN Dei nomine Amen: &c. Coram eximio Il, Doctores Iudice ordinario, Pro Tribunali sedente, ad eius solitum bancum iuris in loco infrascripto, ac in mei notarij testiumque infrascriptorum, præsentia personaliter constituti.

Franciscus, & c. & Iacobus eius filius maior (vt ambo ipsorum asseruerunt) viginti quinque annis, & insimul asseruerunt scilicet idem Franciscus, quod vult, & intendit dictum Iacobum eius filium legitimum, & naturalem ex domina Liuia q. N. vxore sua idem præsentem, & omnia infrascripta requirentem emancipare à se, & ab eius patria potestate, & nexibus paternis eximere, & liberare, & idem Iacobus vult, & intendit a dicto eius patre emancipari, & patria potestate, & nexibus paternis eximi, & liberari & sui iuris fieri, & paterfamilias, & ad interrogationem præfati D. Iudicis, vt supra pro Tribunali sedentis, eis super prædictis factam vnanimiter. & concorditer responderunt, & affirmarunt prædicta ab vtroque exposita liberè facere velle. Ideo prædictus Franciscus pro effectuatione vtriusque eorum voluntatis capiens eūdem Iacobum eius filium per manum, & postmodum ipsum dimittens, & relaxans in præsentia præfati D. Iudicis, & testium infrascriptorum, dixit eidem Iacobo filio suo, ibidem præsenti alta, & intelligibili voce hæc verba videlicet; Ego Franciscus pater tuus hæc præsenti die, mea propria spontanea voluntate, & certa scientie, nulloque iuris, vel facti errore ductus, præsente dicto D. Iudice, & cum eius auctoritate, & decreto, te Iacobum filium meum emancipo, & ab omni iure, & nexu patriæ potestatis libero, & absoluo; ita vt de cætero efficiaris homo tui iuris, & paterfamilias, omniaq. iura Romanorum Ciuium consequaris, dicendo eidem Iacobo suo filio ibidem præsenti, & consentienti, Esto homo tui iuris, & paterfamilias, & quæcumque habueris, & de cætero acquisiueris in tua, tuorumq. hæredum, & successorum sint potestate, & libera administratione, & in eis nullum ius mihi ad ea vindicari possim ratione proprietatis, seu vsufructus, in quibuscunque bonis tuis in futurum acquirendis, & ad te spectituris quomodocunque, & quocunque iure, & titulo. Ita vt valeas, & potestatem habeas de cætero, tua propria auctoritate, de bonis tuis infrascriptis, & alijs quibuscumque in futurum acquirendis, donandi, vendendi obligandi, hypothecandi, locandi, & alias de eis contrahendi, & ad tuæ libitum voluntati; disponendi, in iudicio essendi, & standi negotia quæcumque egendi, testandi, & quamlibet, seu quaslibet vltimas voluntates, & dispositiones condendi, iudicialia, & extraiudicialia agendi, & agere possendi, & generaliter omnia, & singula dicendi, & faciendi, quæ quilibet paterfamilias et sui iuris dicere, et facere potest, seu posset in iudicio, et extra ipsumq. Iacobum filium ibidem presentem, et consentientem exemit, liberauit ab eius patria potestate, et nexibus paternis. Et insuper idem D. Franciscus in præmiū huius emācipationis dedit, cessit, et assignauit eidem Iacobo eius filio præsenti, stipulanti, et recipienti ius, et actionem petendi, exigendi, et consequendi à N. summam scutorum 500. ex causa depositi de quo continentur publico instrumento rogato, et stipulato manu N. publici Notarij, quod instrumentum idem Franciscus eidem Iacobo suo filio tradidit, et consignauit in publicam, et authenticam formam, quod creditum ipse

Iacobus

Iacobus acceptauit, & acceptasse, recepisse asseruit, & fassus fuit, à dicto suo patre, tanquam verum debitum, illudq; recuperare obtulit, & offert eius periculo, & proprijs impensis. & vltra prædicta dictus Franciscus cessit, tradidit, & consignauit eidem Iacobi ibidem præsenti, & recipienti tot arnesia, & supellectilia domus quæ ascendere asseruerunt ad summam scutorum centum. De quibus, &c. exceptioni, &c renunciauit, quietauit, &c. per pactum, &c. Quæ omnia, supérius assignata compensari debeant; prout idem Iacobus compensare seu conferre promisit item Iacobus eidem Francisco præsenti, & recipienti pro se, & alijs suis hæredibus me Notario, &c. in ea parte hæredibus, & bonorum dicti Francisci sui patris, quæ ei obuenire de iure post mortem ipsius Francisci. Quæ omnia &c. Pro quibus omnibus, &c. Super quibus omnibus, & singulis præfatus, d. Iudex (vt supra) pro Tribunali sedens eius auctoritatem, & decretum præbuit, & interposuit suppletis, &c. Dicens eidem Iacobo præsenti, audienti, intelligenti, esto à modo in antea, es, & eris homo tui iuris, & paterfamilias; ita quod de cætero possis, & valeas liber negotiari, contrahere, distrahere, gerere in iudicio esse testari, & quaslibet vltimas voluntates, & dispositiones condere, omnia que, & singula alia facere valeas, quæ quilibet paterfamilias, & homo sui iuris de bonis liberè facere posset & potest.

2 Super quibus, &c. Actum, &c. Testibus &c. Ad hæc nota, quod pater potest emancipare filium ad vnicum actum tantum, vt per Ias. in l. Frater à fratre vers. limita sub num. 4. circa fin ff. de cond. indeb.

De contractu mutui minoris. Cap. XXXVI.

1 *Forma contractus mutui minoris.*
2 *Minor iurans maioritatem tenetur ex contractu.*
3 *Minori non currit prescriptio biennij.*

1 IN Dei nomine Amen, &c. d A asserens cum iuramento tactis scripturis in manibus mei Notarij præstito, se esse maiorem viginti seu vigintiquinque annorum, renunciando nihilominus beneficio restitutionis in integrum, ac alijs quibuscunque legibus legum auxilijs, nec non statutis, & nouis reformationibus, ad fauorem minorum quos modolibet editis, & introductis sponte, &c. constituit, & recognouit se debitorem B. in summa scut. 100. monetæ de Iulijs decem pro scuto, quæ sunt pro totidem, quæ idem A. habuit, & recepit ab eodem B. mutuo, gratis, & amore, quæ scut. 100. similia idem B. manualiter, & in contanti in mei & testium, &c. præsentia soluit, & exbursauit eidem A. in prompta, & numerata pecunia in tot testonibus, & iulijs papalib. quæ idem A. ad se traxit, & tract tot idem esse asseruit, de quibus se benè contentum vocauit; & ad maiorem cautelam, exceptioni, &c. renunciauit, quietauit, &c. quem quidem scut. 100. idem A promisit eidem B ibid. præsenti, &c soluere, & restituere hinc ad sex menses proximos libere, &c. alias &c. Pro quibus, &c.

2 Ad hæc nota quod minor doli capax iurans se maiorem, tunc videtur esse in dolo sic iurando, & confirmatur eius contractus per dictum iuramentum, Afflict. dec. 322. sub num. 3 quod locum videtur habere in impube maiore infante proximo pubertati; ita quod in eo cadit delictum, & tunc obligatur etiam iuramento, vt ibi sub nu. 4. Licet tamen propter enormissimam læsionem restituatur, quæ enormissima læsio sẽper videtur excepta vt ibi sub nu. 13. Nota tamen, quod si minor iurasset soluere, & restituere mutuum sub spe futuræ numerationis, quia licet alias maior elapso biẽnio efficaciter teneatur instit. de lit. ob. & in l. in contractibus in principio C. de non numer. pecun. Tamen minori propter iura-

3 mentum non currit ista præscriptio bienhij, nec propter iuramentum reputatur maior, vt per Ias. in auth. sacramenta puberũ sub n. 65. vers. nonò limita, C. si aduersus vend. alleg. Bald in l. fin. c. de non numer. pecun. & ratio huius limitationis est, quia cum isto casu deficiat consensus, eo quia pecunia non numeratur, certe non habet locum ista auth. vt ibi.

De clausulis contractuum. Cap. XXXVII.

1 *MEmoria hominis non est adeo tenax, vt de omnibus recordetur.*
2 *Iuramentum operatur vim clausula omnis meliori modo &c.*
3 *Clausula (perpetuò rata, & grata) quid operetur.*
4 *Intellectus clausulæ ad consilium sapientis.*
5 *Notarius quando possit extendere clausulas consuetas.*

6 Renun-

6 Renunciatio conditionis indebiti, & sine causis non afficit ignoranti.
7 Conditio indebiti quid operetur.
8 Et quid de conditionem sine causa.
9 Actum in tali loco debet poni in instrum.
10 Secus si consuetudo loci aliter suadeant.
11 Notarius quomodo debeat conscribere instrumentum de his quæ alieno sensu percipiuntur, & quomodo de muto, & surdo.
12 Dictio (&c.) qualiter, & quando sit per Notarios extendenda.

AD euidentiam harum supradictarum formarum contractuum, aliqua de eis tacta sunt, quæ hic non repetimus, sed ante quam deueniamus ad intellectum nonnullarum aliarum clausularum vltimarum vo luntatum· aliqua alia de eis tangimus quæ licet suis aptioribus locis conscribi potue-
1 rint, tamen quia memoria hominis nō est adeò tenax, vt de omnibus recordetur, vt dicit Afflict. in decis. 345. sub n 2. eas tamē hic subiiciendas duxi. Et primo fere in om-
2 nibus, supradictis formulis, contractuum sub ticui clausulam illā (omni meliori modo, &c.) quia videtur superflua, cum iuramentum idem videatur importare scilicet vt actus valeat omni modo, quo potest l. cū pater §. filius matrem ff. de leg. 2. Ias. in l. 1. §. si quis, ita sub. n. 1. ff. de verb. oblig.
3 Clausula (perpetuò rata, grata, & firma & nunquam contrauenire) operatur, vt nūquam currat præscriptio contra actiones per l quod si nolit §. si quis, & ibi Bald. & Angel ff de edil. edict. Cæpol. caut. 155.
4 Clausula, seu licentia data à contrahentibus, extendendi instrumentum (ad consilium sapientis) quomodo sit intelligenda? responde, quod nihil poterit addi in facto sed solum in iure, & in his, quæ veniunt ex natura contractus, vt est notabilis glos. in l. si mandato Titii §. fin ff mandati vt puta in instrumento additur, quod inter poneretur pœna duplicata, vel aliud simile, ex quo istud non erat actū inter partes, nec expressum, ad hoc respondetur, quod talis pœna est de consuetudine, & quia de consuetudine solitum est in instrumentis pœnam dupli apponi, ideò sapiens poterit addere in facto illud, quod est de consuetudine Secus sapiens non potest aliquid addere, quod non fuerit à partibus expressum vel per quod immutetur substantia actus. Nam solum potest cōsentire circa quæ veniunt de iure ex natura contractus, vt dicit Ias. in l. ex parte sub nu. 4. in princ. ff. de verb. oblig Specul. in § sciendum vers quid sic instrumento de empt. & vendit. & in l. instrum sub num. 12 de edit instrum.
5 Ad relatum propositum, illud non est prætereundum, quod licet Notarius possit apponere clausulas consuetas in instrumēto, etiam si non sit dictum à cōtrahentibus vt in l. si prius, in § plautius, & ibi Bar. ff. de aqu. plu arc. Felyn. in cap M. Ferrarien. sis in 4. col de constit. Istud tamen limita verum, esse & locum habere solum, quando instrumentum est in fieri, sed secus in instrum. iam facto, & perfecto, quia tūc in illo non poterit not addere, seu apponere clausulas etiam consuetas, vt per Marsil. in sing. 653. incip. not. circa fin. ita etiam not. dixit. Barb in cap 11. in 2 col extra de præscr. & alias per eundem Marsil. in sing. 123. incip. in iure, clarum est circa med. remittens me nihilominus in hoc ad stylum Notar. præsertim tribunali, Illustris. d. A. C. cuius semper fui obseruandissimus, & etiam ad plures Rotales decisiones desuper firmatas, quas in fi. præs lib imprimi curaui.

Quotidie ēt fiunt cōtractus a rusticis, & mulieribus, & aliis qui non intelligunt importantiam clausularum, quæ opponuntur in ipsis contractibus, vt puta. si apponitur clausula, quod Titius renunciauit conditioni indebiti, & conditioni sine causa, & omni alio iuris auxilio talis renunciatio (vt superius dictum est) nullum præiudiciū facit
6 ipsi si renuncianti & nescienti, & non intelligenti importantiam dictorum verborū ita singulariter dicit Bar. ad text. in l fin. §. idem quæsiuit. ff de cond. indeb. quod dictū refert Alex. in cons. 42 incip super præmissis in 4. col. vol 1, Oldr. cons. 314. incip. factum tale est in 11. col. Ob id pro illarum
7 intellectum, dico quod natura conditionis indebiti est, vt ad illum solum competat, in quo recipiens est locupletior effectus, facit l. indebiti §. sed & si nummi ff. de cond. indeb. Ne igitur ex parte, recipientis allegari possit, quod obligatio facta fuit vltra intentionem suam, quia non recipiebat animo se obligandi propterea ne obligans repetere possit illud, quod in omni iure est indebitum, quocunque errore soluatur: ideo apponitur, illius renunciatio, vt per Ias. in l. libertus eod. tit. sub num 9. & 14.
8 Conditio autem sine causa est species conditionis in genere sumptæ, quæ concurrit cum conditione indebiti ob causam, & ob turpem causam, etiam vbi nulla istarū

compe-

cōpetit,scilicet quādo nihil est datum, seu promissum sine causa, vel cum aliquid datur ob causam,quæ postea reducitur ad nō causam, vt est text in l est, & hæc species ff. de condit sine causa,ne igitur promittēs vel soluens sine causa, valeat condicere liberationem ab obligatione, vel repetere solutum sine causa; ideo apponitur dicta clausula renunciatoria conditione sine causa.

9 Clausula, actum in tali loco,debet poni in instrumento,vt significet instrumentū esse perfectum, Bald.in auth quod sine in 1. col. vers & ideo Tabellione C. de testam. & nedum locus, sed etiam locus loci apponi debet, vt per Alex. in l. de pupillo §.qui nunciat. de nou. oper nunc. sub n 4.& seq. Rota in antiquis decis. 33. secus si in loco alia sit consuetudo, vt per Alex in d.l. de pupill. sub num.10. & 11. seq eod tit.

10 Illud quoque non est ignorandū, immò accurate aduertendum, quod Notarius non debet conficere instrumentum de his,quæ alieno sensu percipiuntur, vt est glos. not. in auth. de instr cau. & fide,§ si verò moriantur in vers. adsunt; & propterea in instrumenti confectione facien per medium interpretis, debet illud confici solum de dicto interpretis, & illud videtur sufficere, attamen necesse erit, quod contrahentes eligant interpretem, & hoc sibi constare poterit per signa vel scripturam authenticam, in qua constet de electione interpretis, vel per relationem duorum hoc asserētium,vt per Alex. in l. eadem sub nu. 10. & 11. ff. de oblig.

Sic etiam ad relatum propositum, videtur resoluendum de contractu muti, vt puta quod quidam sunt muti,qui propter hoc impedimentum, efficiuntur non capaces intellectus, & isti per se non possunt facere sine curatore, sicut pupillus non potest sine tutoris auctoritate, quidam vero hoc impedimento non obstante intelligunt, & isti possunt omnia, quæ in eorum animo constituunt gerere,reliqua vero cum auctoritate tutoris, vel curatoris, Alexand. in l. mutum in princ ff. de acquiren.hæred.vbi habes,quod si in aditione hæreditatis faciendæ ad nutum, si Notarius per se intelligit mutum nutu, secure potest scribere, qualiter talis mutus nutu adiuit hæreditatem, vt ibi num.4. eod. tit. Si vero per se non intelligit,ei adhibeat aliquem consanguineum, vel vicinum,& scribat in instrumento, qualiter ipse Notarius certificatus per N suum consanguineum, vel vicinum tanquam per interpretem,vidit dictum talem facientem signa, & nutus,per quæ hæreditatem adire volebat, vt per eundem Bartol. ibi sub num.2 eod. tit ad quem pro maiori præmissorum intelligentia, recurrere poteris, & etiam ad Alexand.in d l.1. ff de verbor.obligat. vbi soluitur, quod si mutus nullum habet intellectum æquiparatur furioso, & infanti. Si autem aliquem habet intellectum, minus perfectum, æquiparatur pupillo, si autem perfectè intelligit æquiparatur maiori, vt ibi sub num. 8. vsque adeo diximus de contractu muti. Ita etiam hæc pauca præmittenda erunt, de contractu surdi, vt puta, quod si surdus intelligens ad motum labiorum contrahat an valebit contractus, attento quod hodie in omnibus contractus opponitur stipulatio, & concluditur, quod valebit contractus tanquam factus sine stipulatione, vt per Alexand in l. stipulatio §. si quis,ita sub num. 28. ff. de verbor. obligat. & hoc in contractibus, qui consensu contrahuntur quod dicit præcedere de iure communi, vt ibi.

Iam plura diximus de intellectu clausularum contractuum, & de his, quæ alieno sensu percipiuntur, pauca hæc etiam dixerimus de dictione abbreuiata cōcepta sub dictione, (&c) quæ per notarios in matribus instrumentorum, & illorum rogituum concipi solet, vt puta, quod illa di-

11 ctio, (& cetera) solum importat ea, quæ desunt ad complementum orationis, non autem, quæ comprehenduntur sub oratione separata. Ideò licet post clausulam, quæ solet apponi in contractibus venditionum, donationum, & similibus, vt puta, dans licentiam,&c. Tamen sub illa dictione, &c, Non censebitur apposita clausula constituti,seu precarij,cum orationem habeat separatam, Aym cons 34 vers quarto respondeo sub nu.7. Paul.de Castr. in cons. 10. si vera sunt col 3 l. i hoc etiam erit ad uertendum, quod quando in instrumento non exprimitur conceptum, seu intentio partium ad plenum dictio(&c.) nihil operatur, nec fit illius extensio,vt per eundem Aym. de cons 34. in fin.

De testamento nuncupatiuo. Cap.XXXVIII.

1 *Forma testamenti nuncupatiui.*

DVm corpus sanitate viget, meus interius in semetipsa collecta, pleniori vtitur ratione: quia non cogitur id cogitare quod dolet. Vnde tunc vltimæ voluntatis iudicium in quo tranquillæ mentis ratio nis vsus exigitur salubrius. Quapropter P. corpore sanus, ac mentes compos rerum suarum dispositionem per præsens, etc.

Si autem testator infirmus sit, sic dicatur.

LIcet incerta mortis hora, sēper debeat in prudentis animo esse suspecta corporis tamē imminenti languore ipsius plus naturaliter formidatur euentus idcirco P. æger corpore, mentis tamen suæ compos, per præsens nuncupatiuū testamentum sine scriptis disposuit, in hunc modum videlicet In primis, quia anima est dignior corpore illā omnipotenti Deo, eiusque gloriosissimæ Virginis Mariæ matri eius, totiq; Curiæ cælesti diuotissimé commendauit. Item reliquit, etc. Item pro anima sua, et parentum suorū reliquit, etc. Ad hæc omnia, et singula exequenda, et complenda esse voluit cōmissarios suos, et huius testamēti executores N. et N. dans eis, et mandans, et cuilibet ipsorum plenam licentiam, et omnimodā ac liberam potestatem, vt sine contradictio ne hæredis, aut alterius cuiuscunque personæ, possint de quibuscunque bonis ipsius obligare, pro prædictis soluendis faciendis, et prædictis omnibus exequendis, vt dictum est, et si contigeret aliquem, vel aliquos dictorum commissariorum suorū præmori eidem testatori, aut mori, ante executionem omnium præmissorum; alij vel alius, nihilominus prædicta omnia exequantur, vel si voluerint alium eligere loco eius. Liceat quoque eis agere et facere Procuratorem, et actorem, qui contra hæredes suos agat ad omnia, quæ dicta sunt, exequendum, et ad pœnam testamenti petendam, ac damna, et expensas à suis hæredibus exigendum et quibuscunque per eos vel eorum alterum, vt dictum est, fuerit assignatum, et obligatum ipse res suas omnes illis, ex nunc obligat, iure hypothecæ, idest pignoris, vt eas possint in iudicio petere, et habere, ex nunc enim mandat, et facit, quod ipsi facient, et mandabunt de bonis suis relinquit iure legati N. Item M. vxori suę reliquit dotes suas, quæ fuerunt mille aureorum, et insuper legauit seu reliquit ei de bonis suis scuta 200 iure legati, et totam eius lectum, scilicèt lectos, et lintea, et omnes pannos lineos, et laneos, quibus vtetur tempore obitus ipsius testatoris

Præterea legauit eidem, voluitque, & disposuit, quod ipsa sit in domo pro hæreditate sub domina, & vsufructuaria, quandiu vixerit, & vidualem, & honestam vitam in ipsa domo seruauerit, dotes, & legatum in iudicio non petiet, & victum, & vestitum habeat honor sive onera quoque personalia, si eam infirmari cōtigerit, & etiam patrimonialia, quæ contigerent suam dotem, pro Collationibus,

vel

vel aliquibus publicis muneribus de sua hæreditate soluantur. Si autem eius filij se de ipsa non bene portarent, & ipsa vellet discedere ab eis, tantum habea de bonis suis: si autem aliam vitam elegerit, eam solum habere dotes prædictas, & legatum prædictum, scilicet dictorum scut. 100. & mobilia supradicta. Item & G. eius filiam sibi hæredem instituit in scutis quingentis, quæ eam habere voluit, cum nupserit, vel religionem intrauerit, & insuper in scutis 50. iubens eam in his, & volens esse contentam, & plus petere non possit. In omnibus autem alijs bonis suis, mobilibus immobilibus, corporalibus, & incorporalibus, iuribus, & actionibus, tàm præsentibus, quam futuris B. & C. eius filios sibi æqualibus portionibus hæredes instituit, quod si contigerit ipsum ex dicta M. aut ex quacunque alia eius legitima vxore, ex nunc filios habere, perue nientes in lucem, posthumos, aut medio têpore natos; si masculus, vel masculi fuerint, ipsum; vel ipsos cum prædictis B. & C. vel altero, qui superuixerit, æqualibus portionibus, hæredes instituit: si autem fœmina vna, vel plures ipsas, vel quamlibet earum, sibi in scutis 50. instituit.

Si autem suspicetur proximus obitus testatoris, sic dicas.

Et si dicta M. eius vxor prægnans esset, & pareret filium vnum vel plures, posthumos, aut medio tempore natos ad lucem peruenientes, si masculus, vel masculi fuerint (vt iam dictum est) si vero aliqua dictarum filiarum, tam natarum, quâ nasciturarum, quam etiam, posthumarum aliquando, vel infra tale tempus decesserint, sine filijs, ei pupillariter, & vulgariter, & per fideicommissum superstites filios masculos, vel eorum filios in stirpes, & non in capita substituit, & si aliquis filiorum suorum masculorum, tam natorum, quàm nascitorum, vel etiam posthumorum, aliquando, vel infra vigesimum quintum annum suæ ætatis decederet sine liberis, vel intra pupillarem ætatem substituit ei pupillariter, & vulgariter, & per fideicommissum superstites filios masculos, vel earum filios in stirpem, & non in capita, quod si masculi, vel eorum filij non fuerint, alias fœminas, vel earum filios similiter in stirpem, & non in capita. Item si omnes tam masculi, quam fœmina (non extantibus, vel remanentibus aliquibus ex aliis decesserint, eo casu iussit, & voluit, & disposuit, quod non obstantibus præmissis omnibus substitutionibus, possit quilibet filiorum suorum, aut filiarum suarum testari ac disponere, de eo, quod sibi relictum est, aut de eo, quod ad ipsum spectabit ex hæreditate, prædicta, vsque in quantitatem scut. 500. in falcidia sibi debita computan. Item voluit & disposuit, & mandauit quod prædicti filij simul, & communiter habitent, & ad diuisionem non perueniant vsquequo omnes compleuerit vigesimum quintum annum, quod si non fecerint, aut si quis eorum alios ad diuisionem, prouocauerit, vel requisiuerit; priuetur, & eum ipse testator priuauit quarta parte suæ hæreditatis, quam ad cæteros peruenire voluit, vel ad Ecclesiam N. Item præcepit quod turris, vel domus a nullo liberorum suorum possit extra familiam alienari; alioquin seruantes voluntatem eius in suis partibus partem alienatam vendicent a quolibet possessore. Item voluit, & disposuit, quod dicti eius filij vendere non possint de bonis immobilibus huius hæreditatis quosque, &c quod si contrafecerint voluit, &c. Tutores autem filiorum suorum tam natorum, quam nasciturorum pupillorum esse voluit N. & N. quod si euidens necessitas, vel vtilitas fuerit, cum talium consilio propinquorum possit de bonis vendere, & permutare sine iudicis decreto, absoluens eos, & liberans a ratione administrationis reddendæ, & ipsam eis remittens, & hanc suam vltimam voluntatem esse voluit, quam valere voluit iure testamenti, quod si iure testamenti non valeat, seu non valuerit, saltem iure codicillorum, & cuiuslibet alterius vltimæ voluntatis valere voluit; & voluit hoc testamentum nuncupatiuum, seu hanc vltimam voluntatem omnibus alijs eius testamentis, & vltimis voluntatibus hinc retrofactis præualere, quicunque suorum hæredem, vel legatariorum, & fideicommissariorum contra hanc suâ voluntatem fecerit, vel eam non obseruauerit, vel extraiudicium violenter, vel in iudicio contentiose institerit, voluit, quod sit bonorum suorum inexpers, & quicquid illi reliquerit, teneatur per fideicommissû restituere illi, quem sua violentia, vel contentiosæ iudicialiter fatigauerit, siue fuerint pauperes, si autem alij fatigatis, & qui-

libet legatarius, vel fideicommissarius pro pauperibus habeat actionem si fuerint fatigati. Super quibus &c.

Visum est supra de clausulis contractuũ non gratuitorum, & gratuitorum; nunc rem est videndum de clausulis vltimarum voluntatum.

2 Clausula illa (morte liceat nihil certius hora tamen mortis est incerta) habetur in l. sancimus, §. fin. de donat.

3 Differentiam executorum, & commissariorum testamentorum, illorumq; facultates habes per Spec. in secunda par, lib. 2. §. dicto sub n. 24. circa finem, de instrumen. aditione.

4 Ne filia post mortem patris sine sobole masculina decedentis querelet de inofficioso testamento, remedium est, quod filia instituatur in aliquo saltem in quinq. soldis, vltra eius dotem, vt monet gloss. in l. 3. §. sed verum ff. de minor. Bald. in auct. nouissima, C de inoffi. testamen. & licet Specul. in titulo de instrumen. edit. §. compendiose, versiculo sed super forma, teneat filiam institutam esse in sua dote, tamen ad euitandas alias contrarias opiniones, bene erit, quod pater saltem in modico, vltra dotem instituat etiam hæredem, prout videre est in supradicta forma, in ea scilicet parte concernente institutionem filiæ in dote.

5 Institutio hæredis est caput testamenti, §. ante hæredis institut. de leg. in tantum quod sine hæredis institutione testamen-
6 tum non valet, vt per Ias. in rubr. ff. de leg. 1. sub nu. 14 & in l. nemo potest, eod. titul. sub num. 14. in fin. Et quod testator nominet hæredem, pro primo nomine, l. iubemus, C. de testam.

7 Vxor quæ relinquitur domina, & vsufructuaria, institutis filiis hæredibus, nonnisi alimenta tantum habere debet, vt not. in auct. quod locum, D de sec nupt. Adhæc nota, quod si testator filios suos hæredes instituit, & legauit vxori scuta mille, quibus frui possit, donec in viduitate, & ho-
8 nestate permanserit, & post mortem eius voluit illa mille dari Titio; contingit, quod mulier transiuit ad secunda vota, an ea viuente Titius debeat habere dicta scuta mille: hæc quæstio ponitur per Alexan. in l. Gallus. §. & quid si tantum, ff. de lib. & posth. sub nu. 6. & concludit, quod sic, ex tacita mente defuncti, per l. mulier, in princ. ff. ad trebell. & in l. si mater, C. de instit. & subst. cum concordan. propterea ad tollendam causam dubitandi, bene erit explicari facere a testatore, quod in euentum, in quem dicta vxor aliam vitam elegerit, id tantum habeat, prout dicitur in præscripta forma.

9 Clausula (substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum) operatur quod datio substituti vulgaris non tollit facultatem. Bal. in l. non iustam, in 1. col. in versic. ex hac §. nota, C ad trebell. Item intelligitur, quod electio sit substituti, si casus dictarum substitutionum vno, semel, & eodem tempore veniat. Bald in l. si frater, C. de fideicommissis, & in l. si quis seruo, ff. de manu testam. idem dicit Bart. in l. recusare, § si Titius, ff. ad Trebell. Et quia non potest simul, & semel esse directa, & fideicommissaria; ideo illa dictio (&) resoluitur in disiunctiuam, & electio erit substituti, vt per eumdem Bart. in l. si Titio, ff. de vsufructu legato. Ias. in l. centurionum. 60. ff. de vulg. & pup. substit.

10 Qualis autem dicatur directa, & qualis indirecta, seu fideicommissaria, pro faciliori intelligentia notariorum explicabitur, vt infra videlicet. Directa est illa per quã substitutus capit hæreditatem sine facto alterius, ex dispositione testatoris. Ita quod non oportet recurrere ad primum hæredem, sed adeundo hæreditatem, efficitur dominus, l. cum heres, ff. de acquir. poss. exempli gratia. Instituo Titium hæredem, & si non erit hæres, Sempronius sit hæres, hoc casu nihil detrahitur per primum hæredem, & idem dic in qualibet directa substitutione: Nam ex ea non detrahitur aliqua quarta per primum hæredem. Indirecta autem, seu obliqua est illa, per quam hæreditas capitur per manus primi hæredis, vnde dicitur indirecta, quia immediatè non succedit testatori, sed capit de manu alterius, & ex huiusmodi hæreditate capit heres substitutus quartam partem totius, quæ appellatur Trebellianica, sũpta ex nomine auctoris, qui introduxit illam, vt post alios, per Abb. in capitulo
11 Rainutius de testamen. & vltimar. volun. tat de clausula in stirpes, & non in capita. Pro cuius intelligentia præmittendum erit, quod prima omnium successio est filiorum naturalium, & legitimorum, cuiuscumque sexus ex eodem matrimonio, siue in potestate, siue emancipati, vel posthumi, hoc est post obitum patris nati, &

suc-

succedunt parentibus,tàm paternis, quàm maternis ab intestato in capita, exclusi omnibus, et ex transuerso cognatis; Nihil autem est aliud hæreditatem in capita diuidi,quam eam in tot partes easque æquales dispertiri, quot sunt capita, quibus solet deferri (exempli gratia) Sempron- dium suum obiens Titiū, et Meuium filios, post se ab intestato reliquit, fit vt Sempronii hæreditatem quam in duas partes æquales diuidi necessum est, Titius, et Meuius vterque in semissem, atque in capita succedunt, quia primum gradum, et succedenti caput faciunt, vt in l. post consanguineos,§. hæreditas ff. de suis, et leg. hæred. In stirpes vero successio diuiditur, quando liberi parentis sui locum assumentes,in eā dumtaxat hæreditatis partem succedunt,quam parens vbi superstes esset, effecutus fuisset sic nuncupata, quod non primum gradum,atque adeo caput ipsum, sed eam prolem, quæ ex capite defluit, quasi stirpem, et gentilitiæ domus radicem conspicit,in hunc formæ modum. Titius ex intestato filios non reliquit, sed ex Seio nepotes duos, ex Caio nepotes tres,omnes patrueles, atque hæredes proximè successuros,quorum duo ex Seio nati in semissem, tres vero quos Caius dedit, in alteram semissem, vtique in stirpes vocantur, instit. de legat agn. success. §. hoc etiam. Pater enim multis filiis habetur loco vnius capitis tātum, vt not in l. 1. qui ætate lib. 10 Bal. in l. etiā vers. modo videndum sub nu 15. C. de execut. rei iud.

12 Clausula illa codicillaris, quæ apponitur in testamento operatur, et locum habet si testamentum deficiat ex causa prætensionis, ad textum secundum vnam lect. in l. si patroni,in princip. ff. ad Trebellian. doct in auct. ex causa de lib. pret. Alexand. cons. 125. incipien. Quoniam in fin 7. vol. et magis diffuse per Clarum in § testamētum, l. 3. quæst. 46. vbi attestatur de magis communi, quod scilicet testamentum sustineatur in vim codicilli, opereturque et locum habeat vbi testamentum non valet,propter defectum solemnitatis omissæ, et inter liberos operatur effectum voluntatis minus solemnis et minus perfectæ. Guid. Pap q. 513. Operatur etiā quod videntur rogati in testamēto haeredes scripti,vt si testamentum sit minus solemne soluant legata in eo contenta, vt seruetur mens testatoris, vt nota in lege ex testamen.cum aliis citatis per Alexan in primo volum consil. 26. & in 2. volumin. consil. 42 & in 3 volum. consil. 17. in 6. colum. Et si non valeat, vt testamentum inscriptis, valebit vt testamentum nuncupatium Pau. de Castr. in l. hæredes palam versic. sed an valebit, ff de testamentis, sed magis diffuse dicit Specul. in tit. de editio instrumen. quod ista generalis clausula, si non valet iure testamenti; valeat iure codicillorum, vel cuiuslibet alterius vltimæ voluntatis, vt ff de testam. milit l. 11. in fin. Operàtur tantum cum testamentum deficiat propter defectum solemnitatis omissæ (vt superius dictum est) vt puta; cum deficiat numerus testium, vel alia solemnitas, & tunc valeat iure codicillorum, non autem operatur si in alio deficit: puta si rumpatur per querelam, vel posthumi agnationem, vel minimam capitis diminutionem, & hoc probatur ex eo, quod ibi dicitur valet, & sic loquitur de præsenti defectu, qui est, vt quia non est ibi plenus numerus testium, vel non sunt rogati, vel est mulier non autem de futuro, vt de illo quod fiet, puta aliquid de præmissis modis. Si enim dixisset valebit tunc futuros complecteretur defectus, vt ergo omnes hos modos comprehendar, & melius esset dicere si non valet, vel non valebit iure testamenti, & cet. vt per Specul. in part. 2. in §. compendiose sub numer. 18 de instrumen editio. Si quis igitur velit secus, & testari, sic dicat, si non valet testamentum ratione præteritionis, vel exhæredationis, vel alterius solemnitatis omissæ, valeat iure codicillorum vel alterius cuiuslibet vltimæ voluntatis, & rogo omnes mihi venientes ab intestato, vel succedentes ex testamento, vel aliquo iure, vt hæreditatem circa hanc clausulam codicillarum non diuexent: nota Seraph. dec. 53. lib. 5. quod operatur vt sit locus substitutionis quando testamentum est effectum caducum per mortem instituti: etiam si concepta sit per verbum valeat, quod est præsens subiunctiui modi quod trahitur ad futurum.

13 Clausula illa (omni meliori modo,&c.) facit testamentum in scriptis conditum valeant,tamquam testamentum nuncupatiuum, quia tunc testator non se astrinxit velle testari solemniter inscriptis, vt per Alex. in consil. 476. vol. 5. Ita etiam sentit Hostien. in summa de testam. in §. qualiter

licet conficiatur. Et pro maiori, & clariori huius clausulæ intellectu, recurre ad tract. de clausulis Celsi Vgon. de clausula codicillari per totum; Hoc tamen prætereundum non erit, quod dum testator dicit in testamento, quod scilicet valet iure testamenti,& codicillorum, & illa cul; a resoluitur in disiunctiuam, vt dicamus vel iure codicillorum, vt per Bart in l. si Titio,ff. de vsufructo legato. Clausula illa

14 (cassans,& irritans omne aliud testamentum, quod prius fecisset) tacite inest in vltimo testamento, & consequenter videtur superflua secundum Bal. in l. fin. in §. q. C. de edict. diu. Adr. Toll. quia regula est, quod in vltimis voluntatibus vltima derogat priori, vt in l. si iure, ff. de leg. 3. Iaf. in l. si mihi, & tibi § in legatis, sub nu. 1. ff. de leg. 2. secus tamen dicendum erit, si in primo testamento fuerit opposita clausula derogatoria, vt ibi sub num. 3. & ad propositum relatæ clausulæ derogatoriæ, non erit prætereundum, quod si vxor testamentum, quod fecit, vellet firmu manere,& veretur, ne posterius testamentum instigatione viri vel alterius facere compellatur, poterit adiicere clausulas derogatorias, veluti sic dicat, si quod testamentum post hoc a me fieri contingat, valere nolo, nisi in eo de verbo ad verbum heius clausulæ fuerit facta mentio, quia si contingat illud in ea forma prætermissa fieri, non valebit, cum præcedens animi contestatio latis declaret animum testandi de: uisse in sequenti testamento. L. si quis. in princ. & ibi late Bart. Ang. & alius ff. de leg. 3. in tantum, quod primum testamentum habens eiusmodi clausulam derogatoriam posteriori testamentum non reuocatur, etiam si in eo apposita esset clausula illa (cassans, & irritans) per notarios apponi solita, nisi etiam in specie facta fuerit mentio. clausulæ derogatoriæ in priori testamento appositæ. Zabarell. consil. 102. incipien. super facto. Castr consil. 342. incipien. in facto puncti Nicolai Euerardi.

15 Insuper si mulier, aut minis, aut metu mariti ad testandum, seu alias ad iuris sui renunciationem impellatur, poterit clausulam coram notario, honest. sq. personis protestari se non sponte, sed minis & metu testamentum in fauorem mariti scripturam, aut iuri suo renunciaturam, qua protestatione præcedente omnia ipsi, quæ aduersus ea, quæ deinde sequuntur salua & integra manebunt. Dinus, & alii adl. qui in aliena §. tin. ff. de acquit. hæred. Socin. con. 64. quia in his, quæ dependent a mera potestate potestatis, sicut testamenti facto, ex solius vxoris arbitrio pendente, & protestatio præcedens reddit actum sequentem, protestationi contrarium ipso iure nullum, vt per Io. delect. de arte testandi in tit de testamentis coniugum, lib. 1. sub num. 5. Cum autem

15 numerus septem testium in testamento sit de forma substantiali, non autem proba-

17 toria: Ideo sine eius testamentum non valet, etiam quando sufficiens numerus testium adhiberi non potuit, vt per Iaf. in l. nemo potest, sub num. 15. et sequen. ff.

18 de leg. 1. licet tempore pestis quinque tantum sufficiant, vt per eundem Io dict. cautela secunda, sub num. 1. de Testamentis ordinandis, et licet idem Ioannes delect. vbi supra attestatur, quod ad validitatem testamenti sufficiant duo testes coram presbytero parochiali, et per Iaf. vt ibi sub num. 3. tamen quia cautela ibi tradita ex pluribus videtur dubitabilis: Ideo moneantur notarii; ad tollendum causam dubitandi, quod non nisi cum dicto num. septem testium familia testamenta recipiat qui omnes testamento debent esse præsentes, Afflict. decis. 166 sub num. 5. verum autem Religiosi, vel Mendicantes, possint esse

19 testes in testamento, vel codicillis licet Io- Fab. inst. de testamen. § testes videatur tenere quod non, quia similis est mortuo, l. Deo nobis, C. de Episco. et Cleric. Contrarium tamen dicit Guid pap q. 517. cum quando dicitur, quod isti tales videntur similes mortuo, hoc verum quo ad matrimonium, vt ibi, qui testes debent ad solem-

20 nitatem testamenti esse rogatia testatore, vel Notario, aut ab alio testatore præsente, vt per Io. Delect. de arte testandi in

21 titul. de testamentis ordinandis caut. 8. in princ. qui testes debent videre testatorem et esse in eius conspectu, si non special C. de testamen. Hinc est, quod si nocturno tempore fiat testamentum, non valet, nisi adhibeantur tria luminaria l. 1. tria luminaria ff. de vend. inspi.

De eodem Titulo Cap. XXXIV.

1 Plura relata per Speculat. de testamentis nuncupatiuis, & testamentis in scriptis

2. Modum

2 *Modus ordinandi testamentum in scriptis.*
3 *Quomodo sit subscribendum, & sigillandum.*
4 *Forma, quæ traditur de testamento in scriptis.*
5 *Si testator scribere scit, subscribere debet, nec opus est, quod alius pro eo subscribat secus si scribere nescit.*
6 *Forma apertionis dicti testamenti.*
7 *Hæres est vniuersalis Dominus patrimonij testatoris.*
8 *Notarius tenetur tradere legatario particulam legati.*
9 *Notarius cogitur à iudice pro exhibitione testamenti.*
10 *Solemnitatibus testamenti, & illius aperitionis pacto renunciari potest.*
11 *Numerus septem testium in vtroque genere testamenti necessario requiritur.*
12 *Forma exhæredationis.*
13 *Præterni cum causa exhæredationem importat.*
14 *Expressio causarum, quibus filij à parentibus exhæreditantur.*

1 QVamuis in continentia, & tenore testamenti cæteris omnibus, quæ in dispositione patrimonij, siue de iuris solemnitate, siue de testatoris voluntate necessaria sunt, hæc duo testamenta pura, & æqualia sunt, scilicet nuncupatiuum, & illud quod in scriptis conditur: Attamen in solemnitatibus, & forma magna est illorum distantia. Namque circa testes nuncupatiui testamenti pauca, & breuia requiruntur, vt in rubrica de testibus sed illius, quod scriptis conficitur, magnæ sunt, & multæ solemnitates, ex quibus substantiam & efficaciam sumit. De hoc igitur videamus, & est sciendum, quod cum iudiciorum nostrorum continentiam testibus patefacere volumus, solemus ad nuncupatiua recurrere testamenta, cum homo tam secretum esse cupit arbitrium suæ voluntatis potest testamentum in scriptis condere cuius tenorem testibus posse celari leges volunt, & referunt, vt in l. hac consultissima in princ. C. de testam. licet si vltrò 2 velit, possit illud testator eorum notitiæ aperire. Igitur volens propter secretum sui arbitrij testamentum in scriptis condere, si literatus est, & scribere possit, & velit ipsemet testamentum scribet. Alioquin alium scriptorem adhibere poterit Tabellionem, vel alium. Assumetur autem membrana bona, & solida in cuius parte superiori relinquetur, quantum est grossities trium, vel quatuor digitorum, in dextero autem, & sinistro latere tantumdem spatij. In parte vero inferiori superesse debebit spatium, & vacuum quantum palma manus digitis extensis protenditur, vel circa, & in medio horum spatiorum scribetur tenor, & series testamenti: quo facto duplicabitur charta, & coniungentur spatium superius, cum inferiori, & fingentur ibi tres cordulæ In pligatura verò dexteri spacij duæ, & sinistri aliæ duæ, & qualibet cordula, duo habebit foramina interiorum literam non lædantia, vel attingentia, quibus cordulis singulis spacia coniuncta ligentur, ita quod interior litera videri, vel legi non possit. Porro de illo magno spatio inferiori vacuo tantum debebit relinqui discoopertum quod ibi possint pateater, & apertè scribi subscriptione testatoris, & testium, quibus vel eodem die, vel vno, vel pluribus diebus ante, sic scriptis factis, & ordinatis, quando placuit testatori, vocabit septem testes viros atque litteratos, & scribere scientes, & nullum iuris impedimentum habentes, & coram eis testator ipsam scripturam clausam, & inuolutam (id est) dictis cordulis ligatam, (vt dictum est) in manibus tenens afferre debebit: dicens illud suum esse testamentum sua, vel talis alterius manu scriptum, & eos rogare testes, & rogando mandare, quatenus ipsum testamentum subscribant, et signent, ipse etiam se debebit sua manu subscribere, vt inferius apparebit. Igitur ibidem, et in præsenti vno contextu antequam ipse testator, vel aliquis ex testibus inde discedat, debebit vnusquisque ipsorum testium annulum vel sigillum caracterem ad vnam, ex cordulis pendentibus apponere, siue suum, siue alterius testis. Nam si aliquis, vel aliqui ex testibus fuerint, non habentes sigillum, poterit quilibet eorum cum alterius sigillo signare, vt instit. de testamen. § possunt autem add. etiam si sit signum, vel annulus testatoris l. ad test um §. si ab ipso ff. de testamen. Limita præd cta dummodo ille, qui alieno sigillo, aut annulo signat protestetur se alieno sigillo, aut annulo signare in subscriptione, ita no. Speculum titulo de probat. § videndum vers. et nota, et gloss. in verbo dilatæ, et in cap. inter dilectos de fide inst umentor quod sequitur Bartol. in § si ab ipso, et Crist. Por. et Angel. Aretin in § possunt, et videtur

D velle

velle D. Rolandinus infra in vers. cæterum ibidem, & in præsentia institut. de testam. & cum sigillo, proposito, & cum sigillo infrascripti d. &c. Post continuo in spatio inferiori discooperto fiant subscriptiones. Primo enim testator illud sua manuscripsit, subscribet se hoc modo, ego P. præsentem paginam clausam, & ligatam in manibus tenens infrascriptis, testibus omnibus simul præsentibus per me ad hoc ad habitis, & rogatis, & obtulit ab eos, secundum iuris ordinem signandam, & subscribendam, asserens, quod in ea scriptum est meum fore testamentum, & illud totum, & hæredis institutionem, & omnia, & singula, quæ continentur in eo à me scripta esse, nec non coram eis, ibidem præsentibus subscriptionem propria manu subijciens: Sed si mandato testatoris alius testamentum scripsit, ille talis se subscribat hoc modo. Ego I. mandato P. literarum ignari, vel scribere propter corporalem ægritudinem impedit, hoc eius testamentum, tam hæredes institutionem, quam cætera in eo contenta, suo mandato propria mano scripsi, & eo postea præsentem paginam clausam, & ligatam infrascriptis testibus à se vocatis, & rogatis omnibus simul præsentibus offerente, & afferente, id quod in ea continetur, suum esse testamentum, & a me scriptum, præsentem subscriptionem meam vice, & nomine suo, & eius mandato apposui, & in testimonium me subscripsi. Cæterum ibidem, & in præsenti, & quilibet testium taliter se subscribet: Ego A. rogatus, & præsens vna, cum omnibus infrascriptis, siue suprascriptis testibus ad omnia, & singula in huius paginæ inferiori spatio facta, concepta & scripta, omnibus simul præsentibus, & rogatis in ipsa eius vtique P. testamento suo mandato manu mea in testimonium me subscripsi, & eam sigillo proprio, vel sigillo inscripti N habente in circulo formam filij, vel leonis, quo ad vnam ex cordibus supradictis ceræ impressi. Itaque septem sigillis appensis, & factis octo subscriptionibus, & cæteris rite, & ordinatè perfectis, testator ipsum eius testamentum in aliquo secreto, & toto loco deponet, post eius obitum aperiendum, & publicandum. Ecce iam vides veram formam per ordinem testamentum in scriptis, hæc enim sunt scripta, idest solemnitates, propter quas vocatur testamentum in scriptis, idest cum legitimis solemnitatibus factum, ex quibus substantiam capit & eius vita dependet, & ideo si qua earum defuerit, testamentum irritum, erit, nisi forte fieret inter suos, scilicet quia Instituti essent testatoris sui hæredes. Alioquin si essent extranei, tunc aliqua ex dictis solemnitatibus deficiente omnino, deficeret testamentum, & tales solemnitates, processus, forma, modus, & ordo testamenti in scriptis probantur in C. de testamen. l. hac consultissima in princ. & l. cum antiquitas, § vltimo, & l. iubemus, iuncta auct. ibi sequen. quæ incipit, & non observato, & in tit. de testament. § postea vero ex edicto, vsque ad testes, & l. pen. ff. de testamen. & l. hæredes in fine, & l. ad testium. § signum autem, supradicta omnia ponit Speculat. in tit. de instrumen. edit. in § compendiose vers. testamentum vero solemne. Aduerte tamen circa præmissa, quod aut testator sua manuscripsit testamentum, & specialiter hoc in scriptura posuit, & tunc non requiritur alia subscriptio ab eo, vel ab aliquo alio pro eo, sed sufficit, quod testes se subscribant, & signent, vt d. l. cum antiquitas in fine. Aut ipse testator non scripsit, sed alius nomine suo, tunc obseruabitur positio, l. hac consultissima, scilicet quia octauus testis pro eo adhibebitur, qui se subscribet, si ipse testator non vult aut non potest se subscribere. Cuius forma talis est.

7 Quoniam expedit competentes deficientium dispositiones, quandocumque non repugnantibus legibus, modis omnibus impleri, vt in aucten. de hæred. & falc. ibi cum vtique columna. 5. Idcirco si mortuo testatore, is, cuius interfit, postulabit coram Prætore exhiberi testamentum, & aperiri eo iurante, quod non calumnia animo id petit l. eius quod C. quemadmod. testa. aper. Prætor vocatis, & conuenientibus testibus omnibus si commodè, reperire poterit, videbit testamentum exhiberi, & coactis testibus, sigilla, & subscriptiones suas recognoscere faciat, illud coram eis aperiri, & recitari, & mandabit tabellioni, vt illud obseruata insinuationis solemnitate debeat recitare, & hæredibus, & his quorum interest exhibere, quo facto iterum reassignari, & deponi videbit originale, vt ad illud cum vtilitas, vel necessitas exegerit, recurratur. Cæterum multa alia forent circa materiam hanc, dicenda, sed ea non prosequar, cum quia materia longa

ga esset, tum quia testamentum hoc, & ponderosas, & sumptuosas obseruantias habet. Quare non est mirum, si eius forma raro contingere visa est, sed de eius aperitionis, & descriptionis processu apertius videre poterit, in summa Azonis, sub rubrica C. quemadmodum testamen aper. Finaliter autem teneas, quod siue per modum exempli, siue authentici, & originalis exhibendum fuerit testamentum, illud totum, & integrum exhibebis hæredi, eo quod ipse est totius hæreditatis, & patrimonij vniuersalis Dominus, & successor, vt instit. de hæred. qual. & different § pro hærede, ff de acquirend possess. l cum hæredes in principio: Legatario vero, siue alteri, cui aliquod particulare legatum, seu rel ctum scriptum est, exhibebis simpliciter partes & verba, quæ de ipso relicto faciunt mentionem cum illis præcedentibus, & propter quæ ipsis legatum fuit adscriptum in testamento, cuius particulæ copiam, non autem totius testamenti Notarius exhibere, & tradere tenetur, solita sibi competenti mercede, & vltra consuetudines habes in hoc tex. not in capit. contingit de fide instrumentorum. Et quatenus Notarius testamentum exhibere recuset, tunc pars, cuius interest, officium Iudicis implorabit, vt per Paul. de Castr in l. 1. C quemadmodum testamen. aper. Et licet non desunt aliqui, qui ad tollenda tot iuris requisita circa aperitionem, & publicationem testamenti infrascriptis, asserat quod sufficiat dicere in consignatione testamenti, quod testator valere voluit, tanquam testamentum nuncupatiuum, consentiens illius aperitioni, & publicationi nulli iuris adhibitis solemnitatibus, eis specialiter, & expresse renunciandum, & sic dictis requisitis reiectis ad aperitionem testamenti, illiusque publicationem procedunt: His tamen non obstantibus, puto talem aperitionem, & publicationem iuribus non subsistere. Primo, quia cum tales iuris solemnitates tendunt ad publicam vtilitatem, illis pacto renunciari non potest, vt in l. nemo potest ff de legat. 1. Ias in l testamentum, sub num. 4. C. de testamentis. Secundo, quia tunc testator implicite, neque explicite per relationem ad scripturam non nominauit hæredem minus potest valere tanquam testamentum nuncupatiuum, vt per Bartol Bald. & Angel. in l. esse toto ff de hæred. instit & per eundem Bartol. in l si ita scripsero ff. de condit. & demonstrat. Numerus autem septem testium in vtroque genere testamenti est de forma essentiali, & substantiali, vt post alios per Bald. in l. cum quis in 5. col. C. de iurif. & fact. ignor. qui licet videatur sibi contrariari, vt ibi in 4. colum. dum dicit, quod si numerus septem testium in testamento esset solemnitas probatoria & non substantialis, certe ea non seruata testamentum non redderetur nullum, quia testamentum non desiceret, & sic ius; sed non probatio vt dicit text. in l. duo sunt Titij. §. de test. tut. Tamen id falsum asserit Ias. in l nemo potest. ff. de legat. 1. versic. secundo, quia testamentum siue solemnitate numeri septem testium est ipso iure nullum, vt per textum ibi citatum in l. hac consultissimæ, §. ex imperfecto, C. de test. & l. final. C. famil. erciscund. Ergo apparet quod numerus septem testium est solemnitas substantialis in testamento, & non probatoria, & illud sit, quia lex, quæ requirit numerum septem testium, vltra procedit, annullando actum, scilicet testamentum, si deficit talis numerus septem testium, vt per eundem Ias ibi vers. istud fundamentum eod. tit. Formam autem aperitionis testamenti in scriptis conditi, & clausi inferius habes in 2. lib

Formula exhæredationis tradita per Speculat.

De exhæredationibus autem scire debes, quod hodie iure nouo testator siue pater fuerit, siue mater, siue quicumque alter de superioribus parentibus, aliquem de liberis suis instituere voluerit, debet eum nominatim, & cum causa legibus approbata exhæreditate, vel præterire, causam exhæredationi præteritionive adijciendo, sic dicens. Filium meum vel nepotem meum, qui manus atroces in me iniecit, exhæredo, vel sic. Filium meum exhæredo, quia vt maleficus cum maleficis versatur: sic eum exhæredando vel prætereundo legitime testabitur. Alioquin contra, vt instit. de exhæred lib. in principio, & de hæred quæ ab intest defe. §. eadem hæc, & ff. de contra trab. l. non putauit. versic non quæuis, & in auct. vt cu de ap. cogno §. aliud quoque idem dicendum est de filijs testantibus, respectu parentum suorum, vt in d. auct. § hæc quidem

dem de parenti, et sic nota nullam esse hodie differentiam quantum ad hoc inter patrem, et matrem. Vterque enim, vel instituendo, vel cum legitima causa exhæredando, vel prætereundo vtiliter testabitur, si enim dixerit pater filium meum

3 P. neque instituo, neque exhæredo, quia per veneni poculum mihi mortis parauit insidias, eum exhæredare videtur sicut d. Azon. dicit, et inscribit in summa, C. de liber. præter vel exhæred. in vers. Est autem præterire, et etiam in versiculo est autem effectus, vbi aperte dicit praeteritionem factam cum causa, siue e patre siue à matre, valere: sed inter eos notat differentiam, quantum ad effectum rationis testamenti rescindendi, sed hos effectus non prosequor, quia materia eius est longinqua, nec enumero causas huiusmodi legitimas exhaeredationibus, vel praeteritionibus inferendas, quia aperte enumerantur in d. auth. et cum de aper. in §. causas autem, vsque ad § haec autem deposuimus. Cuius exhaeredationis forma talis est.

A B eius filium, quia manus atroces impiè ingessit in eum, vel mortem sibi per poculum veneni parauit, omnino exhaeredauit, et ab omni substantia, et haereditate sua cōst tuit alienum C. vero sibi haeredē instituit, etc. Si autem noluerit exhaeredare: nec instituere sed praeterire, causam tamen inferendo, sic dicet. Praeterea A filiam suam, vel neptem, neque instituit, neque exhaeredauit quia cum eam honestè maritare voluisset, ipsa luxuriari praeelegit. C. vero sibi haeredem instituit, vide ad hoc plura scitu necessaria, et notatu digna relata per Specul. in § compendiose de instrumento edito sub nu 37 et 39.

Add et per gloss in cap Quintauallis de iureiurando; et sunt quatuordecim. Prima est si filius parentibus manus violentas intulerit. Item, si grauem iniuriam eis fecerit, si criminaliter eos accusauerit, de causa, quae non sit aduersus Principem, vel Rempublicam, si cum maleficis hominibus vt maleficus versatur, si vitae parentum fuerit insidiatus, si vxori, aut concubinae eius se immiscuerit, si pro persona, vel debito eius, in quantum potest fideiubere, noluerit, hoc tamen, quod de fideiussione dicitur, ad filios masculos tantum pertinet. Item eos facere testamentum, si contra voluntatem parentum inter arenarios, & mimos perseuerauerit, cum pater non fuerit illius professionis, si filia luxuriosam vitam egerit, cum parentes, vellent eam pro posse dotare, (nisi neglexerint eam maritare post 25. annos,) si parentibus furiosis debitam curam non impéderint, parentem captum de carcere deducere neglexerint. Item si filius sit hæreticus, pater verò catholicus; vnde versus.

Bis septem causis exhæres filius esto.
Si patrem feria vel maledicat ei.
Carcere detrusum si negligit, ac furiosum.
Criminis accuset aut paret insidias.
Si dederit grauia sibi damna nec hoste redemit
Testari prohibet, aut dat arena locum.
Si prauos sequitur, vel amat genitoris amicā.
Non orthodoxus, filia quando coit (tus.
Non redimit captum, fuerit aū carcere ten-

Causæ, quibus parentes à liberis exhæredari possunt. Cap. XL.

Sed pater eu septem si nati spernit honorem
Hunc accusabit, dira venena dabit.
Testem vetat, aut vxorem diligit eius.

Desinitio testamenti. Cap. XLI.

1 *QVi testamenta facere possunt.*
2 *Et qui testari prohibentur.*

1 TEstamentum est voluntatis nostræ iusta sententia de eo, quod quis, post mortem suam, fieri velit, cum institutione hæredis, & dicitur testamentum, quasi testatio mentis.

2 Secundò, qui testamentum facere possunt, qui specialiter non prohibentur.

3 Prohibentur autem certæ personæ, quæ continentur his versibus prodigus, & cœcus, mutus, surdus, furiosus morte damnatus & crimine menteque captus, impubes, & dubius obses, & religiosus, cui non est seruus existens cum patre natus, cuique interdictum dico, quod octo bis isti, qui modo tanguntur testari iure vetantur Quemadmodum testamenta fiunt superius d XI, & inferius etiam dicetur, vt C. eodem l. hac consultissima, & l. iubemus, in auth. ibi posita.

De codicillo. Cap. XLII.
Forma codicilli facti post testamentum.

1 VErum est Antonium Boetium testamentum super bonorum suorum dispo-

ſpoſitione feciſſe manu mei, vel talis Notarij ſcriptum, ſed quoniam hominis volũtas vſque ad extremum vitæ ambulatoria eſt, & plerumque varietate ſucceſſum alteratur, idem Antonius poſt teſtamentum circ quædam voluntate mutata, compoti & ſtabili deliberato conſilio, præſentes, ſuper vltimo velle ſuo condidi codicillos, vel ſic.

Quoniam vſque ad exitum vitæ recedere, licet a quocunque lege vltimæ voluntatis, & propter conditionum, & rerum ſucceſſus varios, oporteat cum re mutare conſilium. Idem Antonius præſentes poſt ipſum teſtamentum diſpoſuit codicillos Primò, namque ſcuta centum, quæ in ipſo teſtamento Ioanni N reliquerat, his præſentibus codicillis ademit, ſubtraxit, eidem volens ipſum legatum ad dictum Ioãnem non peruenire debere, idcirco de alio legato ſimilis ſummæ ſcutorum centum quæ vxori reliquerat, ademit eidem vxori ſcuta quinquaginta, volens eam tantũmodo reliqua ſcuta quinquaginta habere Cæterum ſi fideicommiſſariam ſubſtitutionem facere voluerit, ita dices. Præterea R quam ſibi in dicto eius in teſtamento hæredem inſtituit, ei, præſentibus codicillis rogauit per fideicommiſſum, vt ſupra hæreditatem, vel talem partem eius reſtituat Titio, ſed ſi alicui de pluribus hæredibus inſtituti, hæreditatem adimere voluerit, poteris hoc modo dicere. Inſuper vnum ex hæredibus ſuis, ſcilicet, Titium dixit & declarauit non mereri voluntatem ſuam: Quibus omnibus codicillaris diſpoſitionibus ordinatis finaliter ita ſubinferas. In cæteris autem in ipſo teſtamento contentis, ipſum teſtamentum pleniſſime confirmauit, & hanc ſuam vltimam, &c.

Forma alterius codicilli facti poſt teſtamentum, & poſt alium, vel alios codicillos Cap. XLIII.

1 *Plures codicilli fieri poſſunt ab vna perſona, & quomodo.*
2 *Quinque teſtes requiruntur in codicillis.*
3 *Hæreditas codicillis dari, neque auferri poteſt directè.*
4 *Hic enumerantur certa iuris præſumptiones quæ pro ſe habent publica inſtrumenta.*

Pater Antonius N. ſuum teſtamentum feciſſe ſcriptum, manu mei Notarij. Item poſt ipſum teſtamentum feciſſe quendam codicillum ſcriptum manu N. Notarij: vnde quoniam vſque de vitæ exitum præſentis, & proprij finem arbitrij liberum eſt, ſi ſuadet ratio, mutare conſilium. Idem Antonius iterum præſentes ſuperaddidit codicillos, in quibus reliquit pro anima ſua centum ſcuta, vltra illa, quæ in ipſo teſtamento, pro anima ſua legauerat; de his enim, & etiam de commiſſarijs pro libito diſponere poterit. Item etiam in codicillo filijs ſui pupillis de tutoribus prouidere poteris, vel eos de nouo conſtituendo, eo, quod in aliqua præcedenti vltima voluntate nullam de ipſis tutoribus habuit mentionem, vel aliquam de iam conſtitutis, reuocando, & caſſando, vel aliquem alium prioribus ſuperaddendo. Ad vltimum autem dices. Cætera verò quæ ipſo teſtamento, & codicillo præcedentibus continentur, approbabit, & hanc ſuam vltimam voluntatem, &c.

Hanc codicillorum materiam refert Specul in tit. de inſtrum ædit. §. viſo de impugnatione teſtamenti, vbi etiam ponit formas aliquas, quas Io. Andr. ibidem in add. dicit eſſe Rolandini, tractat etiam eandem materiam, idem Specul in d. tit § compendioſè in pluriſque verſiculis, ad vnum tamen aduerte, quia ſecundum eundem Specul in d § viſo, & in fin. In teſtamentum, & 2 poſt alium, vel alios codicillos; nam plures ab vna perſona fieri poſſunt, vt oſtenſum eſt, & tunc fieri debet mentio tam de teſtamento præcedenti, quam de codicillo vel codicillis, & dicit idem Io. Andr. vbi ſupra hæc eſſe verba Rolandini. Non obſtat prædictis, quò dicitur non oportere codicillos expreſſe per teſtamentum confirmari, quia aliud eſt confirmare, aliud mẽtionem facere, ſecundum eundem Io. Andr. vbi ſupra Et quod poſſunt fieri plures 3 codicilli, & non requiruntur ſolemnitates, niſi quod ſolum adſint quinque teſtes, ſicut & in qualibet vltima voluntate. Quodque 4 codicillis non poteſt dari hæreditas neque auferri, ſcilicet directè, neque conditio hæredi in teſtamento inſtituto, neque directa ſubſtitutio fieri, ſed bene per fideicommiſſum dicit Sebaſt. Brant. ſuper d. geſt. infortiati in tit. de iure codicillorum lib. 30.

5 Moneantur amplius Notarij, qui ſimilia teſtamenta codicillos, & vltimas voluntates ac inſtrumenta quæcunque conficiunt illa conficiant cum omnibus ſuis requiſitis, & clau-

clausulis solitis, & consuetis: ad hoc vt eis credendum, ac standum sit, & paratam habeant executionem, vt per Ias in l. edicto C. de edict. diu. Adr. toll.sub nu 4 & seq & l.huiusmodi ff de legat. 1. sub nu 27. & secundum illud iudicandum, Bertr.infinitos citans cons. 44. nu.1. par. 1. maxime, quia pro eius validitate stant multa.

Primò enim pro se habente certas iuris præsumptiones, primo quod testamentum seu instrumentum sit verum, & solemne.

Secundò, quod Notarius, qui illud dedit sit bonus legalis, & peritus.

Tertiò quod Notarius scripserit totum de voluntate partium.

Quartò, quod illud extenderit, & publicauerit incontinenti, & tempore licito, contrariumque asserenti incumbit onus probandi, vt alias in his terminis firmauit Rota in vna Castri Iuliani, coram Robusterio, 3. Iunij 1584 & alia catena iurisdictionis, coram eodem sub die 26. Nouembr. 1563. & vltimo loco coram R.P.D. Orano in vna Rom. loc officij 30. Decembr. 1588.

De testamento cæci, Cap. XLIV.

1 *Forma testamenti à cæco conditi.*
2 *Requisita in testamento cæci.*
3 *Si nomen hæredis postponatur, non ex hoc vitiatur testamentum.*
4 *In codicillis quinque tantum sufficiunt testes.*
5 *Idem in donatione causa mortis.*
6 *Cæcitas quomodo probetur.*

Petrus licet oculorum visione carens, tamen corpore & mente sanus, vel mente tamen sanus, sed corpore languens vocatis me Notario, & testibus infrascriptis protestatus est semper nuncupationem, & sine scriptis testari velle, declarans, exprimens infrascripta legata, & infrascriptorum nomina, dignitates & iudicia, & cæteras infrascriptas dispositiones, dilucidè, ore proprio, coram nobis, itaq bona sua testamento disposuit in hunc modum,

Primo namque pro anima de bonis suis reliquit, &c. Cum autem sponte fuerint omnes dispositiones eius secundum leges factæ, & de ipsius arbitrio procedentes, & fuerit, apposita clausula finalis demum tu Tabellio subijcies hæc verba, in hunc modum. Iditur prædictis omnibus, coram testibus prædictis, apertè recitatis, & lectis dictus Petrus protestatus est hoc suum esse testamentum, ex sui animi sententia dispositum, rogans infrascriptos, ad testimonium adhibitos, testes esse, & vt subscriptiones suas, & sigilla, secundum iuris ordinem subijciant, deponant

Post hæc autem se continuò subscribat quilibet testis hoc modo, ego A. cum infrascriptis aliis testibus, à prædicto testatore adhibitis, & rogatis huic testamento, illiusque recitationi, & omnibus, & singulis infrascriptis præsens interfui, & ab eodem testatore rogatus in testimonio me subscripsi, sigillum meum proprium, vel si non habeat proprium, dicat sigillum infra vel subscripti N. habens formam agni, vel columbæ in vna ex cordulis ceræ, imprimens, & opponens.

Et eodem modo quilibet aliorum testium se subscribet. In fine autem subscriptionem suam subijciat hoc modo. Ego N. notarius, ab ipso Petro testatore vocatus, prædicta omnia, & singula suo mandato scripsi, & scripta coram dictis testibus recitaui, & legi in publicam formam redigi, ab eo rogatus in testimonium me subscribens, & sigillum proprium, vel alterius, Talis habens talem formam, pend. ad vnam ex cordulis sobijciens, ac opponens.

Circa supradictam materiam, summatim aduerte quædam specialia in testamento cæci necessario obseruanda

Primò quòd requiruntur septé testes, & notarius si haberi potest alias octauus testis loco notarij qui ad hoc specialiter connocetur, quod non est necesse in testamento alterius Nam ibi septem testes sufficiunt computato etiam notario, vel scriptore vt vult glos. in verbo octauum in l.hac con sultissima C. qui testamenta facere possunt & probatur in l. Domitius ff. de testam.

Secundo requiritur in testamento cæci, vt testibus omnibus, & notario ibidem collectis, ante omnia conuocet cæcus testator ad se præfatos omnes septem testes, & notarium, quibus conuocatis edoceat, & ex verbis manifestis, quòd sine scriptis vult testari, id, quod in aliis non est regulariter necesse, vt in l.testamentis C. de testamen.

Tertio requiritur, vt in principio testamenti cæci, ante omnia legata hæredis institutio scribatur, quod etiam speciale est. Regulariter autem contra, vt in §. ante hæredis institut: de legatis, hoc tenent Bartholomeus, & Riccardus Malumbre, & Cynus in d. l hac consultissima, sed ibi Bal.

dicit

dicit, quod ille text. non continet causam formalem, sed solum modum testandi apud veteres, qui semper præponebant nomen hæredis, quod hodie non est necessarium, vt in d. § ante hæredis Item in quacumque parte testamenti scribatur no-
3 men hæredis, qui semper sistetur in facto ne testamenti l. fin C. de institut. et substit. Præterea talis omissio est omisso paruæ solemnitatis, ideo vitiare non debet, vt l. 2. in fin. ff de ventre inspic en. sed Ang. Aretin. in § Cæcus autem instit. quibus non est permiss. fac. testamen. consuluit, non esse recedendum ab opinione Bart. et aliorum, maximè cum text in d l hac consultissima ponen. regulam negatiuam in cæco qui non potest testari, nisi obseruet d. l. quæ innuit hoc esse seruandum, vt facilè intuenti patebit ergo, etc. quod not. et sic obseruatur Tabellio, vt saltem lites, quæ ex contrarijs opinionibus ll. interpretum, oriri possent eultes.

Deinde ergo faciat caecus legata, et fideicommissa, quibus peractis, vt superius dictum est, omnia ista scribantur in praesentia testium, postea dicti testes se subscribant, et etiam Tabellio, vel loco eiusdem assumptus. Domū tam à testibus, quā etiam à Tabellione, vel subrogato in locū eius sigilletur, ita vt octo sigilla requirantur (vt dixi) & de his omnibus oportet notarium in dicta scriptura mentionē facere: quibus peractis testamentum habebit suas iuris solemnitate, alias non valet, ita dici pulchrè Ang. Aret. in § & probantur præmissa in d l hac consultissima.

4 Quæro quid in codicillis, responde octo testes fore adhibendos, prout in illius testamento. Bald. in d. l. hac consultissima, Specul. in d. titulo de instrumen. editione §. compendiose vers. Illud autem non est ignorandum in fin. vers licet glos. in verbo codicillis in d. l hac consultissima velit quinque testes sufficere in codicillis cæci, quam glos. sequitur ibi Salycet. sed Angel. Aretin. vbi supra credit veriorem esse opinionem Baldi. Tu ergo ad tollendum occasionem dubitandi, semper adhibe octo testes, et in codicillis cæci. In do-
5 natione verò causa mortis, Angel & Bald. vbi supra dicunt, quod standum est iuri cōmuni, cum de ea nihil specialiter in d l. hac consultissima statuatur, & sic in ea, etiam quod à cœco fiat, quinque tantum testes sufficiant l. fin. C. de donat. caus. mor. Quid autem si cœcus testetur inter liberos an tunc necesse habeat obseruare solemnitatem supradictam; Bald. vbi supra tenet, quod non, quem etiam sequitur Ang. Aretin. vbi supra, & Salycet. in d. l. hac consultissima.

6 Finaliter quæro, quomodo prohibetur Quod P. fuerit cæcus; dic si testes dicunt quod viderunt eum habere oculos à capite euulsos, & omnino, clausos: si autem habeat claros, sed habebat caracteres, debet dicere testis, quod semper vidit eum ire cum duce, & quando sine duce ambulabat, percutiebat sæpè in muro, & ibi per loca aspera, & inconsueta, per quæ videns non iuisset, ita dicit idem Angel. Aret. in d. §. cœcus autem in princ.

De fideicommisso. Cap. XLV.

1 *Forma alterius testamenti cum fideicommisso.*
2 *Differentia inter legata, & fideicommissa.*
3 *Quare fideicommissa fuerit adinuenta.*
4 *Quare dicantur propriè legata, & quæ dicantur fideicommissa.*
5 *Quæ dicantur fideicommissa?*
6 *An legata debeantur, hæreditate non adita.*
7 *Clausula posita in testamento, quod legata debeantur hæreditate non adita, an valida sit.*
8 *Prohibitiua alienare censentur ad inuicem vocati ad fideicommissum.*
9 *Forma institutionis maioratus, seu primogenij.*
10 *Pater non priuat totaliter filios hæreditatis quin saltem relinquat legitimam.*
11 *Forma reuocationis testamenti.*

1 IN nomine sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, &c. A. Item legauit eius dilectissimæ vxori M. &c.

In omnibus autem, & singulis suis bonis, vt puta Domibus, Apothecis, Vineis, Casalibus, possessionibus vineatis, & oliuatis, montibus non vacabilibus, censibus, & liuellis, terrenis laboratiuis, hortis, & viridarijs, ac quibuscumque, tàm in Vrbe Roma, quam etiam in ciuitate, &c. eorumque respectiuè territorijs, ac alibi existent ac ipsum dictum testatorem quomodolibet spectan. & pertinen. & in futurum per eum acquirendis, ac in omnibus, & singulis bonis, & vtensilibus, & supellectilibus etiam auri, atque argenti, & quibuscumq. quantitatibus, & summis pecuniarum, armo-

merumque, vestimentorum, grani bladorum, & omnium, & singulorum mobilium & se mouentium, cuiuscumque generis, & speciei existentium, ac omnium creditorum ac nominum debitorum; eidem testatori, tempore sui obitus, debita. & in futurum debendi, ac demum in omnibus, & singulis iuribus, & actionibus vniuersis, suos vniuersales hæredes instituit, facit, ac ore proprio nominauit, DD. B. & C. eiusdem testatoris filios legitimos, & naturales, pro æqualibus portionibus, ita vt pro æquali portione debita, & onera hæreditatis subire, & persoluere teneantur. Quibus B. & C. hæredibus suis vniuersalibus mandauit, & quamprimum fieri poterit, sequuta morte ipsius testatoris, inuentarium conficiant omnium eius bonorum, & præsertim mobilium, & se mouentium, atque creditorum, seu nominum debitorum per acta Notarij publici, & huiusmodi bona mobilia se mouentia & credita per duos peritos æstimari curent, ad effectum, vt eorum valorem, vel ipsa bona mobilia seque mouentia, & credita, pro pretio declarato, vel relato in actis publicis in causam, & computum eorum legitimæ ccipiant, deductis prius debitis si quæ debita D. testator moriens reliquerit, & ad effectum, vt bona stabilia conseruentur integrè, & sine diminutione, & dismembratione, & vt fideicommissariis magis cautum sit; Quatenus vero huiusmodi mobilia, & se mouentia, iuxta valorem à peritis declarandum, acceptare nollent in computum eorum legitimæ, idque in actis publicis, intra mensem, tunc proximum, declarauerunt: tunc dicta bona mobilia, seque mouentia, & credita quamprimum vendi, & alienari, curent pretiumque illorum in emptionem bonorum stabilium exponere debeant, quæ bona emenda in cautam, & computum eorum legitimæ d. Testator assignauit. Alioquin si hoc non fecerint, valor dictorum bonorum mobilium, & creditorum intelligitur cessisse in causam, & rationem eorum legitimæ. Cum autem D. Testator, vt asserit confidere possit in DD. hæredibus vniuersalibus, eorumque integritate, ac diligentia: Ideo contentus remansit, vt ipsi duo hæredes vniuersales, absque decreto, & auctoritate alicuius iudicis, & absque citatione præsentia, & interpellatione quarumuis personarum, & sine aliqua solemnitate, possint præmissa extraiudicialiter per se solos expedire: hortetur tamen eos, vt in confectione inuentarii, & venditione dictorum mobilium, & se mouentium (si venditio fieri contingat) præsentiam, vel consensum D. M. ipsorum matris, etiam quod ipsi hæredes in ætate legitima forent constituti adhibeant, si dicta eorum mater tunc super steterit. Item quia dictus testator cupit bona sua stabilia, dictis eius vniuersalibus hæredibus relicta, in familiâ, & agnatione sua conseruari etiam perpetuo, vltra septimum decimum, & vigesimum gradum, & in infinitum, si fieri potest, & ipsum magis decorari, & laudabiliter ampliari. Propterea quia sic d. Testatori disponendo placuit dictos B. & C. quandocumque contingere eorum alterum obire, sine filiis masculis, vel nepotibus, & aliis descendentibus masculis, & legitima prole masculina, de legitimo matrimonio procreatis, vulgariter breuiloquè compendiose, ac per fideicommissum, & omni modo, ad inuicem substituit. Fœminis autem semper exclusis a successione, & hæreditate ipsius dicti testatoris, quas filias fœminas, seu neptes, & proneptes legitimas, & naturales, ex legitima prole masculina, ex agnatione descendentes condecenter donari voluit, iuxta demus consuetudinem, & emptoris conditionem ex fructibus tamen bonorum stabilium, vel ex bonis mobilibus, absque distractione, & alienatione, bonorum stabilium, quæ nullatenus diminui possint si dicta bona mobilia, & fructus extabunt, & sufficiens: sin autem dentur ex aliis bonis stabilibus, & non solum ipsos B. & C. sed etiam vtriusque ipsorum descendentes masculos, & prolem masculinam de ipsorum agnatione ac legitimo matrimonio procreatum, seu procreatos quos ad inuicem, & perpetuo substituit, vt supra, ita, vt deficiente naturali, & legitima linea masculina alterius eorum, tunc alterius linea, & plores masculina legitima, & sine vlla penitus detractione falcidiæ, ac trebellianicæ, & alia quacumque diminutione bonorum, succedat in omnibus bonis, cum dicto onere condecenter dotandi filias legitimas, & naturales ex bonis mobilibus, vel fructibus bonorum stabilium, & alias, vt supra disposi-

tum

tum est; habita ratione temporis, quo dotandæ erunt.

Si vero ambo dicti B. & C, quandocumque decederent, fine filiis masculis, nepotibus, & descendentibus masculis, ex legitima prole masculina procreatis, vel quandocumque deficiente linea masculina vtriusque dictorum hæredum, in tali casu vulgariter, & per fideicommissum substituit, & succedere voluit in omnibus bonis, Dominium D. eiusque prolem, & descendentes ex linea masculina legitima, & naturali, ex legitimo matrimonio natos, qui fideicommissarii filias defunctorum legitimas, & naturales de bonis mobilibus, & fructibus bonorum stabilium, & alias, prout proxime dictum fuit concedenter dotare teneatur, habita ratione temporis quo dotandæ, & maritandæ erant.

Subdit etiam, & disposuit d. Testator, quod si B vel C, qui sunt hæredes vniuersales, vt supra instituti, & ab inuicem substituti cum eorum prole masculina legitima, naturali fine filiis, & descendentibus masculis legitimis, & naturalibus decederet; superstite Domino D supradicto, vel ex eo filiis exstantibus legitimis, & naturalibus illa, qui superuixerit ex dictis hæredibus vniuersalibus, vel sui filii descendentes masculi, quibus accrescet, portio hæreditatis defuncti; soluere teneantur dicto domino D scut. tot, & cætera, semel tantum, & dictus D. & sui descendentes nihil aliud in bonis defuncti petere, vel prætendere possint: si vero ambo dicti hæredes vniuersales absque legitima, & naturali prole masculina decederent, vniuersalem hæreditatem prædictam ad dictum dominum D. & eius descendentes masculos legitimos, & naturales, ex linea masculina procreatos, exclusis fœminis, vt supra dispositum est spectare, & pertinere voluit.

Item in euentum, in quem (quod absit) D. B C. & D omnes deficerent sine filiis, & aliis legitimis descendentibus masculis, vt supra, vel quandocumque ipsorum linea masculina legitima, & naturali deficiend superstite dict E in tali casu dictus testator vult ... in dictis omnibus bonis, & hæreditate succedere dictum E & ad eum dicta bona, & hæreditatem deuolui, & deuenire, quibus vti, frui, & ex eis fructus percipere valeat, donec vixerit, absque vlla penitus deductione, vel detractione, & occasione trebellianicæ, & falcidiæ, quam detractionem omnino fieri prohibuit, iniuncto sibi onere dotandi filias, & alias descendentes legitimas, & naturales, dictorum B C. & D ex linea masculina legitime procreatas modo, forma, & ordine supradictis, quo domino E. quandocumque moriente, nulla relicta prole masculina legitima, & naturali; tunc hæreditatem, & bona deuenire voluit ad fœminas proximiores descendentes ex prædictis B C D. & E vel aliquo, aut aliquibus ex eis, & eorum successiuè descendentibus masculis legitimis, & naturalibus, videlicet ad eas fœminas, quæ sunt in gradu proximiores ex legitima, & naturali prole masculina dictorum hæredum procreatę. Declarauit etiam, & disposuit, quòd in omnibus, & singulis casibus præmissis, in quibus fit mentio tacitè, vel expressè de mortem hæredum nominatorum, & descendentium suorum, ad effectum, quod descendentibus hæredibus succedant substituti, & fideicommissariis gradibus, successione, dispositionibus, substitutionibus, & oneribus, grauaminibus, prohibitionibus, & declarationibus, quæ superius adicta, & disposita sunt, & prout disponuntur in personis, & circa personas dictorum suorum genitorum, illorumque filiorum legitimorum, & naturalium, aliorumque descendentium masculorum, quæ omnia, idem testator hic repetit, & pro repetitis habere voluit, idque locum habeat, ne dum in morte naturali, sed etiam in morte ciuili, seu in priuatione, & confiscatione bonorum.

Item voluit, & disposuit, vt omnes, & singulis dicti heredes, & posteri, ac fideicommissarii dicta bona, & dictorum omnium, & singulorum bonorum, & iurium eis respectiue legatorum, & relictorum corporalem possessionem, & resp ctiue ... quasi possessionem, auctoritate propria, & de facto, absque eo, quòd capiant de manu hæredum vniuersalium, & absque alicuius iudicis, cu iæ, magistratus, & super oris auctoritate, decreto, mandato, & absque ministerio alterius, & sine vitio spolii, nullitati, attentorum, & alio

& alio quocumque vitio, vel defectu, liberè, & licitè ad eorum placitum, etiam hæreditatem non aditã, apprehendere per se, vel alios, ac retinere, & conseruare valeant: & vnusquisque dictorum hæredum, & fideicommissariorum de per se, prout, & quando ad eum dicta bona, & iura vigore huius testamenti deuenient, & spectabunt accipere, ac se de illis inuestire valeant omni tempore.

Insuper D. Testator, vt dispositio sua & vltima voluntas huiusmodi suum debitum sortiatur effectum & dicta omnia bona sua præsentia, & futura dictis hæredibus vniuersalibus in specie, & in genere distributa, & vt supra relicta, remaneant apud ipsos, & successores, ac posteros prædictos & in eorum familiæ agnatione, ac posteritate legitima, & naturali masculina, & ea deficiente, in dicta linea fœminina conseruentur in perpetuum, & omni tempore continuetur, etiam vltra decimum, & vigesimum gradum, & vltra in infinitum, si fieri poterit; ad huiusmodi effectum expressè prohibuit omnibus, & singulis prædictis hæredibus vniuersalibus, futurisque successoribus, & descendentibus, ac fideicommissarijs, vt supra designatis, eorumque posteris, familiæ in infinitum, & in perpetuum, non possunt, neque præsumant de bonis testatoris, quicquam detrahere, quantum vis minimum, occasione falcidiæ, trebellianicæ, aut quauis alia de causa, & occasione, etiam hic non expressa.

Nec valeant in quauis vltima voluntate, vel inter viuos tacite, vel expresse verbo vel facto hæreditatem, aut bona prædicta stabilia, vel eorum aliquam, etiam minimam partem vendere, donare, & longum tempus locare, seu quouis alio titulo, & causa; etiam generosa distrahere, in alios transferre, alienare, etiam largissimo modo sumpto vocabulo, minusque possint dictæ hæreditatis, & bonorum stabilium fructus, & prouentus, vltra nouennium vendere, seu in arrendam, aut alio titulo, cuiquam dare, transferre, vel dicta bona concedere, sed solummodo locare, vel fructus vendere, absque ad nouennium, & non vltra. ita tamen, vt pensionem rerum locatarum, & pretium fructuum venditorum anticipare, percipere, vel cuiquam assignare non possint, nisi pro prædicto nouennio, & si contrafactum fuerit, locatio, & alienatio irritæ sint, & nullæ, ac nullis roboris, & momenti, nec præiudicent fideicommissariis, succedentibus in dicta hæreditate, & bonis qui nec locationi huiusmodi stare teneantur.

Prohibuit etiam expresse, ac vetuit vt nullo modo, pro derogatione huius prohibitionis, & fideicommissi, impetrare possint aliquod indultum, seu dispensationem, licentiam, aut rescriptum, vel quamuis aliam dero ationem præsentis testamenti, & vltimæ voluntatis, derogatorijs, etiam si accederet consensus omnium aliorum, tunc viuentium fideicommissariorum, quin immo tales impetrantes derogationem, vel ea vtentes, ac etiam consentientes illico, & statim, absque aliqua iudicis, & Magistratus, & Superioris declaratione, ipso iure, & facto cedent, & cecidisse iudicentur, quos etiam ex nunc dicto [illegible] est. tor priuat omni iure, & omnimodo succesionis, & hæreditatis suæ, volens succedere alios fideicommissarios, tunc in gradu proximiores comprætensis, & vocatos in hoc fideicommisso, iuxt ordinem, supra dispositum. Adeò, vt prohibitio alienationis huiusmodi intelligatur, & sit facta ita & taliter, quod successores prædicti, & etiam posteri in infinitum prohibitionem alienationis, & aliorum huiusmodi nunquam infringere possint, aut eis contrauenire, ex quibusuis, quantumcumque licitis, & honestis, ac necessarijs causis; præterquam alimentorum, & dotium, vt supra.

Et voluit etiam, quod hinc prohibitioni nunquam contrauenire possit, n que dicta bona vllo tempore efficiantur, neque censeantur tacita esse aliquo pacto alienabilia, etiam si omnes in fideicommisso comprætensi, eorumque posteri simul vel successiue, & separatim consentiant; quia prohibitionem supradictam ad vnguem in perpetuum, & in infinitum inuiolabiliter obseruari voluit, & mandauit. Item cum antecessores, & maiores Dominus Testatoris, ipseque dicto Testator semper, vt catholicos, & probos viros decet a criminibus, & delictis (quantum humana fragilitas passa est) se abstinue-

nuerint, & præcipuè ipse testator se innocentem, & inculpabilem reddiderit, & ita summopere desiderat, vt eius filijs successores, & posteri in infinitum à quibuscumque criminibus, & delictis; præsertim atrocibus abstineant. Ideo monet eos eisque vt efficacius potest præcipuit, vt etiam ipsi à criminibus delictis, & vitijs quibuscumque pariter se abstinere, seque innoxios, atque inculpabiles seruare velint. Alioquin, si secus fecerint, & quot eus contrafecerint, voluit, & mandau t ac declarauit, quod per octo dies, ante cognitionem, seu contingentiam delictorum, & criminum huiusmodi, & quoru ncumque aliorum, in qu bus tamen bono um priuatio, seu confiscatio pro pœna quouis modo iniungenda, atque imponenda veniret. Iidem delinquens, seu delinquentes ipso iure, & facto absque al qua ai a declaratione, & sententia Iudicis proferenda, intelligantur, & sint priuati, pro ut ex nunc Testator eos priuat omni e ora portione, atque co nmodo fruct iu n, bonorum hæreditatis, & successionis huiusmodi, atque omnes eorum por ione in telligantur, & sint acquisitæ, & deuo ut æ ad sequentes, & proximiores con iunctos in gradu, & ordine successiuo modo, & orna, prout in institutionibus, & substitutionibus, vt supra factis, & per inde in hoc disposuit, ac si mors naturalis talium delinquentium occurrisse, & euenisset, & saluis præmissis, considerans dictus testator euen re posse dictos ci iliter mortuos, postea Principis, summi Pontificis benignitate, aut alio modo ad Ciuitatem, & pristinum statum reintegrari. Ideo ne sic re ntegratos alimentis necessarijs, iuxta eorum cond tionem, & familiæ nobilitatem egere contingat, & quia d ctus testator in hoc adhærere inten it d spositioni, & benignitati Summi Pontificis, volentique, vt prudentem decet, patrem fomitem ob uiare scandali, & odij que interdictos reintegratos, & alios fideicommissarios possessores bonorum facillime oriri possent. Ideo, & o nni meliori modo, quo potu t man lau t, & voluit, vt statim ipso iure, & facto absque aliqua prorsus Iudicis, & Superioris declaratione, & sententia dicti reintegrati ad coru n portiones bonorum, & fructuu n hæreditatis testatoris restituantur, ad vtendum, fruendum gaudendum, & possidendum, sicut ante mortem ciuilem, & ante delictum, & confiscationem vtebantur, fruebantur, & possidebant in omnibus, & per omnia, exceptis fructibus medio tempore perceptis, qui remaneant fideicommissarijs, qui vigore huius testamenti successerunt, & illos medio tempore perceperunt, & volens prouidere gubernio, & administrationi bonorum præsertim, quod B. & C. in minori ætate constitutos, confisusque de integra fide, beneuolentia ac prudentia nobil. mulieris D. M. suæ dilectissimæ vxoris, & dictorum aliorum matris, atque considerans nullam affectionem vincere maternam. Propterea fecit constituit, & deputauit eãdem D. M. in tutricem, & respectiue curatricem d ctoru n minorum, & bonorum o nnium ad ministrationem, cum plenissima, & libera administratione.

Quamquidem administrationem, & facultatem durare voluit, donec singula eorumdem filiorum minorum ad vigesimum quartum ætatis annum peruenerint: Insuper, vt res, & negocia dictorum filiorum commodius, & facilius pertractentur administrentur, & expediantur, voluit ac ordinauit, vt eadem dicta M. curatrix, & administratrix possit constituere, & deputare etiam absque auctoritate, & decreto Iudicis, etiam absque præsentis, scientia, & cõsensu consanguineorum, & sine vlla solemnitate adhibend. & feraen quoscumque Actores procuratores, agentes, factores, & ministros, tam speciales, quam generales tam ad liter. & causas actiue, & passiue, motas, & mouendas, quam ad negocia, quęcumque dictorum minorum agend. prosequend. defendend. expedien administrand. & ad exigendum, & recuperandum rerum bonorum, & pecuniarum quantitates, & summas, ex quibusuis causis ad prædictus minores spectan & pertinen. & de iilis debitores quietandum, liberandum, & absoluendum, cassationi, & annullationi apocharum, & instrumentorum consentiendum, iura, & acti ones in fauorem soluentium cedendum, & transferendum, & ad quæcumque alia negocia dictorum minorum cuiuscumque generis, qualitatis, & importantiæ fuerint, etiam si specialissimam expressionem, vel mandatum postularent, & cum plenissimo, & libero mandato, ac omnibus, & singulis facultatibus clausulis, pactis promissionibus, cautelis, modis, et formis, quæ dictæ d. M. videbuntur

tur

tur, & cum clausulis ad lites, & potestate substituendi, & generaliter, &c quo id mandatum ex nunc testator vult, & disponit plenum, & integrum hab re valorem, & effectum in quibuscumque mundi partibus, etiamsi nulla solemnitas, & auctoritas Iudicis, consensusque consanguineorum, in eisdem mandatis adhibiti fuerint Absoluit etiam eandem M. a quocumque onere praestandi cautionem, si quam praestare teneretur, & à solemni confectione inuentarii, immo possit dictum inuentarium conficere extraiudicialiter. & nullis adhibitis solemnitatibus, tam de iure, quã consuetudine. ac alijs quomodolibet requisitis, & perinde valeat, ac si solemniter factum fuisset, & saluis praemissis, voluit, & disposuit, vt eadem dict. M. habeat totale gubernium, & plenissimum administrationem omnium bonorum, & totius haereditatis ipsius testatoris, etiam respectu B licet sit aetatis legitimae vsque ad annum & cum omnibus facultatibus supradictis. Item in protectores, fauores, & defensores dictorum haeredum, & haereditatis, ac executores dispositionis ipsius dicti testatoris nominauit illustrissimos DD. N. & N. quos rogauit non tantum intuitu singulari obseruationis, & sincere beneuolentiae, quibus testator prosequutus fuit, & prosequitur eos, verum etiam ex eorum benignitate, & generositate dispositionem testatoris executioni demandari curent, & haeredes praedictos defendere, & protegere dignentur, & tanquam iustitiae, equitatisq. amatores, eorum auctoritate, quamplurimum pollent à nemine permittãt dispositiones ipsius testatoris peruerti, ac executionẽ impediri, quinimò, si quid fuerit dubij, vel in rebus haereditatis testatoris gerendis, & expediendi difficultates, differentiae, vel ambiguitates oriantur in facto, in rebus, & negocijs, vel in scripturis etiam, id tanquam superintendentes interpretari declarare, & tollere dignentur, & valeant totumq id, quod ordinauerint, statuerint, & declarauerint ab omnibus dictis haeredibus, & alijs quibuscumque, quibus testator praecipere, hoc potest, inuiolabiliter obseruari, ac perpetuum firmitatis robur obtinere voluit, & quandiu praefati Illustrissimi, & DD. N. & N. vixerint & aliquis ipsorum vixerit, facultatem, huiusmodi durare voluit. Hanc autem, &c.

Pro intelligentia dictae clausulae vulgariter, breuiloque, compendiosè, & per fideicommissum de qua in praescripta forma recurre ad Formularium in Instrumentorum Pet. Grauinae fere in fi.

Iam dictum est de clausulis contractuũ & vltimarum voluntatum, si non plenè, vt debui, saltem quantum à me susceptum onus requirit, nec vlterius, hic remanet referendum, nisi quo ad concernentia legata, & fideicommissa, de quibus in supradicta proxima forma; quorum differentiam habes per Iason. in l. per omnia, ff. de legat. primo vbi dicitur, quod legatum est illud quod Testator ex haereditati alicui collatum voluit, ex antiquissimo iure approbatum, l. duodecim tabularum, l. verbis in princ. ff. de verbor. signif. fideicommissa vero non habuerunt originem ita antiquã à lege 12 tabularum, sed dudum postea, nec habuerunt originem licitam, immo reprobatam, quia originem habuerunt à volentibus legem fraudare. Nam quidẽ erat incapaces, quibus non poterat legari, vel relinqui, & testatores volentes fraudare legem, de cuius fidem confidebant, eius fidei committẽtes, vt illam haereditatem post a tali incapaci, puta spurio restituerent, & ista fideicommissa, etiam si fuissent relicta habilibus, vel personae capaci, tamen quia consistebant, in sola fide, & pudore, grauati non erant efficaciter, nec exigit poterãt aliquo iure, vel actione vel officio Iudicis. Et sic fideicommissarius non poterat cõpelli ad praestandum, vel soluendum illud, de qua fidem accommodauerat. Postea Diuus Pius ob magnam perfidiam cuiusdã fideicommissarij, qui etiam iurauerat per ipsum principem, & non adimpleuit, isto casu particulari, statuit, quod cogeretur ad adimplendum fideicommissum, tamen istud non generaliter statuit, sed postea, & inter eos DiuusClaudius statuit fideicommissarum debere cogi ad obseruandam fidem promissam, & hoc fauore vltimarum voluntatum, & ne voluntas defunctorum deciperetur, & pro maiori, & clariori, horum, & legatorum intelligentia, dicitur, q. legata propriè dicuntur, quae fiunt verbis dispositiuis, & communiter diriguntur ad honoratum, & sic ad legatarium, vt puta relinquo Titio fundum, vel domũ vel volo, quod Titius habeat talem fundum.

Quando vero verba diriguntur ad grauatum, & sunt praecaria, vel inflexa, & sic non receptiua nec dispositiua, tunc dicitur pro-

proprie fideicommissum, quia si non cõmitterentur fidei grauati, non possent dici fideicommissa, cum fideicommissum dicatur à fide, & sic ex præmissis habes, quomodo legatum discernitur e fideicommisso, & hæc probantur per Ias. in l. per omnia sub n. 7. 8. & 9. ff. de legat. 1 Ad hęc nota quod quando testator disposuisset, vel quando statuto caueretur, quod legata, vel fideicommissa debeantur, etiã hæreditate 6 non adita tunc cõpetit cõditio ex lege, vel statuto, vel officium Iudicis, nõ autem actio ex testamento, ita singulariter tenet Bald. in l. 1. in vltim. col. C. si quis omiss. caus. est, quia hæres adeundo hæreditatem dicitur quasi contrahere cum legatarius l. apud Iulianum §. fin. ff. ex quo cau. ex quo oritur actio personalis ex testamento cõtra hæredem ergo si non adita, non potest contra eum oriri actio personalis ex testamento, prædicta autem procedunt posito pro vero quod testator possit talem clausulam in testamento apponere: scilicet, 7 quod valeant legata, etiam non adita hæreditate per hæredem, pro cuius intelligẽtia recurre ad Bald. vbi supra. Amplius ad hæc nota, quod cum ex præcedenti forma testamenti appareat, quod plures fuerint in testamento prohibiti alienari, et fuerit additum, quod res deberet remanere fir- 8 ma, et stabilis per vniuersum tẽpus apud ipsos prohibitos, eo casu valet prohibito: et prohibiti videntur vicissim ad fideicõmissum vocati; ita notabiliter declarat Io. Crot. in §. Diui num. 1. ff. de legat. 1. ita etiam videtur sentire Soccin. in §. cohære- 9 des col. 6. ff. de verbor. obligat. An autem prohibitio diuisionis possit in perpetuum prohiberi, Alex. in l. si non sortem §. si certum ff. de cond. indeb. tenet, quod sic, quia talis prohibitio diuisionis, censetur prohibitio alienationis Ias. tamen dicit quod ad tempus potest testator prohibere, et in hoc nemo discordat per textum citatũ in l. 4. in principio ff. de cond. instit. Secus tamen in perpetuum, referen. opinionem Paul. de Cast. determinan. quod non sicut enim in contractibus talis conuentio non valet l. in hoc iudicium §. si conueniunt, ita nec in vltima voluntate; cum bonum sit argumentum de contractibus ad vltimas voluntates, et quia etiam communio solet discordias parere, præcipuè inter fratres, vt per eundem Ias. in d. l. si sortem sub num. 5. eodem titulo, et quod ad tempus tantum possit prohiberi diuisio, dicit Clarus in §. testamentum in quæst. 67. in versic. 10 quæro, per totum. Illud quoque non est prætereundum, quod vbi testator constituerit fundum, villam, vrbem, aut castrum aliquod iure maioratus, in aliquo d ferri, tunc testator dicat talia bona sua velle deferre Titio, ac eius liberis, et descendentibus in infinitum, titulo, et iure maioratus, ita vt post mortem ipsius Titii, illi in dictis testatoris bonis succedat eius alius maior natu, et successiue eius liberi, ac nati, et nascituri ab eis in infinitum, intelligendo semper de maiori nato, et descendente ab eo, exclusis patruis, et eorum filijs, ita vt, dicta testatoris bona ad vnum tantum ex successoribus, et maiorem in infinitum, ac diuidua, et absque aliqua illorum diminutione, diuisione solum, et insolidum pertineant, quæ bona vinculo maioratus submitt t, prohibendo illa non posse alienari, nec à primo, nec à quarto, nec ab octauo successore, immo prohibitionem al enationis tacite, et expresse perpetuam esse voluit, et vult. Si enim maior natu si sine liberis decesseris, alteri fratri maiori nato hæreditatem, et bona integre, et absque aliqua diminutione restituat, cui faciat eandem prohibitionem de qua supra, quam prohibitionem non solum voluit locum habere in tertiam, et quartam, sed etiam in quintam, et alias vlteriores generationes, ac etiam perpetuam esse, cum velit testator dicta bona permanere in domo, et familia ipsius testatoris titulo, seu iure maioratus, et primogenij, hæc probantur per Roderic. Xuar. in quæst. de maioratu col. 5. et l. quoniam in prioribus C. de inoffic. testam. extensione 10. col. 10.

11 Ad hæc tamen nota, quod pater nõ priuet totaliter alios filios hæreditate, quin saltem iure institutionis, relinquat eis eorum legitimam, vt per Ias. post alios in l. is potest sub n. 28 ff. de acquir. hæred. et l. nemo potest ff. de leg. 3. §. is autem dicitur primogenitus, qui tẽpore mortis patris alios antecedit, quia successio habet naturã relationis ad tempus mortis, et ideo inspicitur prioritas, quæ tunc in rerum natura versatur ad l. ex facto §. pen. ff. ad trebell.

Et licet in hac re tanquã satis arduæ et nobilis importantiæ complura alia tam respectu formæ dicti maioratus, quã aliorum rememoratus magis diffuse referre-

debuerim. Verum, quia hęc sunt de raro contingenti præsertim in his partibus, vbi patentea non solent excludere cæteros filios, & alterum eis præferre, nisi saltem, data condigna recompensa, vt per Io De lict. de art. testan. caut. 8 ideo quo ad eam vlterius elaboraui.

12 Videndum, igitur restat de reuocatione testamenti aliquod tantum referre scilicet quod ad validitatem testamenti reuocationis sufficit, quod testatori, coram septem testibus, dicat reuoco, & annullo testamentum à me prius conditum, quod volo decedere intestatus Ex quo enim testator asserit se velle intestatum decedere, censetur instituere veniẽtes ab intestato, vt per Clarum in qu 62. per totum §. testamentum, qui attestatur de communi, in qua reuocatione testamenti, pro illius validitate septem testes adhibeas.

De tutela testamentaria. Cap. XLVI.

1 Forma tutelæ testamentariæ.
2 Requisita, quæ ante administrationem tutelæ accedunt.
3 Tutor testamentarius non tenetur satisdare.
4 Tutor quando est liberatus a testatore quomodo est dicendum in illius tutela.
5 Aditio hæreditatis paternæ, quomodo sit scribenda.
6 Tutor non debet adire hæreditatem sine pupillo.

1 CONstitutus coram mag. D. N. Iudice &c A qui eidem Domino Iudice exposuit, nuper B. vita occubuisse, condito suo testamento, manu N. Notarii publici scripto in quo M. & N. eius filii ipsum A. tutorem reliquisse propterea ipse A. petiit ab eodem Iudice tutelam ipsam sibi decerni Eodem igitur Iudice tutelam ipsam decernente, & confirmante, idem A. promisit mihi Notario stipulanti, & recipiẽti vice, & nomine, dictorum pupillorum, & corporaliter iurauit tactis, &c. ad sancta Dei Euágelia vtilia ipsius pupillis facere & inutilia prætermittere, ipsorumq; res, & bona, ac personas ad commodum, & vtilitatem ipsorum bona fide custodire, & saluare, inuentarium de rebus eorum conficere, & administrationis suæ rationem, tempore debito reddere, cum integrare reliquorum restitutione, &c.

2 Hæc prædicta omnia requisita probantur in l. qui tutor repertorium ff. de administr. tutor. Guid. Pap. n. 9330. sub n. 2, & 3. & seq. scilicet, quod antequam tutor accedat ad administrationem tutelæ, omnia prædicta requisita faciat, excepto quod cũ tutor testamentarius sit, non tenetur satisdare: quia illius fides approbata est à testatore, vt in l hoc non est perpetuum, in sti. de satisd. tut. & cor. & ibi Angel. Aret. sub num. 1.

3

Hoc amplius nota, quód si testator liberauit, & absoluit tutorem à reddenda ratione, tunc non faciat eum iurare de reddenda ratione, sed potest illa verba inuentarium de rebus eorum facere, rationem vero administrationi reddere, cum ab ea fuerit absolutus à testatore nó aliter, quam de iure debuerit teneantur.

4

Et quod testamentarius tutor non teneatur præstare fideiussionem, vltra prædicta, habetur per Specul. in § si tutor in 3. par. lib. 2. in tit. de Tutore, Cautius etiam debet esse Notar. quod in aditione hæreditatis faciendа per pupillum, siue illius tutorem siue simplicite, siue aliter adeatur, ne scribat M. & N. sciens hæreditatem patris eis delata hæreditas dicitur, quam quis adeundo consequi valeat l. delatam, ff de verb. signif. & filiusfam. non potest adeundo acquirere patris hæreditatem, cum Dominus censeatur, etiam viuo patre, & administrario sola transire videtur in filium, sed scribat Notarius quod M. & N. filii B. scientes patrem defunctum, & ipsos suos hærede, esse, hæreditati paternæ se immiscuerunt, las. in l. qui putat ff de acquir. hæred. sub nu. 20 licet Bald. in l potuit q 7. C. de iur. delib. dicit, hoc esse ridiculum: quoniã verba impropria accipienda sunt, vt actus valeat Ad tollendum igitur omnem dubietatem remedium est, quod post verbum adiuit, seu adiuerũt, adijciatur, & se immiscuit, seu immiscuerunt: nam propter hoc verbum sustinetur, vt patet ex dictis per Alex. in cons. 126. viso processu lib. 7 superest etiam dicere, quod solus tutor non debet adire hæreditatem, sine interuentu pupilli, cum vtriusque voluntas, & consensus requiratur, vt per eundem las in l pro hęrede sub num. 10 ff. de aquir. hæred.

5

6

Alia forma Legitimæ Tutelæ.

MAgnificus Dominus Iudex Donnam A matrem B. pupilli filii. q T in ipsius

ſius præſentia conſtitutam eiuſdem B tutelam petentem, & affectantem, cum eadem tutela ſibi ſecundum iur s ordinem deferatur & ipſa ſit in ea cæteris præferenda, eidem B. pupillo tutricem conſtituit, & deputauit illiuſq. perſonæ, & bonorum adminiſtrationem decreuit, dicendo eidem, & ter replicando, eſt tutrix dicti B. vtilia pro eo facito, & inutilia prætermittito

Et ita eadem domina A. facere promiſit ipſiuſq; res, & bona ad commodum, & vtilitatem ipſius pupilli bona fide custodire & ſaluare inuentarium de rebus ipſius fideliter conficere, & adminiſtrationis ſuæ rationem, tempore debito cum integra reliquorum reſtitutione reddere, & pro eo, quod ſic faciet, & ibidem præſens N qui ſciens, &c. Sponte, &c pro dicta domina A. acceſſit, & promiſit vti principalis principaliter, & inſolidum acceſſit, quem præſentem eadem domina A. promiſit releuare indemnem, ita quod, &c. alias, &c. Pro quibus omnibus, &c.

Renuncians dicta domina A. ben. Se naz tuſ. Velleian. & ſecundis nuptiis, & omni alii legum auxilio, de quibus iuribus & legibus auxiliis præfata Domina A. fuit per eundem D. Iudicem ad plenum certificata pro quibus præmiſſis præfatus dominus Iudex ſuam, & dictæ ſuę Curiæ auctoritatem interpoſuit, ſuppletis, &c. Super quib. &c. Actum, &c.

De tutela, quę datur ad inſtantiam matris Cap. XLVII.

1 *Alia forma tutelæ, quæ datur ad inſtantiam matris ſecundo nubentis.*

2 *Mulier quæ tranſiuit ad ſecunda vota, au per mortem ſecundi viri recuperet tutelam.*

Coram, &c Iudice, &c. Perſonaliter conſtituit ſe d. A. & inſtanter petiit B. & C. filiis ſuis habitis ex q. I. ſuo viro dari P. proteſtando ſe velle nubere, & tutelam deferre, qui magnificus D. Iudex, &c. inquiſitione præmiſſa, dicto P. promittẽte, & iurante mihi notario; nomine dictorum pupillorum, ſtipulanti vtilia agere, & inutilia prætermittere, & pupillaria bona ſaluare, atque defenſionem legitimam facere, & ſine mora ſuſcipere dictam tutelam, decreuit, ac ipſum tutorem conſtituit.

Reliqua extende, vt ſupra excepta dicta renunciatione mulieris.

2 Quid ſi mulier per tranſitum ad ſecunda vota amiſerit tutelam, mortuo ſecundo viro, velit eam recuperare, quæritur an poſſit, & videtur, quod ſic, re integra, ſcilicet ſi pueri tutoré non habeãt ſecus ſi tutorem habent, quia iura ſemel perdita iterari non debent, vt per Specul. in §. nunc dicendum de anomalis tutoribus in 3. par. lib. 1. de tutore, ſe anomalis tutoribus.

De anomaiia Tutoribus. Cap. XLVIII.

1 *Aliqua referuntur de anomalis tutoribus.*

2 *Mater, & auia non coguntur tutelam ſuſcipere.*

3 *Nec admittuntur ad tutelam, niſi præuia confirmatione Iudicis.*

4 *Promiſſio tutoris de ſuſcipiendo defenſionem pupilli neceſſaria videtur.*

Cvm aliqua dixerimus de tutoribus teſtamentarii legitimis, & datiuis, nunc aliqua dicenda erũt de anomalis tutoribus pro quorum intellectu dico, quod tutela anomala, ſeu extraordinaria, eſt ſcilicet matris, aut auiæ, dicitur autem anomala, quia non eſt teſtamentaria, neque legitima, neq; datiua, teſtamentaria non eſt, quia lex prohibet fœminã dari tutricem in teſtamento, vt ff. de teſtam tut. iure noſtro, cum ipſa cognata, non autem agnata dicatur, cum ſit per fœminam ſexum coniuncta, ergo non eſt legitima, vt ff. vnde cognati l. prima in tantum, quod ſi eſt data non habet ius conſtituendi actorem, nec videtur poſſe adminiſtrare; ſi enim dari poſſet, cogeretur inuita tutelam ſuſcipere, ſed ei permittitur, ſi vult vt C. quando mulier. tut. off. fun. aut matri, aut auiæ in tantum, quod mater, vel auia, vt dixi dari non poteſt a marito tutrix in teſtamento filio, vel nepoti, cum ſit virile officium, vt ff. de tut l. tutela, & propterea requiritur, quod ſit confirmata, ſeu decretata à Iudice, vt in l. fin. C de cur. fur. & in illud quoque non eſt prætereundum in hoc tutelæ materiæ, quod tutius eſt apponere, prout appoſui; quod tutor promittat defenſionem pupilli, ſeu pupillorum ſine mora ſuſcipere, vt tenet Bart. in l. legitimos circa finem prin ff de l tut. vbi dicit, quod per hoc vidit iam multas tutelas ceſſari, eo qua in inſtrumento non erat appoſita illa verba obligatoria ſuſceptionis dictæ defenſionis, tamen Bald in d. l. legitimos in

§. omnem, tenet quòd non sit necessarium quòd formaliter apponantur dicta verba, sed sufficiunt æquipollentia: per quæ in effectu promittitur specialis defensio pupilli, sed quod sufficiant illa verba obligatoria, de vtilla faciendo, vt per Iaſ in l Prætor, ait ff de oper. non nunciation. sub nu. 9 Quia iura magis considerant effectum, quam formam verborum: tamen ex dictis Iaſ. patet: quòd decisio Bartol. est communiter approbata, vt ibi in fine ex rationibus ibi relatis, scilicet, quòd talis promissio explicite est de forma, ex quo nota, quod vbicumque lex in aliquo actu: per forma requirit aliquod expressum verbis generalibus, quamuis videantur æquipollentia, vbi ibi sub num. 10. in principio, quod voluit hic dixisse, ad rememorādum Notarijs, quod ad tollendum causam dubitandi clausulam, seù promissionem hanc non omittant.

De constitutione Actoris. Cap. XLIX.

1 *Forma constitutionis Actoris.*
2 *Tutor non potest constituere actorem ante contestationem litis.*
Secus autem minor cum præsentia Tutoris, & decreto Iudicis.

1 Coram, &c Tutor P. cuius negocia impeditur agere quia abest, debet, vel infirmus fit sponte, &c Fecit, & constituit B. Actorem, & defensorem ad gerendum, & administrandum negocia dicti P. pupilli in iudicio, & extra, & specialiter in causa, quam dictus pupillus habet cum N. vt eius periculo administret, recipiat, & exerceat actus omne, & quicquid per eum factum fuerit firmum, & ratum perpetuò fore promittit, ad quæ omnia Index interposuit decretum, suamq. interposuit auctoritatem.

3 Et licet tutor, seù curator non possit in causis pupilli, vel adulti Procuratorem, seu actorem ad lites constituere ante litis contestationem, vt per Speculat. in §. contra actorem In 3. par. lib. 1. sub num. 4. de actor. constit. Tamen bene possunt ipsi minores cum Tutoris auctoritate, hoc facere vt ibi. Si autem tutor infirmitate, vel alia iuxta causa impeditus, tutelam administrare nequit, vt fortunarum suarum periculum euitet, Iudicis decreto actorem constituat, iuxta text. in l. si actor. C. de appell.

De Inuentario conficiendo à Tutoribus. Cap. L.

1 *Tutores inuentarium conficere tenentur.*
2 *Forma inuentarij.*
3 *Requisita in confectione inuentarij.*
4 *Consuetudo attenditur in confectione inuentarij.*

1 Tutores, siue Testamentarij, siue datiui sint, antequam legitimæ administrare valeant inuentarium rerum, & bonorū hæreditaris conficere tenentur, vt per Bart. in l. Tutor, qui repertorium ff. de administ. tut. cuius forma talis est.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, amen, &c.

2 Tutor constitutus, & decreto Iudicis confirmatus Seio pupillo, & hæred. q. B. vt patet instrumento eiusdē tutelæ manu mei Notarij scripto, cum ob doli culpā euitandam, omnisq; fraudis suspicionem tollendam, & ne bona pupillorum, vel minorum lapsu temporis depereant, Tutores de bonis ipsorum inuentarium conficere teneantur, secundum legitimas sanctiones Ideò in Dei nomine præsens inuentarium mox postquā fuit constitutus, & confirmatus de reb. cred. & deb. atque nominibus debitorum hæreditatis d q. B. & ipsius pupilli sub anno, &c die, &c præmisso venerabilis sanctæ Crucis signaculo fecit. In primis dixit, & asseruit se in hæreditate prædic. Inuenisse duo scrinia tot vegetes, tot mēsuras bladi, & tot vini, secundo immobiles puta domos, & possessiones, terras per loca quæ designentur, 3 & vltimo credita, & debita dicens, protestans idem Tutor, quā quæcunque alio de cętero de bonis olcit q. B. seu ipsius pupilli ad sui notitiā peruenerint, omnia illa manifestabit, & huic inuentario per meam, vel alienam manum faciet fideliter Inscribi. Formam alterius inuentarij rerum, & bonorum hæreditatis, quæ aditur cum beneficio legis, & inuentarij, habes in meo libello Praxis Iudicial. Apud Cam. ad quam recurre, & melius ad Specul. in 2. par lib 2 §. dicto sub num. 21. edit. instrument & magis plenè habes per Bald. de qua in infrascripta forma cuius requisita singularim, pro maiori illorum intellectu hic enumero. Primo scilicet, 3 quod inuentarium inchoetur infra triginta dies, à die scientiæ hæredis hæreditatem fuisse delatam, Secundo; quòd perficiantur

infra sexaginta dies, quando res sunt in eodem loco. Tertiò, quod describantur res mobiles, & immobiles, & perfecto inuentario hæres faciat protestationem, quod hæres in inuentario faciet describere reliqua bona, prout in supradicto inuentario dicitur. Quartò, quod inuentarium scribatur manu publici Notarij. Quintò quod creditores hæreditarij citentur ad videndum fieri inuentarium, pro certis die, loco, & tempore. Sexto, quod hæres se subscribat, & quod omnia legaliter fecit sine dolo. Septimo, quod in principio ponatur signum Crucis. Octauo, requiritur præsentiam testium. Nonò quod testes cognoscant hæredem, (licet hæc omnia de iure requirantur,) tamen de consuetudine non seruatur tot solemnitates, alias vix posset fieri inuentarium, cum tot, & tantis iuris requisitis. Ideo sufficit inuentarium fieri secundum consuetudinem loci Notariorum, in quo fit inuentarium, vt tradit Iason. in l. sumus iam C. de iure deliberandi per totum, quoniam si de consuetudine Regionis sit, quod non fiat inuentarium cum tot iuris requisitis, non videtur in culpa consuetudinem seruans, Specul. lib. 2. in §. dicto sub num. 8. de instrumen. edit.

De aditione hæreditatis. Cap. LI.

1 *Forma aditionis hæreditatis, cum beneficio legis, & inuentarij, vna cum inuentario, de qua in tract. Bal. d. de Perusio.*

2 *Vtilitas, quæ habetur ex confectionis inuentarij.*

1 Constitutus Lucius Caij Ciuis Perusinus coram sapienti D. Ioanne Baptista iudice communis Perusij super his, & alijs legitimis actibus constituto per d. Episcopum pro tribunali sedente in tali loco, in qua Ciuitate, & Territorio fuut facultates, & bona, & maior pars hæreditatis dicti Caij dixit, & exposuit dictum Caium decessisse condito testaméto, & scripto manu Alexandri Notarij, in quo testamento sibi hæredem vniuersalem instituit prædictum Lucium; vnde cognoscat ad eum dicti Caij hæreditatem ex testamento insolidum deuolutam, dubitãs an dicta hæreditas sit soluendo, necne nolens prædictam Caij hæreditatem inconsultè, sed legis consilio ipsam hæreditatem quærere, nec creditoribus, & legatarijs, vltra vires hæreditarias teneatur, cum beneficio legis, & inuentarij ipsã hæreditatem acceptauit, & ipsi hæreditati se immiscuit, & ad hoc, vt inuentarij beneficium à Iure concessum, & illæsum, & integrum reseruetur: petijt vocari, & citari omnes, & singulos creditores, & legatarios, & omnes quorum interest, vel interesse, etiam potest, quod si est aliquis, vel aliqui, qui credant sua interesse, quod certo termino, arbitrio dicti D. Iudicis moderando, debeãt corã dicto iudice in dicto loco comparere ad videndum dicti inuentarij inchoationem, & eius perfectionem, & cõfectionem ad apponendum, & contradicendum, quicquid volunt, & possunt: quare dictum inuentarium fieri non debeat, vel non possit, etiam peremptoriæ, alias a dicto termino in antea procedetur ad inchoationem, & perfectionem dicti inuentarij, eorum, cuiusq; ipsorum absentia, & contumacia non obstante, & specialiter, & nominatim petijt citari A B C. & D creditores quatenus in dicto termino, & peremptoriæ compareant legitimè ac omnia, & singula supradicta alias procedetur vt sup. Qui d. Iudex viso dicto testamento, & dicta aditione hæreditatis, & audita petitione dicti hæredis, commisit tali nuncio præsenti, & intelligenti, quatenus in dicto termino, & peremptoriæ ex sui parte, & mandato citet dictos A. & B. legatarios, & dictos C & D. creditores. & quemlibet eorum specialiter & nominatim personaliter, si eos personaliter inuenerint, alioquin ad domum eorum, & cuiuslibet q eorum solitæ habitationis, & generaliter omnes, qui se opponere voluerint, & sua putauerint interesse, quatenus in dicto loco, die tali debeant per se, vel suos procuratores, & legitimè & peremptorie comparere, & alias procedetur ad inchoationem, & confectionem dicti inuentarii eorum, & cuiuslibetque eorum contumacia non obstante, & schedulam portet, & dimittat, & dicto d. Iudici referat more solito. Die tali, &c. dictus nuncius eius & rediens retulit se viuo mãdato dicti D. Iudicis citasse prædictos superius nominatos, videlicet A. & B. personaliter C. & D eorum domui solitæ habitationis, & in conuicinia dicti Caii testatoris, & in alijs locis publicis dictæ ciuitatis Perusii, & generaliter omnia alia fecisse, & dixisse quæ habuit in mandatis, & hæc ad petitionem dicti Lucii præsentis, & petentis. Die tali, &c. in termino supra-

 dicto

dicto dictus Lucius comparuit eorum dicto d Iudice, vt supra pro tribunali. sedente præsentibus honorabilibus viris B Step. & Am. ciuibus dictæ ciuitatis notis & honestis, & Immobilia possidentibus, & omni exceptione maioribus adhibitis vocatis & rogatis loco creditorum, & legatariorum absentium, & dd. Franc & Iac omnibus testibus adhibitis vocatis, atque rogatis per dictum hæredem, & scripti inuentarij sint testes, & petiit primo interrogari per d. D Iudicem dictos testes suo iuramento, si possideant idoneam substantiam In dicta Ciuitate Perusina, & si cognouerunt dictum Caium testatorem, & si cognoscunt præfatum hæredem, & si sunt locupletes, fide digni bonæ conditionis, & famæ. Qui D Iudex dicta petitione audita, interrogauit dictos testes prius eis delato, & præstito iuramento, super præmissis, qui testes, & quilibet eorum de se ipso, & de alijs contestibus asseruerunt, agnouisse dictum testatorem, & cognoscere dictum hæredem, & se possidere immobilia, & esse bonæ conditionis, & famæ & habuisse notitiam de facultate testatoris. Postquam immediate dictus D. Iudex interloquendo pronunciauit dictos testes fore idoneos, ad videndum inchoationem prosequutionem, & perfectionem dicti inuentarii, & hoc ad petitionem dicti hæredis præsentis & petentis, & non comparentium contumaciam primitus & ante omnia legitime accusantis. Postquam immediate dictus hæres volés ad inchoationem dicti inuentarii procedere, & pro principio, & præambolo dicti inuentarii fecit propria manu venerabile signum sanctæ crucis. Item dixit esse, & inuenisse in dicta hæreditate res infrascriptas. Inprimis vna domum confinatam, & item vnam cultricem de serico, & alia reliqua, &c. & hoc præsentibus, & videntibus, ac intelligentibus dictis testibus, adhibitis, & rogatis, D. Iudex mandauit dictis testibus quod debeant interesse vsque ad consumationem dicti inuentarii. Postquam incontinenti F. legatarius coram præfato D. Iudice comparuit, & protestatus fuit, quod suum legatum ponatur in inuentario item comparuit N creditor, & protestatus fuit quod suum creditum ponatur in inuentario, & hoc præsente dicto hærede, & dicente, & protestante dicto legatario, & creditori, quod ostendant iura sua, & quod est paratus ponere in inuentario, quatenus de iure poni debeant, alias non Principiato itaque inuentario (elapso primo mense) duos menses sunt ad perficiendum Modus ergo illius perfectionis est iste.

Existens dictus Lucius hæres, coram dicto domino Iudice pro tribunali sedente, vt supra, volens dictum inuentarium prosequi, & finire petiit vocari, & citari creditores, & legatarios dicti Caii, & generale proclama fieri, quod si est aliquis, vt supra Die tali, &c. in dicto termino comparuit dictus Lucius, & citatorum non comparentium, contumaciam accusauit. Postquã immediate infrascripta bona tamquam hæreditaria hæreditatis dicti Caii dictus hæres inseruit Talem vineam item vnũ in sortiatum, & reliqua, &c Protestatus quod si qua per errorem posuit, non ponenda: ex nunc eleuat de dicto inuentario, & si qua per errorem omisit ponere, cum ad notitiam eius peruenerit, ponet, & hoc præsente dicto D. Iudice, & dictam protestationem admittente, in quantum de iure teneatur, & debeat Postea incontinenti dictus Lucius se subscribat, si scit litteras, si autem nesciat, dicat se nescire. Subscriptio hæredis hæc est Ego Lucius hæres ex testamento Caii patris mei cum beneficio l & inuentarii prædictum inuentarium incepi, & perfici bona fide, & sine frande, teste mihi existente venerabilissimo signo sanctæ crucis, quod proposui super scriptis, & subscriptis testibus, & me adhibitis, & rogatis secundum formam iuris, si hæres nescit scribere alius subscribat pro eo in prima, vel in tertia persona modo prædicto. Subscriptio testium hæc est Ego Mar. Testis vocatus, ahibitus, & rogatus à dicto Lucio hærede, & a dicto D Iudice vt supra sedente in locum maxime creditorum, & legatariorum absentium subscribo me, & iuramento, præstito, corporaliter ad sancta Dei Euangelia, & per dictum venerab signum crucis, iuro dictum inuentarium, secundum cõscientiam meam, esse inceptum, & perfectum a dicto hærede, me præsente bona fide, & sine fraudem, & me omnia vidisse a principio vsque ad finem, & non esse conscium alicuius malignitatis (ita adiuuet me Deus) & hæc ad sancta Dei Euangelia, & assero me cognouisse dictum testatorem, & dictum hæredem, & me immobilia possidere, & eadem forma cæteri se subscribant,

&

& si omittuntur illa verba in locum. etc. non est vis quia præsumuntur coram Iudice omnia solemnites acta. Quibus omnibus, et singulis sic peractis dictus D Iudex) vt supra) pro tribunali sedens suam, et dictæ suæ curiæ auctoritatem, et decretum interposuit. Et si vis quo nihil obiici possit, citentur de nouo citandi ad veniendum, et opponendum, quare non debeat pronunciari inuentarium legitime confectum, et quare non debeat super eo interponi decretum Quo facto Iudex pronunciet inuentarium legitime confectum, Arg l tutor à patruo ff de confir. tutor sequitur videre de subscriptione notarij hoc modo. Ego N. notarius, etc. et nota quod vbi sunt duo notarij, non videtur necessarius aliquis testis pro rescripto § si vero absunt in auth. de hæred. et falcid. sed tres testes loco creditorum, et legatariorum ab sentium semper sunt necessarij.

2 Vtilitates autem, et quæ habentur ex aditione hæreditatis, et confectione inuentarii, singulatim enumerantur per Ias in l. fin. §. et si præfatam C. de iure deliber. ad quem pro illarum intellectu recurrere poteris.

De Repudiatione hæreditatis. Cap. LII.

Forma repudiationis hæreditatis.

ARnoldus filius q B coram spectabili viro D. N. Iudice constitutus, qui hæreditatem dicti q B. sui patris sibi ex paterno testamento delatam vel ad se ab intestato spectantem sibi verisimiliter credit esse damnosam, ne à creditoribus ipsius hæreditatis pulsetur in aliquo, seu grauetur, omnimodo se ab eadem hæreditate abstinuit, et eam, ac omne ex ea commodum, et incommodum penitus recusauit. Si vero extraneus hæres eam repudiat, sic dices.

Arnaldus filius P. hæreditatem B. sibi ex testamento ipsius B. declatam, verisimiliter existimat, sibi fore damnosam. Idcirco constitutus coram magnifico D. Iudice, etc. ipsam hæreditatem omnino repudiat, ac omne ex ea commodum, et incommodum penitus recusauit, et recusat.

Nota quod abstinere, et immiscere est proprie suorum hæredum Repudiare autem, et adire est extraneorum, vt inst. t. de hæred. qualit. et diff. §. in extraneis. C. de iure deliber super rubrica.

De curatore dato in testamento. Cap. LIII.

Forma confirmationis curæ datæ in testamento.

IN Dei nomine Amen, etc. Coram, etc. Hieronymus, etc. qui exposuit eidem d. Iudici (vt supra) pro tribunali sedente, qualiter diebus proxime elapsis vita occubuit q Stephano, etc suo condito testamento, in quo sibi hæredem instituit Danielem eius filium legitimum, et naturalem in pubertate constitutum, cui reliquit curatorem ipsum Hieronymum, prout continetur in testamento manu publici notarii rogato. ad effectum validitatis sibi commissæ curæ, et omnium per eum gerendorum, petiit ab eodem d Iudice vt supra pro tribunali sedente, dictam eius curam sibi confirmari, et quatenus opus sit eam de nouo decerni, offerens separatum dictam curam, et defensione personæ et iurium ipsius Danielis suscipere, aliasq. et alia facere, ad quæ de iure tenetur. Qui magnificus dominus Iudex, vt supra, pro Tribunali sedens, habita plena informatione de tenori testamenti dicti quondam Stephani, in que idem Hieronymus fuit Curator deputatus dicto Danieli, ipsum quidem Hieronymum in curatorem confirmauit, et quatenus opus sit, dictam curam personæ, et administrationem bonorum dicti Danielis decreuit dicendo eidem Hieronymo, et ter replican. esto curator, et alias, prout in supradicta forma tutelæ datiuæ, quam reassumere poteris, et sequere de verbo ad verbum, prout in eo mutandis mutatis.

De Curatore dando ventri. Cap. LIV.

1 *FOrma curæ datæ ventri vxoris*
Mater an sit admittenda ad curam filij.

2 SI vero datur curator ventri vxoris, et bonis, seruetur forma tutelæ, quæ datur ab intestato, præuia expositione facienda coram Iudice, et vbi mulier narret virum suum decessisse ab intestato, ipsa relicta pregnante, prout ex apparentia corporis videre est, et vt informari potest ipse Iudex ab obstetrice, et alijs mulieribus ibidem præsentibus. et prædicta vera suisse, et esse affirmantibus, et ne bona relicta

cta per dictum suum virum damnum, patiantur defectu legitimi administratoris,& etiam pro conseruatione iurium ipsius vxoris ne ex negligenti i sibi in aliquo præiudicetur, petit ventri suo decerni curatorem.

Qui magnificus D. Iudex intellectis, & auditis superius expositis per ipsam dictã mulierem constito sibi exposita per eam vera fuisse, & esse tam per apparentiam corporis ipsius, quam per informationes ibidem receptas a tali obstetrice, necnon a B. & F. affinibus ipsius mulieris, & ibidem præsentibus,& sub iuramento per eas præstito in manibus ipsius D. Iudicis dictum curatorem scilicet N. ibidem præsentem, & onus huiusmodi in se sua sponte suscipientem, eidem ventri, & bonis prædictis deputauit reliqua extende,prout in alia tutela,quæ superius habetur ab intestato, sed nunquid mater debeat ad curam filii vocari cum ad illius curam vocetur, & videtur quod non, quia officium virile est, vt C. quando mu. tut. offic. fu potest l. 1. vnde cum sola tutela his mulieribus concedatur,non debemus,ei concedere curam art. extra de translat. inter corpor. extra de decim sed dic contra,vt per Speculat.in §. cum autem colum., eod tit. versic. sed nunquid.

De Curatore dando bonis filiifamil. Cap. LV.

Forma curiæ, qua datur bonis filijfamil.

IN Dei nomine Amen, &c. Coram, &c. filius Francisci dixit, & exposuit eidem Domino Iudici, vt supra pro tribunali sedenti, quod licet ipse Iacobus plura, & diuersa bona habeat ad ipsum diuersimode spectantia, quorum administrario de iure spectat, & pertinet eidem Francisco sui patri, tamen ipse Franciscus ea negligit, nec conseruare permittit, neque ea studiose, (vt bonum decet patremfamiliam) gubernare intendit, in maximum ipsius Iacobi, & bonorum prædictorum detrimentum. Quapropter instanter petiit, & requisiuit ab ipso Domino Iudice, vt supra, pro tribunali sedente, quatenus velit, & debeat dictis bonis dare Curatorem, scilicet Christophorum patruum ipsius Iacobi germanum,fratrem dicti Francisci, ne bona ipsa tendant in sinistrum.

Qui dictus Iudex, vt supra, pro Tribunali sedens, attendens requisitionem huiusmodi fore iuxtam,& rationi consonam, vocato prius ad se dicto Francisco, qui præuia Iudicis interrogatione respondendo, dixit & penitus recusau t coram ipso, & omnibus aliis ibidem astantibus, dictas res, & bona prædicti Iacobi, & ad illius, & bonorum suorum indemnitati consulendum, & ei de opportuno remedio prouidendum eundem Christophorum ibidem præsentem, & onus huiusmodi sponte sua suscipientem, in curatorem dictis bonis dedit constituit, & deputauit, ac administrationem dictorum bonorum ei decreuit. Qui Christophorus, sic vt supra,deputatus promisit eidem Domino Iudici, & ipsi Iacobo præsenti, &c. Dicta bona cum ea, qua decet conuenientia gubernare, & administrare,illaque,& illorum iura, ac ipsum Iacobum indefensa, & indefensum non derelinquere, illorumq. inuentarium fideliter, & sine dolo conficere, aliasq, & alia facere ad quæ de iure tenetur, & pro eo, quod sic faciet ibidem præsens extendantur reliqua, prout supradictis, & aliis formis mutandis mutatis.

Et cum plura dixerimus de Tutoribus, & curatoribus supradictis, aliqua alia etiã visum est referre de deputationibus Curatorum, & Actorum ad lites agitandas, quæ licet in mea Iudiciali Praxis, sub cap. 51. libro primo satis diffuse explicata fuerint, tamen non inutile, pro minori partium dispendio, & labore hic repetere censui.

De deputatione Curatorum,& Actorum ad lites. Cap. LXI.

1 *Citatio pro obtinenda executione in bonis debitoris, qui in curia obijt, nullis relictis hæred bus, & qui citari possint.*
2 *Decretum vt huius citationis.*
3 *Post primam citationem, fit alia similis citatio per duos Cursores.*
4 *Post hanc secundam citationem, fit citatio per affixionem iuxta formam decreti.*
5 *Intermine citationis quarto pro quarta dilatione, curator hæredi ati iacenti deputatur.*
6 *Deputo curatorem contra eum, atque, ac contra principalem processus firmatur.*
7 *Si est institutus, certus hæres in testamento defuncti, qui absit ab Vrbe, proceditur modo*

- 7 *modo ante dicto; sed curator illi hæredi certo non, autem hæreditati iacenti deputatur*
- 8 *Quomodo procedendum erit contra hæredem minorem.*
- 9 *Si hæres est infans, non poterit citari, & quare.*
- 10 *Qui citari debent, quando hæres infans est, & quomodo.*
- 11 *Infanti proximior aliquis in actorem eligetur, & plura requisita circa hanc deputationem.*
- 12 *In omnibus prædictis casibus mandatum contra bona defuncti decernitur.*
- 13 *Si curator non est generaliter deputatus ad omnes causas, alij creditores processum contra eum formare nequeunt.*
- 14 *Deputatur aliquando curator furioso, & quomodo, & quæ necessario verificanda sunt.*
- 15 *Deputatio Curatoris bonis mercatoris decocti.*

1 SI quis habet debitorem, qui hic in Romana Curia decedat, nullis relictis hæredibus, qui citari possunt, ad effectum habendi exequutionem contra bona, ita proceditur. Citentur hæredes sint, velintq; D. N. ad comparendum legitimè, & acceptādum, vel refutandum hæreditatem, prædicti q N. alias videndum deputare Curatorem illius hæreditati iacenti, primò pro prima dilatione ad p. d. Citatio hæc datur cursori, qui facta diligentia reperiendo hæredes domi, in qua dictus q N. mortuus fuit in vicinia, & aliis locis publicis, & de hoc relatione facta, Iudex committit hanc diligentiam per duos cursores faciendam.
2 Quo facta, fit alia similis citatio, & traditur eidem cursori, qui vna cum alio cursore
3 diligentiam facit, & subinde ambo referunt fecisse diligentiam, & non inuenisse, vt supra, sequuta hac diligentia per duos cursores, Iudex decernit processum per affixionem ad valuas Curiæ, & domicilii de
4 functi, si illud habebat. Sin autem per affixionem ad valuas Curiæ, & aciei Campi Floræ, post hæc fit alia citatio in hunc modum. Citentur per affixionem ad valuas Curiæ, & aciei cāpi floræ, seu domi solitæ habitationis q. N. hæredes si qui sint, &c sequere ad vnguem, vt in citatione superius posito. In cuius citationis termino Iudex mādat citari ad idem pro secunda dilatione, & fiunt aliæ tres citationes simili modo pro secunda, pro tertia, & pro quarta, & superabundanti dilatione interpellate, vna die pro alia, & præuio Iudicis decreto. In termino vltimæ citationis, quę fit per quarta, & superabundanti dilatione compareat creditor, et curatorem hæreditati iacenti
5 deputandum, ac fideiussorem pro eo conducit, quem curatorem Iudex deputat sub
6 forma de qua supra. His præmissis citatur curator ad omnes actus requisitos ac si esset principalis. Verum si debitor in Curia Romana moritur condictio testamento, et
7 in eo relicto certo hærede, qui ab Vrbe absit, præcedentibus diligentiis, modo præmisso faciendis, curator, seu defensor hæreditatis, et bonia defuncti, non autem hæreditati iacenti deputatur, cū certus absit hæres contra quem iudicium, (vt natura causæ suadet) formatur, pro satisfaciendis creditoribus hæreditariis, quibus creditoribus hæreditatis prius, et deinde honoratis in testam nto de bonis hæreditariis satisfiet, per Soccin. Iun in l. 1. in tit. de l. 1. num 317 Dec cons. 509. Curator etiam datur bonis ad instantiam illius, qui speret succedere ab intestato, et qui id postulat, rectè postulat, quia sua interest bona con-
8 seruari, Angel. cons. 108. colum 1. Alexand. cons. 4. num 4. lib. 2 sed si mortui debitoris hæres minor sit, et curatore indigeat, citatur ipsemet hæres, quamuis minor sit, modo tamen maior sit septennio ad comparendum legitimè, et alias videndum sibi deputari curatorem, seu actorem ad lites primo pro prima dilatione. Et seruatis modo ante dicto quatuor terminis, actorem ad lites, vel curatorem, Iudex deputat, cum
9 quo fit legitimus processus, vt supra diximus. At si hæres infans est minor septennio, non potest ad causam citari, cum non habeat velle, neque nolle, sed citatur tutor testamentarius si est: sin autem mater tanquam necessaria, & legitima tutrix, & administratrix sui filij, seu agnati & cognati sin minus citantur, in quorum est potestate, ad comparendum in iudicio coram dictum, & minorem defendendum ac petendum ei curatorem, seu actorem, ad lites deputati, alias videndum illum per Dominum ex officio deputari, Affl. dēt. decis. 162. nu. 2. & seq. & præcedentibus supra narratis dilationibus per Iudicem actor ad lites
10 sine curator aliquis proximior, aut aliquo modo attinens deputatur, ne infans indefensus remaneat, vt habetur in superius allegata

legata decis. per totum, vbi habetur, quod processus factus cũ curatore aliter, quam supradicto modo deputato, est nullus quia Iudex dare curatorem infanti, qui non po-
11 test petere curatorem sibi dari; quia illa ætas quidquid videt ignorat, curator autem ad lites non datur nisi petenti, Alex. cõs. 23. in fin. Bald. in cap. 1. de milit. vassal qui cõtum. est. sit ergo processus modo præmisso; & mandatum contra bona defuncti tãtum
12 conceditur, si superuenerint alij credito res, & citent curatores, vt supra deputatos
13 processus non est validus, nisi deputatio se extendat ad oẽs alias minoris causas. Deputatur nonnumquam curator furioso, seu mente capto ad illius proximiorum istan-
14 tiam, examinatis testibus summariè, & extraiudiciali t. r super eo, q N. est mente captus, hisq. examinatis Iudex personæ, & bonis prædicti N curatorem in gradu proximiorem, cum solita cautione, de vtilia faciendo, & inutilia prætermittẽdo ex officio deputat nec requiritur super hoc plenaria cognitio, seu inquisitio, sed sufficit, qualiqualiter, constet de furore, vel adhibere medicos qui hoc cognoscant, vt in l. obser uare ff de cur fur. & pro citat. per Alexan. cons. 86. vers. verum est, q. causæ cognitio n. 5. & ratio, quia talis deputatio curatoris non causat præiudicium ei, cui deputatur. Idẽ deputatur curator, prodigo vt habetur per Spec in lib. 1 par. 3. in tit de curatore. Deputatur etiã curator bonis defuncti, seu decocti, instantibus creditoribus, quorum requisita satis diffuse explicaui in d. meo libello Praxis Iud'cialis sub cap 52. lib. 1 so tit. cuius instrumenti deputationis curatoris bonis decocti, tanquam non semel occurrere, hic conscribere volui, & hæc est.

15 In nomine Domini Amen, &c. Anno, &c. cõparuerunt corã R. P. D. A. I. D. ac vtriusque signaturæ S. D. N. Papæ referendario, Illustriss. Reuerendiss. D. Aud. Cam. in ciuilibus Locumtenẽ. meq Notario, &c. mag DD. N. & N. deputatis à creditoribus d. N. olim mercatorem in Vrbe, & pro omni eorũ priuato, & particulari interesse, & dictis nominibus respectiue, stante notoria decoctione, & fallimento dicti N; petierunt ad instãtiam, & commodum ac vtilitatem dictorum creditorum, & vt celerius eis de eorum respectiue creditis satisfiat, aliquem in curatoribus bonis iacentibus dicti N. deputari qui curator ad eorundẽ creditorum vtilitatẽ, & vt celerius eorum credita consequi possint, & valeant, omnes, & singulas actiones mouere, pertractare agere, defendere prosequi, & expedire in iudicio, & extra possit, & valeat, & confisi præfati dd. N. & N nominibus, quibus supra de fide d A petierunt eundem A. in curatorem bonis dicti N vt supra deputari, omni meliori modo, &c. Qui Reuerendissimus Dominus Locumtenens, attendens requisitionem huiusmodi fore iuxtam, & rationi cõsonam, dictum Dominum A. ibidem præsentem, & onus huiusmodi in se sponte suscipientem in curatorem bonis præfatis, ad effectum omnes, & singulas actiones contra quoscumque mouendi, & quascunque motas actiue, passiue pertractandi agẽdi, defendendi, & prosequendi in iudicio, & extra, necnon pecunia, & credita quæcunque exigendi, & recuperandi ad effectum, vt beneficio dictorum creditorum deponantur pœnes aliquem campsorem, fide, & facultatibus idoneum, per supradictos DD. deputatos deputandum, & de exigendis, & recuperandis quoscunquẽ quietandi, ac iura, & actiones si opus fuerint cedendi, cum clausulis solitis ad lites, & cum omnibus facultatibus, & auctoritatibus talibus curatoribus dari solitis, & consuetis & de iure requisitis, & in similibus necessariis, & opportunis deputauit. Dicendo eidem curator esto, & vtilia prædictis creditoribus, & bonis facito, & inutilia prætermittito.

Et quod ita faciet præfati dñi N, & N. proprijs, & priuatis nominibus, ac vti principales principaliter, & insolidum scientes le, &c. Sponte, &c. pro dicto A. fideiusserunt, & promiserunt, quos DD. N. & N. sic promittentes præsentes, &c dictus dominus A. a fideiussione, & promissione huiusmodi indemnes penitus, & sine damno releuare promisit, ita quod, &c alias, &c. de quibus, &c. Pro quibus præmissis &c. Super quibus omnibus, idem R. P. D. Locumtenens, vt supra pro Tribunali sedens, ad petitionem, & instantiam dictorũ dñi deputatorum auctoritatem suam, qua fungitur, & dictæ suæ Curiæ decretum interposuit, supplendo omnes, & singulos tam iuris, quam facti defectus, si qui forsan in præmissis interuenerint, omni meliori modo, &c. super quibus, &c. Actum, &c. præsentibus testibus, &c.

Deinde, & incontinenti coram eo R. P. D. Locumtenente in loco, vbi supra, pro Tri-

Tribunali sedente, meq notario, &c. comparuit idem D A. curator, vt supra deputatus cum præsentia decreto, & auctoritate dicti R. P. D. Locumtenentis cõstituit eius dictorum bonorum dicti M. vel illius creditorum, & deputatorum prædictorum actorem, Dominum B. in Romana Curia causarum Procuratorem, præsentem, & onus huiusmodi in se sponte suscipientem ad omnes, & singulas dictorum bonorum seu illorum creditorum dicti N. lites, & causas ciuiles, & criminales, prophanas, meras, & mixtas, motas, & mouendas, actiue, & passiue, contra quascumque personas, &c. In quocumque foro, siue iudicio, atque instantia, & coram quibuscumque DD. Iudicibus comparendum, agendum, &c. Cum clausula ad lites, & generaliter, etc. Promittens, etc. releuans, etc. Super quibus omnibus idem D. A. Curator petijt à præfato R. P D. Locumtenente auctoritatem suam, et dictæ eius Curiæ decretum interponi, qui R P, D. Locumtenens, vt supra, pro Tribunali sedens, causa cognita suam, et dictæ suæ Curiæ decretum, et auctoritatem interposuit, supplectis, etc. Super quibus, etc Actum Romæ, vbi supra, præsentibus quibus supra testibus, etc.

Nec præscriptas formulas prætereundas sed hic omnino tanquam ne cum in R. P. D. Auditoris Cameræ, verum etiam omnibus alijs Vrbis, et aliarum Ciuitatum Tribunalibus, necessarias, conscribendas fore censui.

Quoniam eueniente casu decoctionis alicuius mercatoris, qui timore carcerum statim fugam arripit, et relictis quam pluribus bonis iur. bus, et actionibus, in quibus succedunt illius creditores; qui ad effectum eorum credita consequendi, et eorum actiones contra quoscunque in iudicio, et extra experiendi; pro validitate processus desuper faciendi, curent ad præscriptam deputationem deuenire, cuius formam tanquam huic rei conuenientem superius scripsi.

De forma instrumenti, quod extra iudicium exemplatur.

Cap. LVII.

Transumptum, siue exemplum contractum parte non citata, non probat.

HOc est exemplum cuiusdam instrumenti, etc. sumpti ex protocollo q. N. Notarij, et manu ipsius Notarij scripti quod fideliter exemplaui, nihil addens, vel minuens, quod sensum immutet, vel variet intellectum, cuius tenor talis est, videlicet, In nomine Domini Amen, etc. Deinde adiunge tibi duos, vel tres tabelliones, cum quibus diligenter auscultabis ipsum exemplum cum authentico, et si inuentum fuerit concordare vnusquisque illorum posito suo signo subscribat hoc modo.

Ego P. tali auctoritate Notarius hoc exemplum vna cum infrascriptis A. et B. Notariis publicis manu præsentis N. scriptum fideliter, et diligenti auscultaui, et qu à vtrunque concordare inueni, me testem subscripsi.

Alius quoque Tabellio se subscribat hoc modo.

EGo A. tali auctoritate Notarius hoc exemplum vna cum supradicto P. et infrascripto B Notariis iuxta authẽticum scriptum manu supradicti Notarii scriptum fideliter auscultaui vt supra proxime dicitur.

Postremo vero tu Tabellio, qui exemplasti, posito tuo signo, sic scribes. Ego B. tali auctoritate Notarius, hoc instrumentum iuxta authenticum manu prædicti Notarii, scriptum fideliter exemplaui, et postmodum cum prædictis P. et A diligenter auscultaui.

Nota tamẽ, quod idem supradictus modus in iudicio contentioso non probat exemplum, nec valet ex eo exactio fieri, sed tantum, vt solam memoriam faciat, vt extra c. 1. de fid instrum. et in auth. si quis in aliquo C. de eden in § nunc dicendum ver. et generaliter.

De Forma exemplationis alterius instrumenti, in forma probanti:

Cap. LVIII.

1 *NOtarius debet scribere exemplum prout iacet in originali.*
2 *Notarius non potest reassumere exemplum instrumenti alterius Notarij.*
3 *Secus de mandato Iudicis.*
4 *Requisita pro reassumptione Instrumenti rogati*

rogari per Notariorum in viuentem, impeditum longa absentia

6 *Notarius rogatus potest extendere clausulas consuetas*

7 *Quando Notarius subrogatus possit illa extendere.*

IN Dei nomine, Amen, etc. Anno, etc. D A. Comparuit coram magn D.B. Iudice, etc illi humiliter supplicauit: ac instanter petijt, quod instrumentum cuius forma inferius sequitur, facere in publicā formam redigi, cum ob vetustatem ipsius propter difficultatem probationis, à iure suæ cadere posset, ipso instrumento penitus antiquato. Qui magnificus D, B. Iudex, etc. volens probationibus subuenire, et ne veritate occultata, iustitia deperiret, citatis omnibus, qui fuerint citandi, et quos res seu negotium tangit, videlicet N. et N. ipsisque comparentibus, et nihil releuanter opponentibus, propter quod deberet huiusmodi publicatio impediri, vel etiam se contumaciter absentibus, dictoq. instrumento, vndique diligenter inspecto et inuento, non cancellato, non vitiato, nec in aliqua sui parte abolito, mihi infrascripto Notario præcipit, vt eius tenorem in publicam formam redigerē, ad fidem perpetuam faciendum: ipsius vero instrumēti tenor talis est videlicet Anno. etc. ponatur de verbo ad verbum tenor, cum omnibus suis subscriptionibus, et signo, et alijs qualitatibus, si quę sint postmodum in fine dicatur. Et ego P. Notarius de mandato talis Iudicis, et ipso auctoritatem præstante, prædictum instrumentum in publicam formam redigi, quia præsens fui in omnibus supradictis, et ipsum originale vidi, et Iudici, ac testibus ostendi, et exposui, et perlegi, non vitiatum, non cancellatum, neque in aliqua sui parte abolitū, seu suspectum, neque in charta, neque in scriptura, nec in signo, si quoq. habeat. Actum in tali loco præsentibus ad hanc publicationem videndum, et audiendum N. et N. testibus vocatis, et rogatis. Hæc autem præscriptam formam perpetuam firmitatem obtinebit in iudicio et extra ad not. per Spec. in sec. par. lib. 2 in §. ostenso, sub num. 7. et sequen. de instrum editio.

Aduertendum, est tamē, quod Notarius debet exemplare, et abbreuiare, prout iacet in prothocollo, et quod ita de consuetudine vtimur in tantum, quod si in originali, vel prothocollo est aliquid non intelligibile, quod nihilominus debet scribere de verbo ad verbum, prout iacet, vt per Iason. in §. idem creditum vers. Quarto adde sub nu. 2 ff. de liberis, et posthumis.

Iam diximus de reassumptione, siue exemplatione contractus ex prothocollo Notarij Mortui. Modo non inutile referēdum duxi aliqua alia de reassumptione instrumenti rogati per Notarium viuentem, qui se ab Vrbe absentauit, vel aufugit et qui moram trahit in longinquis partibus, in quo breuiter erit dicendum, quod pars, quæ contraxit, petit, quod sibi prouideantur de reassumptione dicti instrumēti per alium Notarium attenta absentia, seu rebellione dicti Notarii.

Et dubium facit, quia viuente Notario qui fecit instrumentum, non potest ex prothocollo ipsius viuentis alter Notarius reassumere publicum instrumentum, per tex in authen de tabell. Alexand in 1. volum. cons. 109. et voluit Anton. de Butr. in cap. cum P tabellio circa finem de fide instrument. Bene tamen Notarius, qui fuit rogatus, si est impeditus potest committere alteri Notario, quod de contractu, de quo fuit rogatus, alter Notarius reassumat instrumentum, et ipse postea subscribat, vt per eundem Anton. in cap. inter dilectos 8. colum. de fid. instrument. Si ergo Notarius impeditus, potest hoc alteri Notario committere, ergo hoc idem potest committere Iudex ordinarius, attendo impedimento Notarij rogati, iuxta Abb. in d cap. cum tabellio, vbi ponit octo requisita de reassumptionem instrumēti, & rogati per Notarum mortuum, seu viuentem impeditum vel absentem. Primū, vt reassumptio fiat ad petitionem eorum, quorū interest. Secundum, vt faciat auctoritate iudicis. Tertium, vt ille, qui reassumit sit Notarius. Quartum, quod fideliter nihil mutando, addendo, vel detrahendo reassumat. Quintum, quod redigat in publicam formam. Sextum quod vocētur hi, quorum interest. Septimum, quod ille Notarius qui fuit rogatus, mortuus vel longo impedimento detentus, vel impeditus propter longam absentiam. Octauum, quod Notarius reducat notam in prothocollo, & quod Notarius possit de mandato Iudicis reassumere propter longam absentiam, & impedimentum Notarij viuentis attestatur Afflic.

in-

in decis. 6. sub num 3. et 4. Illud quoque non est pretereundum, quod licet Notarius rogatus possit extendere clausulas solitas, et consuetas quæ sunt de natura contractus, vt post al os per Iason. in l. idem credendum ff. de liber. et posthum. sub nu. 10. in fine. Secus autem dicendum erit in alio Notario illi mortuo subrogatus vult talem extensionem facere, ex coniectura præcedentium, et sequentium, vel consuetudine illius alterius Notarij, et non potest, quia ista spectant ad examinationem Iudicis, aut iste Notarius subrogatus vult talem extensionem facere, ex clausulis cōsuetis communiter apponi per Notarios illius loci, et tunc dicitur, quod bene hoc possit facere, vt per eundem Iason. ibi sub num. 11. prope finem eodem titulo, et per Speculat in §. ostenso in vers. quod in breuiatura. Ratio quia illa communis obseruantia inducit, quodammodo Notarium rogatum in loco illo, confirmatur viua ratione, quia omnino tales clausulæ consuetæ apponi subintelliguntur, et habetur pro appositis iuxta text. in cap cum M. Ferrarien. de constit. et ibi not. Bald. Ant. Imol. et alij, qui dicunt ibi esse textum meliorē de iure, quod illud, quod solet apponi in contractu habeatur pro opposito, etiam quod non sit scriptum.

Ad hæc nota, quod supradicti relati modi circa exemplationem instrumentorum iam recesserent ab aula, in Terris Sanctæ Romanę Ecclesiæ mediate, et immediate subiectis, quia in illis seruantur tantum solemnitates, traditæ à Bulla edita per felic. record. Sixtum Papam Quintum, super erectione Archiuij.

De aliquibus clausulis mandati procuræ. Cap. LIX.

1. *Clausula citra reuocationem, quid operatur.*
2. *Clausula quod non sit melior conditio primi sui occupantis, quid operatur.*
3. *Clausula & alia maiora expressis, quod operatur.*
4. *Clausula, cum potestate substituendi quid importat.*
5. *Clausula cum libera administratione, quid importat.*
6. *Clausula, promittens habere ratum, &c. quid importat, & quid clausula releuans.*

1 Haec quoque pauca notanda visa fuerunt, ad intelligentiam nonnullarum clausularum, mandatorum procuræ, quarum singulas formas inferius habes, et primo clausula citra reuocationem, quæ communiter in eis à Notariis conscribi consueuit operatur, vt ambo procuratores sint insolidum constituti, vt per Bald. in rubrica C. de instit. vltim volunt. ante, vers. secundo quæro, et Bartol. in l. cum semel vers. Sed contra ff. de tutel et in l. si quis cum procuratoribus §. final. ff. de procuratoribus.

2 Clausula, quod non sit melior conditio occupantis, et quod per vnum fuerit cœptum, per alium perfici possit, operatur etiam, quod quilibet sit procurator insolidum, et vnus possit finire per aliū inchoata, non tamen locus sit præuentioni, Bart. et Doctor. in pluribus ff. de procurat. contrarium not. in cap. si duo de procurat in sexto, et Bart. Cep. in rubr. de verbor. signif. 26. col.

3 Clausula, et ad aliam maiora expressis, et quæ exigunt speciale mandatum, quid importet vide per Io. de Prat. in l. Pomponius in princ. et in l. Procurator cum libera ff de procurat. et Cardin. in clem. 2. q. 16. extra de Procurat.

4 Clausula, cum potestate substituendi semel, et pluries, etc. operatur, quod procurator substituens non desinit esse procurator, secus tamen sine dicta clausula Bart. in l. quod si forte §. quid ergo circa fin. §. legit et in l. vero procuratori ff de solut.

5 Clausula, cum libera, et generali administratione omniū bonorum, etc facit, quod Procurator potest exigere, nouare sacramentum deferre, et aliud pro alio permutare. vt per Specul. in tit de Procurat. in §. vt autem sub nu 15. et quod etiam transigere, firmat Iaf. in l. transactioni, sub nu. 9. C. de transact.

6 Clausula promittens habere ratum, et firmum, etc Operatur, quod ex quo dè mandato constat Dominus cogatur ratum habere, vt per eundem Speculator ibi sub num. 12. eodem titulo: Cum autem verba mandati in matrice sunt cæterata, et ambigua, et valde dubitetur an insolidum vel simpliciter fuerint constituti Procuratores, si mandatum plenum erit clausulis illis, vt puta absentes, tanquam præsentes, ibi generaliter, et ibi sit talia, ibi promittens, et ibi releuans, eo enim casu iuste potest

potest fieri declaratio, eos insolidum constituto, præcipuè ex facultate limitata, quæ necessario hoc etiam infertRot.diuers. decis. 8. num. 1. & sequen. par 2 Pute decis. 98. lib. 3. Bald. in Rubrica C.de exercit. num.13.

1 *Contractus ita fiunt de die sicut de nocte.*

2 *Tria luminaria videntur necessaria in contractus, & vltimis voluntatibus de nocte faciendis, & quare.*

3 *Falsitas magis timetur in vltimis voluntatibus quam in contractibus.*

4 *Testes debent esse in persona testatoris*

5 *Statutum disponens testamentum tempore noctis sine luminibus fieri posse, nullum est.*

6 *De tribus luminibus, circa contractus, obseruantia est in contrarium.*

7 *Qua nam dies sit apponenda per Notarium in contractibus, & vltimis voluntatibus nocturno tempore faciendis.*

PRæscriptæ quinque, vel sex formulæ Instrumentorum fuerunt sumptæ ex Formulario Neapolitano, & ideo satis prolixæ videntur, quas Notarii in facti cötingentia (substantia non mutata) ad breuiorem formam reducere curarunt, quod nūc aliis impeditus negociis facere non valui referuan. nihilominus me, ne dum ad id faciendum; verum etiam omnia alia instrumenta, sic extra ordinem, posita, ad meliorem ordinem, in alia proxima (Deo dante) facienda impressione redigendum.

Et antequam huic meo libello extremā manum apponam, hæc tantum pauciora scitu necessaria rememoranda esse censui vt puta, quod licet contractus, & vltimæ voluntates ita fieri valeant de die, sicut de nocte, & in l testium §. potest de testam. Gec in cap. conclusit de off delegat. tamen erit aduertendum, quod in illorum confectione, tria saltem lumi ria videntur necessaria, ad text. in l 1. § tria luminaria ff. de ventre in spi. cum simil. not. gloss in l non minorem in vers. secunda

2 hora, & ibi Bart sub num. 4. C de transactio. vbi assignat rationem, quia testes debent cognoscere partes, quod non bene fit in obscuro: in tantum, quod si celebrentur sine luminibus sunt nulli. Ias. in consil. 50. sub num. 3. & 4. vbi loquitur tam de contractibus, quam vltimis voluntatibus, in quibus multo fortius sunt necessaria; quia in his agitur de maiori periculo, & magis timetur falsitas, vt in

3 l iubemus, C. de testamen. & l. final. C. de fideicomm. tum etiam, quia testes debent esse in præsentia testatoris, & eum

4 ad oculum videre l si non speciali, & l. si vnus, C. de testament. quæ sine difficultate videntur procedere: cum licet statu-

5 tum disponat testamentum tempore noctis fieri posse, sine luminibus; non tamen tenere tamquam iniquum, & falsitatis nutritiuum, vt per eundem Iason. d.

6 consil. 50 num. 9. His autem, quæ dicuntur de tribus luminaribus, circa confectionem contractuum, licet iuris sint, obstat tamen contraria obseruantia. Amplius prospiciant notarii, quod in celebra-

7 tione contractuum, & vltimarum voluntatum facienda, ante mediam noctem scribant actum de quo rogantur, sub die præcedenti. Si verò post mediam noctem die sequenti, quia tam de iure quam de consuetudine dies à media nocte incipit, vt in d c-consuluit eodem tit. l. more Romano, ff. de feriis

Qui testamentum facere possunt vel non. Cap. LXI.

DIximus supra in cap 4. huius primi libri de Testamentis illorumque diuersis formulis, præscribendo etiam versus, quibus apparenter demonstrantur personæ, quibus iure prohibita est testamenti factio, sed quia non solum legem, sed etiam legis rationem scire, optimam est: pro maiori, igitur tabellionum intelligentia, & vt ipsi sciant eos, qui possunt & non possunt testamētum facere, & quare, Ideo non inutile visum est, hic repetere ea, quæ ad hoc magis explicitè referentur in summa Axonis in sextum librum Codicis in rubric. qui testamentum facere possunt, vel non, vbi habetur, quo sunt 13 numero, quibus non licet facere testamentum, vt puta filius famil. impubes, furiosus, prodigus, cæcus, mutus, damnatus ad mortem, obses, intestabilis, & de statu incertius, is cui lege est interdictum, seruus, & monacus. Quod dictum est primo de filio famil obtinet etiam si pater ei concedat testari; est enim

te

testamenti facti publici, non autem priuati iuri. Parte tamen consentiente posset donare causa mortis, filij enim familias milites in armata, vel litterata militia, possunt facere testamentum in castrensi, vel quasi castrensi peculio. Impuberes, certum est, quod non possunt facere testamentum: quia non habent animi iudicium. Et dicuntur impuberes mares qui non cõpleuerunt 14 ann. fœminæ, quæ non compleuerunt 12. anno. compleuisse autem videntur quãdo tetigerunt aliquam horam vltimi diei. Item furiosus testari non potest, quia non est suæ mentis: si tamen habuerit dilucida interualla, eo interim licet ei testari: tamen compleatur testamentum antequam superueniat furor. Item prodigus, cum bonorum administratio interdicta est, testari non potest, si aut etiam nec potest aliquid de bonis suis alienare. Item mutus testari non potest, si ponamus eum esse mutum, & surdum ipsa natura si autem mutus esset, & surdus accidentaliter si quidem ponamus eum scientem litteras, poterit testari, & codicillos facere. Si tamen manu sua scribat testamentum, vel codicillos, vel scribat per alium: si tamen a principe impetrauerit Idemque est multo magis si ponamus aliquem esse mutum & non surdum ex accidenti, quod tamen raro consueuit accidere: nam naturaliter si mutus est debet esse, & surdus, surditas autem sola nunquam est impedimentum tale, ne fiat testamentum, siue fit ex accidenti, siue à natura. Raro tamen (imo impossibile est) aliquem esse surdum natura & non mutum: nam si mutus non natura impossibile est, quod non audiat, si quis supra eius cerebrum clamet lex autem prohibitiua loquitur de eo muto, qui nihil eloqui potest, secus de eo qui tardè loquitur, Cæcus testari non potest, nisi quadam speciali adhibita solemnitate, debet enim vocare septem testes, & tabularium, & coram eis exprimere se velle testari sine scriptis, & hæredum, quos instituit nomina, & dignitates, & inditia debet exprimere, & legata designata, & hæc omnia scribenda sunt a tabulario, vel coram testibus tunc vel si fuerant; ante scripta coram testibus debent recitari. Et cæcus debet profiteri, illud, & suum elogium, & ipsum esse dispositum ex sui animi sententia, & in fine debet sequi subscriptio testium; Item eorundem, tabularii signacula debet supponi. Quod si tabularius inueniri non potest, octauus tebet testis adhiberi, vt quod tabulario supradicto modo commisimus, per octauum testem capiat effectũ: Quod testamentum licet multam habeat similitudinem cum eo, quod fit in scriptis tamẽ lex vocat hoc testamentum nuncupatiuũ Item damnatus ad mortem testamantum facere non potest, siuè sit damnatus, vt moriatur, siue vt fiat seruus pœnæ, siue deportatus sit in insulam Relegari autem, quia non admittunt libertatem, vel Ciuitatem testamentum facere possunt, tamen quis eorum fuerit damnatus, & appellarit interim testari poterit milis tamen, & damnatus, sit de crimine capitali testari potest.

Item non possunt testari qui dati sunt, loco captiuorum, hostibus Popul. Romani, & illi appellantur obsides. Item damnatus ob crimen famulum intestabilis est, sed quæri potest, nunquid quilibet infamis prohibeatur facere testamentum, & quod non prohibeatur Azon. ibi tradit. Item de statu suo dubitantes, vel errantes, non possunt testari; vt qui nesciunt se manumissos, vel emancipatos, vel dubitant de eo. Item is cui lege interdicitur bonis, vt hæretici, & rei per duellionis testari non possunt. Item seruus testamentum facere non potest Hæc omnia habentur in prædicta summa Azonis in prædicta rubrica qui facere testamentum possunt, vel non per totum, ad quam, & alios ibi citatos Doctores pro maior premissorum intellectu recurre horum autem testamentorum formulas habet tam superius, quam inferius quæ licet, & præmissis saltem quo ad professos superfluè scriptæ videantur, tamen cum tironibus satis sint profuturæ, ideo non ab re eas ad extensum hic scribere visum est.

Finis Libri Primi.

LIBER SECVNDVS.

De varijs, & diuersis Procuratorum Constitutionibus.

CAPVT PRIMVM.

Procura ad capiendam hæreditatem, & bonorum illius possessionem.

DOminus N. Frater germinans, ac hæres testamentarius, vt asseruit dict. D prout testamento desuper pænes acta D. Antonij Guidotti Notarij de Anno 15:0 seu &c. rogato constare, asseruit principalis, &c citra, &c sponte, &c constituit, &c. eius Procuratorem, &c, D M. absentem, &c. ab ipsius d. constituetis tanquam hæredis præfati vniuersalis nomine, & pro eo hæreditatem dicti q B. eius fratris ad ipsum d. constituentem tanquam hęredē prædictum spectantem, & pertinentem, cum beneficio legis, & inuentarij, vel simpliciter, prout ipsi d. Procuratori suo prędicto videbitur & placuerit adeundum, capiendum, & apprehendendum inuentariumq omnium, & singulorum bonorum mobilium, & immobilium vbicunque existentium, necnon creditorum & nominū debitorum ad ipsam hæreditatem, & ad ipsum d. constituentem, tanquam hæredē prædictum, quomodolibet spectan & pertinen. si opus fuerit fieri confici inchoari & perfici forma solita, & consueta petendum, & faciendum omniumq; & singulorum bonorum mobilium, & immobilium rerum, & actionum ad ipsam hæreditatē, vt supra spectan. & pertinen. possessionem realem actualem, & corporalem manciscēdum adipiscendum apprehendendum, & adeptam, & apprehensam continuandū, & in ea manuteneri, & conseruari petēdū, & obtinendum, & quoscunq; testes desuper necessarios, & opportunos inducendum, inductosq; examinari, & postquā examinati fuerint eorundem testium dicta attestationes, & depositiones publici competēdum, omnesq & singulos actus desuper necessarios, & opportunos, ac fieri solitos et consuetos faciendum, & obseruandum, &c. ac quæcūque instrumēta desuper necessaria & opportunā cū pactis, clausulis, &c. per quosui. Notarios fieri rogari, & stipulari petendum, faciendum ac in anima ipsius D. Constituentis, quodcunque iuramentū desuper necessarium, & opportunum præstandum etc. Et generaliter, etc. Promittens, &c. Releuans, &c. Super quibus, &c.

Alia ad renunciandum hæreditati.

1 IN mei, &c. N fil q O hæres testamentarius q-d A. eius patrui, prout asseruit constare instrumento testamenti huiusmodi, rogato per B Notarium publicum Cortonensis, sub anno &c. ad quod &c. asserens tanquā filium, & proximiorem, vna cū alijs filijs eiusdē d. O eius patris, qui ab intestato decessit in hæreditate dicti eius patris, etiam ex dispositione iuris forsan successisse, & succedere. Nolēs idem N. ex certis, iustis, & rationabilibus causis iure huiusmodi vti, sed hæreditati paternæ huiusmodi vt, sed præfertur, forsan delatæ, ac omni iuri, super ea quomodolibet competen. renūciādo, prout præsenti actu medio iuramento tactis, &c. renunciauit solēniter renunciat, ac ipsam hæreditatem paternam adire nolle nec omnino intendere. prout non intendit, nec minus vult declarauit, & declarat citra &c spontè, &c. constituit etc. eius Procuratorem, &c. M absētem &c. ad ipsius, &c. renunciationem, recusationem & declarationē per ipsum, vt præmittitur factam iterum, & de nouo ac quando & quoties opus fuerit, cum solēnitatibus clausulis, & cautelis desuper opportunis faciendū, illamq: dictis alijs filijs prædictis prædictiq: O. eius patris, ac hæredibus eiusdem ac alijs quibus opus fuerit intimandum insinuandum, & notificandum ac ad eorum, & cuiuslibet ipsorum notitiā deducendum, & deduci petendum, & facien-

cien-

ciendum,omnesq & singulos actus,et pro testationes desuper requisitas,& requisitas obseruandum,& quæcunque instrumenta desuper necessaria, &c. vt in præcedenti procura; Et generaliter, etc. Promittens etc, Releuans,

Alia ad imponendum censum.

IN mei,&c A principalis citra,&c.spõtè,etc cõstituit,&c eius procuratorem &c. B. absentem,&c. ad ipsius, &c. vnum annum perpetuum censum scut 150. monetæ,super quibusuis eiusdem constituẽtis bonis stabilib. ipsi procuratori bene visis vbilibet existen.in fauorem N.imponendũ constituendum,& assignandum,dictũq. censum sic impositum, & assignatum,eidẽ N. pro pretio, nomine pretij,scut. 150 similium vendendum,cedendum, & concedendum,censum huiusmodi deinde in semestre, & in fine cuiuslibet semestri,eidem N. soluere,& bona super quibus census huiusmodi impositus extiterit sunt ipsius cõstituentis libera, & expedita,& nulli alteri obligata, alienata, donata,seu alijs quomodolibet adiudicata, quodq;in præiudicium census huiusmodi, idem constituens nihil facit,nec facturum esse apparebit, immò illum fore,& esse bene,rectè,& legitimè impositũ,& assignatum,& sic tãquam talem facere cõseatire omnem personam de,& super dicto censu, vt supra imponen. ius, & interesse, quomodolibet haben. seu habere pretenden litemq. non inferre, nec inferenti quomodolibet consentire,quinimò omnẽ litem desuper forsan mouendam in eumdem constituentẽ suscipien.susceptamq.eiusdem constituentis sumptibus,&c. prosequi, &c pariter, & finire, & de euictione vniuersali,& particulari dicti census, vt supra imponen in forma promitten fideiussorem,seu fideiussores huiusmodi census,vt supra imponendo, vti principales principaliter,& insolidum,tam de censu soluendo,consensũ pręstando, litem suscipiendo, & defendendo ac de euictione vniuersali,&particulari dicti & census, demum omnibus alijs continendis in instrumento census huiusmodi vt supra imponendi accessuros,dandum,& præstandum,illosq seu illum indemnes,& penitus,siue dãno releuare. & conseruare promitten,ita quod,&c. & super præmissis vnum,seu plura instrumẽta,cum clausulis & cautelis desuper necessarijs,& opportunis, & sibi Procuratori beneuisis,per quosuis Notarios fieri,rogari, & stipulati petẽdum,& faciendum,& pro promittendorũ per d. eius procuratorem desuper firmiori obseruatione,& adimplemento,ipsum cõstituentem,eiusq; hæredes, & successores, suaq,& prædictorum bona,&c. in quauis valida,et Cam Apostolicæ forma, cum clausulis,&c.obligandum,&c ac in animã ipsius constituentis, quodcunq; iuramentum desuper necessarium, & opportunum præstandum,&c,dictaq. scut. 150 à prædicto N. & alijs quibus opus fuerit, exigendum,&c. ac habuisse,&c.& recepisse confitendum,deq exacti,&c,quietandum,&c & quascunque quietantias,etiam iuramẽto vallatas diandum,&c Et generaliter, &c. Promittens, &c Releuans, &c. Super quibus, &c.

Alia ad vendendum amplissima.

AD ipsius, &c portionem seu partem cuiusdam Domus,sitę in Ciuitate N. cui ab vno sunt bona A ab alio bona B.& alio lateribus domus C saluis &c. si quis, &c. cum eius membris, & pertinen ad ipsum constituentem,spectantẽ,& pertinentem,& quam pro indiuiso habet cum DD. N. & N eius fratribus, personæ seu personis,ac pro pretio,seu pretijs reperibilibus & sibi procuratori bene visis vendendum dandum, cedendum,concedẽdum,& alienandum,iuraq.& actiones in fauorẽ emẽtium,cedẽdum,dictosq futuros emptores in locum,ius & priuilegium ipsius constituẽtis ponendum,procuratoremq seu procuratores irreuocabiles medio tactis, &c. dictos futuros emptores ad dictæ portionis seu partis domus,cum illius mẽbris,& pertinentijs prædictis vt supra vendendũ, &c.possessionem realem,actualem,et corporalem propria auctoritate,vt in rẽ propria capiendã,et apprehendendũ cõstituẽdum,et donec dicti futuri emptores, seu emptor dictæ portionis,seu partis dictæ domus, et aliorum prædictorum possessionẽ realem,et actualem apprehenderit,seu apprehenderint præcario,et ipsorum emptorum futurorum, respectiuè nominibus se tenere constituen.et recognoscen.Nec nõ quod pars,siue portio domus prædictæ ad ipsum cõstituen. vna cum membris et pertinentijs prædictis pleno iure dominij,seu quasi spectat,et pertinet,et quod nulli alteri personæ illã vendidit,dedit cessit concessit,etc.seu quomodolibet alienauit, etc. nec quicquam in præiudiciũ huiusmodi

futuræ venditionis, nec contractus venditionis, prædictæ, vt supra fien. fecit, nec factum esse apparebit, necnon de euictione dictæ partis domus, vt supra venden. vnacum iuribus præfatis, vniuersali, et particulari, in forma iuris valida, litem non inferêdo, immò suscipiendo, faciendo consentire oẽm personam in fauorem futurorum emptorem promittendum, promissionesque quascunq. & cautelas desuper necessarias, & opportunas faciendum, instrumentumq seu instrumenta, &c extende clausulam, ad obligan. constituen pretiumq. seù pretia ex dicta portione, seu parte domus, vt supra venden. à dictis futuris emptoribus, & alijs quibus opus fuerit exigendũ, &c. ac habuisse. &c. confessis quietan &c. & quascunque quietãtias, et iuramento, & alio quouis robore vallatas, dandũ, & faciendũ, & generaliter &c & promittens, etc. releuans, &c.

Alia ad interessen. examini in partibus fien.

AD ipsius, &c. Examinari super articulis, pro parte ipsius constituendis in litteris r..ssiuis, loco litterarum remissorialium per R. D. A C. decretis, inclusis coram Reuerendissimo D. Archiepiscopo Ianuen. siuè eius in spiritualibus, & temporalibus Vicario, ad instantiam ipsius Constituentis contra D. N. fiendo interessendum, testesque desuper inducen illosque iurare viden. eorumque dicta, & attestationes recipi, & admitti peten & obtinen. Testesque se examinari subiicere volentes per censuras, & pœnas Ecclesiasticas cogi, & compelli petendum, & obtinendum, processumque desuper in forma solita, & consueta fieri, & fabricari peten. illumque clausum, & sigillatum per personam confidentem ad Vrbem, & eisdem Reuerendissimo D. A. C. siue eius R P. D. Locumtenenti transferri petendum, & instandum, ac faciendum, & generaliter, &c.

Alia quando plures Procuratores constituantur coniunctim.

A. Principaliter citra, &c. Spontè, &c. constituit, &c. eius procuratores, &c. NN. & N. præsentes, &c coniunctim tamen, & vnite ita quod infrascriptis peragen. vnus eorum absque alio agere, pertractare, & procurare, seu facere nequeat; sed in omni negotio ipsius constituentis, pro..t infra continen. pertractan. omnes prædicti coniunctim interuenire habeant, & non alias, &c. præterquam in casu mortis, vel absentiæ ab Vrbe, aut alterius iusti impedimenti, alterius ex dictis procuratoribus tunc & eo casu procurator, vt præmittitur impeditus, vel discessurus ab Vrbe, cum consensu prædictorum aliorum procuratorum, seu alterius eorum, possit alium eius arbitrio procuratorem, seu procuratores substituere, cum infrascripta, vel limitata potestate. Idque vt supra intelligatur in euentum mortis, videlicet, qui superstites procuratores coniunctim, vt supra, & non alias, similiter, vt supra agere, habeant ad ipsius, &c.

Reuocatio Procuratorum.

N. Asserens se alias ad nonnullas eius lites, & causas, & alia eius negocia peragenda, & pertractanda constituisse varios, & diuersos procuratores, cum plena facultate agendi, exigendi, quietandi, & alia faciendi, & pertractandi, prout in diuersis procurationum mandatis per acta diuersorum Notariorum rogatis, plenius continetur; sponte, &c. ex certis causis animum suum mouentibus, omnes, & quoscumque procuratores per eum hactenus quomodolibet constitutos, & ab eis forsan substitutos reuocauit, & omnem facultatem eis quomodolibet concessam & attributam abstulit. Inhibens ne de cætero sub nullitatis vitio audeant, seu aliquis eorum audeat, se in eius negociis quouis modo immiscere. Protestans, &c. super quibus, &c.

Alia ad reuocandum Procuratores constitutos.

A. D. ipsius, &c. omnes, & singulos eius procuratores, hactenus per eum quomodolibet, & per quosuis Notarios cum quauis auctoritate, & facultate constitutos si ipsi procuratori videbitur, & placuerit reuocandum reuocationemque huiusmodi prædictis procuratoribus, vt supra reuocãdis, intimandum, insinuandum & notificãdum. Inhibitionesque ac protestationes desuper fieri solitas, & consuetas, necessarias & opportunas, iisdem procuratoribus reuocandis, faciendum, &c. Et generaliter, &c.

Alia ad exequendum mandatum executiuum obten.

AD ipsius, &c. mandatum executiuum nuper ab Illustriss. & Reuerendiss. & D. A. C. eius Reu. P. D. Locumtenente ad ipsius constituen. instantiam contra, & aduersus quendam N. pro scutis 50 monetæ necnon iulijs, 35. pro expensis dicti mandati

dati sub die N. mensis N. proximi præteriti per acta mei, etc. decretum, et relaxatum, Iudicibus in dicto mandato nominatis, et alijs quibus opus fuerit, præsentandum, intimandum, insinuandum, et notificãdum, illudq et omnia, et singula in eo cõtenta exequen. debitæq; executioni demandari peten. facien. et obtinen. nec pro reali, et effectuali ipsius monetæ executione, et crediti prædicti, necnon aliorum b. 80. occasiones processus desuper facti per ipsum constituentem expositorum consecutiones, omnes, et singulos actus desuper fieri solitos, et consuetos, contra dictum N. et eius bona facien. et obtinen. dictaq. scuta 50. et iulijs 33. pro dictis expen. necnon alijs 30 per dictum, D. Constituentẽ expositis ab ipso M. alijs quibus opus fuerit exigendum, etc. Extende clausulas ad exigendum in forma.

Alia ad capiendum possessionem beneficij exigen fructus, & locandum.

A Cui nuper, seu alias, vt asseruit, de parrochiali Ecclesia sub sancti Pauli inuocatione Terræ, siue loci N M. Dioc. per liberam resignationem N. tunc dictæ parrochialis Ecclesiæ Rectoris in manibus Sanctissimi Domini Nostri Papæ spõtè factam auctoritate Apostolica prouisum seu prouideri concessum extitit, prout in literis Apostolicis, desuper vt asseruit expeditis, plenius continetur; principalis, etc. citra, etc. sponté, etc. constituit, etc. eius procuratorem, etc. B absentem. etc ad ipsius, etc dictæ parrochialis Ecclesiæ, iuriumq. et pertinentiarum eiusdem, ac annexorum quorumcunque possessionẽ realem, actualem, et corporalem capiendum apprehendendum, nãciscendum, et adipiscendum, captãq et apprehensam, ac adeptam continuãdum, ac omnes, et singulos actus possessorios in similibus fieri solitos et consuetos necessarios, et opportunos, faciendum, et obseruandum, necnon quatenus opus fuerit, et si, et quatenus fieri cõsueuerit, iuxta formam, tenorem, et continentiã, dictarum literarum Apostolicarum, de obseruandis statutis, et consuetudinibus d parrochialis Ecclesiæ, ac quodcũque licitum, et honestum iuramentum in animam ipsius D. Constituentis desuper necessarium, et opportunum præstandum dictamq parrochialem Ecclesiam, illiusq; possessionem nomine ipsius Constituentis vt supra tenen. regen. et gubernan. ac in diuinis reseruan. tenerique regi, et gubernari, in diuinis inseruiri faciendum, Cappellanumque seu Cappellanos, qui dictæ parrochiali Ecclesiæ laudabiliter in diuinis inseruiant, ponen. et amouen. ponique, amoueri facien seq. Constituentem in Dominum, et patronum dictæ parrochialis Ecclesiæ à quibus opus fuerit recognosci, sibiq. de omnibus, et singulis eiusdem parrochialis Ecclesiæ fructibus, etc. Responderi petendum, et faciendum, omnesq. et singulos ipsius Ecclesiæ, terras, domos, possessiones vinea, prata nemora, siluas, et alia quæuis bona pro pretio, sine pretijs, temporeq. seu tẽporibus, annuaq. responsione, afflictu, locatione, et arrenda reperibilibus, et ipsi procuratori beneuisis, locandum dislocandum, affictandum et arrendandum, ac in afflictum, et arrendam, et locationem, dandum, et concedendum, dictosq affictus, responsiones; et arrendas ab affictuarijs, arrendatarijs, locatarijs, inquilinis pro tempore existen et alijs quibusuis personis, quibus opus fuerit exigendum, etc. extende clausulas ad exigen. in forma, vna cum clausula ad obligan. cõstituen. extensa, et generaliter, etc.

Alia ad consentiendum reseruationi pensionis.

A D ipsius, etc. Ex causis in supplicatione seu literis exprimen. et sibi bene visis, reseruationi, constitutioni, et assignationi vnius, seu plurium pẽsionu m annuarum, citra tamen centum ducatorum auri de Camera summam, et non vltra super fructibus canonicatus, et præbendæ, Ecclesiæ N. de quibus nuper ipse prouisus extitit, habita possessione, et non alias, et paghis, ac locis ipsi procuratori benè visis et desuper conuenien soluen in fauorem vnius, vel plurium personarum, et litterarum expeditioni consentiendum, et eius liberum consensum præstã. cum solitis, et consuetis clausulis, citra tamen clausulam transferendi. Necnõ pro solutione earundem pensionum, annuarum, necnon de dando cautionem bancariam, seu aliam æque idoneam, et sufficientem ad contentamentum illorum, ad quorum fauorem pensiones huiusmodi reseruatæ fuerint; ac de cautione huiusmodi seu fideiussores indemnes, etc. releuare, etc. promittendo ipsum dictum cõstituentem, et eius bona quæcunq. in forma Cameræ Apostolicæ,

cum solitis clausulis obligandum, etc. Et generaliter, etc.

Alia ad vendendum officium, & emendum alterum.

A Collector plumbi, etc ad ipsius, etc. dictum officium collectoriæ plumbi, si ipsi procuratori videbitur personæ, ac pro pretio repetibili, et ipsi procuratori bene visi, vendendum, et in illius fauorem cedendum, et renunciandum, et resignandum, et renunciationem, cessionem, et resignationem huiusmodi, admitti petendum, et obtinendum, ac supplicationi, seu litterarum expeditioni consentiendum ac pretium dicti eius officij, sic vt præfertur vendendum, petendum, exigendum, etc ac habuisse, etc. Confitendum, et de exactis, etc. Confessis quietandum, etc. Nec non quodcunque aliud officium Rō. Cur. nomine, et pro ipso constituente emendum, et illud in personam ipsius constituentis poni, cedi, et resignari petendum faciendum, et obtinendum pretio bene viso: et dictum pretium soluendum, et quietantiam recipiendum, et in eius animam iurandum, etiam de obseruandis statutis, et consuetudinibus Collegij dicti officij emendi, et alias necessarium, et opportunum iuramentum præstandum, et subeundum, eiusdemque officij emendi, fructus maturandos, et debendos à deputaris dicti officij, et alijs quibus opus fuerit petendum, exigendum, etc. et de exactus, etc. vt supra quietandum, etc. et quietantias, etc. dandum et faciendum, et iurandum. Et generaliter, etc.

Alia ad contrahendum societatem & dissidicendum.

A D ipsius, &c. Quascunque societates, cum quibusuis personis, & Officialibus Rom. Cur. & super eorum officijs toties, quotis opus fuerit facien. contrahen. & in eius pecunias immitten & impone n. & super periculo vitæ in ipsius constituentis, & aliarum personarum, sibi procuratori bene visarum paciscen. & conuenien. fructus, ac pecunias in eis imponendas illis durantibus & respectiuè finitis, & eis dissidictis petendum exigendum, &c. ac habuisse, &c confitendum, & de exactis, &c. ac habuisse, &c. & confessis quietandum, &c. & quietantias, &c. dandum, &c. Et dictas societates faciendas, & contrahendas, vti, quando, & quoties opus fuerit, & sibi videbitur dissidicendum, dissidictasq. intimandum

& notificandum, ac in actis reproducendum, & reportandum, & beneplacita in eis apposita reuocandum, iurandum, &c. Et generaliter, &c.

Alia ad exigendum facta à muliere cum decreto Iudicis.

C Oram magnifico D N. de Ciuitate N. I. V. D. Curiæ Capitolinæ secundo Collateralis Romæ, in Regione Parionis in domo solitæ habitationis D. N. super quadā sede lignea, quam pro suo iuridico, & tribunali loco elegit, & deputauit. Inmeique, &c personaliter constituta, honesta mulier A. hæres q. X vxor dicti D N. & eidem Domino Iudici exposuit, quod cum ipsa plures, & diuersas pecuniarum, rerum, & bonorum summas, quantitates, & qualitates aliasque diuersas bona tam mobilia, quam stabilia sibi a diuersis personis, quauis occasione vel causa, vti hæredi prædictæ debitas ac debendas, & debita, ac debenda petere, exigere, recuperare, leuare, & recipere, ac lites, differentias, controuersias, quæstiones & causas super illis, vel illorum aliquo, & illorum occasione, vel alias quomodolibet tam actiuè, quàm passiue, in Romana Curia motas, seu mouendas, agere, defendere, & prosequi, aliaque eius diuersa negotia gerere, pertractare, & terminare velit & intendat, & eius valdè intersit pecunias huiusmodi, aliaque bona prædicta quanto citius exigi, recipi, leuari, & recuperari, ac lites, quæstiones, differentias, & causas prædictas agi, prose qui, ac negocia prædicta pertractari, & terminari, ac se ab illis, iure medio, eximi & liberari, ac pecunias prædicta & alia bona, & in eius, & suorum hæredum, & successorum commodum, & vtilitatem conuerti. Et cum ipsa ad præmissa omnia facienda propter honestatem, & sexus fragilitatem ac legitima impedimenta, nequeat personaliter interesse interuenire, & ea facere; & propterea idoneum Procuratorem infrascriptum, qui præmissa omnia ipsius nomine, & pro ea diligentius faciat, exerceat, & totaliter exequatur, ipsamq. & ipsius iura ac bona prædicta tueatur, & totaliter defendat constituere, eligere, & deputare decreuit, considerans hoc sibi plurimum prodesse, & præmissis legum impedimentis, eiusque inhabilitate sibi obstante ad prædictam Procuratoris, seu Actoris constitutionem, & deputationem nequeat deuenire, nisi cum præsentia dicti D. Mariius

eius viri, & de aliquo idoneo Curatore, eidem A. qui in præmissis interueniat à dicto Domino Iudice prouideatur, & consilia de fide, probitate, & legalitate B. ibidem præsentis, & esse volentis: afferens eidem D. Iudici, nullos in Vrbe habere consanguineos, & affines, qui cōmodè huic actui interuenire pōssint, prout etiam cum iuramento tactis, &c affirmauit, petijt sibi in curatorem, quo ad hunc actum tantum solemniter peragendum deputari. Qui D. Iudex tandem B præsentem, & esse volentem eidem A præsenti, & potenti in Curatorem, quoad actum infrascriptorum elegit & deputauit, dicendo eidem ter, esto curator, vtilia facias, & inutilia prætermittas, ipsamq d. A. indefensam non derelinquas, & cæteras, facias, ad quæ iure teneris. Qui B. curatores deputatus promisit pro dicta D. A. vtilia facere, & inutilia prætermittere, ipsamq; indefensam non derelinquere, ac alia facere, ad quæ de iure tenetur, & pro eo ibi præsens M qui auditis, & intellectis prædictis sciens, &c volens, &c. sponte, &c. dictæ promissionis accessit, & fideiussit, quem sic fide iubentem, p æsentem, &c. idem B. indmnem, &c. releuare, &c. promisit; ita quod, &c alias, &c. De quib. &c. Pro quibus, &c obligarunt se in forma Cameræ, &c. iurarunt, &c. super quibus &c. actum, &c præsentibus, etc.

Deinde eadem A. coram dicto D. N. Iudice constituta, cum præsentia, consensu, verbo, voluntate, et auctoritate dicti N. eius viri, ac dicti B. eius Curatoris ibi præsentium, et consentiendum, eorumque et cuiusuis ipsorum consensum, pariter, et assensum præstantlum, renunciando primo, et ante omnia auxilio Senatusc. Velleian authent si qua mulier L Iul. de fund. dot. ac omnibus, et singulis aliis legibus in fauorem mulierum quomodolibet introductis et introducendis, ac statutis, et nouis reformationibus Vrbis, de quibus fuit per dictum D Iudicem certificata, et ad plenum informata, quid sint, etc. Et dixit de illis plenam habuisse, et habere notitiam sponte, etc. omnibus, etc. fecit, constituit, etc. procuratorem suum, etc extende procurat. ad exigendum, et ad lites in forma, etc. Et generaliter, etc. Promittens, etc Releuans, etc. Super quibus omnibus, et singulis præmissis, tanquam ritè, et rectè gestis prædictus D. Iudex suam, et Curiæ suæ auctoritatem pariter, et decretum interponen duxit, et interposuit; supplen. omnes defectus et qui forsan interuenerint. Super quibus, etc. Actum vbi, et præsentibus quibus supra testibus etc.

Ad transferendam pensionem.

AD ipsius, etc. annuam pensionem 100 scutorum auri in auro alias ipsi constituenti super Monasterii sancti N ordinis sancti N Diœcesis N. quod A. obtinet fructibus, etc auctoritate Apostolicam reseruatam, constitutam, et assignatam pro scut. s 50. similibus, et non vltra, dumtaxat vnam, seu plures personas, dicto procuratori bene visas, vigore facultatis et clausulæ transferen. sibi concessæ transferendum seu cassationi, extinctioni, et annullationi dictæ annuæ pensionis pro dictis scutis 50 dumtaxat, et non vltra, consentien. et eius liberum consensum præstandum, et quod in huiusmodi translatione, seu extinctione et cassatione non interuenit, interueniet, aut interuenire sperat, dolus, fraus, simoniæ labes, aut quæuis alia illicita pactio, siuè corruptela, in eis animam iurandum et cuiusuis alterius generis licitum, et honestum iuramentum præstandum. Et generaliter, etc. Promittens, etc.

Alia Communitatis Constitutio.

IN mei, etc. congregati, et coadunati, in Terra N diœcesis N. in domo, siue palatio communitatis dictæ Terræ, vbi ad similia, et alia Communitatis eiusdem Terræ negotia peragen. et pertractan. Massarii, Consiliarii, et particulares dictæ Terræ N. conuenri, conuocari, et coadunari solent, et consueuerunt omnes infrascripti citati, et vocati, vt asseruerunt, adinfrascriptum effectum fieri, pro hoc mane per publicum proclama in locis publicis, et consuetis dictæ Terræ, vt moris est, de mādato infrascriptorum Massariorum per N Castaldum, siue Baiulum publicum dicti loci, vt dixerunt factum, videlicet A. A. et A Massarii dictæ Terræ, A B. et b. Consiliarii electi, et assumpti consilium nuncupatum, delli otto repræsentantes et vltraduas partes dicti Consilii exceden. nec non C. C. et C. particulares personæ, et homines dictæ Terræ N. totam Communitatem d. Terræ repræsentantes, asserentes se esse maiorem, et saniorem partem eiusdem Communitatis, vltra duas partes hominū et particularium dictæ Terræ exceden. nomine totius præfatæ communitatis, cum

præsentia, assistentia, et auctoritate N. Vicarii de Terræ N. subrogati, vt asseruerunt, per M. Vicarium d. Terræ, pro Illustriss. et Excellentiss. D. N. Domino, et patrono d. Terræ, Electus, et deputatus, et sic eiusdem loci Iudicis ordinarii præsentis assistentis, etc. citra, etc. sponte, etc. constituerunt, etc. d. Communitatis Procuratores, etc. N. N. extende procuram quam volueris. Et generaliter, etc. Promittens, etc. Releuantes, etc. Super quibus, etc. præfatus tanquam ritè, rectè, et legitimæ factis; prædictus, D. Vicarius, vt supra subrogatus, super quodam banco ligneo in dicta domo existen. pro tribunali, quem locum, et quã sedem pro suis Idoneis, et iuridicis, quo ad supradicta, et infrascripta peragenda, loco et tribunali elegit, et deputauit, sedente causa cognita suam, et communis dicto loci auctoritatem, pariter et decretum interponen duxit, et interposuit, supplendo, etc. Super quibus, etc. præsentibus.

Ad vendendum pro muliere, cum decreto Iudicis.

Coram magnifico, etc. constituta A. relicta q B et eidem D. Iudici, sic vt supra seden exposuit, se habere nonnulla debita hic in Vrbe, et illa fecisse, pro eius viro, ac filiorũ suorũ sustẽtatione et alimentis, et tempus eorum solutionem aduenire, et non habere aliunde modum, vt dicta debite soluat nisi, aliqua ex suis bonis forsan dotalibus quæ in Ciuitate, et districto. P. habet alicui personæ pignori, seu alias tradat, et consignet, ob id faciendum, constituere velle aliquem procuratorem, qui prædicta facere possit, et valeat et ad id deuenire nequeat obstan. legibus, etc. Ideo, etc.

Alia capiendum possessionem domus.

Ad ipsius, etc. possessionem actualem, realem, et corporalem, domus, sibi per q. N. suum virum in vltimo per eum condito testamento, relictæ intrandum, apprehendendum, adipiscendũ, continuandum, et defendendum, in eam intrandum, et per eam deambulandum, portas, et cancella illius aperien. et claudendum, et per inquilinum, et habitatorem, seu habitatores, ipsam d. Constituen. in patronam eiusdem domus, et pertinentiarum suarum recognosci petendum, et faciendum, et quod ipsi patronæ respondeant de pensionibus, et affictibus, et omnes, et singulos actus, circa id fieri, et seruari necessarios, et opportunos seruandum, et protestandum, quod per suum ab inde recessum non intendit dimittere, et relaxare possessionem prædictam, sed animo, et corpore eam conseruare, et generaliter, etc.

Ad gubernandum castrum.

Ad ipsius, etc. Castrum A pro parte pertinen. ad ipsum, nec non Castrum B. et alia quæcumque Castra, et Oppida, seu loca, quæ habet, et ad suum dominium temporalle, et iurisdictionem pertinent, regend et gubernandum, et administran. et per Vicarios, officiales, agentes; et ministros necessarios, pro vt opus fuerit, regi, gubernari, et administrari faciendum, in omnibus, et singulis suis necessariis, et opportunis ad regimen, gubernationem, et administrationem eorumdem requisitis, cum plena, et libera administratione, merumque, et mixtum imperium, ad superioritatem in eis exercen. Vassallis, et incolis oppidorum, castrorum, et locorum huiusmodi, et aliis contra eosdem, et è contra ius, et iustitiam, in ciuilibus, et criminalibus, et mixtis causis eorumdem, ministran. easdemque causas audiendum, cognoscendum, et fine debito terminandum etiam manu regia, summariè, simpliciter, et de plano, sine strepitu, et figura iudicii, et nullo iuris ordine seruato, condemnandumque, et absoluendum, puniendum, et mulctandum prout iuris, fuerit, et qualitas facti exiget, et requiret; pœnas per dictos Vassallos, et incolas, ac etiam alias quascumque vtriusque sexus personas, ex quauis causa, et occasione, seu crimine tam hactenus incursas, quam forte incurren. intra statum, et iurisdictionem, Illust. d. Constituen. quantumcumque graues, et grauissimas, pro quanto se extendit auctoritas, imperium, et iurisdictio ipsius Ill. D. Constituentis, debitæ extentioni demandan. et demandari facien. et quascumque etiam sententias, tam ciuiles, quam criminales; seu etiam mixtas, tam latas, quam ferendas. Item etiam huiusmodi pœnas taxan. moderan. gratian. et donan. ac etiam remittendum, in totum, vel in partem pro arbitrio dicti Procuratoris, et toties, quoties ei bene videbitur, et placebit, et cum potestate substituendi, Et generaliter omnia alia, et singula faciendum, dicendum, exercen. et administran. quæ fuerint necessaria, et odportuna ad regimen, gubernium, et administrationem

sionem prædictam, & quæ ipsemet illu. D. Constituens faceret, & facere posset; si præsens, & personaliter adesset, etiam si essent satis maiora, supra expressis, & denique cum omni plenitudine potestatis, quam dare potest idem Constituens, nulla prorsus excepta. Promittens, &c. Releuans &c.

Ad permutandum Castrum.

AD ipsius, &c. permutandum, & excambiandum, & titulo permutationis cum quo, & quibus videbitur dicto suo procuratori, vnum, duo, & etiam plura coniunctim, vel diuisim, Castrum, & Castra, seu Oppida ipsius Illustr. D. Constituentis, vel partem suam quam habet in vno eorum, cum vno alio, vel duobus, aut tribus aliis, nec non tenutam, & tenutas aliqua, ac res, & bona quæuis alia ipsius Constituen. cum quibusuis aliis, æqualibus, vel non æqualibus, minoribus, vel maioribus rebus, & bonis, vel tenutis modo, & forma, pariter beneuisis.

Ad videndum computa & solidan.

AD ipsius, &c. a quibuscumque suis ministris, & negociorum suorum gestoribus, de negocijs gestis, & administratis nunc in futurum semel; & pluries computa, & rationes videndum; et reuidendum, videri; & reuidere faciendum, super illis calculandum, et saldandum, et calculari, & saldari quoque per peritos calculatores & alios, quos videbitur pariter faciendum: computaque, & calcula huiusmodi approbandum, vel reprobandum, prout sibi iustum esse videbitur, solidationes computorum huiusmodi, etiam factas per ipsum D Constituentem; si videtur etiam reuidendum illas comprobandum, & emologandum, vel impugnandum, prout pariter iustum esse videbitur. Nec non reuidendum, & reuideri faciendum computa magnifici D N. sui Auditoris, & Agentis, super omnibus, & singulis, negociis gestis, exactionibus, & solutionibus respectiue factis per eundem pro ipso D Constituente, et eius nomen, & cum eo desuper calculandum, & saldandum a die alterius calculi, & saldi facti inter eos, vsque in præsentem diem, & etiam vsque in diem, quo fiet calculus, & saldum prædictum, & si quid remanserit soluendum per eundem recipiendum, illud habendum, & confitendum habuisse & si quid & esset soluendum seu bonum faciendum, de quibus non posset satisfieri ex exactis, soluendum, & satisfaciendum, quod ei videbitur, & quietantes finales, liberationes, et absolutiones fieri, desuper necessarias & opportunas faciendum, dandum, et concedendum, ac recipiendum respectiue, cum clausulis, opportunis, & pacto expresso de vlterius non petendo, etiamq. per Aquilianam stipulationem præcedentem, & acceptilatio, nem subsequentem.

Ad diuidendum.

AD ipsius, etc: omnia eius bona, tam mobilia, et se mouentia, quam stabilia, resque domos, et animalia, et omnia creditorum, ac etiam debita quæcumque tam in Vrbe, quam extra, et alibi, vbicumque existentia, ac sita, et sitas cuiuscumque generis, vel speciei, aut qualitatis fuerint, et quæ, et quas quouis iure, et titulo, et quomodocumque, et qualitercumque, sub quouis nomine noncupata, et nuncupatus, habet, et possidet pro indiuisis, et in communione cum N et aliis, quibuscumque personis, cum dicto N. et aliis; quibus opus fuerit diuidendum, et diuisiones quascumque desuper necessarias, et opportunas faciendum, pactis, modis, et formis, capitulis, conditionibus, et conuentionibus bene visis, et desuper conueniendis, et portionem, sibi assignandum recognoscendum, et illius possessionem actualem, realem, et corporalem, si opus fuerit apprehendendum, adipiscendum, continuandum, et defendendum: quoscumque actus circa id fieri et seruari necessarios, et opportunos seruandum. Et pro obseruatione, etc. Instrumentaque, etc. iurandum, etc. Et generaliter, etc. cum amplo, pleno, libero, generali, et speciali mandato, et plena, ampla, libera, et omnimoda administratione, omnique plenitudine potestatis, non solum ad præmissa, sed etiam ad omnia alia eius negotia, etiam præmissis satis maiora, ac etiã importantissima, quæ quotidie occurere possunt. Itaque quicquid per dictum Procuratorem suum supra constitutum actũ, dictum, factum, gestum, procuratum, pertractatum, agitatum, et negociatum, eius nomine, et pro eo quomodolibet fuerit, in præsenti procuratoris mandato censeatur, et sit omnino comprehensum, ac si de eis specialis; et expressa mentio facta foret. Promittens, etc Releuans, etc. Consentiens, etc. De singulis clausulis, et par-

titis

titis mandatorum prædictorum possint dari vnum, vel plura instrumenta etiam non facta mentione de alijs, ad omnem postulationem dicti Procuratoris, semel, & pluries, pro arbitrio dicti Procuratori, super quibus, &c.

Ad tenendum filium ad baptisma.

AD ipsius, &c. filium, seu filiam è Domina A. vxorem D. B. de proximo, Deo dante, nasciturum, seu nascituram, ad sacrum Baptismatis fontem suis in manibus tenendum, eumque vel eam in eodem fonte lauandum, & lauari petendum, & obtinendum omniaque dicendum, & agendum, quæ in huiusmodi celebritate à compatribus, & vinculo infantium lauandorum colligandis, fieri est consuetum aliaq: promittendum, quæ circa præmissa promittēda sunt. Et generaliter, &c. Promittentes, &c. Releuans, &c.

Forma procuræ ad baptizandum.

MAgnificus, & excellens D Angelus Victorius Ciuis Balneoregiēsis Phy. sicus Roman. Cur. sequens, cui nuper (vt asseruit) significatum fuit, quòd Dominus Franciscus Pomus Ciuis Balneoregiensis vellet eius filiorum, quo proximè actus est, ad sacrum Baptismatis fontem eius nomine admoueri. non valens (alijs hic Romæ curis præpeditus) huiusmodi celebritati personaliter interesse. Ideò spōte, &c. omni meliori modo, &c. Constituit eius nuncium specialem magnificum D. N. absentem, &c. ad ipsius magnifici D. A. nomen, & pro eo, ac eius parte dicti Domini Francisci, & Dominæ Lucretiæ de Monaldis eius vxoris nuperrimè editum filium (qui laudatus ad sacro baptismatis lauacro) fonti admouendum, & retinendum, dictumq. filiolum per parrochum baptizari, & sacrosanctæ Christianæ Religioni, iuxta ritum Sanctæ Romanę Ecclesiæ, initari humiliter petendum, & obtinendum, eiusq. in hac parte vicesgerendum, aliaq. faciendum, & dicendum, quæ fieri, & dici consueuerunt in huiusmodi spirituali cognatione, illiusque celebritate ac his, qui compatrum nomine, atque vinculo colligandi sunt, cum infantium lauandorum parentibus, & quæ ipsemet A. facere, & facere posset, si promissis in omnib. personaliter interesset, etiam si talia forent, quæ mandatum exigerent magis speciale, quam præsentibus est expressum, Promittens; &c. Super quibus, &c.

Nota, quod licet cognatio spiritualis nō possit contrahi per Procuratorem, vt per gloss. in institutionibus post titulum de gradib cognat. in declaratione materię cognationis spiritualis in fine 4. colum. vnde ibi versus.

Procurator habet nodos vincere iugales non tamen hos nexus domino dat spirituales. Potest tamen contrahi per nuncium, vt per Aret. in § multis sub n, 8. circa fin. instit qui, & ex quibus causis manumittere non possunt. Ideo non ab re visum fuit hic alteram præscriptam formulam scribere conceptam, vt in ea videre est, in personā nuncii, tanquam magis iuri dispositioni adhærentem, & id quod supra diximus de cognatione spirituali idem erit dicendum de manumissione, vt per eundem, Aret. ibi.

Ad vendenda loca Montium.

AD ipsius, &c. dicta loca Montis farinæ cum omnibus, & singulis eorum fructibus redditibus, prouentibus, emolumentis, commodis, obuentionibus, gratijs, priuilegijs: honoribus, immunitatibus, prærogatiuis, & aliis suis ab Instituto innatis, & inditis D. N.; ad rationem pretii seu. N. in singulum quemque locum, seu creditum huiusmodi, vendendum, cedēdum, concedendum, resignandum, & alienandum; ac propterea omnia, & singula ipsius constituentis iura, actiones, rationes, & competitiones dicto emptori transferen. & illi renunciandum fauorem dicti emptoris, ponendum & constituendum, &c. in huiusmodi iuribus, & actionibus cessis, & translatis vtendum, experiendum contra quocumque in iudicio, & extra, ac consentiendum extensioni expunctioni, demptioni, delationi, & amotioni ipsius, ac nominis tituli, & personæ eius è numero, consortio, & catalogo dicti Montis, & eius Montistarum & dandum licentiam emptori, faciendum se admitti recipi, aggregari, inferri, & immitti in numerum, & consortium aliorum Montistarum dicti Montis, & inscribi, intitulari, & notari in catalogo, ac resignandum, consignandū, & tradendum emptori eius literas, patentes, & alia monumenta, & documenta desuper solita fieri, & tradi ac quarumuis aliarum desuper necessarium, confectioni expeditioni, & traditioni consentiendum, ac promittendum de eis, &c.

Alia ad lites, & negocia.

ASponte, &c. citra, &c. omnibus, &c. Constituit, &c. fecit Procuratores suos

suos eximium Ill. Doctorem Bernardinum Callimacum à Corneto,& C.absentes tanquam præsentes,& quemlibet ipsorum in solidum , ita tamen , quod non fit melior conditio primitus , occupantis , sed vbi vnus dimittet , alter possit assumere ; ad ipsius D constituentis nomen , & pro eo, & eis parte omne , & pro eo , & eius parte omnes , & quascumque eius lites , causas , quæstiones, & differentias , ciuiles , & criminales, meras & mixtas, beneficiales , & personas quas habet , & habiturus est cum aliquo , seu aliquibus , coram quocumque iudice , tam ecclesiastico, quam seculari , auditore , vel delegato , ordinario, vel subdelegato , super quibuscumque rebus , & negotijs ipsius D. constituentis ; comparendum , agendum , & pertractandum , defendendum , excipiendum , & replicandum, litem contestandum , terminos , & dilationes petendum , & recipiendum,iuramentum calumniæ,& cuiuscumque alterius generis præstandum , ponendum,iuramentum calumniæ, & cuiuscumque alterius generis præstandum , ponendum , & articulandum , ponique , & articulari videndum , testes etiam , & iuramenta producendum , & alterius partis testes , & probationes , & iuramenta videndum,& eos , vel ea reprobandum iudices , eligendum,& appellationes prosequendũ . Item ad petendum, exigendum , recipiendum habendum,ac habuisse confitendum, omne id , & quicquid ipsi A. ex quacumque causa , vel contractu ab aliquo debetur ; & tam de habitis , & receptis , quam habuisse confessis debitores , & alios , quos opus fuerit quietandum , liberandum penitus , & absoluendum , & quacumque quietantias finales , & refutationem , cum clausulis , & cautelis opportunis faciendum , debitores soluere recusantes , seu differentes ad soluendum , & satisfaciendum , omnibus iuris , & facti remedijs opportunis cogendum , & compellendum, ac ipsos si opus fuerit, suspectos habendum & iurandum , ac cogi compelli , capi carcerari,bonaque ipsorum tolli , subhastari deliberari , seu insolutum sibi tradi , & ad iudicari,petendum,faciendum, & obtinendum , vsque ad integram debiti satisfactionem,quia consecuta eorundem debitorum liberatione , & quorumcumque contractuum , desuper apparentium , cassationi consentiendum, & quoscumque consensus , de super opportunos vbi , quando , & quoties opus fuerit ; præstant iura , & actiones in fauorem soluentium credendum & transferendum, cum clausulis solitis , & consuetis : nec non ad paciscendum , componendum, transigendum , & in integrum restitutionem petendum , compromittendum, laudum,& arbitrium audiendum,& prosequendum , & emologandum ; & ad crimina,& defectus opponendum , & proponendum . Item ad contrahendum debita , & ad constituendum sibi alios debitores,& ad venditiones, emptiones, & locationes , & cuiuscumque generis contractus,faciendos , se ineundos , cum , & sub illis pactis conditionibus , pęnis , vinculis iuram. et hypotecis,ac clausulis , per notarios apponi solitis , & consuetis . Et pro obseruatione omnium,& singulorum prædictos Procuratores , & eorum quemlibet promittendorum , ipsum D. constituentem, & eius hæredes , & successores ac bona sua, & suorum quæcumq. etiam in ampliori forma Cameræ Apostolicæ obligandum, & hypotecandum , & generaliter ad omnia , & singula ipsius D. constituentis negotia tractanda , & gerenda , & ad omnia, & singula facienda , quæ circa prædicta , vel aliquod prædictorum : vel etiam quæcumque alia , quæ, & ipsis videbuntur vtilia , & quæ per quemlibet procuratorem verum & legitimum possent aliquo modo procurari . Dans eis , & eorum cuilibet plenam , & liberam potestatem , & administrationem omnium bonorum suorum , ac generale , et speciale mandatum prædicta omnia , et singula faciendi , super præmissis , quemlibet eorum , vnum vel plures procuratorem , seu procuratores, loco ipsorum substituendi cum simili, vel limitata potestate , et generaliter , etc. promittens , etc. releuans,etc. super quibus etc. Actum,etc.

Alia ad accipiendum pecunias à mercatoribus , & concordan. de Annatis cum Reuerend. Camera Apostolica.

IN Dei nomine Amen , et Ven. D Antonius sponte , etc. circa , etc. fecit , et constituit procuratorem suum D. Iacobum,etc absentem, tamquam præsentem , solum , et insolidum , ad ipsius D. constituentis nomen , et pro eo , et eius parte à quibuscunque Romanæ Curiæ mercatoribus sumendum,recipiendum,habendum , ac habuisse confitendum , vsque ad summam

mam scutorum mille auri in auro, boni, & iusti ponderis, pro expeditione literarum Apostolicarum, super prouisione sibi facienda de Abbatia talis Monasterij & tam de habitis, & receptis quam habuisse confessis dictos mercatores, & alios quos opus fuerit quietandum, liberandum penitus, & absoluendum, & quascumque quietantias desuper opportunas, cum clausulis, & cautelis, ac etiam vinculo iuramenti roboratum faciendum, necnon comparendum coram Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino N. Papæ generalis Thesaurario, necnon Reuerendissimis Dominis Cameræ Apostolicæ Clericis, & cum eis, & alijs, quibus opus fuerit concordandum. pro quibuscumque annatis, siue medijs fructibus, occasione dictæ Abbatię eidem Reuerendæ Cameræ Apostolicæ persoluendis, seu solui solitis, & consuetis, pro quarum solutione facienda terminum competentem sibi præfigi, statui, & assignari petendum, & obtinendum, & iuxta terminum sibi statuendum, & assignandum eidem Reuerendæ Cameræ Apostolicæ, ac in manibus illius Depositarij soluere, & exbursare promittendum, & pro illarum solutione, ac omnium, & quorumcumq; per dictum Procuratorem promittendorum constituentem eiusq; hęredes, & successores, ac bona sua, & illorum quęcunque in ampliori forma Reuerendæ Camerę Apostolicæ, cum clausulis solitis, & consuetis obligandum, & hypothecandum ac quodcunque instrumentum, seu instrumenta, per quosuis Reuerendę Cameræ Apostolicę Notarios, & alios, quos opus fuerit, cum & sub illis clausulis, promissionibus, & cautelis, pœnis, vinculis, & hypothecis, ac iuramentis desuper opportunis, ac de more, stylo, & consuetudine Notariorum dictæ Reuerendæ Cameræ Apostolicæ extendi solitis, & consuetis, fieri, cogari, & stipulari faciendum. Et generaliter, &c. Promittens, &c. Releuans, &c. Super quibus, &c. Actum, &c. Præsentibus testibus, &c.

Alia ad faciendum partes & diuisionem bonorum.

IN Dei nomen amen, &c. Petrus, &c. Sponte, &c. constituit Procuratorem suum D. Fràciscum absentem, &c. Ad Ipsius D. constituentis nomen, & pro eo, & eius partes diuidendum, seu fieri faciendum eum Iacobo, & Laurentio suis ipsiusque D. Constituentis Germanis Fratribus vel alio seu alijs, quibus opus fuerit, de quibuscunque eorum communibus bonis tam mobilibus, quam immobilibus, & se mouentibus, iuribus, creditis, ad nominibus debitorum, vbicumque dicta bona erunt, & inueniri poterunt, & sub quibuscunque cohærentijs, & confinibus terminentur, quæcunque. quotcunque, & qualiacumque sint, quæ omnia & singula, hic pro expressis, & sufficienter specificatis haberi voluit, & vult, etiam si talia forent, de quibus opporteret fieri mentio specialis; & ad acceptandum, & recipiendum in, et pro parte ipsius Constituentis, quæcunque ex ipsis bonis, rebus, & iuribus, vt supra terminandis, & diuidendis, siue sorte iudicio, vel aliter eidem Domino Constituenti euenerint, in ipsis diuisionibus faciẽdis cum ipsis suis fratribus; & ad dimittendum, & relaxandum eisdem fratribus suis, & vtique eorum; vel cuicumque alteri stipulaturo, ac recepturo pro eis, vel altero ex his quæcumque bona, res, & iura, ac credita, & nomina debitorum, & ex ipsis bonis diuidendis vt supra in, & pro sua parte prouentura, & ad cedendum, & transferendum ac mandandum eisdẽ suis fratribus, & vtriq; eorum, & in eos, & vtrumque eorum omnia ipsis constituentis iura, & actiones reales, & personales, vtiles, & directas, ac mixtas: & in rem scriptas eidem Constituenti competentes, & competitura in prædictis dimittendis, & relaxandis bonis eisdem fratribus suis, & eorum occasione; & ad constituendum ipsos & a res suos, & vtramq; eorum Procuratorem tanquam in rem suam, & ad ponendum ipsos, & vtrumq. eorum in locum, & ius ipsius Constituentis pro dictis rebus, bonis, & iuribus dictis suis fratribus & vtrique eorum in partem prouenturis; & ad dandum, & cõcedendum eisdem fratribus suis, seu cuicumq; alij stipulaturo, & recepturo pro eis, vel altero ex eis licentiã facultatem, & auctoritatem intrandi, etiã propria auctoritate, quæcũq bona, & res & iura eisdem, et vtriq. eorum prouentura in et pro eorum parte, seu partibus ex bonis, rebus, et iuribus, vt supra diuidendis, illorumq. tenutam, et corporalẽ possessionem, et ad constituendum se, interim prædicta bona, res, et iura eisdem prouentura, vt supra, pro ipsis fratribus suis, et eius nomine

vt supra pro ipsis fratribus suis, & eius nomine possidere, vel quasi Et ad promittendum eisdem fratribus, de eorumdem bonorum euictione generali, & particolari, siue in totum, siue in partem euincantur, & siue in petitorio. siue in possessorio, aut in petitorio tantum aut in possessorio tantum, & teneri volendum, etiam quod euictio sequatur per incuriam Iudicis, vel iniustitiam, ac aliter quomodolibet, & qualitercumque sequatur euictio, & quascunq. alias promissiones, & obligationes cum, & sub illis pactis, clausulis, capitulis, et cautelis, ac pœnis, vinculis, et hypothecis, ac eisdem modo, et forma eidem procuratori beneuisis, faciendum, et pro obseruatione omnium, et singulorum per dictum procurat rē, nomine ipsius D. constituentis, promittendorum ipsum D. constituentem, eiusque hæredes, et successores, ac bona sua, et suorum quæcumq. præsentia, et futura, in ampliori forma Cameræ Apostolicæ, et alia quauis valida forma, ad fauorem dictorum fratrū vel alterius eorum, ac suorum hæredum, et successorum obligandum, et hypothecādum, et quodcumque iuramentum, seu iuramenta in animam ipsius D. constituentis præstandum, et subeundum; et instrumentum, seu instrumenta quæcumque per quouis notarios fieri, rogari, et stipulari petendum, et faciendum; cum clausulis opportunis, ac de more, stilo, et consuetudine loci, et notariorum, vbi scilicet instrumenta celebrari contingat, extendi, et apponi solitis, et consuetis, et generaliter, prout ltens, etc. Releuans, etc. super quibus, etc. Actum, etc.

Alia ad consentiendū adoptioni filij cōstituētis

IN Dei nomine Amen, etc. Antonius, et Angela coniuges informati, vt asseruerunt à Paulo, et Ioanna, etc coniugibus, qui eisdem DD Constituentibus pluries exposuerunt, quod dicti coniuges volunt, et intendunt adoptare, et in filia adoptiuam primi gradus suscipere, et in eorum stirpē fœmininam M. ipsorum coniugum constituētium filiam, et nepotem ipsorum Pauli, et Ioannæ, et ipsam M in filiam in eorum filiatione, ac stirpe fœminina, et legitima, ac paterna potestate, ac administratione, ac iungere iuria naturalia cum ciuilibus, per modum, quod de cætero habeatur, et censeatur filia primi gradus, legitima, et naturalis: et de stirpe fœminina ipsorum Pauli, et Ioannæ, ita vt cætero, tamquam talis valeat, succedere ex testamento, et ab intestato, aut aliter quomodocumque, et quod prædicta intendunt facere dicti Paolus, et Ioanna, cum auctoritate, et consensu dictorum Antonij, et Ang. parentum dictæ M. necnon cum decreto, et auctoritate cuiuscumque Iudicis, ad id iurisdictionem habentis: intendentes, et volentes ipsi constituentes eis, illorumque petitioni, et desiderio annuere; spontè, etc omnibus melioribus, etc dederunt, et liberè concesserunt licentiam dictæ M. eorum filiæ, licet absenti tamquam præsenti me notario præsente N pro ipsa M. legitimè stipulante, etc. vt eo possit, et valeat, ac permittat, se adoptari a prædictis Paulo, et Ioanna, et vtroque eorum, in eorum, et cuiusque eorum filiam legitimam, et naturalem primi gradus, et in stirpem fœmininam et legitimam, et pro maiori promissorum roboris firmitate, cum dictæ adoptioni faciendæ, personaliter interesse non valeant, sponte, etc. cum decreto, et auctoritate magnifici D. . . . Iudicis pro tribunali sedentis fecerunt, et constituerunt procuratores suos A. et B absentes tamquam præsentes, et quelibet eorum insolidum ad ipsorum DD. constituentium nomina et pro eis et eorum parte comparendum coram quacumque Iudice, ad id potestatem habente, et alio quo opus fuerit, et dictæ adoptioni M eorum filiæ, vt supra faciendæ libere consentiendum; ac eorum liberum consensum pariter et assensum præstandum, in tantum quod supradicta adoptio valide fiat, et fieri possit, et valeat, sub prædictis modo, et forma, et sub aliis quibuscumque clausulis, prout eisdem procuratoribus, et eorum cuilibet videbitur, et placuerit in filiam primi gradus dictorum Pauli, et Ioannæ, et in eorum stirpem fœmininam, et in patriam potestatem, et omnimodam subiectionem, et adliberandum, et absoluendum ipsam M. à patria potestate, ita vt de cætero transeat ad liberam potestatem dictorum Pauli, et Ioannæ, et adiungēdum iura naturalia cum ciuilibus, et legitimis, et hæc omnia faciendum, cum omnibus clausulis, solemnitatibus, renunciationibus, promissionibus, pœnis, vinculis, et hypothecis, aut iuramentis, ac modis, et formis eisdem procuratoribus, vel alteri ipsorum bene visis, et tam de iure, quam consuetudine necessariis, et opportunis. Dentes, et concedentes ipsis Procurato-

rato·

ratoribus,& cuilibet eorum insolidum plenum,liberum, & generale mandatum, ad plenam liberam,& generalem administrationem circa præmissa, & ab eis dependentia. Et pro obseruatione omnium,& singulorum per eosdem procuratores, vel eorum alterum nomine ipsorum constituen. promittendorum ipsos Dominos Constituentes,suosque hæredes, & successores ac bona sua, & suorum quæcumque præsentia & futura,etiam in ampliori forma Cameræ Apostolicæ, & alia quauis iura forma obligandum,& hypothecãdum, iurandumque,&c. quæcumque instrumenta desuper opportuna per quosuis Notarios fieri,& postulari petendum, & faciendum, cum clausulis solitis,& consuetis. Et generaliter,&c. Promittentes, &c. Releuantes,&c. & prædicta D. Angela cum præsentia,& consensu prædicti Antonij eius viri ibidem præsentis, et consentientis, ac cum decreto, & auctoritate supradicti Domini Iudicis, vt supra pro tribunali sedentis cum iuramento quod tactis in mei Notarij manibus præstitit, renunciauit beneficio Senatuscons. Velleian.authenth.si qua mulier l.Iul.de fund. dotal. beneficio restitut. in integr. omnibusque alijs legibus, & legum auxil.js in fauorem mulierum quomodolibet introductis, de quibus omnibus, illorumque importantia ipsa Angela fuit ad plenum per eundem Iudicem certificata. Super quibus omnibus, & singuli præmissis tanquam rite, & legitimæ factis idem Dominus Iudex vt supra pro tribunali sedens, causa cognita suum, & dictæ suæ Curiæ decretum, & auctoritatem interposuit. Suppletis,&c.Super quibus, &c. Actum, &c. Testibus, &c.

Alia facta per Patrem, ad petendum legitimari filiorum.

IN Dei nomine Amen, &c. Ioannes &c. Sponte, &c. Fecit, & constituit procuratorem suum Dominum Franciscum absentem, tanquam præsentem, solum, & insolidum ad ipsius D. Constituentis nomen, & pro eo, & eius parte comparendum, & se personaliter præsentandum coram spectabili viro N. Comite palatino, & habente potestatem ab Imperiali Maiestate legitimandi naturales, & quoscumque alios ex damnato coitu procreato, vigore concessionis super inde sibi factæ,& eidem Comiti exponendum, quod cum ipse Ioannes licet tandiu vxoratus, & coniugatus cum dicta Antonia, &c. eius legitima vxore, nullosque susceperit filios, & constante matrimonio,ipse Ioannes coiuerit cum quidam fœmina tunc soluta,ex qua genuit, & procreauit P. ipsius Ioannes filium, & petendum, & requirendum à præfato D.Comite quatenus ex benigna clementia dignetur, ipsum P. auctoritate sibi concessa de spetialis dono gratiæ, super defectu naturalium eidem Petro de legitimationis remedio prouidere, & causa cognita, & cum debitis iuris solemnitatibus ipsum Petrum,seu quemcumque pro eo stipulaturum, & ad legitima iura reducere,& restituere, & super inde maculam prolis illicitę aboleri,ita quod ipse Petrus tanquam legitimus,& de legitimo matrimonio procreatus censeatur, & habeatur, & ipsius parentibus in quibuscũque eorum bonis tam proprijs, quam feudalibus,ac agnatis, cognatis in quacumque gradu succedere valeat, & eisdem agnatus, & cognatus efficiatur, & ad gradus,& successione ex testamento, & ab intestato dignitates, iura honores, & officia reducatur, & restituatur, & maculam geniture abolendo. & in præmissis, quocumque ex eis suam valeat assequi actionem obiectione illicitæ prolis penitus quiescente & quæcumque alias requisita circa dictam Petri legitimationem faciẽdum, ac fieri ab eodem Comite petendum, faciendum, & obtinendum,& quæcumque instrumenta, seu literas desuper opportunas in forma debita, ac solita, & consueta, ac cum illis clausulis tam de iure, quam consuetudine opportunis, fieri faciendum, & obitendum & generaliter, &c. Promittens, &c. Releuans, &c. Super quibus, &c Actum, &c. Testibus, &c.

Alia facta per filium ad petendum se legitimari.

IN Dei nomine Amen, &c. Petrus filius naturalis D. Ioannis ibidem præsentis, & eidem filio suo infrascriptis omnibus, & singulis expresse consentientis, & parabolam dantis, Sponte, &c. Fecit, & constituit procuratorem suum D. N. specialiter, & expresse, ad eiusdem D. Constituentis nomen, & pro eo, & eius parte comparendum, & se personaliter præsentandum, vna cum dicto Domino Ioanne eius patre, seu quocumque eius legitimo procuratore, coram spectabili N. &c. Comite Palatino habentem plenariam potestatem naturales filios, & quoscumque ex damnato

nato coitu natos legitimandi, vigore induci sibi, & suis antecessoribus, concessi à Cæsarea Maiestate, & coram eo explicandum & exponendum, vna cum dicto Ioanne eius patre, seu eius procuratore, quod cum ipse Ioannes pater sobole legitima careret coitum habuit cum quadam fœmina tunc soluta, & ex ea procreauit ipsum constituentem, & ab eo petendum, & impetrandum, quod præfatus Comes eis Imperiali auctoritate sibi concessa, de specialis gratiæ dono dignetur super defectu natalium eidē Petro de legitimationis remedio prouidere, & ipsum ad legitima iura reducere, & restituere causa cognita, & cum debitis iuris solemnitatibus, & superinde maculam geniture abolere, ita quod ipse cōstituens tanquam legitimas, & de legitimo matrimonio procreatus censeatur, & habeatur, & parentibus in quibuscunque eorum bonis, agnatis, & cognatis in quocumque gradu succedere valeat, & eisdem agnatus, & cognatus efficiatur, & ad gradus, & successiones ex testamento, & ab intestato dignitates iura, & honores, ac officia restituatur, & reducatur maculam geniture abolendi, & omnia, et quæcumque alia requisita circa dictam legitimationem faciendam Dans, & concedens eidem suo procuratori, liberum, et generale mandatum, in præmissis, et citra præmissa opportunum Et generaliter, etc. promittens, etc. releuans, etc super quibus, etc. actum, etc. præsentibus, etc. testibus, etc.

Alia ad recipiendum litteras cambij, & missiuas, illasque aperiendi.

IN nomine Domini amen, etc. venerit D. A. sponte, etc. Fecit, et constituit procuratorem suum B. absentem tamquam præsentem solum, et insolidum, specialiter et expresse ad ipsius D Constituentis nomen, et pro eo, et eius parte quascumque litteras missiuas cambij, seu crediti, et alia quæcumque iura, instrumenta, et monimēta eidem D constituentis à quibusuis personis et mercatoribus, in quibuscunq: mundi partibus commorantibus, directas, et transmissas, siue dirigendas, et transmittēdas, recipiendum, et aperiendum et quascumque pecuniarum summas, et quantitates in eisdem litteris missiuis, cambij, aut crediti contentas à quibusuis illarum debitoribus, et soluere illas debentibus, petendum, exigendum, recipiendum, et recuperandum, habendumque ac habuisse, et recepisse confitendum, et tam de habitis et receptis, quam habuisse confessis, soluentes, et alios, quos opus fuerit, quietandum liberandum, pænitus, et absoluendum, et quascumque etiam duplicatas quietantias desuper opportunas faciendum, et subscribendum, etiam cum pacto de rem semel habitam vlterius non petendo, et aliis clausulis, et cautelis necessariis, et opportunis eidem D. procuratori bene visis iurandumque, etc. generaliter, etc. promittens, etc. releuans, etc. super quibus, etc. actum, etc. testibus etc.

Alia ad impetrandam litteras Apostolicas, & petendum fulminari processus.

IN Dei nomine amen, etc. vener. D. I. sponte, etc. Fecit et constituit procuratorem suum D. N absentem tamquam præsentem, etc. ad ipsius D. Constituentis nomen, et pro eo, et eius parte specialiter, et expresse comparendum, et se personaliter præsentandum in Romana Curia audientia publica litterarum, contra dictarum sanctissimi Domini Nostri Papæ Datario, et alibi vbi, et coram quo opus fuerit contra quascumque personas, tam Ecclesiasticas, quam seculares, et Regulares, litterasque Apostolicas, tam ad gratiam, quàm iustitiam concernentes, impetrandum, et obtinendum, illasque publicandum, et publicari faciendum, et obtinendum, et exaduerso impetratas, seu impetrandas impugnandum, contradicendum easque arrestandum, et arrestari petendum faciendum, et obtinendum, Iudicis eligendum, et nominandum, ac eos reputari obtinendum, suspectos recusandum, et refutandum, quoscumque consensus, ac cautiones desuper opportunas præstandum et dandum ac executione earundem litterarum quoscumque processus in forma solita, et consueta, ac necessarios, et opportunos per illarum Iudice, executores fulminari petendum, et obtinendum necnon concordandum cum Reuerenda Camera Apostolica in forma, super annatis beneficii sibi collati, seu conferendi, et pro illius solutione ipsum D. Constituentem, eiusq. hæredes, et successores, ac bona sua, et suorum quæcunque præsentia, et futura etiam in ampliori forma Cameræ Apostolicæ obligandum, et hypothecandum, iurandumque, etc et generaliter, etc promittens etc releuans, etc. super quibus, etc. actum etc. testibus, etc.

Alia

præsentia, assistentia, et auctoritate N. Vicarii de Terræ N. subrogati, vt asseruerunt, per M. Vicarium d. Terræ, pro Illustriss. et Excellentiss. D. N. Domino, et patrono d. Terræ, Electus, et deputatus, et sic eiusdem loci Iudicis ordinarii præsentis assistentis, etc. citra, etc. sponte, etc. constituerunt, etc. d. Communitatis Procuratores, etc. N. N. extende procuram quam volueris. Et generaliter, etc. Promittens, etc. Releuantes, etc. Super quibus, etc. præfatus tanquam ritè, rectè, et legitimæ factis; prædictus, D. Vicarius, vt supra subrogatus, super quodam banco ligneo in dicta domo existen. pro tribunali, quem locum, et quã sedem pro suis idoneis, et iuridicis, quo ad supradicta, et infrascripta peragenda, loco et tribunali elegit, et deputauit, sedente causa cognita suam, et communis dicto loci auctoritatem, pariter et decretum interponen duxit, et interposuit, supplendo, etc. Super quibus, etc. præsentibus.

Ad vendendum pro muliere, cum decreto Iudicis.

COram magnifico, etc constituta A. relicta q B et eidem D. Iudici, sic vt supra seden exposuit, se habere nonnulla debita hic in Vrbe, et illa fecisse, pro eius viro, ac filiorũ suorũ sustẽtatione et alimentis, et tempus eorum solutionem aduenire, et non habere aliunde modum, vt dicta debite soluat nisi, aliqua ex suis bonis forsan dotalibus quę in Ciuitate, et districto. P. habet alicui personæ pignori, seu alias tradat, et consignet, ob id faciendum, constituere velle aliquem procuratorem, qui prædicta facere possit, et valeat et ad id deuenire nequeat obstan. legibus, etc. Ideo, etc.

Alia capiendum possessionem domus.

AD ipsius, etc. possessionem actualem, realem, et corporalem, domus, sibi per q. N. suum virum in vltimo per eum condito testamento, relictæ intrandum, apprehendendum, adipiscendũ, continuandum, et defendendum, in eam intrandum, et per eam deambulandum, portas, et cancella illius aperien. et claudendum, et per inquilinum, et habitatorem, seu habitatores, ipsam d. Constituen. in patronam eiusdem domus, et pertinentiarum suarum recognosci petendum, et faciendum, et quod ipsi patronæ respondeant de pensionibus, et affictibus, et omnes, et singulos actus, circa id fieri, et seruari necessarios, et opportunos seruandum, et protestandum, quod per suum ab inde recessum non intendit dimittere, et relaxare possessionem prædictam, sed animo, et corpore eam conseruare, et generaliter, etc.

Ad gubernandum castrum.

AD ipsius, etc. Castrum A pro parte pertinen. ad ipsum, nec non Castrum B. et alia quæcumque Castra, et Oppida, seu loca, quæ habet, et ad suum dominium temporalle, et iurisdictionem pertineat, regend et gubernandum, ac administran. et per Vicarios, officiales, agentes; et ministros necessarios, pro vt opus fuerit, regi, gubernari, et administrari faciendum, in omnibus, et singulis suis necessariis, et opportunis ad regimen, gubernationem, et administrationem eorumdem requisitis, cum plena, et libera administratione, merumque, et mixtum imperium, ad superioritatem in eis exercen. Vassallis, et incolis oppidorum, castrorum, et locorum huiusmodi, et aliis contra eosdem, et e contra ius, et iustitiam, in ciuilibus, et criminalibus, et mixtis causis eorumdem, ministran. easdemque causas audiendum, cognoscendum, et fine debito terminandum etiam manu regia, summariè, simpliciter, et de plano, sine strepitu, et figura iudicii, et nullo iuris ordine seruato, condemnandumque, et absoluendum, puniendum, et mulctandum prout iuris, fuerit, et qualitas facti exiget, et requiret; pœnas per dictos Vassallos, et incolas, ac etiam alias quascumque vtriusque sexus personas, ex quauis causa, et occasione, seu crimine tam hactenus incursas, quam forte incurren. intra statum, et iurisdictionem, Illust. d. Constituen. quantumcumque graues, et grauissimas, pro quanto se extendit auctoritas, imperium, et iurisdictio ipsius Ill. D. Constituentis, debitæ extentioni demandan. et demandari facien. et quascumque etiam sententias, tam ciuiles, quam criminales; seu etiam mixtas, tam latas, quam ferendas. Item etiam huiusmodi pœnas taxan. moderan. gratian. et donan. ac etiam remittendum, in totum, vel in partem pro arbitrio dicti Procuratoris, et toties, quoties ei bene videbitur, et placebit, et cum potestate substituendi, Et generaliter omnia alia, et singula faciendum, dicendum, exercen. et administran. quæ fuerint necessaria, et odportuna ad regimen, guberniom, et administrationem

tionem prædictam, & quæ ipsemet Illu. D. Constituens faceret, & facere posset; si præsens, & personaliter adesset, etiam si essent satis maiora, supra expressis, & denique cum omni plenitudine potestatis, quam dare potest idem Constituens, nulla prorsus excepta. Promittens, &c. Releuans &c.

Ad permutandum Castrum.

AD ipsius, &c. permutandum, & excambiandum, & titulo permutationis cum quo, & quibus videbitur dicto suo procuratori, vnum, duo, & etiam plura coniunctim, vel diuisim, Castrum, & Castra, seu Oppida ipsius Illustr. D. Constituentis, vel partem suam quam habet in vno eorum, cum vno alio, vel duobus, aut tribus aliis, nec non tenutam, & tenutas aliqua, ac res, & bona quæuis alia ipsius Constituen. cum quibusuis aliis, æqualibus, vel non æqualibus, minoribus, vel maioribus rebus, & bonis, vel tenutis modo, & forma, pariter beneuisis.

Ad videndum computa & solidan.

AD ipsius, &c. a quibuscumque suis ministris, & negociorum suorum gestoribus, de negocijs gestis, & administratis nunc in futurum semel; & pluries computa, & rationes videndum; et reuidendum, videri; & reuidere faciendum, super illis calculandum, et saldandum, et calculari, & saldari quoque per peritos calculatores & alios, quos videbitur pariter faciendum: computaque, & calcula huiusmodi approbandum, vel reprobandum, prout sibi iustum esse videbitur, solidationes computorum huiusmodi, etiam factas per ipsum D Constituentem; si videtur etiam reuidendum illas comprobandum, & emologandum, vel impugnandum, prout pariter iustum esse videbitur. Nec non reuidendum, & reuideri faciendum computa magnifici D N. sui Auditoris, & Agentis, super omnibus, & singulis, negociis gestis, exactionibus, & solutionibus respectiue factis per eundem pro ipso D Constituente, et eius nomen, & cum eo desuper calculandum, & saldandum a die alterius calculi, & saldi facti inter eos, vsque in præsentem diem, & etiam vsque in diem, quo fiet calculus, & saldum prædictum, & si quid remanserit soluendum per eundem recipiendum, illud habendum, & confitendum habuisse & si quid & esset soluendum seu bonum faciendum, de quibus non posset satisfieri ex exactis, soluendum, & satisfaciendum, quod ei videbitur, & quietantes finales, liberationes, et absolutiones fieri, desuper necessarias & opportunas faciendum, dandum, et concedendum, ac recipiendum respectiue, cum clausulis, opportunis, & pacto expresso de vlterius non petendo, etiamq. per Aquilianam stipulationem præcedentem, & acceptilatio, nem subsequentem.

Ad diuidendum.

AD ipsius, etc. omnia eius bona, tam mobilia, et se mouentia, quam stabilia, resque domos, et animalia, et omnia creditorum, ac etiam debita quæcumque tam in Vrbe, quam extra, et alibi, vbicumque existentia, ac sita, et sitas cuiuscumque generis, vel speciei, aut qualitatis fuerint; et quæ, et quas quouis iure, et titulo, et quomodocumque, et qualitercumque, sub quouis nomine nuncupata, et nuncupatus, habet, et possidet pro indiuisis, et in communione cum N et aliis, quibuscumque personis, cum dicto N. et aliis; quibus opus fuerit diuidendum, et diuisiones quascumque desuper necessarias, et opportunas faciendum, pactis, modis, et formis, capitulis, conditionibus, et conuentionibus bene visis, et desuper conueniendis, et portionem, sibi assignandum recognoscendum, et illius possessionem actualem, realem, et corporalem, si opus fuerit apprehendendum, adipiscendum, continuandum, et defendendum: quoscumque actus circa id fieri et seruari necessarios, et opportunos seruandum. Et pro obseruatione, etc. instrumentaque, etc. iurandum, etc. Et generaliter, etc. cum amplo, pleno, libero, generali, et speciali mandato, et plena, ampla, libera, et omnimoda administratione, omnique plenitudine potestatis, non solum ad præmissa, sed etiam ad omnia alia eius negotia, etiam præmissis satis maiora, ac etiã importantissima, quæ quotidie occurere possunt. Itaque quicquid per dictum Procuratorem suum supra constitutum actũ, dictum, factum, gestum, procuratum, pertractatum, agitatum, et negociatum, eius nomine, et pro eo quomodolibet fuerit, in præsenti procuratoris mandato censeatur, et sit omnino comprehensum, ac si de eis specialis; et expressa mentio facta foret. Promittens, etc. Releuans, etc. Consentiens, etc. De singulis clausulis, et particitis

titis mandatorum prædictorum possint da ri vnum, vel plura instrumenta etiam non facta mentione de alijs, ad omnem postulationem dicti Procuratoris, semel, & pluries, pro arbitrio dicti Procuratori, super quibus,&c.

Ad tenendum filium ad baptisma.

AD ipsius,&c. filium, seu filiam è Domina A. vxorem D. B. de proximo, Deo dante, nasciturum,seu nascituram, ad sacrum Baptismatis fontem suis in manibus tenendum, eumque vel eam in eodem fonte lauandum, & lauari petendum, & obtinendum omniaque dicendum,& agendum,quæ in huiusmodi celebritate à compatribus,& vinculo infantium lauandorum colligandis, fieri est consuetum aliaq: promittendum;quæ circa præmissa promittẽda sunt. Et generaliter, &c. Promittentes, &c.Releuans,&c.

Forma procuræ ad baptizandum.

MAgnificus, & excellens D Angelus Victorius Ciuis Balneoregiẽsis Physicus Roman. Cur. sequens, cui nuper (vt asseruit) significatum fuit, quòd Dominus Franciscus Pomus Ciuis Balneoregiensis vellet eius filiorum, quo proximè actus est, ad sacrum Baptismatis fontem eius nomine admoueri non valens (alijs hic Romanæ curis prępeditus) huiusmodi celebritati personaliter interesse. Ideò spõte, &c. omni meliori modo, &c. Constituit eius nuncium specialem magnificum D. N. absentem, &c. ad ipsius magnifici D. A. nomen, & pro eo, ac eius parte dicti Domini Francisci, & Dominæ Lucretiæ de Monaldis eius vxoris nuperrimè editum filium (qui laudatus ad sacro baptismatis lauacro) fonti admouendum, & retinendum, dictumq. filiolum per parrochum baptizari, & sacrosanctæ Christianæ Religioni, iuxta ritum Sanctæ Romanę Ecclesiæ, initari humiliter petendum,& obtinendum,eiusq. in hac parte vicesgerendum, aliaq. faciendum, & dicendum, quæ fieri,& dici consueuerunt in huiusmodi spirituali cognatione,illiusque celebritate ac his,qui compatrum nomine, atque vinculo colligandi sunt, cum infantium lauandorum parentibus,& quæ ipsemet A. facere, & facere posset, si promissis in omnib. personaliter interesset, etiam si talia forent, quæ mandatum exigerent magis speciale, quam præsentibus est expressum,Promittens,&c. Super quibus,&c.

[1] Nota, quod licet cognatio spiritualis nõ possit contrahi per Procuratorem, vt per gloss. in Institutionibus post titulum de grad. cognat. in declaratione materię cognationis spiritualis in fine 4. colum. vnde ibi versus.

Procurator habet nodos vincere iugales non tamen hos nexus domino dat spirituales. Potest tamen contrahi per nuncium, vt per Aret. in § multis sub n. 8. circa fin. instit qui, & ex quibus causis manumittere non possunt. Ideo non ab re visum fuit hic alteram præscriptam formulam scribere conceptam, vt in ea videre est, in personã nuncii, tanquam magis iuri dispositioni adhærentem,& id quod supra diximus de cognatione spirituali idem erit dicendum de manumissione, vt per eundem, Aret. ibi.

Ad vendenda loca Montium.

AD ipsius,&c. dicta loca Montis farinæ cum omnibus,& singulis eorum fructibus redditibus,prouentibus,emolumentis,commodis,obuentionibus,gratijs,priuilegijs:honoribus,immunitatibus,prærogatiuis,& alijs suis ab Instituto innatis,& infitis D.N. ad rationem pretii seu. N. in singulum quemque locum,seu creditum huiusmodi, vendendum,cedẽdum,concedendum,resignandum, & alienandum,ac propterea omnia,& singula ipsius constituentis iura,actiones,rationes,&competitiones dicto emptori transferen. & illi renunciandum ad fauorem dicti emptoris,ponendum &c constituendum,&c. in huiusmodi iuribus, & actionibus cessis,& translatis vtendum, experiendum contra quocumque in iudicio, & extra, ac consentiendum extensioni expunctioni,demptioni,delationi, & amotioni ipsius, ac nominis tituli, & personæ eius è numero,consortio, & catalogo dicti Montis,& eius Montistarum & dandum licentiam emptori, faciendum se admitti recipi,aggregari,inferri,& immitti in numerum, & consortium aliorum Montistarum dicti Montis,& inscribi,intitulari,& notari in catalogo,ac resignandum,consignandũ, & tradendum emptori eius literas, patentes, & alia monumenta,&documenta desuper solita fieri, & tradi ac quarumuis aliarum desuper necessarium, confectioni expeditioni, & traditioni consentiendum,ac promittendum de eis,&c.

Alia ad lites, & negocia.

ASponte, &c. citra, &c. omnibus, &c. Constituit, &c. fecit Procuratores suos

suos eximium Ill. Doctorem Bernardinum Callimacum à Corneto,& C.absentes tanquam præsentes,& quemlibet ipsorum insolidum, ita tamen, quod non sit melior conditio primitus, occupantis, sed vbi vnus dimittet, alter possit assumere; ad ipsius D. constituentis nomen, & pro eo, & eis parte omnes, & quascumque eius lites, causis, quæstiones, & differentias, ciuiles, & criminales, meras & mixtas, beneficiales, & personas quas habet, & habiturus est cum aliquo, seu aliquibus, coram quocumque Iudice, tam ecclesiastico, quam seculari, auditore, vel delegato, ordinario, vel subdelegato, super quibuscumque rebus, & negotijs ipsius D. constituentis; comparendum, agendum, & pertractandum, defendendum, excipiendum, & replicandum, litem contestandum, terminos, & dilationes petendum, & recipiendum, iuramentum calumniæ,& cuiuscumque alterius generis præstandum, ponendum, iuramentum calumniæ, & cuiuscumque alterius generis præstandum, ponendum, & articulandum, ponique, & articulari videndum, testes etiam, & iuramenta producendum, & alterius partis testes, & probationes, & iuramenta videndum,& eos, vel ea reprobandum iudices, eligendum,& appellationes prosequendũ. Item ad petendum, exigendum, recipiendum habendum,ac habuisse confitendum, omne id, & quicquid ipsi A. ex quacumque causa, vel contractu ab aliquo debetur; & tam de habitis, & receptis, quam habuisse confessis debitores, & alios, quos opus fuerit quietandum, liberandum penitus, & absoluendum, & quacumque quietantias finales, & refutationem, cum clausulis, & cautelis opportunis faciendum, debitores soluere recusantes, seu differentes ad soluendum, & satisfaciendum, omnibus iuris, & facti remedijs opportunis cogendum, & compellendum, ac ipsos si opus fuerit, suspectos habendum & iurandum, ac cogi compelli, capi carcerari, bonaque ipsorum tolli, subhastari deliberari, seu insolutum sibi tradi, & adiudicari, petendum, faciendum, & obtinendum, vsque ad integram debiti satisfactionem, quia consecuta eorundem debitorum liberatione, & quorumcumque contractuum, desuper apparentium, cassatio ni consentiendum, & quoscumque consensus, de super opportunos vbi, quando, & quoties opus fuerit; præstant iura, & actiones in fauorem soluentium eredendum & transferendum, cum clausulis solitis, & consuetis; nec non ad paciscendum, componendum, transigendum, & in integrum restitutionem petendum, compromittendum, laudum, & arbitrium audiendum,& prosequendum, & emologandum; & ad crimina,& defectus opponendum, & proponendum. Item ad contrahendum debita, & ad constituendum sibi alios debitores,& ad venditiones, emptiones, & locationes, & cuiuscumque generis contractus, faciendos, se ineundos, cum, & sub illis pactis conditionibus, pœnis, vinculis iuram. et hypotecis,ac clausulis, per notarios apponi solitis, & consuetis. Et pro obseruatione omnium,& singulorum prædictos Procuratores, & eorum quemlibet promittendorum, ipsum D. constituentem, & eius hæredes, & successores ac bona sua, & suorum quæcumq. etiam in ampliori forma Cameræ Apostolicæ obligandum, & hypotecandum, & generaliter ad omnia, & singula ipsius D. constituentis negotia tractanda, & gerenda, & ad omnia, & singula facienda, quæ circa prædicta, vel aliquod prædictorum: vel etiam quæcumque alia, quæ, & ipsis videbuntur vtilia, & quæ per quemlibet procuratorem verum & legitimum possent aliquo modo procurari. Dans eis, & eorum cuilibet plenam, & liberam potestatem, & administrationem omnium bonorum suorum, ac generale, et speciale mandatum prædicta omnia, et singula faciendi, super præmissis, quemlibet eorum, vnum vel plures procuratorem, seu procuratores, loco ipsorum substituendi cum simili, vel limitata potestate, et generaliter, etc. promittens, etc. releuans, etc. super quibus etc. Actum, etc.

Alia ad accipiendum pecunias à mercatoribus, & concordan. de Annatis cum Reuerend. Camera Apostolica.

IN Dei nomine Amen, et Ven. D. Antonius sponte, etc. circa, etc. fecit, et constituit procuratorem suum D. Iacobum, etc. absentem, tamquam præsentem, solum, et insolidum, ad ipsius D. constituentis nomen, et pro eo, et eius parte à quibuscunque Romanæ Curiæ mercatoribus sumendum, recipiendum, habendum, ac habuisse confitendum, vsque ad summam

mam scutorum mille auri in auro, boni,& iusti ponderis, pro expeditione literarum Apostolicarnm, super prouisione sibi facienda de Abbatia talis Monasterij & tam de habitis, & receptis quam habuisse confessis dictos mercatores, & alios quos opus fuerit quietandum, liberandum penitus, & absoluendum, & quascumque quietantias desuper opportunas,cum clausulis, & cautelis, ac etiam vinculo iuramenti roboratum faciendum, necnon comparendum coram Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino N. Papæ generalis Thesaurario, necnon Reuerendissimis Dominis Cameræ Apostolicæ Clericis,& cum eis, & alijs, quibus opus fuerit concordandum. pro quibuscumque annatis, siue medijs fructibus, occasione dictæ Abbatię eidem Reuerendæ Cameræ Apostolicæ persoluendis, seu solui solitis, & consuetis, pro quarum solutione facienda terminum competentem sibi præfigi, statui, & assignari petendum, & obtinendum, & iuxta terminum sibi statuendum,& assignandum eidem Reuerendæ Cameræ Apostolicæ, ac in manibus illius Depositarij soluere, & exbursare promittendum, & pro illarum solutione, ac omnium, & quorumcumq; per dictum Procuratorem promittendorum constituentem eiusq; hęredes, & successores, ac bona sua, & illorum quęcunque in ampliori forma Reuerendæ Cameræ Apostolicæ, cum clausulis solitis, & consuetis obligandum,& hypothecandum ac quodcunque instrumentum, seu instrumenta, per quosuis Reuerendę Cameræ Apostolicę Notarios, & alios, quos opus fuerit, cum & sub illis clausulis, promissionibus,& cautelis, pœnis, vinculis,& hypothecis, ac iuramentis desuper opportunis, ac de more,stylo,& consuetudine Notariorum dictæ Reuerendæ Cameræ Apostolicæ extendi solitis, & consuetis, fieri, cogari, & stipulari faciendum. Et generaliter,&c. Promittens,&c. Releuans,&c. Super quibus,&c. Actum,&c. Præsentibus testibus, &c.

Alia ad faciendum partes & diuisionem bonorum.

IN Dei nomen amen, &c. Petrus, &c. Sponte, &c. constituit Procuratorem suum D. Fräciscum absentem, &c. Ad ipsius D. constituentis nomen, & pro eo, & eius partes diuidendum, seu fieri faciendum eum Iacobo,& Laurentio suis ipsiusque D. Constituentis Germanis Fratribus vel alio seu alijs, quibus opus fuerit, de quibuscunque eorum communibus bonis tam mobilibus, quam immobilibus, & se mouentibus,iuribus, creditis, ad nominibus debitorum, vbicumque dicta bona erunt,& inueniri poterunt, & sub quibuscunque cohærentijs, & confinibus terminentur, quæcunque. quotcunque, & qualiacumque sint,quæ omnia & singula, hic pro expressis, & sufficienter specificatis haberi voluit,& vult,etiam si talia forent, de quibus opporteret fieri mentio specialis;& ad acceptandum,& recipiendum in et pro parte ipsius Constituentis,quæcunque ex ipsis bonis,rebus, & iuribus,vt supra terminandis, & diuidendis, siue sorte iudicio, vel aliter eidem Domino Constituenti euenerint, in ipsis diuisionibus faciẽdis cum ipsis suis fratribus;& ad dimittendum, & relaxandum eisdem fratribus suis, & vtique eorum; vel cuicumque alteri stipulaturo, ac recepturo pro eis, vel altero ex his quæcumque bona, res, & iura, ac credita,& nomina debitorum,& ex ipsis bonis diuidendis vt supra in, & pro sua parte prouentura,& ad cedendum, & transferendum ac mandandum eisdẽ suis fratribus, & vtrique eorum, & in eos, & vtrumque eorum omnia ipsis constituentis iura, & actiones reales, & personales, vtiles,& directas,ac mixtas:& in rem scriptas eidem Constituenti competentes, & competitura in prædictis dimittendis, & relaxandis bonis eisdem fratribus suis, & eorum occasione; & ad constituendum ipsos &a res suos, & vtrumq; eorum Procuratorem tanquam in rem suam, & ad ponendum ipsos,& vtrumq.eorum in locum,& ius ipsius Constituentis pro dictis rebus,bonis,& iuribus dictis suis fratribus & vtrique eorum in partem prouẽturis;& ad dandum,& cõcedendum eisdem fratribus suis,seu cuicumq;alij stipulaturo,& recepturo pro eis, vel altero ex eis licentiã. facultatem, & auctoritatem intrandi,etiã propria auctoritate, quæcũq bona, & res & iura eisdem,et vtriq.eorum prouentura in et pro eorum parte,seu partibus ex bonis,rebus, et iuribus, vt supra diuidendis, illorumq. tenutam, et corporalẽ possessionem,et ad constituendum se, interim præ dicta bona, res,et iura eisdem prouentura, vt supra pro ipsis fratribus suis, et eius nomine

vt supra pro ipsis fratribus suis, & eius nomine possidere, vel quasi Et ad promittendum eisdem fratribus, de eorumdem bonorum euictione generali, & particolari, siue in totum, siue in partem euincantur, & siue in petitorio. siue in possessorio, aut in petitorio tantum aut in possessorio tantum, & teneri volendum, etiam quod euictio sequatur per incuriam Iudicis, vel iniustitiam, ac aliter quomodolibet, & qualitercumque sequatur euictio, & quascunq. alias promissiones, & obligationes cum, & sub illis pactis, clausulis, capitulis, et cautelis, ac pœnis, vinculis, et hypothecis, ac eisdem modo, et forma eidem procuratori beneuisis, faciendum, et pro obseruatione omnium, et singulorum per dictum procurat rē, nomine ipsius D. constituentis, promittendorum ipsum D. constituentem, eiusque hæredes, et successores, ac bona sua, et suorum quæcumq. præsentia, et futura, in ampliori forma Cameræ Apostolicæ, et alia quauis valida forma, ad fauorem dictorum fratrū vel alterius eorum, ac suorum hæredum, et successorum obligandum, et hypothecādum, et quodcumque iuramentum, seu iuramenta in animam ipsius D. constituentis præstandum, et subeundum; et instrumentum, seu instrumenta quæcumque per quouis notarios fieri, rogari, et stipulari petendum, et faciendum; cum clausulis opportunis, ac de more, stilo, et consuetudine loci, et notariorum, vbi scilicet instrumenta celebrari contingat, extendi, et apponi solitis, et consuetis, et generaliter, prout Ittens, etc. Releuans, etc. super quibus, etc. Actum, etc.

Alia ad consentiendū adoptioni filij cōstitutis

IN Dei nomine Amen, etc. Antonius, et Angela coniuges informati, vt asseruerunt à Paulo; et Ioanna, etc. coniugibus, qui eisdem DD Constituentibus pluries exposuerunt, quod dicti coniuges volunt, et intendunt adoptare, et in filia adoptiuam primi gradus suscipere, et in eorum stirpē fœmininam M. ipsorum coniugum consti tuētium filiam, et nepotem ipsorum Pauli, et Ioannæ, et ipsam M. in filiam in eorum filiatione, ac stirpe fœminina, et legitima, ac paterna potestate, ac administratione, ac iungere iuria naturalia cum ciuilibus, per modum, quod de cætero habeatur, et censeatur filia primi gradus, legitima, et naturalis: et de stirpe fœmina ipsorum Pauli, et Ioannæ, ita vt cætero, tamquam talis valeat, succedere ex testamento, et ab intestato, aut aliter quomodocumque, et quod prædicta intendunt facere dicti Paolus, et Ioanna, cum auctoritate, et consensu dictorum Antonij, et Ang. parentum dictæ M. necnon cum decreto, et auctoritate cuiuscumque Iudicis, ad id iurisdictionem habentis: intendentes, et volentes ipsi constituentes eis, illorumque petitioni, et desiderio annuere; sponte, etc. omnibus melioribus, etc. dederunt, et libere concesserunt licentiam dictæ M. eorum filiæ, licet absenti tamquam præsenti me notario præsente N pro ipsa M. legitimè stipulante, etc. vt eo possit, et valeat, ac permittat, se adoptari a prædictis Paulo, et Ioanna et vtroque eorum, in eorum, et cuiusque eorum filiam legitimam, et naturalem primi gradus, et in stirpem fœmininam et legitimam, et pro maiori promissorum roboris firmitate, cum dictæ adoptioni faciendæ, personaliter in teresse non valeant, sponte, &c. cum decreto, et auctoritate magnifici D. . . . Iudicis pro tribunali sedentis fecerunt, et constituerunt procuratores suos A. et B. absentes tamquam præsentes, et quelibet eorum insolidum ad ipsorum DD. constituentium nomina et pro eis et eorum parte comparendum coram quacumque Iudice, ad id potestatem habente, et alio quo opus fuerit, et dictæ adoptioni M eorum filiæ, vt supra faciendæ libere consentiendum; ac eorum liberum consensum pariter et assensum præstandum, in tantum quod supradicta adoptio valide fiat, et fieri possit, et valeat, sub prædictis modo, et forma, et sub aliis quibuscumque clausulis, prout eisdem procuratoribus, et eorum cuilibet videbitur, et placuerit in filiam primi gradus dictorum Pauli, et Ioannæ, et in eorum stirpem fœmininam, et in patriam potestatem, et omnimodam subiectionem, et adliberandum, et absoluendum ipsam M. à patria potestate, ita vt de cætero transeat ad liberam potestatem dictorum Pauli et Ioannæ, et adiungēdum iura naturalia cum ciuilibus, et legitimis, et hæc omnia faciendum, cum omnibus clausulis, solemnitatibus, renunciationibus, promissionibus, pœnis, vinculis, et hypothecis, aut iuramentis, ac modis, et formis eisdem procuratoribus, vel alteri ipsorum bene visis, et tam de iure, quam consuetudine necessariis, et opportunis. Dantes, et concedentes ipsis Procurato-

rato-

ratoribus,& cuilibet eorum insolidum plenum,liberum, & generale mandatum, ad plenam liberam,& generalem administrationem circa præmissa,& ab eis dependentia. Et pro obseruatione omnium,& singulorum per eosdem procuratores, vel eorum alterum nomine ipsorum constituen. promittendorum ipsos Dominos Constituentes,suosque hæredes, & successores ac bona sua, & suorum quæcumque præsentia & futura,etiam in ampliori forma Cameræ Apostolicæ, & alia quauis iura forma obligandum,& hypothecãdum, iurandumque,&c. quæcumque instrumenta desuper opportuna per quosuis Notarios fieri,& postulari petendum, & faciendum, cum clausulis solitis,& consuetis. Et generaliter,&c. Promittentes, &c. Releuantes,&c. & prædicta D. Angela cum præsentia,& consensu prædicti Antonij eius viri ibidem præsentis, et consentientis, ac cum decreto,& auctoritate supradicti Domini Iudicis, vt supra pro tribunali sedentis cum iuramento quod tactis in mei Notarij manibus præstitit, renunciauit beneficio Senatuscons. Velleian.authenth.si qua mulier l,Iul.de fund. dotal. beneficio restitut. in integr. omnibusque alijs legibus, & legum auxil js in fauorem mulierum quomodolibet introductis, de quibus omnibus, illorumque importantia ipsa Angela fuit ad plenum per eundem Iudicem certificata. Super quibus omnibus, & singuli præmissis tanquam rite, & legitimæ factis idem Dominus Iudex vt supra pro tribunali sedens, causa cognita suum, & dictæ suæ Curiæ decretum, & auctoritatem interposuit. Suppletis,&c.Super quibus, &c. Actum, &c. Testibus, &c.

Alia facta per Patrem, ad petendum legitimari filiorum.

IN Dei nomine Amen, &c. Ioannes &c. Sponte, &c. Fecit, & constituit procuratorem suum Dominum Franciscum absentem, tanquam præsentem, solum, & insolidum ad ipsius D Constituentis nomen, & pro eo, & eius parte comparendum, & se personaliter præsentandum coram spectabili viro N Comite palatino, & habente potestatem ab Imperiali Maiestate legitimandi naturales, & quoscumque alios ex damnato coitu procreato, vigore concessionis super inde sibi factæ,& eidem Comiti exponendum, quod cum ipse Ioannes licet tandiu vxoratus, & coniugatus eum dicta Antonia, &c. eius legitima vxore, nullosque susceperit filios, & constante matrimonio,ipse Ioannes coiuerit cum quidam fœmina tunc soluta,ex qua genuit, & procreauit P. ipsius Ioannes filium, & petendum, & requirendum à præfato D.Comite quatenus ex benigna clementia dignetur, ipsum P. auctoritate sibi concessa de spetialis dono gratiæ, super defectu naturalium eidem Petro de legitimationis remedio prouidere, & causa cognita, & cum debitis iuris solemnitatibus ipsum Petrum,seu quemcumque pro eo stipulaturum, & ad legitima iura reducere,& restituere, & super inde maculam prolis illicitę aboleri,ita quod ipse Petrus tanquam legitimus,& de legitimo matrimonio procreatus censeatur, & habeatur, & ipsius parentibus in quibuscũque eorum bonis tam proprijs, quam feudalibus,ac agnatis, cognatis in quacumque gradu succedere valeat, & eisdem agnatus, & cognatus efficiatur, & ad gradus,& successione ex testamento, & ab intestato dignitates, iura honores, & officia reducatur, & restituatur, & maculam geniture abolendo. & in præmissis, quocumque ex eis suum valeat assequi actionem obiectione illicitæ prolis penitus quiescente & quæcumque alias requisita circa dictam Petri legitimationem faciẽdum, ac fieri ab eodem Comite petendum, faciendum, & obtinendum,& quæcumque instrumenta, seu literas desuper opportunas in forma debita, ac solita, & consueta, ac cum illis clausulis tam de iure, quam consuetudine opportunis, fieri faciendum, & obitendum & generaliter, &c. Promittens, &c. Releuans, &c. Super quibus, &c Actum, &c. Testibus, &c.

Alia facta per filium ad petendum se legitimari.

IN Dei nomine Amen, &c. Petrus filius naturalis D. Ioannis ibidem præsentis, & eidem filio suo in inscriptis omnibus, & singulis expresse consentientis, & parabolam dantis, Sponte, &c. Fecit, & constituit procuratorem suum D. N specialiter, & expresse, ad eiusdem D. Constituentis nomen, & pro eo, & eius parte comparendum, & se personaliter præsentandum, vna cum dicto Domino Ioanne eius patre, seu quocumque eius legitimo procuratore, coram spectabili N. &c. Comite Palatino habentem plenariam potestatem naturales filios, & quoscumque ex damnato

nato coitu natos legitimandi, vigore induci sibi,& suis antecessoribus,concessi à Cæsarea Maiestate, & coram eo expli candum & exponendum, vna cum dicto Ioanne eius patre, seu eius procuratore,quod cum ipse Ioannes pater sobole legitima careret coitum habuit cum quadam fœmina tunc soluta, & ex ea procreauit ipsum constituentem, & ab eo petendum, & impetrandum, quod præfatus Comes eis imperiali auctoritate sibi concessa, de specialis gratiæ dono dignetur super defectu natalium eidē Petro de legitimationis remedio prouidere, & ipsum ad legitima iura reducere,& restituere causa cognita,& cum debitis iuris solemnitatibus, & superinde maculam geniture abolere, ita quod ipse cōstituens tanquam legitimas,& de legitimo matrimonio procreatus censeatur, & habeatur, & parentibus in quibuscumque eorum bonis,agnatis, & cognatis in quocumque gradu succedere valeat, & eisdem agnatus, & cognatus efficiatur, & ad gradus,& successiones ex testamento, & ab intestato dignitates iura, & honores, ac officia restituatur, & reducatur maculam geniture abolendi,& omnia, et quæcumque alia requisita circa dictam legitimationem faciendam Dans, & concedens eidem suo procuratori, liberum, et generale mandatum, in præmissis, et circa præmissa opportunum Et generaliter, etc. promittens,etc. releuans, etc. super quibus, etc. actum,etc. præsentibus, etc. testibus, etc.

Alia ad recipiendum litteras cambij, & missiuas, illasque aperiendi.

IN nomine Domini amen, etc. venerD. A. sponte,etc. Fecit, et constituit procuratorem suum B absentem tanquam præsentem solum, et insolidum, specialiter et expresse ad ipsius D Constituentis nomen, et pro eo, et eius parte quascumque litteras missiuas cambij, seu crediti, et alia quæcumque iura, instrumenta, et monimēta eidem D constituentis à quibusuis personis et mercatoribus,in quibuscunq: mundi partibus commorantibus, directas, et transmissas, siue dirigendas, et transmittēdas, recipiendum, et aperiendum et quascumque pecuniarum summas, et quantitates in eisdem litteris missiuis, cambij, aut crediti contentas à quibusuis illarum debitoribus, et soluere illas debentibus, petendum, exigendum,recipiendum,et recuperandum, habendumque ac habuisse, et recepisse confitendum, et tam de habitis et receptis, quam habuisse confessis,soluentes, et alios, quos opus fuerit, quietadum liberandum, pænitus, et absoluendum, et quascumque etiam duplicatas quietantias desuper opportunas faciendum, et subscribendum, etiam cum pacto de rem semel habitam vlterius non petendo,et aliis clausulis, et cautelis necessariis, et opportunis eidem D. procuratori bene visis iurandumque, etc. generaliter, etc. promittens, etc. releuans, etc. super quibus,etc. actum,etc. testibus etc.

Alia ad impetrandam litteras Apostolicas, & petendum fulminari processus.

IN Dei nomine amen, etc. vener. D. I. sponte,etc. Fecit, et constituit procuratorem suum D. N absentem tamquam præsentem, etc. ad ipsius D. Constituentis nomen, et pro eo, et eius parte specialiter, et expresse comparendum, et se personaliter præsentandum in Romana Curia audientia publica litterarum, contra dictarum sanctissimi Domini Nostri Papæ Datario, et alibi vbi, et coram quo opus fuerit contra quascumque personas, tam Ecclesiasticas, quam seculares, et Regulares, litterasque Apostolicas, tam ad gratiam, quàm iustitiam concernentes, impetrandum, et obtinendum, illasque publicandum, et publicari faciendum, et obtinendum, et exaduerso impetratas, seu impetrandas impugnandum, contradicendum easque arrestandum,et arrestari petendum faciendum, et obtinendum, Iudicis eligendum, et nominandum, ac eos reputari obtinendum, suspectos recusandum, et refutandum, quoscumque consensus, ac cautiones desuper opportunas præstandum et dandum ac executione earundem litterarum quoscumque processus in forma solita, et consueta, ac necessarios, et opportunos per illarum Iudice, executores fulminari petendum, et obtinendum necnon concordandum cum Reuerenda Camera Apostolica in forma, super annatis beneficii sibi collati, seu conferendi, et pro illius solutione ipsum D. Constituentem, eiusq. hæredes, et successores, ac bona sua, et suorum quæcunque præsentia,et futura etiam in ampliori forma Cameræ Apostolicæ obligandum, et hypothecandum, iurandumque,etc et generaliter,etc promittens etc releuans, etc. super quibus,etc. actum etc. testibus, etc.

Alia

Alia ad præsentandum aliquem ad beneficium vigore iurispatronatus.

IN nomine Domini Amen, etc. Antonius, etc. Patronus, et cui ex antiqua consuetudine, et ex constitutione, et ordinatione infrascripti Domini P. spectat iuspatronatus, et ius nominandi, et præsentandi Cappellanum infrascriptæ præbendæ, voluntariæ, sponte, et ex certa scientia fecit, constituit, et solemniter ordinauit, ac facit constituit, et solemniter ordinat eius certum nuncium, et procuratorem liberum, et generalem, ac etiam specialem et quicquid melius dici fieri, et esse possit, ita quod specialitas generalitati non deroget, nec e contra D. C. licet absentem tanquam præsentem, specialiter, et expresse ad pro ipso D. constituente, et eius nomine nominandum Presbyterum Ioãnem etc. Clericum, etc. in præbendarium, et ad præbendam sancti Iacobi, constitutam in Ecclesiam san. Petri per quond. Franc. de Veneratoribus Vincentium, Fundatorem dictæ præbendæ vacantem, propter mortem quond. Presbyteri Franc. etc. immediate præbendarii dictæ præbendæ, et ipsa nominatione facta ad pro ipso constituente, et eius nomine ipsum Presbyterum Ioãnem præsentandum, coram Dominis Rectoribus, Clericis Capitul dictæ Ecclesiæ seu Reuerendissimo D. Episcopo, etc vel eius Vicario, et locumtenente, vel cuicunque alio, ad quem confirmatio, siue institutio huiusmodi nominationis, et præsentationis, et præbendarii prædicti spectat, et pertinet, ab eo, et quocunque alio ad quem spectat petendum, instandum, et requirendum, confirmationem, et institutionem dictæ nominationis, et præsentationis, et præbendarii præd cti, et faciendum fieri de prædictis omnibus, et singulis publicum instrumentum, seu publica instrumenta. Et generaliter, etc. promittens, etc. releuans, etc super qu bus, etc actum, etc. præsentibus, etc testibus, etc.

Si autem fuerint plures pat oni, tunc formatur procura sub modo sequenti.

IN nomine Domini Amen, etc. Franciscus, etc. fil. qu. etc patronus, et cui, vna cum cæteris nobilibus de Domo de, etc. spectat, et pertinet ex antiqua consuetudine, iuspatronatus, et ius nominandi, et præsentandi Ministrum, et Rectorem hospitalis S. Iacobi consuetum, sponte, etc. fecit, etc. suum Procuratorem liberum, etc. ita quod specialitas, etc. Barthol. etc. fil. q. etc. licet absentem, etc. ad pro ipso constituente, et eius nomine, et vna cum ipso Barthol. et aliis nobilibus de dicta domo etc. et maiore, et saniore, parte ipsorum nominãdum, et nominari possendum Vbertinum, etc. Rectorem, et Ministrum dicti hospitalis, vacantis ad præsens per mortem q. fratris, nisi etc. olim immediati Rectoris dicti hospitalis, et ipsum Vbertinum sic nominatum præsentandum nomine ipsius cõstituentis, et vna cum ipso Barthol. et aliis nobilibus prædictis, et pro vt supra, coram Reuerendissimo D. Episcopo, etc. seu eius Vicario, et quocumque alio ad quem huiusmodi nominationis, et præsentationis, et Rectoris prædicti confirmatio, et institutio spectat, et pertinet, et ab eo instandum, et requirendum confirmationem, et institutionem nominationis, et præsentationis prædictæ, et ad faciendum, fieri de prædictis omnibus, et singulis publicum instrumentum, seu publica instrumenta, etc. Et generaliter, etc. promittens, etc. releuans, etc. sup r quibus, etc actum, etc. præsentibus, etc. testibus, etc.

Alia ad prosequendum gratiam de Ecclesia Parrocchiali, ad capiendam illius possessionem, & locandi fructus:

IN Dei nomine, etc. D. A. sponte, etc. omnibus, etc. constituit Procuratorem suum D. B. ac ipsius D. constituentis nomẽn, et pro eo gratiam per sanctissimum Dominum Nostrum Papam factam de Parrochiali Ecclesia Sancti Leonardi Ciuitatis Cornetan. quam quond. H. ipsius Ecclesiæ Rector, dum viueret obtinebat per obitum eiusdem H. qui extra Romanam Curiam diem suum clausit extremum vacante, de qua eidem D constituenti auctoritate apostolica prouisum extitit, sub datum Kalendis Martii Pontificatus sui anno primo gratiose prout in litteris apostolicis inde confectis plenius continetur, litterasque ipsa et processus earumdem vigore habitos, et habendos Reuerendo in Christo Patri D. Episcopo Cornetan. et Montis Flasconen. vel eius in spiritualibus Vicario, ac illi vel illis ad quem, vel ad quos dictæ Parrocchalis Ecclesiæ Sancti Leonardi collatio prouisio, præsentatio, electio, seu quæuis alia dispositio communiter, vel diuisim pertinet,

nec non Dominis Executoribus, & sub executoribus in dictis litteris, & processibus nominatis, & deputatis, ac etiam deputandis, & eorum cuilibet, ac cæteris quibuscumq. personis, de quibus visum fuerit expedire, exhibendum præsentandum, & notificandum, ipsosque, & eorum quemlibet, vt ad executionem dictarum litterarum, & processuum desuper habitorum, seu habendorum procedant requirendũ, & ad petendum se nomine, quo supra recepi, & admitti in Rectorem dictæ Parrochialis Sancti Leonardi, cum plenitudine iuris eiusdem, vt moris est, & corporalem realem, & actualem possessionem dictæ Parrochialis Ecclesiæ iuriumque, & pertinantiarum eiusdem petendum, obtinendum, apprehendendum, intrandum, et adipiscendum, et se in huiusmodi possessionem poni, et induci faciendum, ipsamq; Ecclesiam suo nomine tenendum, regendum, et defendendum, et ministrum idoneum, qui dictæ Ecclesiæ in diuinis laudabiliter deseruiat ponendum, et reuocandum, et alium seu alios in eius, seu eorum loco deputandum, fructus, redditus, et prouentus dictæ Ecclesiæ à quibusuis illorum debitoribus habendum, percipiendum, leuandum recipiendum, et recuperandum, habuisseque, et recepisse confitendum, et tam de habitis, et receptis, quam habuisse cõfessis eosdem debitores et alios, quos opus fuerit, quietandum, liberandum penitus, et absoluendum, cum pacto de rem semel habitam, vlteris non petendo, necnon dictos fructus, redditus et prouentus, cuicumque personæ, ac pro pretio, et pretiis reperibilibus, ac pro tempore, et temporibus eidem Procuratori bene visis, locandum, affictandum, et arrendandum, affictus, et annuam responsionem suis debitis terminis, et temporibus conueniendis ab illorum affictuariis, colonis, et responsuariis petendum, exigẽdum et recuperandum, ac habuisse, et recepisse, confitendum, et de eis, vt supra quietandum, et quæcumque instrumenta cum, et sub illis pactis, capitulis, conditionibus, promissionibus pœnis, vinculis, et hypothecis, ac clausulis, et cautelis solitis, et consuetis, per quosuis Notarios rogari, et stipulari faciendum. Et pro obseruatione omnium, et singulorum, per dictum Procuratorem promittendum ipsum D. constituentem, ac eius hæredes, et successores, etiam in ampliori forma Cameræ Apostolicæ obligandum, et iuramentum, seu iuramenta quæcumque, tam pro obseruãdis statutis, et consuetudinibus dictæ Ecclesiæ, quo ad effectionem dictæ possessionis præstari solitum, et consuetum, quam pro obseruandis continendis in instrumento, seu instrumentis amictus, in animam ipsius D. Constituentis, coram quo opus fuerit præstandum, et subeundum cum clausulis solitis ad lites, et potestate substituendi. Et generaliter, etc. Promittens, etc. Releuans, etc. Super quibus, etc. Actum, etc. præsentibus N. et N. testibus, etc.

Alia ad renunciandum Ecclesiam, vt conferatur certæ personæ.

N. Etc. Ad ipsius D. Constituentis nomine, et pro eo talem suam Parrochialem Ecclesiam, quam obtinet, et possidet in Sanctissimi Domini Nostri Papæ, vel eius, et sanctæ Ecclesiæ Vicecancellarij, eiusque Reuerendissimi D. Datarii, aut cuiusuis vlterius ab eodem sanctiss. Domino Nostro Papa auctoritatem habẽtis manibus purè, liberè, et simpliciter resignandum, et renunciãdum in fauorem R. D. B. et ad finem, et effectum, quod dicta ecclesia eidem R D. B. conferatur, et non aliter, nec alio modo, et ad ipsi cessioni, et litterarum apostolicarum expeditioni cõsentiendum, iurãdumq. in animam ipsius D. constituentis, quod in huiusmodi resignatione non interuenit, neque interueniet dolus, fraus, aut simoniæ labes, aut alia qua alia illicita corruptela, et de præmissis quodcunq. opportunum instrumẽtum cum clausulis solitis, et consuetis, per quosuis Notarios fieri, et rogari petendum, et faciendum. Et generaliter, etc. promittens etc. releuãs, etc. an super quibus, etc. actũ etc. præsentibus testibus, etc.

Alia ad faciendum se subrogari in iuribus defuncti colligantis & petendi bene fictũ & absolutionem à censuris.

IN Dei nomine amen, etc. Cum alias post collationem Ecclesiæ Parrochialis nuncupatæ S. etc. factam per R P. D. Episcopum . . . ordinarium loci venerabilis D N. tunc vacantis per obitũ quond. A. vltimi, et immediati Rectoris ipsius Ecclesiæ, et post prouisionẽ super huiusmodi collatione factam per s. dẽ Apostolicam, ad fauorem dicti A per nonnul-

 los

los vociferatũ fueritq; Antonium, tunc familiarem quond. Reuerendiss. &c. vigore gratiæ acceptasse dictam ecclesiã, & subinde citari fecisse per edictum ipsum D. A. coram R. P. D. Episcopo, &c. & in illa parte Iudice, vt dicitur delegato Apostolico, & contra eum tanquam contumacem fuisse vsque ad sententiam, et littera executoriales inclusiue ipso D. A. contumace tanquam ignaro cumq; nuper me ad aures ipsius A. deuenerit dictum Antonium decessisse in Curia, et vigore Regulæ Cancellariæ Apostolicæ; in quãtum lis aliqua contra ipsum A. mota fuisset super dicta Parrochiali Ecclesia subrogari debeat, et ad ius si quod cõpetijsset dicto q. Antonio aduersario, vt dicitur in D. Ecclesia ea propter prædictus D. A. Rector pro firmiori corroboratione iurium suorum, et ad tollendum omnem dubitationem, quæ ex aduerso adduci posset, Sponte, etc. omnibus etc. constituit, et fecit procuratores suos N. et N. in Curia Romana, residẽtes absentes tanquam præsentes, et quemlibet eorum insolidum, ita quod, etc. ad ipsius D. constituentis nomine, et pro eo comparendum et personaliter præsentandum coram sanctiss. D. N. Papa, eiusq; Reuerendiss. D. Datario, et alio quocumque ad id potestatẽ habente, et ab eo nomine ipsius D. constituentis impetrandum dictam Parrochialẽ Ecclesiam Sancti, etc. Et ad petendum, et obtinẽdũ se subrogari in, et ad ius si quod competijsset dicto q. Antonio collitigato, ri aduersario, tẽpore decessus sui in prędicta Ecclesia, et de dicto iure eidem D cõstituenti prouideri petendum, et obtinendum; quatenus aliqualiter vacaret, siue per mortẽ dicti q. Antonij vel aliter qualitercũque, vel etiam si neutri ex eis collitigatoribus forte ius aliquod in eadẽ ecclesia competijsset, competeret, qualitercumque, et quomodocunq; vacare diceretur et superinde impetrandum et obtinẽdum litteras apostolicas in forma solita, et consueta et cum clausulis derogatorijs opportunis, et cum clausulis absolutionis ad effectum, etc. et alijs de quibus eisdem procuratoribus, vel eorum alteri videbitur, et placuerit. Item ad petendum nomine D. constituens beneficium, absolutionis, à quibusuis excommunicationis sententijs censuris, et pœnis, si quæ forte cõtra eum promulgatæ fuissent, et eisdem quoquomodo innodatus fuisset à iure, vel ab homine, et specialiter à dicto R. P. D. Episcopo, et Delegato Apostolico ad instantiam dicti Antonij eius asserti aduersarii, ex quacunque causa, et præcipuè ex causa dictæ parrochialis ecclesiæ, et ad præstandum nomine ipsius D. cõstituentis in manibus Sanctissimi Domini Nostri Papæ, seu illius D. Datarii, vel alterius ad id potestatẽ habentis debitum iuramentum, de obedientia pręstanda sanctæ Matri Ecclesiæ, et cuicunque ab ea deputato seu deputando; et ad petendum se restitui gremio, vnitati dictæ Sanctæ Matris Ecclesiæ, et communioni, ac participationi fidelium. Item quascumque litteras Apostolicas, et rescripta quæcumque in præmissis opportunè tam ad gratiam, quam iustitiam concernẽ in forma solita, et consueta impetrandũ et obtinendum, cum clausulis opportunis et eisdem procuratoribus, vel eorum alteri bene visis. Et generaliter, etc. promitten. etc. Actum, etc. præsentibus N. et N. testibus, etc.

Alia ad impetrandum beneficium vacaturum, cum onere pensionis.

R. D. sponte, etc. omni meliori modo, etc. constituit, et fecit procuratores suos N. et N. absentes tanquam præsentes et quemlibet eorum insolidum, ita quod ad ipsius D. constituentis nomine, et pro eo, et eius parte impetrandum à Sanctissimo Domino Nostro Papa, et eius sancta Sede Apostolica, eiusque reuerendissimo D. Datario, et alio quocunque ad id potestatem habente, parrochialem Ecclesiam Sancti, etc. cum iuribus et pertinentiis suis, et quandocunque cõtingat ipsam vacare per liberam resignationem de ea faciendam per Reuerend. D. Anton. modernum Rectorem, et possessionem dictæ Ecclesiæ Sancti etc. In manibus Sãctissimi Domini Nostri Papæ, seu cuiuscumque alterius ad id potestatem habentis, et ipsam parrochialem Ecclesiã, auctoritate Apostolica conferri, et de illa sibi prouideri petendũ litteras quoque Apostolicas super huiusmodi impetratione opportunas expediri faciendum, necnon constitutioni reseruationi, et assignationi annuę pensionis, in et super fructibus redditibus, et prouentibus dictæ Ecclesię ad fauorem dicti R. P. D. Antonii quatenus sibi de dicta Ecclesia prouideatur; et litterarum reseruationi dictæ pensionis expeditioni consentiendum ipsum

sumque C. constituendum, eiusque hæredes, & successores, ac illorum bona quecumque, eiusque in dicta ecclesia futuros successores, ad solutionem dictæ annuæ pensionis, vt supra reseruandæ, suis debitis, terminis, & temporibus, etiam in amplior forma Cameræ Apostolicæ, iuxta formam supplicationis desuper signatæ, seu signandæ, ac litterarum Apostolicarum, illius vigore expediendarum efficaciter obligandum, & hypothecandum, cum renunciatio nibus et clausulis opportunis, & per notarios Cancellariæ Apostolicæ, seu Cameræ Apostolicæ, seu extendi solitis, & consuetis quodcumque iuramentum, seu iuramenta tam pro obseruatione obligationi, desuper facien. quam quod in huiusmodi resignation, & reseruation. personis non interueniet aliquis dolus, fraus, vel simoniæ, labes. & aliud quocumque licitum, & honestum iuramentum in animam ipsius D. constituentis præstandum, & subeundum. Et generaliter, &c promittens, &c. releuans &c. super quibus, &c actum, &c. præsentibus N. & N. testibus, &c.

Alia ad renunciandum beneficium in Curia.

IN Dei nomine amen, &c venerabilis vir D. N. Præpositus Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, &c. cui nuper, seu alias auctoritate Apostolica prouisum, seu prouideri concessum fuit de dicta præpositura, vacante per mortem quond. D. N olim ipsius Ecclesiæ vltimi præpositi, & possessoris, Sponte, etc. omnibus, etc. constituit, & fecit procuratores suos D. D. N. & A. absentes tanquam præsentes, & quemlibet ipsorum insolidum, ita quod, &c. ad ipsius D. constituentis nomen, & pro eo comparendum citram sanctissimo Domino nostro Papa, eiusque D. Vicecancellario, & alio quocumque ad id potestatem habente, & in ipsorum manibus sponte, & liberè resignandum, seu renunciandum dictæ præpositura, & omni iuri dicto D. constituenti in dicta præpositura competenti, & competituro, & ad iurandum in anima ipsius D. cõstituentis, quod in huiusmodi renunciatione non interuenit, neque interuenietdolus fraus, aut aliqua alia simoniæ labes seu corruptela, & ad consentiendum expeditioni quarumcumque litterarum apostolicarum faciendarum ad fauorem personæ de dicta Præpositura prouidendæ, &c.

Si autem dicta resignatio fiat cum reseruatione pensionis post verbum renunciandum addatur, reseruata tamen eidem D. constituenti in, & super fructibus, redditibus, & prouentibus dictæ Præpositura annua pensione ducat. 20. auri di Camera eidem D. constituenti soluen. annuatim per quemcumque, cui dicta Præpositura, & Ecclesia conferatur per Sanctissimum D. N. Papa, vigore resignationis prædictæ, vt supra faciendæ, cum onere soluendi dictam pensionem eidẽ D. Constituenti, vsquequo vixerit, per quemcumque dictæ Præpositurę possessorem proxime futurũ, & aliũ quemcumque futurum. pro tempore existen. Præpositum seu possessorem, & quascumq; litteras apostolicas reseruationis di. dictæ pensionis impetrandũ, & obtinendum ac expediri faciendum, iurandumq; quod in huiusmodi reseruatione, & pensionis assignatione, seu constitutione, non interuenit aliqua simoniæ labes vel illicita pactio seu corruptela, vt supra, & quoscumque consensus desuper opportunos præstandum, et à titulario dictæ Præpositura super dictæ pensionis reseruatione, & litterarum desuper conficiendarum expeditioni, & aliis, quibus opus fuerit, præstari petendum, & obtinendum in forma solita, & consueta, Et generaliter, etc promittens, etc. releuans etc. super quibus, etc. actum, etc. testibus. etc.

Alia ad renunciandum beneficium ex causa permutationis

IN Dei nomine amen, etc. A Rector Ecclesiæ S. Mariæ, etc sponte, etc. omnibus meliori modo, etc constituit, et fecit Procuratorem suum R. D. N. præsentem, et acceptantem specialiter, et expresse, ad ipsius constituentis nomen et pro eo resignandum, et renunciandum, et causa permutationis, vt infra facienda, et non alias aliter, nec alio modo, in manibus Reuerendiss. D. Dei, et Apostolicæ sedis gratia Episcopi, etc. seu eius R. D. Vicariis, aut alterius ad id potestatem habentis dictã Ecclesiam S. Mariæ, etc. et omni iuri, et actioni eidem D. constituẽti ratione dictæ Ecclesiæ, et illi annexorum quorumcumque ad effectum eam permutandi, et permutationem faciendi cum d. B. de Ecclesia S. Alexandri, etc cuius ipse B est Rector, et possessor, et ad effectum quod dicta ecclesia S. Alexãdri ex causa permutationis prædictæ conferatur, et conferri debeat eidẽ D. constituentis, et ipsa ecclesia S. Mariæ

conferatur,& conferri debeat eidem D. B. & non aliter,nec alio modo Et ad iurandum in eius,seu eorum manibus prout ex nunc ipse D.constituens iurat, quod in huiusmodi resignatione,& permutatione seu illius causa,et prætextu non interuenit,neque interueniet fraus,dolus,nec aliqua alia simoniæ labes, vel alia illicita pactio; seu corruptela, et quodcumque aliud licitum & honestum iuramētum in animā ipsius D.constituentis præstandum.Et facta,et admissa resignatione huiusmodi petendum eiusdem D.constituentis nomine sibi prouideri de dicta ecclesias Alexandri, vna cum omnibus iuribus, & pertinentiis suis cum plenitudine iuris Canonici ipsamq; sibi conferri, ac sibi de ea inuestiendi, ac inuestiri petendum,& faciendum dictamque ecclesiam acceptandum, ac illius, iuriumque,& pertinentiarum,quarumcumque realem actualem,&corporalem possessionem capiendum,intrandum,& tenēdum,& quodcumque iuramentum,de obseruandis statutis,& cōsuetudinibus dictę ecclesiæ in manibus dicti Reuerendissimi D.Episcopi,& aliarum, quibus opus fuerit in animam ipsius D.constituentis præstandum,& subeūdum,et quodcumque instrumentū de præmissis omnibus per quosuis Notarios,cum quibuscumque clausulis,renunciationibus,obligationibus,promissionibus & aliis debitis,& opportunis et in similibus apponi solitis,& consuetis & consensum Capituli, & canonicorum,etc.seu aliorum quorum opus fuerit petendum requirendum,& obtinendum,et alia quecumq;requisita,ac in præmissis necessaria et opportuna faciendum, cum potestate substituendi.Et generaliter,etc promittēs, etc.releuans,etc. super quibus,etc.actum, etc.testibus,etc.

Alia ad comparendum occasione inquisitionis formatæ,& petendum se admitti per Procuratorem, seu Excusatorum.

IN Dei nomine amen, etc. Antonius, etc citra,etc sponte,etc. omnibus,etc. constituit, et fecit Procuratorem suū N absentem tanquam præsentem, solū, et insolidum specialiter,et expresse ad ipsius D.constituentis nomine,et pro eo comparendum, et se præsentandum coram spectabili D.Prætore,etc. causa, et occasione afferti processus, et inquisitionis contra eundem D constituentem formatę,seu formandæ per eundem D.Pretorem, et illius Curiam contra ipsum D.constituentem,et se per procuratorem, seu Excusatorem in causa admitti, et audiri petendum instandum,et obtinendum, et causam quare per procuratorem, seu Excusatorem admitti debeat; proponendum, allegandum, illamque,seu illas,tam in iure, quā in facto verificandum,copiamque quorumcunque inditiorum, si quæ sint contra eundem D. constituentem,cum termino competenti, ad faciendum eiusdefensiones,sibi tradi,et concedi faciendum,etquascumque exceptiones,cōtradictiones,crimina, et defectus contra assertos testes,et inditia, quęcūque contra eum laborantia opponendum, dictasque querelas,et denunciationes,seu accusationes aduersus eundem D constituentem factas,et formatas negandum, et quodcumque iuramentum,seu iuramenta in animā ipsius D.constituentis præstandum, et subeundum,cum clausulis solitis ad lites, et potestate substituendi:Et generaliter, etc promittens,etc releuans,etc super quibus, etc actum,etc testibus,etc.

Alia ad contrahendum pacem.

IN Dei nomine,etc. Octauianus, et Iacobus fratres germani sponte,etc. omni meliori modo,etc.fecerunt, et constituerunt eorum Procuratorem D N. absentem tanquam præsentem, solum, et insolidum specialiter,et expresse ad ipsorum Dominorum constituentium nomine, et pro eis contrahendum,& faciendum cum N. & N. fratribus, & quocumque ex eis simul insolidum vel de per se, seu quocumque eorum legitimo Procuratore,bonam, veram,& sinceram pacem,& concordiam, inter eos perpetuo,duraturam,etiam osculo pacis interueniente,de omnibus, & singulis odiis,quæstionibus, contentionibus, rancoribus, rixis, & malis voluntatibus, quomodocumque, &qualitercumque ex quacumque causa,per, & inter eas partes ab hodie retro,& sibi inuicem dictis factis illatis,& perpetratis, tam occasione occupationis bonorum,et iurium ipsorum constituentium,& fratrum suorū, quam aliter qualitercumque ab hodie retro,& specialiter,& expresse cum dicto N. occasione homicidii,alias per eum perpetrati in personam quond. N. patris dictorum constituentium,& ad remittendum nomine eorundem constituentium, eisdem N & N omnes,&singulas rixas,hodie contēsiones contumelias,discordias, rancores,iniurias, & om-

etomnes malas voluntates,ab hodie retro sibi inuiceem dictas factas,illatas,et perpetratas,ex causa et occasione antedictis, et quacumque ex eis,et quacumque alia de causa maiori, vel minori, de superius depressis, et ad consentiendum reuocandi cassationi, et ad consentiendum reuocãdi cassationi,et annullationi singularum que relarum,accusationum,et denunciationũ, ac processum contra dictos N et N et eorum quemlibet datum,factum, et formatum,coram magnifico D.N. Prætore, etc. seu alio quocumque Iudice,et quascumq; promissiones, et obligationes, pro dicta pace perpetuò,et inuiolabiliter obseruanda sub illis pœnis, vinculis, et hypothecis ac pactis,et conditionibus eidem D.Procuratori bene visis faciendum. Et pro obseruatione omnium,et singulorum per dictũ eorum Procuratorum promittendorũ ipsos Dominos constituentes,suosq; respectiue hæredes,et successores,ac sua,et illorum respectiue bona quæcumque, etiã in ampliori forma Cameræ Apostolicæ obligandum,et hypothecandum. Et instrumẽta quæcumque pro quosuis Notarios fieri, rogari,et stipulari faciendum,cum clausulis opportunis,ac per Notarium,seu Notarios dicti loci extendi solitis, et consuetis, iurandumque,etc. Et generaliter promittent etc. Releuans,etc Super quibus, etc. Actum,etc. testibus,etc.

Procura generalissima.

ILlustrissimus,et Excellentissimus D.A. Dux N. citra, etc. sponte,etc. fecit, constituit,etc Procuratorem suum etc illustrissimum D.B absentem, etc. ad ipsius Illustrissimi, et Excellentissimi D. constituentis nomine,etpro eo locandum et arrendandum,et locationis,vel alioquo cunque titulo concedendum, tradendum et assignandum totum, et vniuersum statum suum,et omnia,et singula Oppida, Terra,Castra,eorumque Territoria, et loca Item Prædia, Casalia, Tenutas, Arces, Palatia, Molendina, Ferrarias, loca piscationis,Aucupia, Venationes cum Balneis, Furnis,Macellis, Arcibus, Palatiis, Domibus,Aedificiis, Vineis,Pratis,Siluis Nemoribus, Vectigalibus, Responsionibus, Herbaticis,Gabellis,et omnia,et singula bona cuiuscumque generis,et qualitatis existentia,tam ea, quæ possidet, quam quæ possidere potest,et poterit, et illorum iura,et iurisdictiones simpliciter,aut cum aliqua reseruatione,cum redditibus,prouentibus obuentionibus,emolumentis,membris,annexis,et pertinentiis vniuersis, et illa in specie,vel in genere coniunctim, vel in genere coniunctim, vel diuisim, vna vel pluribus vicibus,et cuicumque personæ, vel personis conducere volentibus pro se vel nominandis ab eis,eorumque hæredibus,et successoribus quibuscumque,et dicta Oppida, Terras, Castra, Loca, Prædia, et bona, si videbitur dicto Illustrissimo D. B. Procuratori specificandum ad omnes,et singulos fructus, et prouentus pro conductoribus,et huiusmodi locationem,seu locationes,et arrendamenta faciendum, vsque ad nouennium,vel decennium proximum, aut alium quemcumque lõgiorem terminum, et longius spatium temporis Procuratori placitum, cum quibuscumq; facultatibus,auctoritatibus, iuribus, et iurisdictionibus, quæ videbuntur D. Procuratori,cum aliqua reseruatione, et exceptione,vel sine reseruatione, aliqua,purè,liberè,ac simpliciter, quodcumque modo, forma,pactis, conditionibus,et clausulis, pro pretio seu annua responsione,vel pensione,de qua conuenerit cum conductore vel conductoribus, soluenda in tempore, ac terminis desuper conueniendis, et dictam pensionem, vel pensiones, et pretia exigendum, percipiendum, vel habuisse confitendum,et quietandum conductores et quos opus erit,vel etiam aliis assignandum, delegandum, transferendum, et cedendum,vel insolutum dandum quoscunque terminos,et summas dicti pretii, seu annuæ pensionis in vna,duabus, vel pluribus vicibus,et quibuscumque temporibus et quibuscumque creditoribus, aut aliis. immittendumque in possessionem corporalem,vel tenutam dictorum status,et bonorum,atque curandum,vt vasalli,et subditi agnoscant in Dominos fructuum,emolumentorum,et responsionum dictos cõductores durante locatione, promittendumque nullo modo se ingerere in rebus, et bonis locatis, neque responsiones, aut redditus alterare neque onera, et impositiones solitas diminuere. Item in euentum belli,aut pestis,aut alterius cuiuscumque casus fortuiti (quam Deus auertat) promittendum facere illam defalcationẽ pensionis modo,et forma,de quibus cum arrendatariis,vel conductoribus conuenerit, et pariter euentum cuiuscumque de-

uolutionis, si quæ deuoluto fieret illarum tenutarum, quæ sub aliena proprietate, vel directo dominio existunt, promittendum facere illamdiminutionem, vel defalcationem pensionis, quæ concedens erit vel dicto Procuratori, aut personis deputandis videbitur. Promittendum etiam conseruare in bonis, & iuribus locatis cõductores, & ab eis causam habituros durante locatione, in fructuum perceptionem, ac defendere, eximere & liberare ab omni lite causa controuersia, molestia, & molestante persona pro dictæ locationis, vel locationum quarumcumque facienda rum obseruatione obligandum conductoribus omnia, & singula bona in locationibus comprehensa etiam in specie cũ clausula, & effectu constituti, ita vt nulla alienatio bonorum prædictorum in præiudicium conductorum fieri possit, & in summa faciendum erga conductores omnes, singulas illas promissiones, declarationes, obligationes, pactiones & cautelas, & quæ specialem, & indiuiduam expressionẽ postularent; quascumque cautiones præstandum, & præstari promittendum; & huiusmodi cautiones, vel fideiussores quoscumque promittendum releuare indemnes, & penitus sine damno conseruare, ac liberari ab omni lite, causa, & molestia, & pro releuatione indemnitatis huiusmodi, ac liberatione, obligandum eiusdem, ac deinsforibus in genere, & specie quæcumque Castra, vel Castrum, aut Oppidum, aut alia quæcumque bona specificanda, etiam cum clausula, & effectu constituti, & super præmissis vnum, vel plura, & quotcumque instrumenta eodem tempore, vel diuersis temporibus faciendum, & celebrandum cum iuramento, & obligatione Camerali, vt infra dicetur, & aliis quibuscumque clausulis, & saluis præmissis dicta Oppida, Terras, Castra, Loca, Prædia, Casalia, & Tenutas cum iuribus, pertinentijs, & Territoriis vniuersis, meroque, & mixto Imperio, Iurisdictione, dominio, & omnibus aliis iuribus, & iurisdictionibus singula eorum. Item Palatia, Domos, Aedificia, & alia quæcumque bona pro quouis pretio, vel pretijs, de quibus conuenerit cum emptore, vel emptoribus vendendum, & titulo perfectæ venditionis, dandum, transferendum, cedendum, & assignandum, cum pacto de retrouendendo in quocumque tempore & temporibus limitatis, aut pure, liberè, & simpliciter, iure proprio, & in perpetuum quibuscumque emere volentibus, vel etiam insolidum, & satisfactionem, quibuscumque dandum, & assignandum, aut etiam permutandum, & permutationis titulo pro quauis recompensa, iure proprio, & perpetuum, concedendum, tradendum, dandum, & assignandum, & dictorum Oppidorum, vel Castrorum, Casalium, Tenutarum, Palatiorum, & bonorum fines, & latera exprimendum specificandum, & super eis transferendum, & cedendum omnia iura, omnesque actiones, etc. Et ponendum emptores, vel compermutantes, & alios quoscumque contrahentes in omne ius locum, &c. Et constituendum eos Procuratores irreuocabiles, cum iuramento. vt in rem propriam. Dandumque illis facultatem, & licentiam apprehendendi bonorum eis venditorum, permutatorum, aut alio titulo datorum, corporalem possessionem, auctoritate propria, de facto, & constituendum se tenere, etc. Item super quocunque Castro, seu Castris, Oppidis, vel eorum Territoriis, Casalibus, Tenutis, Palatiis, Dominibus, aut aliis quibuscumque bonis stabilibus, vel singulis eorum fructibus, redditibus, pronentibus, & emolumentis imponendum, creandum, & constituendum duos, tres, quatuor, decem, viginti, & quotcumque annuos census, vsque ad quamcumque notabilem, & notabilissimam summam, iuxta constitution. fœlici recordationis Pij Papæ Quinti, super forma creandi census editam, & huiusmodi pretia accipiendum, emptore, quietandum, & absoluendum, bonorum confines, & latera specificandum, emptoribus transferendum super dictis censibus omnia iura, & omnes actiones, & eos constituendum, & censusque prædictos annuatim, de anno in annum, vel de semestre, & in fine tamen semestris, pro rata in alma Vrbe, vel vbi conuentum erit cum emptoribus promittendum soluere cum pactis, & cautelis placitis D. Procuratori seruata forma, & dispositione Constitutionis sanctissimi Domini Nostri Papæ. Item si dicta bona, vel census plus valerent pretiis acci piendis, vel recompensa desuper habuenda vel habita, totum illud plus condonandum, & remittendum, titulo donationis irreuocabilis inter viuos, & principaliter

c.

dictis contrahentibus cum Domino Procuratore antedicto promittendumque dictas venditiones, & alienationes esse, & semper fore bonas, validas, ac bene, valideqne factas, & in eas tanquam tales facere consentire omnes personas, &c. ius habentes, aut habere prætendentes, & suscipere omnem litem, causam controuersiam, molestiam in omni iudicio, & in quacumque instantia, & parte iudicij, si quæ super dictis bonis, vel censibus inferantur & susceptas prosequi, &c. etiam absque cura inpensa, & interuentu emptorum, & illorum, ad quos dicta bona, & census deuenirent, & promittẽdum eosdem emptores compermutantes, & alios prædictos in & super dictis cẽsibus, & bonis respectiue semper, ac perpetuo defendere, conseruare, ac liberare ab omni lite, causa controuersia, molestia, & molestāte persona, alias ad omne, & quamcunque dictorum bonorum, & iurium respectiue cẽsuum euictionem generalem, & particularem in forma iuris valida, & in Vrbe consueta, & in quocumque iudicio petitorio, & possessorio, & quouis eorum insolidum obligandum C. Constituentem, eiusque hæredes successores, & bona omnia, & singula præsentia, & futura, & de persoluendo quæcumque damna, impensas, & interesse. Item consentiendum quod quæcunque simplex notificatio, etiam extraiudicialis, & sine aliqua solemnitate, ac forma iuris, etiam in ædibus dimissa copia facta sufficiant. Et pro dictorum censuum imponendorum, & vendendorum solutione vel etiam pro alijs continendis in instrumentis celebrandis promittendum dare quascumque mercatorias, bancharias, q; cautiones in perpetuum obligatas, vel ad certum tempus, & illas renouare, ac præstare de Triennio, in Triennium, vel de Quinquennio in Quinquennium, aut de alio tempore in aliud tempus, quemadmodum fuerit desuper conuentum, & præstandum etiam, & præstare promittendum alios fideiussores, & cautiones pro solutione dictorum censuum, & quacumq; illorum euictione in omni iudicio, & pro aliis promittendis erga emptores. Item pro quacunque euictione bonorum, si bona vendi contingat, & pro alijs contentis, & continentis in instrumentis, desuper celebrandis, & omnes, & singulo fideiussores, eorumq. hæredes, & successores huiusmodi promittendum releuare indemnes, & penitus sine damno conseruare ac liberare, & eximere ab omni lite, causa controuersia, molestia, & molestante persona, vel etiam nulla præcedente molestia liberare ab obligatione intra certum tempus, placitum D. procuratori, & quo dictorum fideiussorum, & hæredum, etiam maiori cautione, ac pro releuatione indẽnitatis, & liberatione prædicta obligandum eiusdem fideiussoribus, & hæredibus illorum, quæcumque Castra Oppida, Casalia, Territoria, & bona quæcumq. etiam in specie, ad specialiter & expresse, ita vt specialitas generalitati non deroget, &c. etiam cum effectu, & clausula constituti, Item recognoscendum bonam fidem erga quoscunque illos, qui contemplatione D. constituentis super eorum bonis imponẽt constituent, & vendent, quoscumque annuos census, pretiaq. ac sortem principalem recipiendum, & quietandum, & pariter erga illos, qui in societatem officij, aut ex cambio, vel alio quocumque titulo, vel contractu pecunias accipient, seruitio, aut intuitu ipsius C. A. vel ad requisitionem dicti D. procuratoris, & tam erga illos, quam etiam quoscumqne fideiussores & faciendum illas assecurationes cautelas, & assignationes pecuniarum debitarum, & debendarum ipsi domino constituenti in responsionem bonorum etiam in specie, ac promittendum debita huiusmodi, vsque ad quæcumqne notabilem summam contrahenda, extinguere intra certum tempus, & omnes obligatos liberare, atque instrumenta cassari facere, vt omnes penitus liberi, & exempti remaneant. Item sub titulo, & contractu mutui, vel etiam depositi cambij, & sub quocumque alio contractu accipiendum quãcumque summam, vel summas pecuniarum, quantumuis notabiles, & à quibuscumque personis, & pro illarum consignatione, & restitutione faciendum omnes, & singula illas cautelas, in genere, vel in specie, quæ domino procuratori videbuntur. Item omnes, & singulas causas: differentias, controuersias, & prætensiones, cum quibuscumq. personis, &c. verten. aut quæ vertere, aut introduci possent, ex quauis occasione, & super quibusuis rebus & negocijs actiuæ, & passiuę cum eius annexis, emergentibus, & depẽdentibus, compromittendum, & remittendum

tendum in genere, vel in specie in quemcumque arbitrium, vel arbitrios arbitratores, & amicabiles compositores, decisores calculatores, ad illas decidendum, et terminandum de iure, ac de facto, vel de iure tantum, aut de facto tantum, vel mixtim arbitrio ipsorum arbitratorum, vel quocumque modo componendum, & de plano sine strepitu, et signa iudicis singulis diebus, et horis etiam partibus non citatis, cum facultate deputandi tertium in euentum discordiæ; et ad quemcumque terminum, et illum prorogandi toties, quoties videbitur arbitratoribus, ac renunciãdum cum iuramẽto cuicumque petitioni reductionis ad arbitrium boni viri, ac beneficio restitutionis in integrum, ex quocumque capite enormissimæ læsionis, et omnibus alijs remediis, quantumuis iuridicis, si quibus mediantibus contra laudum veniri posset, et conueniendum, aut quodcumque laudum, vel compositio, aut ordinario arbitratorum quocumque modo prolata, vigorem habeat trium sententiarum conformium, et rei iudicatæ, rite, ac legitime in sacro Rotæ Auditorio obtentarum ita in laudum huiusmodi semper, ac in primis, et ante omnia exequutioni demandari debeat, vt pura, et libera obligatio Cameralis, in forma depositi concepta, et quatenus aliquod remedium vel exceptio quantumuis iuridica opponeretur, tamen executio, et adimplemẽtum laudi, non possit impediri, vel differri, sed immo in primis executioni demandari, vt supra, et opponendum quascunq; pœnas, et cautelas, etiam amplissimas, quæ videbuntur D. P. Procuratori. Item ad transigendum, concordandum, et componendum quascumque lites, causas, differentias, vel prætentiones à quibuscumque contra D. Constituentem, et ab eo contra quoscumque motas, et mouendas, et quæ moueri, aut intentari possent, ex quibusuis causis, etiam hic non expressis, et super quibuscumq; rebus, et negocijs quantumuis notabilibus, et cuiuscumque magnæ importantiæ, fuerint, vel existant, et extinguendum quascumque lites, et differentias natas, et nascituras, et super illis perpetuum silentium, et finem imponendum, et remittendum quascumque impensas, damna, et interesse, et ratione perpetuæ concordiæ, atque transactionis, et compositionis, acceptandum, et dandum aut condonandum totum id, quod placebit D. procuratori, sub quibuscumque pactis, conditionibus, clausulis, et cautelis, vel etiam pœnarum adiectionibus, et cõcordiam, vel concordias, transactiones, compositiones prædictas semper, et perpetuo ratas, gratas, validas, et firmas habere, et inuiolabiliter obseruare promittendum, et renunciandum l. de his ff de Transactionibus, et nunquam contrauenire, sub quouis prætextu, etiam enormissime læsionis, vel iurium denuo repertorum, aut reperiendorum, et restitutionis in integrum, ex quocumque capite resultantis, et denique apponendum quascunque amplissimas cautelas, et quæcumque instrumenta celebrandum, et dictas concordias, transactiones, compositiones, et cõpromissa quæcumque bis, ter, et pluries et quoties occurrerit vel dicto procuratori videbitur faciendum, et firmandum. Item omnes, et singulas pecuniarum, et bonorum summas, et quantitates, ex quacumq; rationes et titulo de præsenti, præterito, vel in futurum debita, et debendas quantumuis notabile, et quæcumque credita exigendum, petendum, recuperãdum, aut habuisse, et recepisse confitendũ et de illis omnes, quibus opus erit, quietãdum, absoluendum, etc. exceptioni, etc. et omnibus alijs renunciandum; cum pacto de numquam amplius petendo. Iura quoque, et actiones in fauorem soluentium transferendum, et cedendum, et constituendum eos desuper procuratores irreuocabiles, vt in rem propriam. Cassationi instrumentorum, apocharum, et scripturam consentiendum, vel etiam quæcumque nomina debitorum, creditaque quouis modo competentia ipsi Constituenti, et competitura, et quæcumque ipsius bona, et iura insolidum dandum, vel alio quocumque titulo distrahendum alienandum, et assignandum, et cedendum etiam in specie, ita tamen, etc. cuicumque, vel quibuscunq. ex fideiussoribus accessurus, vel obligatis, aut obligandis contemplatione D. constituentis, in quibuscumque contractibus, et negotiis pro eorumdem fideiussorum maiori cautione ac securitate, respectu promissionum factorum, et faciendarum pro ipso D pro releuatione indemnitatis, et liberatione ipsorum fideiussorum à promissionibus faciendis, vel extinctione ipsarum, promissio-

cionumque, et obligationum factarum, et faciendorum et solutione quorumcumque debitorum contracto. um, et contrahendorum. Item vniuersum statum, et omnia, et singulis bona, et iura sua regendum administrandum, et gubernandum, regi, gubernari, et administrari faciendum, Item quoscumque rationes, et calcula reuidendum, et sibi de administratis, et gestis per quoscumque rationem reddi petendum, et faciendum calculandum, et solidandum, cum quibuscunque personis Et si opus erit, vel dicto D. procuratori videbitur calculatores contra quascumque partes deputandum, et quascumque rationes, et computa, tam de præterito facta, quam in futurum facienda, et administrationes gestas, et gerendas solidandum et componendum Quietationes liberationes et absolutiones generales, vel etiam, speciales, et finales, erga quoscumque faciendum: et concedendum, cum pacto, de nihil amplius petendo, vel repetendo, et de omnibus, et singulis eius bonis, iuribus, actionibus debitis, creditis, nominibus debitorum, et alijs quibuscumque bonis pro quacumque notabilissima summa & valore, semper, & quotiescumque dicto D. Procuratori placebit faciendum quoscumque contractus, alienationes, & distractus cuiuscumque generis, & speciei fuerint, & cum quibusuis clausulis, & cautelis eidem Procuratori placitis; fructus, redditus, & prouentus, ac emolumenta quæcumque sui status, ac omnium, & singulorum bonorum suorum præsentium, & futurorum, etiam ex iurisdictione, & alia quocumque modo, prouenientia, & prouentura percipiendum, leuandū, & possessionem corporalem quorumcumq. bonorum, ex quouis titulo, & contractu alijs dādum, & tradendum. Item ad quascunque ecclesias, & beneficia, quæ de iurepatronatus ipsius D. Constituentis existunt, præsentandum quascunque personas, quæ D. Procuratori videbuntur idoneæ, vel habiles, & iura ipsius D. Constituentis, exercēdum, & conseruandum, & alia opportuna peragendum ius & iustitiam, atq; iurisdictionem in vniuerso statu suo, et omnibus, & singulis, Oppidis, Castris, Terri, & locis in quibuscumque Vassallo, & subditos, & alias, prout potest, & posset ipse D. Constituens, administrandum, exercendum, aut administrari, & exerceri faciendum, tam in caussis ciuilibus, quam criminalibus, etiam capitalibus; & mixtis in cognoscendo, condemnando, absoluendo, vel etiam gratias, & remissiones concedendo, & quascumque confiscationes bonorum, pœnas pecuniarias, & corporales ac etiam capitale, vltimi supplicij remittendo, & gratiose absoluendo, vel componendo. Item Vicarios, Prætores, Iudices, & Officiales quoscumque deputandū ponendum, ac remouendum, semper, & toties, quoties, & cum iurisdictione solita, vel alias prout procuratori prædicto placebit, & administrandum merum, & mixtum imperium, & absolutam, ac libera plenissima in omnibus, & singulis præmissis, & infradicendis potestatem, & auctoritate, Castellanos, custodes, factores, & ministros deputandum, & amouendū cum salarijs, & conditionibus, placitis D. Procuratori. Et quatenus contigeret, fieri aliqua alienatio, & aliqui contractus, pro cuius validitate, vel forsan maiori cautela, requireretur assensus Apostolicus, in tali casu supplicandum Sanctissimo D. N. Papæ, sanctæ Sedi Apostolicæ, pro assensu, & licentia opportuna, & si motu proprio Sanctissimi D.N. Papæ concederetur acceptandum huiusmodi consensum, & eo vtendum. Et faciendum quascunque conuentiones, promissiones, obligationes & cautelas, etiam satis maiores, quam superius expresse fuerunt, immò quascumque amplissimas cautelas, sub quibuscunque modis, formis, & clausulis placitis D. Procuratori faciendum, etiam eas, quæ mandatum specialissimum postularent, erga quoscumque, & omnia, & singula, tam per instrumenta, & acta publica, quam per scripturas priuatas, vel litteras patentes & alias quomodocumq, expediendum, & pro implemento, & obseruatione omniū, & singulorum contractuum; distractuum & aliorum agendorum per dictum procuratorem, ipsum D. constituentem, eiusque hæredes successores, & omnia, & singula bona mobilia, stabilia seque mouentia, iura, actiones, & debitorum nomina et alia quæcumque bona præsentia, et futura, etiam ea, quæ in generali obligatione non veniunt obligandum, in genere, ac in specie, etiam cum clausula, et effectu constitut in forma iuris valida, in forma depositi, per quarantigiam, vel in forma Cameræ Apostolicæ, cum clausulis solitis,

tis, et consuetis, etiam cum specialis procuratoris, aut procuratorum specialium præsentium, et acceptantium constitutione, iuxta nouas reformationes ad confitendum debitum et defendendum, cum clausulis, et facultatibus opportunis, vel citra, et præter constitutionem procuratorum, ac specialiter, et expresse renunciandum cuicumque appellationi, reclamationi, etc et pro maiori præmissorum omnium, et singulorum obseruantia, et omnium, qui contrahent cautela, consentiendum in mãdatum executiuum contra ipsum D constituentem, et eius bona decernendum, etc. si tempore debito, etc de fecerit, etc. Et iurandum ad sacrosancta Dei Euangelia in animã ipsius D. Constituentis, in quibuscumque contractibus celebrandis et si videbitur D Procuratori promittẽdum ratificationem omnium, et singulorum instrumentorum, cõtractuum et aliorum agendorum per D Procuratorem. Quæ omnia, & singula, ex nunc ipse A. promisit cum iuramento tactis &c. præstito ratificare, & ad plenum confirmare, etiam ad omne placitum, & requisitionẽ illorum, qui contrahent cum D. Procuratore præfato, cui etiam dedit facultatem iurandi, vel referendi super quocumque partito litis decisiuo, Debitoresque, ac bonorum, & iurium suorum detentores qui nunc sunt, si qui eruntin futurum, omnibus vijs iuris, et facti; remedijs opportunis ad soluendum, dimittendum, relaxandum et restituẽdum quæ debent, & occupauerunt et quæ debebunt, et occupabunt compellendum, aut compelli iubendum, et procurandum, et ad quascumque reales, et personales executiones aliquæ opportuna remedia procedendum, vel procedi mandãdum. Debitores captos, et carceratos habilitandum, relaxandum, et liberandum, prout videbitur D. Procuratori. Et si necesse fuerit pro consequutione, et recuperatione iurium, pecuniarum, velbonorum ipsius D. Constituentis, vel pro conseruatione iurium suorum iudicialiter agendũ coram quibuscumque iudicibus, etc. cum solitis clausulis ad lites, quandocumque extendentes. Et insuper dedit, et concessit eidem domino procuratori in omnibus, et singulis in hoc mandato tam in genere, quam in specie contentis, et alijs quibuscumq; etiam non expressis amplissimum et generalissimum, ac liberum mandatum cum plenissima liberaq; administ rationẽ ac absoluta, omnimoda, et libera potestate, etiam ad tractãdum procurandum, et expediendum ea quæ specialissimum mãdatum de iure postularent; et ea, quæ persona propria ipsius constituentis facere posset, si personaliter interesset. Ita vt omnes; et singulæ facultates, quæ dici, vel excogitari possunt, maiores expressis, et maximæ censeantur datæ, atque comprehensæ in hoc mandato. Vnum quoque etc. cum potestate substinendi. Et generaliter, etc Promittens, etc. Releuans, etc. Super quibus, etc.

Constitutio, siue deputatio facta per creditores, pro effectuatione concordantiæ.

CVm D. P. olim mercator Pisan. Rom. Cur. seq. plurimis, et varijs debitis inuolutus, et ære alieno grauatus, et præsertim rationem fideiussionem factarum, ad instãtiam A. et aliorum videns non posse vrgentibus creditorib. satisfacerem, et nõ posse incumbere suis negotiis præsertim dum creditores vrgebant, foro cedens, ac etiam disperans res suas componere posse ab Vrbe discesserit, vt dicitur Vlexbonam versus tres aguntur anni, vel citra tribus filijs, videlicet vno masculo, et duabus fœminis, et rebus suis inordinatis relictis, et ab eo tempore citra, nec de vita, nec de morte dicti P. nuncium aliquod illatum fuerit. Vnde negotia, debita, et credita sua, tanto magis incerta, et deteriorata effecta sint, et in dies tendant in peioremstatum, et deteriorem conditionem, tanto magis, quia creditores, nec de ipso P. nec de suis rebus, scripturis, et negotijs notitiam habent. Vltra quod naturale fit, vt communiter negligatur, quod communiter multorum interest. Nuper autem auditis præmissis D. R. dicti P. Germanus frater, Qui in Regno S. domicilium habet officio, et pietate fraternis fungi volens ad Vrbem venerit, ad effectum præfatis filijs adiuuandi, et rebus et negotiis dicti P. vt inde creditoribus in partem satisfieri possit, et dicti quoque filij subsidium aliquod consequenter, offerens omnem suam industriam, et laborem præstiturum absque vllo præmio in inuestigando, et recuperando bona credita, et affictus dicti P. quatenus ex illis, quæ recuperari contingerit, et de omnibus rebus præfatis. Vna tertia pars dictis filiabus, et filio de-

tur

tur, et applicetur, vt inde, quo melius fieri poterit alienam substentationem consequantur, et reliquæ duæ partes inter ipsos creditores, prout ipsi concordes erunt distribuantur. Et propterea creditores infradicendi insimul congregati diebus elapsis: et hodie quoque tractatum, et colloquium habuerint super præmissis. Considerantes, quod dum negocia in diuersas partes trahuntur, numquam vel raro debitum finem, et complementum recipiunt, et cupiẽtes prouidere indemnitati eorum concluserint deputare vnum ex eis in Administratorem generalem, cum plenissima, et libera facultate omnia imponendi, gerendi, disponendi, et expediendi, vt infra latius dicetur. Et insuper, vt D. R. libentius, et alacrius laborem, diligentiam, et industriam suam in præmissis exponere paratus sit: accedente dicto beneficio, et subsidio tertiæ partis dictis filiis tribuendo, et quia ipsi creditores pietate moti erga dictos filios pauperes, et sine vllo subsidio derelicti fuerunt, tertiam partem summæ, quantitatis pecuniarum, et bonorum recuperandorum ex negociationibus, et facultatis dicti P. decreuerunt vnanimiter pro creditis, quæ attinent ad eosdem creditores irreuocabiliter inter viuos dictis filiis P. dare, concedere, et elargiri. Et super hoc negocio volentes instrumentum celebrare.

Hinc est, quod anno, etc. I. nomine suo et A. sui nepotis, pro quo de rato, et rati habitione in forma iuris; valida promisit alias de suo proprio teneri voluit, et G C. et F. creditores, et fideiussores respectiuè dicti P. ex variis caussis et tituiis suis loco, et tempore opportunis deducendis, et respectu fideiussionum pro omni eorum interesse pro eo. quod passi sunt, et pro eos, vel quamuis eorum solui contigerit, ratione fideiussionum factarum, volentes exequi omnia, quæ in hoc negocio mature deliberantur, sponte, etc. tam nominibus eorum propriis, quam aliorum legitimorum creditorum adhærere volentium huic deputationi, et conuentionibus, et aliis infra dicendis; in primis circa negocia infra dicenda, reuocantes quoscumque Procuratores, Actores, et Ministros deputatos si qui deputati sint auferens ab eis, omnem facultatem, et auctoritatem datas et concessas: inhibentes expresse nisi in posterum in præmissis, et infra dicendis negociis ingerere præsumant. Et protestantes omnia esse, et fore cassa, irrita, et nulla, si quæ de cætero facere tentauerint; et omnibus melioribus, etc Quibus validius fieri potest constituerunt, etc. Eorum, et dictis nominibus Procuratorem, Actorem, & negociorum præfatorum, & infradicendum, nuncium specialem, & generalem, & administratorem specialem, generalem, & generalissimum; ita vt generalitas, &c. dictum G. præsentem, & acceptantem ad ipsorum constituentium, & deputantium dictis nominibus, & aliorũ legitimorum creditorum adhærere volentium, & pro eis specialiter expresse pro consequutione crediti: & creditorum eorundem constituentium, & liberationis à fideiussionibus factis, et releuationis indemnitatis respectiuè, ac aliarum adhærere volentium, omnes, & singulas pecuniarum summas, & rerum, ac bonorum, quantitates dicto P. si viuit, alioquin suis hæredibus, & successoribus, vel eius hæreditati debita, & debendas, quauis de causa, & causis, cum scriptura publica, vel priuata aut sine scriptura, quomodocum; & qualitercumque, ac bona quæcumque mobilia, stabilia, & se mouentia, credita, & nomina debitorum exigendum, percipiendum, recuperandum, de omnibus exactis habitis perceptis, & recuperatis, omnes & singulos, quos opus erit quietandũ, absoluendum, & liberandum, cum pacto de nũquam amplius perendo, & renunciãdo quibuscumque iuri, & facti exceptionibus Item iura, & actiones in fauorem soluentium, si dicto procuratori, & Administratori videbitur, transferendum, & quascumque liberationes, & quietantias, etiam in actis publicis faciendum, cassationi instrumentorum, apocharum, & quarumcũque scripturarum, tam publicarum, quam priuatarum & illarum restitutioni, & annullationi consentiendum, exceptioni non habitorum, non receptorum, non numeratæ pecuniæ, omnibusque alijs renunciandum Item bona scripturas, affictus, & bonorum quorumcumque possessionem corporalem apprehendendum retinendum, & illa etiam vendendum, & distrahendum pro quouis pretio, & pretijs reperibilibus, & pretia recipiendum, & quietandũ, et supra vel ad subbastationem, & deliberationem procedendum. Itẽ pro consequtione & recuperatione pecuniarum effectum, et

bonorum præfatorum in Iudicio,& extra agendum,& experiendum tam hic Romæ quam in quacumque alia Ciuitate, oppido,loco,Prouincia,Regno,& inquauis mũdi parte, & coram quibuſcumque magiſtratibus, Iudicibus, Tribunalibus; & ad quaſcunque reale, & perſonales executiones,incarcerationes,arreſtationes,contra debitores, & bonorum detentores Itẽ ſequeſtrationes, ſubhaſtationes, deliberationes,& adiudicationes,& ad omnia alia, & ſingula iuris, et facti remedia opportuna, & quæ dicto domino Procuratori, & adminiſtratori videbuntur, etiam ſi talia forent, quæ ſub verbis præfatis non comprehenderentur, ſed ſpecificam & indiuiduam expreſſionem poſtularent. Item cũ omnibus, & ſingulis, quibus opus fuerit, vel occurerit calculandum,& ſolidandum & calculari, atque ſolidari petendum, & faciẽdum,& ſi dicto domino deputato videbitur etiam eligendum,& adhibendum calculatores.& peritos, & liquidan. & facien. & quæcumque computa,rationes,& differentias, & cum quibuſuis debitoribus & bonorũ detẽtoribus,& de omnibus aliis principaliter, vel incidenter intereſſe habentibus,concordandum,tranſigendum,et componendum, & huiuſmodi tranſactiones, concordias, et compoſitiones faciendum, ſub illis pactis, modis, & formis, & D Deputato præfato placuerint, & ratione concordiæ, & compoſitionis huiuſmodi remittendum,& relaxandum totum id. quod ipſi D.Procuratori videbitur Item omnes lites, cauſas controuerſias, & prætenſiones,ortas,natas, & naſcituras, occaſione præmiſſorum cũ dictis debitoribus, & detentoribus, & alijs quibus occurrerit, tam in genere,quam in particulari, & totum negocium per tranſactionem,concordiam & compoſitionem finiendum,& terminandum,vel compromittendum,& remittendum in vnum,aut plures arbitros, arbitratores, amicabiles compoſitores, & deciſores, cum facultate procedendi. & ſententiandi vel componendi, quocumque modo, & cum omnibus illis facultatibus, clauſulis, renunciationibus, promiſſionibus, & cautelis, quæ dicto domino Procuratori, & deputato, videbuntur, Item quoſcumque libros, & ſcripturas, priuatas, et publicas exhiberi, reſtitui, conſignari,& produci petendum. Item depoſitarium, ſeu depoſitarios quoſcumque eligendum,et deputandum, & deputatos amouendum, & alios de nouo deputandum. Item debitores, & bonorum detentores, de fuga ſuſpectos iurandum, et illorum relaxationi conſentiendum. Item aduocatos, procuratores, ſollicitatores, et miniſtros deputandum, tam in Vrbe, quam extra, cum illa mercede, patrocinio, vel ſalario, quod videbitur eidem D.G. et dictam mercedem et ſalarium, aut prouiſionem ſoluendum ex pecuniis exigendis, vel ex bonis recuperandis, et bona huiuſmodi venden. et nomina debitorumceden et alienan. pro pretio reperibili, vel dicto procuratori placito, et pretium huiuſmodi recipiendum, et quietandum. Item ad tradendum, dandum et conſignandum tertiam partem exigendorum, et recuperandorum, ex bonis, et pecuniis dicti P. pro eo, quod attinet ad ipſos conſtituentes, dictis nominibus, dictis filiabus, et filio eiuſdem P. quando percepta, exacta, vel recuperata fuerint, et eo tempore, quo videbitur ipſi dominõ G Procuratori, quam tertiam partem exigendorum, et recuperandorum, ijdem Conſtituentes, ex nunc, prout ex tunc, et è contra, quando fuerit recuperata, vel exacta condonarunt, purè, liberè, ſimpliciter, et irreuocabiliter inter viuos, dictis filiabus, et filio dicti P. me notario publico acceptante pro illis, vna cum domino R. eorum patruo, et hoc fecerunt pietate moti, vt dictæ filiæ, ac filius valeant ſubſtentari, et aliquod ſubſidium recipiant,attenta eorundem filij, et filiarum paupertate Hoc adiecto, vt tempus conſignationis dictæ tertiæ partis ſit in arbitrio dicti domini G. quã ſic eis benefacere, et condonare placuit et placeat. Dederunt etiam facultatem dicto G faciendi in præmiſſis omnibus, et ſingulis, et pro illorum executione, atque effectuatione cum quibuſcumque perſonis, omnes conuentiones, cautelas, et obligationes, de obſeruando etiam in forma Cameræ Apoſtolicæ, cum ſolitis clauſulis, citra conſtitutionem procuratorum,vel cum conſtitutione ſpecialis procuratoris,iuxta reformationem, ac modernum ſtilum, aut alijs modis, et formis, quæ placebunt D. G. Item quatenus aliqui, ſeu alii creditores nollent conuenire,et concurrere cum ipſis conſtitutati-

sibus in præmissis infra dicen. vel ad maiorem firmitatem contentorum in hoc instrumento, et dependentium, et sequendo rum ab eo, supplicandi Sanctissimo D. N. Papæ, pro confirmatione, et confirmationē huiusmodi, et quæcumque rescripta impetrandum, vt alii cred. tores compellantur concurrere; et quatenus recusent accedere, atque concurrere, tunc ne præiudicium et damnum ipsis constituētibus inferatur supplican. et impetran. vt. ipsi Constituentes et alii, qui adhærere voluerint, et pro eis dictus G. et quicumque alias deputandus, si alium deputari contigerit, non obstan. negligentia et contradictione quorū. cumque aliorum creditorum omnia, et singula contenta in hoc instrumento expediri possint: tam nominibus eorum propriis, quam ex persona dicti P. et desuper impetrand a Sanctissimo D. N Papa, et ab aliis, dominis principalibus, in quocumque regno, vbi opus fuerit, vel experiri contingerit, quæcunque, rescripta necessaria et opportuna. Item ad omnes, et singulas lites, causas controuersias, et prætensiones, tam natas, quam nascituras, motas, et mouendas actiuè, et passiuè, occasione præmissorum, tam ex personis ipsorum Creditorū, quam dicti P vel eius hæreditatis, si vlnus non foret et tam coniunctim, quam diuisim, et alio quocumque modo, agendum, prosequendum, et defendendum contra quoscumque, ac eorum quibuscumque DD. iudicibus, tam Ecclesiasticis, quam sæcularibus magistratibus, et superioribus, in quacūq; Curia, et in iura eorū inquacumq; mundi parte; et in quacumque de.. dicen. et iuxta stilum Ciuitatum, et locorum vbi agi, vel tractari contigerit, procedendum ad omnes actus necessarios, et opportunos, et ad iurandum in litem, et quodcumque aliud iuramentum honestum præstandum, et ad iurandum in animam constituentium, cum clausulis solitis ad lites. Item ad assecurandum, vel concedendum saluum conductum dicto P. si viuus existit. Declararunt etiam, et conuenerunt, quod per mortem ipsorum constituentium, et aliorum adhærere volentium, et quorumuis ipsorum (quos omnes Deus omnipotens diu incolumes seruet) hoc mandatum, et facultates, vt supra datæ, et conuentiones factæ non expirent, nec finitæ, et expiratæ censeantur; sed durent, et durare intelligantur vsque ad totalem expeditionem, et finem omnium, et singulorum præmissorum. Quia pro se, ac suis hæredibus, et successoribus quibuscumque, tam coniunctim, quam diuisim, et vnusquisque de per se; fecerunt, et faciunt, præmissa dictis nominibus, cum aliis infra dicendis. Item vnum, vel plures procuratores, administratores, agentes, et ministros, in omnibus, et singulis præmissis in Curia, et extra, et in quacumque mundi parte, cum simili aut limitata potestate substituendum, et si videbitur D. G. etiam substituti possint alios substituere, si hoc expresse ordinauerit, & mandauerit, eosq; reuocandum, amouendum, & opus procurationis in se reassumendum præsenti mādato, &c. Item, ex pecuniis, effectibus, ac rebus exigendis, exponendum, & erogandum in litibus, & causis, atque negociis gerendis, & expediendis, totum in quod præfato D. G. videbitur, &c. ad cedendum etiam nomina debitorum, & dantes, & cōcedentes eidem G. deputato plenissimam, liberam, & absolutam generalissimam, ac specialissimam administrationē, & plenissimum mandatum, cum totali complemēto, ad tractandum, administrandū, & expediendum omnia, & singula ea, quę ipsemet constituentes, dictis nominibus, facere, gerere, & expedire possunt & possent, si personaliter interuenirēt, & tam in Vrbe, quā extra in quacumque mundi parte etiamsi talia forent, quæ mandatum specialissimū postularent. Promittens dictis nominibus, &c. Releuantes, &c. Super quibus, &c. Act. &c. præsentibus, &c.

L. Vxor rel. q. I. Tutrix, & pro tempore Curatrix Testamentaria suorum filiorum, in Testamento die, &c. conditio in actis, &c. vt asseruit, in quorum filiorum fauorem per P. impositus, & venditus fuit in annuns censu scutor N seu alterius verioris summæ, super eius vinea, seu aliis bonis, pro pretio scut. N. die, &c. aut alio tēpore veriori, in actis, &c. habens notitiam, & certiorata per me Notarium de conuentionibus: & de deputatione factis per aliquos creditores dicti P in personam D G. nomine ipsorum, & aliorum creditorum adhærere volentium, & ob condemnationē tertiæ partis summæ exigendæ, recuperandæ ac bonorum recuperandorum, facta in fauorem filiarum, & filiis dicti P. cum Dominus R. frater dicti P. motus fuerit ad præstan-

ftandū induftriam fuam,& omne auxiliū in recuperatione bonorom, & pecuniarū dicti P. vt inde creditores aliquod beneficium. Dictæ vero filiæ,& filius P confequantur aliquod fubfidium ad fubueniētē eorum neceffitati,& paupertati. Volens dicta Laura fequi fententiam,mutuum cōfilium & deliberationem dictorum creditorum,& confiderans hoc tendere ad beneficium fuorum filiorū, quia facilius aliqua fummam ex credito fuō cōfequi poffe fperat,vniendo fe cum aliis creditoribus,quā de perfe diuifim ab aliis experiri. Ideò fpōte,&c citra tamen nouationem,& præiudicium obligationis,& iurium fibi,& fuis filiis competen confideiuffores, & omnes obligatos,à quibus recedere non intendit & nō alias,aliter,nec alio modo dictis dominibus declarauit,adhærere velle præfatis cōuentionibus,& deputationi, vt fupra factis die,&c. & acceptauit,ratificauit,approbauit dictas conuentiones,concordiā, & deputationem,& de nouo deputauit,& deputat Procuratorem, & Actorem. D.G. abfentem,etc cum facultate fubftituendi omnibus & fingulis facultatibus,declarationibus,& aliis modis,& formis,prout in fubfcripto Inftrumento continetur,in omnibus,& per omnia,de quibus per me Notarium certificata fuit,& pro dictis fuis filiis promifit, quatenus opus fit , alias de fuo proprio teneri voluit,& ita iurauit, tactis,&c.fuper quibus,&c.

A.vti Procurator,& eo nomine B.crediroris fupradicti P.in fumma pecuniarum, fuo loco,et tempore opportunis deducenda habens notitiam,& certioratus ad plenum de fupradicta deputatione,& concordia atque conuentionibus factis per alios creditores dicti P.nominibus eorum propriis, & aliorum legitimorum creditorum adhærere volentium,& condonatione tertiæ partis fummæ exigendæ , ac bonorum recuperandorum facta in fauorem filiarū & filij dicti P.fpontè,&c.declarauit dicto nomine adhærere velle conuentionibus , condonationi,factis in perfonam G.aliifq; præmiffis et dictas condonationem , conuentionem,deputationem,et concordiam nomine dicti fui principalis,acceptauit,ratificauit et approbauit in omnibus, et per omnia, et de nouo deputauit procuratorē, et adminiftratorem dictum G.hinc abfētem, etc, cum facultate fubftituendi , et omnibus,et fingulis aliis facultatibus,declarationibus,promiffionibus,et aliis modis,et formis,in omnibu ,et per omnia, prout in fupradicto Inftrumēto cōcordiæ, cōuentionum,et deputationis continetur, de quibus ad plenum certioratus fuit . Et ita iurauit,tactis,etc.me Notario, etc. pro omnibus,etc.fuper quibus,etc.

Alia ad fufcipiendum terminum coram A. C.

D A. conftituit procuratorem fuum B. ad ipfius D.conftituenti nomine et pro eo,et eius parte comparendum coram Illuftriffimo Domino Curiæ caufarū Cameræ Apoftolicæ Auditore,fiue eius Reuerend.P.D.in ciuilibus Locumtenente,et quibufuis eiufdem Curiæ Notariis,et aliis, quibus opus fuerit femel et pluries,ac toties quoties occurrerit,et præuia debiticō feffione coram eis facienda petendum. et obtinendum fe admitti ad fufcipiendū terminum,feu terminos,et cenfuras de more et ftylo Curiæ eiufdem tribunalis, dari, et concedi folitas,et confuetas,dictumque terminum,feu cenfuras, ad fauorem quorumuis eius creditorum iudicialiter fufcipiendum,et mandati,feu mandatorum relaxationi in defectum folution cōfentien. dum dictoque termino,feu terminis pendente inhibitionem,feu inhibitiones, neque realiter,neque perfonaliter non moleftan contra quouis eius creditores,ad quorum fauorem talis terminus fufceptus fuerit in forma folita,et confueta impetrandum,et obtinendum,iurandumque,etc.et generaliter etc. promittens,etc.releuans, etc. fuper quibus,etc actum,etc præfentibus,etc.

Inftitutoria ratificatio,& mandatum.

M Agnificus D.Matthæus ciuis,et mercat.Floreut.certioratus,vt afferit à magnifico D Ioanne Baptifta Morello eius Germano fratre, de pluribus obligationibus,et inftrumenta eius nomine,et fociorum factis,cum promiffione de rato,videlicet de obligatione fcutorum 200.auri in auro facta per D Ioannem Baptiftam in fauorem magnifici D.Hieronymi foluendorum per totum menfem Ianuarij proxime venturi,fub acceffione N.N.quos ipfe D. Ioanne Baptifta Morellus nomine proprio ac ipfius D.Matthæi indemnes releuare promifit,ac fe quoque erga dictos mancipatos infolidum obligauit , prout in actis D.N.Item de ceffione,et vēditione plurium nomi-

nominum debitorum ad summam scutorum 3000 facta die, &c. in fauorem D.N. pro pretio scutorum 3000 monetæ, cum promissionibus, & pactis in instrumento per me Notarium celebrato expressis, de quo instrumento, & promissione facta etiam post dictum instrumentum, erga dictum à me Notario certioratus fuit, habẽs quoque idem D. Matthæus plenam, vt asserit notitiam vẽditionis, & cessionis partis seu participationis D. Matthæi, pro solidis quatuor in appaltu decimarũ Vrbis facta per dictum D. Ioannem Baptistam Morellum, prædicto Ioannis Baptistę cum omnibus vtilitatibus lucris, damnis, commodis incommodis, seu oneribus; & honoribus, iuribus, & pactis, in capitulis in actis producti, vt asseruerũt contentis, ad quæ, &c. Idem D. Matthæus suo, & sociorum nominibus, sponte, &c. & omni meliori modo, &c. tam supradicta omni instrumenta, cum illorum dependẽtijs, & annexis, quã etiam alia quęcunque ac etiam omnia, tã iudicialiter, coram quibuscumque DD Iudicibus, quam extraiudicialiter gesta, facta & actiata, & administrata nomine ipsius D. Matthæi, ac etiam rationis banchariæ, sub nomine ipsius D. Matthæi, & sociorum quomodocumque & qualitercumq; gesta cum illorum annexis, & dependentijs ratificauit, approbauit, ac in omnibus, & per omnia plenissime confirmauit, atque emologat approbat, & confirmat. Et insuper tã nomine suo proprio, & particulari, quam dictæ rationis banchariæ, & tã coniũctim quã separatim, & insolidum, ac omni alio meliori modo, fecit constituit, creauit, & deputauit, atque ordinauit procuratorem institorem administratorem, gubernatorem negociorum omnium gestorem, generalem, & specialem, ac generalissimum, & specialissimũ, ita tamen, quod specialitas &c. Sed immò alterum ad alterius augumentum accedat, videlicet prædictum D. Ioannem Baptistam eius fratrem germanum præsentem, &c. videlicet specialiter, & expresse ad ipsius constituentis, et rationis banchariæ prædictæ nominibus, et pro eis, & eorũ quomodolibet, omnes, et quascunque pecuniarum, rerum, et bonorum summas quantitates, et qualitates etiam quemcunque notabilem, et notabilissimũ valorem ascendentes ipsi constituenti, et rationi banchariæ prædictæ, tam ex ratione, et causa societatum officiorũ, et aliarũ quarumcumque societatum cuiuscumq; generi existentium. Item creditorum Mõtium vacabilium, et non vacabilium, cambiorum, recambiorum, obligationum, depositorum mutui, delegationem annuorũ censuum: promissionum, venditionem emptionum, permutationum locationum cõductionum, etiam emphyteosis, appaltus, seu appaltuum, et quorumcunque contractuum, tam nominatorũ, quã innominatorum, tam stricti iuris, quam bonæ fidei, et ex quibuscunq; titulis, modis, causis, et occasionibus etiam hic non expressis, quas et quæ, pro specificatis, et expressis haberi voluit, et habet, debitas et in futurum debendas, et tam vigore scripturarum priuatarum, et publicarum quam etiã sine scriptura, debitas, et debendas, ac omnibus, et singulis, quibus opus erit; petendum exigendum, recipiendum, et recuperandum, atque habuisse, et recepisse confitendum, et affirmandum, ac declarandum; et tam de habitis exactis, et receptis quã habuisse et recepisse confessis, omnes, et singulos, quos opus erit, quietandum, ad soluendum penitus, et liberandum, ac quietãtias quascumque, tam per instrumẽta publica quam scripturas priuatas, etiam iuramẽto firmatas, & firmata; concedendum, & faciendum [illegible]

Item iura quoque, et actiones, in fauorem soluentium, aut aliarum quarumcunque personarum, prout dicto Ioanni Baptistæ socio Institorum, et Procuratori videbitur, transferendum, cedendum, & concedendum. Debitores autem quoscumque, nunc et pro tempore futuro, etiam Communitate, Collegia, Societates, Vniuersitates, Corpora, Monasteria, Capitula, tam hic Romæ quam in quacumq; mundi parte, ad soluendum, satisfaciendum, consignandum, et restituendum iuris, et facti remedijs opportunis cogendum, et compellendum atque cogi, et compelli faciendum, et ad quascumque exactiones tam reales, quam personales, ac etiam bonorum, et iurium quorumcumque ac officiorum, et creditorum, etiam montium subhastationem, adiudicationem, et deliberationem, et immissionem in possessionem, tam ex primo, quam ex secundo Decreto, etiam continuationem procedendum, atque procedi faciendum, etiam contra quoscumque alios, Item sequuta et habita satisfactione, super absolutione, et libe-

ratio-

ratione debitorum, ac bonorum quoq; & iurium relaxatione, & liberatione, ac dimissione, aut alia, quomodocunque dicto D. Io. Baptistæ, & institori videbitur consentiendum, & quoscumque consensus desuper opportunos præstandum, tam purè, liberè, simpliciter, quam adtempus, aut sub conditione, & modo, ac forma dicto Procuratori, & Institori visis.

Item quoscumque debitores etiam de fuga suspectos iurandum, & arrestandum, seu arrestari faciendum, etiam captos, & detentos, & quandocumque d D Io. Baptistæ videbitur illorum relaxationi, & liberationi consentiendum.

Item quascunque compositiones, transactiones, concordias, conuentiones, cum quibuscunq; debitoribus, & creditoribus atque personis, & alijs prædictis modis, & formis, pactis, dilationibus, promissionibus & cautelis eidem D. Ioannis baptistæ visis faciendum, & ratione huiusmodi concordiarum compositionum, trāsactionum & conuentionum, totū id, quod ipsi Domini Ioannis Baptistæ videbitur, remittendum, concedendum, condonandum. Item cuicumque iuri, liti, causæ, & instantiæ cedendum, iura quoque & actiones quibuscunque transferendum, tradendum concedendum, assignandum, & cedendum. Item in litem & lites iurandum, & quamcunq; differentiam, & differentias, controuersias, & lites etiam per iuramentum, aut iuramenta litis decisiua finiendum, & terminandum, & vt vulgariter dicitur, super quocumque partito faciendo iurandum, aut referendum, quodcumque alterius generis iuramentum, & iuramenta licita tamen, & honesta; in animam quoque ipsius costituentis præstandum, & subeundum.

Item quascumque lites & causas, controuersias, quæstiones, differentias, et prætensiones; natas, nascituras; motas, & mouendas: actiuè, & passiuè; tam ex causis, rationibus titulis, & occasionibus de præterito quam de præsentibus, & futuris quoque temporibus prouenientdas cōtra quascunque personas, &c. & à quibuscunque personis motas, & mouendas; actiuè, & passiuè, cuiuscunque etiam maximæ Importantiæ fuerint. Et prætensiones quascumque toties, quoties, ac semper, & quādocumque eidem D. Ioannis Baptistæ videbitur, in vnum, vel duos, aut plures, & quoscumque Arbitros, arbitratores, amicabiles compositores, & calculatores, & alijs quibuscumque nominibus nuncipari possent; compromittendum, & liberè remittendum, & tam de iure, quam de facto, & vt dicitur alte, & basse; & tam de iure tantum, quam de facto tanto, & tam coniunctim, quam diuisim cognoscēdas, definiendas, et terminandas; & tam in procedendo, quam in sentiendo, & facultate quoque auferendi vni, & tribuendi, atque adiudicandi, & appropriandi alteri & qui possint etiam tam coniunctim, quam diuisim, & separatim, etiam quibuscumque diebus, & horis feriatis, & non feriatis, & in quocumque loco, & locis, tam sedendo, quam stando, & ambulando, partibus ipsis citatis, & non citatis; absentibus, vel præsentibus; altera absente, & altera præsente procedere, sententiare, laudare, & deffinire, ac totum id quod ordinatum, & dispositum fuerit, aut declaratum, & deffinitum per dictos arbitros, arbitratores, aut amicabiles compositores, ratum, gratum validum, & firmum perpetuo habere tenere, atq. adimplere, & inuiolabiliter obseruare, promittendum, & conueniendum etiam cum constitutione procuræ irreuocabilis, cum iuramento ad acceptandum quæcunque lauda & sententias, declarationes, & ordinationes faciendas, & promulgandas; & paciscendum etiam, quod habeant vim trium sententiarum conformium in Sacro Rotæ Auditorio latarum, & quod executioni demandari debeāt; & valeant; non obstante quouis recursu, & reductionis petitione ad arbitriū boni viri, appellatione reuisione, beneficio restitutionis in integrum, & ex capite enormissime læsionis, & quocumque alio capite, & tam petitæ; quam impetratæ restitutionis in integrum, & omnibus istis, ac etiam omnibus oppositionibus, exceptionibus, remedijs rescriptis, etiam si per motum proprium Principis, aut alio modo concederentur, atque absolutioni à iuramento, & quibuscumque alijs auxilijs, exceptionibus, et remedijs, quibus contra laudum, & lauda, atque sententias huiusmodi diferendas venri, aut apponi posset expresse renunciandum. Et huiusmodi, ac alia cuiuscumque generis, & speciei compromissa transactiones, & compositiones, atque solidationes, etiam bis, centies, pluries, ac toties, quoties, eidem

D. Ioan-

D. Ioānis Baptistæ videbitur ad quodcum que tempus, & tempora, cum omnibus alijs pactis, modis, formis, conditionibus, cautelis, etiamquarumcumque pœnarum adiectionibus, prorogationibus, & prorogandi facultatibus, ad quodcumque tempus, & temporā, seu terminos, & demum huiusmodi compromissa, compositiones, transactiones, & conuentiones, solidationes cum quibuscumque personis, &c. Et super quibuscumque rebus, & bonis, iuribus, actionibus, prætensionibus, causis, litibus, controuersijs, tam natis, & motis, quam in futurum mouendis, nascendis, & intentandis & quæ moueri nasci & intentari possent, etiam cum quibusuis alijs pactis, modis, & formis, conditionibus, & cautelis strictissimis, aut amplissimis, prout dicto D. Ioannis Baptistæ videbitur faciendum, atque firmandum. Item dictis nominibus quascumque pecuniarum summas, in societates quascumque etiam officiorum Romanæ Curiæ, extra eam ponendum, dandum, sub periculo vitæ cuiuscumque personæ, ac personarum per dictum Dominum Ioannem Baptistam nominandarum, seu eligendarum, ad tempus ac tempora quæcumque illas faciendum cum quibuscumque personis. Item factas & initas disdicendum, disdictas reproducendum, & tam sortes principales, quam fructus exigendum, quietandum, cassationi quoque, & annullationi instrumentorum consentiendum, iura quoque & actiones quibuscumque transferendum, & cedendum. Item quæcumque credita montium tam vacabilium, quam non vacabilium, empta, aut quomodolibet acquisita, & habita, emenda, & acquirenda, sub quocumque titulo & modo, pro quocumque pretio, & pretiis personæ, aut personis, emere volentibus pro seipsis aut aliis vendendum, resignandum, cedendum, & transferendum, cum omnibus iuribus, & actionibus illorum, cum sortem principalem, & pretia illorum, quam fructus, & prouentus quoscumque decursos, debitos, & debendos: exigendum, recipiendum, aut habuisse, & recepisse confitendum, & affirmandum, ac omnes, quos opus erit quietandum, &c. & quietantias quascumque faciendum, litteras quoque parentes dictorum creditorum montium consignandum & litterarum patentium, atque translationi ad fauorem emptoris, & emptorum consentiendum. Item insolutum quoque aut titulo permutationis dandum, transferendum, & alienandum. Item quoscumque annuos census, & credita cuiuscumque generis existentia, nunc ad ipsum D. Matthæum, aut rationem banchariam præfatam spectantia, & pertinentia, & in futurum acquirenda, spectanda, & pertinenda etiam ex titulo donationis, delegationis, acceptationis in solutum, aut alio modo acquisitas, & acquisita, & acquirenda, & quæcumque bona, etiam ad dictam rationem applicata, & applicanda, atque requirenda, pactis promissionibus, etiam de euictione illorum vniuersali, & particulari, in quocumque iudicio tam petitorio, quam possessorio, de lite quacumque suscipienda, & prosequenda: & aliis quibuscumque cautelis, modis, & formis: vendendum in solutum quoque concedendum, assignandum, transferendum, alienandum, pro pretio, & pretiis, dicto D. Ioannis Baptistæ visis. Item cum quibuscumque rebus, creditis, iuribus, & bonis permutandum, cum facultate exigendi, & quietandi, vt supra.

Item quascumque societates cum quibusuis mercatoribus, & aliis personis: super omnibus, & singulis mercimoniis, rebus, negotiis, arrendis, appaltibus, & quocunque negociorum, & bonorum genere, speciei, & qualitate, & pro tempore, & temporibus pactis conditionibus, capitulis, modis, promissionibus, obligationibus, & cautelis quibuscumque iniendum, contrahendum, aut iniri, & contrahi faciendū & committendum participes, aut socios, quoscunque assumendum, & assumi faciendum, & e contra in participem, & socium præmissorum, & aliorum quorumcunque negociorū se admitti, & recipi faciendum & tam in Vrbe; quam extra Vrbem, in quacunque Ciuitate, Prouincia, Terra, & loco.

Item cum omnibus personis tam de negotiis, & rebus, tam de Pretorio gestis, & factis, quam pendentibus, & futuris, atque in futurum gerendis calculandum, solidandum, componendum, & finiendum: exceptioni quoque erroris calculi, & solidi non bene facti, & omnibus aliis, etiam restitutionibus in integrum, expresse renunciandum.

Item cassationi, & annullationi, ac restitutioni quorumcumque instrumentorum

apocharũ,cedularum,librorum, & omniũ scripturarum,vbicunque locorum, & quotiescunque dicto D.Ioannis Baptistæ videbitur consentiendum.

Item rationem bancharlam prędictã,ac omnia, & quæcumque negocia, mercimonia cuiuscunque generis,& qualitatis fuerint,nomine dictæ rationis banchariæ pertractandum,faciendum,exercẽdum,expediendum res quoque,& bona quæcunque administrandum,ac expediri,&gubernari faciendum,& committendum in omnibus & singulis necessariis, & opportunis, pro tempore contingentibus; & quæ ipse D. Ioan Baptist.nomine ipsius D.Matthæi, & rationis prædictæ gerenda,& facienda,ac explicanda duxerit.

Item quibuscunque annuis censibus,societatibus, etiam officiorum, obligationibus,depositis, & quibuscumque aliis contractibus;& instrumentis:principaliter,& insolidum,ad fauorem cuiuscunque personæ,ac personarum, &c. accedendum fideiubendum,& promittendum.Et pro obseruatione omnium,& singulorumpræmissorum,& quorumcumque gerendorum, & promittendorum per ipsum D. Ioannem Baptistam inquibuscumque contractibus negociis,instrumentis, & scripturis publicis,& priuatis,in forma Cameræ Apostolicæ,cum solitis quoque quarantigiæ,& alia quacunque forma,ipsum constituentem, eiusque hæredes, &c. Et dictam rationem banchariam,& ipsorum bona omnia, &c. Iuraque,&c.Obligandum, & hypothecandum,& in præmissis iurandum,etiam in animam ipsius constituentis,!& cũ plenissima,& libera administratione,ac plenissimo, & libero mandato, ac omni complemento,& omnimoda potestate,etiam omnes alias facultates, potestates, auctoritates,ac dispositiones,quos institores, & socij,de iure consuetudine,& stylo,tam in Vrbe,quam extra, in quacumque ciuitate, & loco,etiam mercantibus,& quacunque mundi parte habere solent, & habent, et omnia ea, quæ in generalitate non venirent, sed specifica indigerent expressione, quæ pro eo expressis haberi voluit; & habet;dedit.concessit,& transtulit,cum omnimoda,& totali complemento.

Item omnes,& singulas liter,causas,controuersias,& differentias; ciuiles, criminales,& mixtas,motas,& mouendas,neque intentatas,& intentãdas per ipsum D.Matthæum,& socios,actiuè, & passiuè coram quibuscumque DD.Iudicibus,&c. Et tam hic Romæ,quàm etiam inquacunque alia ciuitate,& loca agendum,prosequendum, & defendendum,& etiam secũdum stylũ, consuetudinem,& statuta locorum,in quibus præsens instrumentumproducl,aut exhibere contigerit omnia necessaria,& quomodolibet opportuna peragendum,& expediendum,et cum omnibus aliis clausulis ad lites.

Vnum quoque vel plures Procuratorem & Procuratores,Agentes,Factores,& Ministros,tàm coniunctim,quàm separatim, & insolidum; & omni alio meliori modo, cũ simili,aut limitata potestate substituendum,&c.Item in quibuscumque cedulis, pro ipsius DD.Matthæo, & sociis subscribendum,& scribendum.Et generaliter,&c promittens,&c. releuans,&c super quibus &c.actum,&c.

Alia ad quæstuandum.

IN nomine Domini Amen. Petrus Caraffa Eques, & Patritius Neapolitanus,Sanctissimi Domini Nostri Papæ & vtriusq;illius Signaturæ Referendarius, venerabilis Archiconfraternitatis Spiritus sancti, nationis Neapolitanæ in Alma Vrbe, Primicerius, Fabius Bisbalæ, Cæsar,Indellus,Angelus Carpinus,& Ascanius Ariẽme eiusdem Archiconfraternitatis Spiritus sancti. Custodes. Dilecto nobis in Christo Felici Oliuero de Terra Burbonis Reatinę & Liuto.quondã Frãcisci Bernardini de Impontio eiusdem Cõmissariis, & Procuratoribus nostris salutem, & sinceram in Christo charitatem. Cùm licet immeriti ad dictæ venerabilis Archiconfraternitas gubernium,& curam disponenti Dei bonitate deputati fuerimus, cupientes toto posse nostro, *illius Confratribus nostris, ac socijs*, & curæ insistere, ac laudabiles illius constitutiones executioni demandare, inter quas principalis, & prima est, & ad eiusdem Archiconfraternitatis ornamentum,& splendorem, totiusque nationis Regni Neapoli, pro qua erecta, et deputata est, commodum, & vtilitatem vnum hospitale pauperum;ac Monasterium,seu domue puellarum dictæ nationi,cum Ecclesia contigua, & Oratorio pro vsu Confratrum illius construere, ædificare, inhærendo licentiæ,& facultati nobis à sanctissimo

mo Domino Nostro Clemente Diuina Prouidentia Papa Octauo per eius litteras Apostolicas in forma Breuis, sub annulo Piscatoris die 16 Decembris 1594. expeditas, concessas, & impertitas, necnon ex auctoritate Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Inici Aualos Episcopo Portuense, Dei, et Apostolicæ sedis gratia Cardinalis de Aragona, nostri & dictæ venerabilis Archiconfraternitatis nostræ vtillimi Protectoris, te ante dictum Felicem Oliuierum ex Terra Burbonis ætatis annorum 34. vel circiter, altæ staturæ cum barba castagnaccia, fronte lata, & colore oliuastro: ac Liuium ætatis annorum 35. vel circiter, iustæ staturæ, cum barba rubea, & oculis albis, de probitate, & integritate, ac matura experientia plurimum confidimus, ex approbatione præcipue de nobis facta per admodum Reuer D Doctor Augustinum Lopez Archipresbyterum dictæ Terræ Burbonis ex certa nostra scientia animo deliberato, ac de communi voto totius Congregationis eiusdem venerabilis Archiconfraternitatis nostræ; & alijs omni quo possumus meliori modo, via, iure, forma, & causa, in nostro & dictæ venerabilis Archiconfraternitatis nostræ Commissarios, Procuratores, Collectores, negociorumque nostrorum infrascriptorum gestores ac nuncios speciales, & generales tenore præsentium constituimus, creamus, & deputamus: dantes & concedentes vobis facultatem, omnimodam potestatem nomine nostro, & dictæ venerabilis Archiconfraternitatis vos conferendi in Regno Neapolis præfato, videlicet in Prouincia Aprutina, & in Comitatu Nolerij, ac Prouinciæ Capitonatæ, Apuliæ eius Regni Neapolitani, ibidemq; litteras Apostolicas prædictas, & has præsentes nostras hortatorias per nos vobis traditas, Reuerend. locorum ordinarijs illorumque RR. Vicariis Generalibus, & foraneis ac alijs, quibus opus fuerit exhibendi, & præsentandi, ipsasque litteras Apostolicas, & indulgentias in ea concessas, in quibuscumque Ecclesijs Prouinciarum, & locorum præfatorum vobis magis bene visis; de licentia tamen, & consensu eorundem RR DD locorum ordinariorum, & seu Vicariorum eorumdem publicandi, et publicari, faciendi eleemosynas, & alia quæcunq; charitatiua subsidia, per quoiuis Christi fideles faciendas, & elargiendas, & manus eorumdem RR. DD. locorum ordinariorum, seu eorumdem RR. Vicariorum, vel Deputandorum ab eis facta prius numeratione earumdem eleemosynarum & descriptione per manus eorumdem in libro nostro vobis ad hunc effectum dato & consignato in fol. qui est foliorum N: cũ insigne Spiritus sancti, ac subscriptione in principio, & fine illius manu nostri Secretarij infrascripti, ac cum appensione sigilli eiusdem venerabilis Archiconfraternitatis nostræ spiritus sancti in capsula stannea, cum cordulis, & non alias aliter, nec alio modo recipiendi, ac habuisse, & recepisse confitendi, et de habitis si opus fuerit quietandum, dictasque eleemosynas, & alia caritatiua subsidia prædicta per vos vt supra recipienda, ad nos remittendi, iuxta formam Cõstitutionum, & Capitulationum habitarum inter nos: causa huiusmodi, sub pœnis obligationis Cameræ Apostolicæ vallatarum, Dantes insuper, & concedentes vobis omnimodam facultatem, & potestatem eligendi, deputandi, & substituendi vnum alium tãtum pro quolibet in socium vnum pro præmissis, & infradicendis modo, & in forma, vt supra dictum est agen. Risico tamen; & periculo vestro tantum earumdem alias aliter, nec alio modo per vos, & quemlibet, & vnum nominandum, & illum reuocandum, ac alium loco illius deputandi, vt supra arbitrio vestro, præsenti procuratorio semper in suo robore duraturo, & generaliter omnia alia faciendi, dicendi, & procurandi, quæ in præmissis, & circa ea necessaria fuerint, sed quomodolibet opportuni, & quæ nosmetipsi agere, & facere possemus, ac si personaliter interessemus. Hortamur insuper, & in D. attentè rogamus omnes & singulos RR DD locorum Ordinarios prædictam Prouinciam Aprutinam, aliaque loca præfata constitutos, ac eorum RR. DD. Vicarios, Officiales, Ministros, & Deputatos, necnon omnes, & singulos RR. DD. Duces, & alios quoscumque in dignitate Ecclesiastica, & Temporali constitutos, ac iurisdictionem Ecclesiasticam, seu Temporalem quomodolibet exercentes, omnesque alios ad quos spectat, vt vobis Felici, et Liuio, Commissariis, & Procuratoribus vt supra constitutis, ac substituendis, & deputandis, & vobis in præmissis omnibus, & singulis, et pro illorum executione auxilium, consilium, et fauorem præstare, et concedere, ac præsto esse

se benigne dignentur. D N. bonorum omnium largitor, & remunerator, opus hoc pium, & misericordiæ plenum ad animarum ipsorum fœlicitatem in vitam æternam retribuet, & nos tantorum beneficiorum non immemores pro eis preces nostras, vna cum alijs Confratribus nostris ad eundem Deum Optimum Maximum continue effundemus. Vos autem Fœliæ, & Liuij præfati tales in præmissis vos ipsos habebitis, quod nota contemptus vobis nullatus adscribatur. In quorum omnium fidem præsentes nostras patentes literas fieri, & per infrascriptum Notarium secretarium nostrũ subscribi, sigillique dictæ nostræ Archiconfraternitatis, quo in talibus, vtimur iussimus, & fecimus appensione communiri. Datum Romæ ex nostra Congregatione Anno Domini 1597. indictione decima, die verò.., mensis Februarii, Pontificatus, &c.

Alia ad petendum absolutionem à censuris.

D N sponte, &c. omnibus, &c. cura, &c. Fecit, & constituit Procuratores suos, magnificos, & discretos viros Iulium Lancionum Forosempronien sem, & Christophorum Fundatum de Terra Casarum Spoletan. Diœcesi. &c. in Romana Curia residẽtes, absentes tamquam præsentes & quemlibet ipsorum insolidum, ita quod primitus occupantis melior conditio non existat, & quod vnus ipsorum inceperit, alter prosequi valeat, & finire, specialiter, & expresse ad ipsius D Constituentis nomine, & pro eo, & eius parte comparendum. & se præsentandum corã sanctissimo Domino Nostro Clemente Papa Octauo, eiusque Illustrissimo Domino Pœnitentiario, seu Vicepœnitentiario, necnon Illustrissimo Domino Curiæ causarũ Cameræ Apostolicæ Auditore, siue eius R P. D. in ciuilibus Locumtenente, & alio quocumque Romanæ Curiæ Iudice ordinario, siue delegato, & alio coram quo opus fuerit, &. beneficium absolutionis simpliciter; vel ad cautelam à quibuscumque excommunicationis sententiis censuris, & pœnis, in eum, à quocumque Iudice, & ad cuiusuis instantiam, quauis de sua à iure, vel ab homine in eum latis, & promulgatis, vel alias in quibus ipse Dominus Constituens nũc innodatus existit, & in futurum quoquomodo innodari contingeret, flexis genibus, semel & pluries, ac toties quoties occurrerit, & opus fuerit humiliter petendum, impetrandum, & obtinendum, & quodcumque debitum, & solitum iuramentum seu solita iuramenta, de parendo sanctæ Matris Ecclesiæ, eiusdem Sanctissimi Domini Nostri Papæ, & alterius cuiuscumq; Iudicis ab eo deputati, seu deputando, præceptis, & mandatis, in manibus quorum opus fuerit præstandum. necnon vnitati, & gremio eiusdem sanctæ Matris Ecclesiæ ac communioni fideliũ, & participationi, Ecclesiasticorum Sacramentorum restitui petendum, & obtinendum, & quascumq; litteras desuper opportunas, a quo opus fuerit in forma solita, & cõsueta sibi fieri tradi, & concedi petendum, & obtinendũ. Et generaliter, &c. promittens, &c. super quibus, &c. actum, &c. præsentibus testibus, &c.

Alia ad inuocandum Synodum.

CVm ex grauibus, & euidentibus causis Illustr. & Reuerendissimus Dominus Franciscus Gerinus Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Balneoregiensis ad Ecclesiam suam accedere, & in ea, vt decet residere, & debita munera Pastoralia ibi exercere valeat, animaduertens Synodi Diœcesanæ in dicta eius Ecclesia indictionem, & celebrationem, tam iuxta Sacri Concilii Tridentini decreta, quam ob plura dictæ Ecclesiæ negotia in illa expediendas, prætermittendas aut vlterius differendas non esse, & ex aliis rationibus animũ suum mouentibus. Hinc est, quod anno, &c. Idem Reuerendissimus Dominus Episcopus vltra alias facultates eximio Ill Doctori D. N. eius generali Vicario alias datas, et concessas sponte, etc. omnibus melioribus modo, etc. Ipsum quidem D N. absentem tanquam præsentem constituit Procuratorem ad ipsius Reuerendissimi Domini Constituentis nomine, et eius parte Synodum Diœcesanam Balneoregii indicendum, conuocandum, et celebrandũ, et in ea proponendum, agendum, constituendum, et decernendum, quæ tam ratione dictorum Decretorum Sacri Concilii Tridentini et aliarum sacrarum constitutionum, quàm pro particulari dictæ Ecclesiæ Balneoregii, ac illarum et quomodocunque subiectarum regimine opportuna et necessaria iudicauerit necnon personas, quæ eidem Synodo personaliter interesse debuerint, et comparere neglexerint, iuxta

ta Canonicas sanctiones, pœnas, & censuras Ecclesiasticas, incurrisse, decernen. & declaran. & ad earum satisfactionem iuris remittendum, & al a in præmissis, & circa ea dicendum procurandum, faciendum, & exequendum, quæ sibi in præmissis, & circa ea necessaria videbuntur, & opportuna. Promittens, etc.

Alia Episcopi ad interessendum Synodo.

CVm sit, quod de præsenti anno Illustrissimus, & Reuerendissimus Dominus Christophorus Boncompagnus Sanctæ Rauennaten. Ecclesiæ Archiepiscopus ex Decreto Sacri Concilij Tridentini Prouincialem Synodum in Ecclesia Metropolitana Rauennaten celebrandam indicerit, eamque infrascripto Reuerendissimo Domino Episcopo intimauerit, & ipsius accessum ad dictam Synodum per eius litteras, sub datum, &c. Requisiuerit cumque idem Reuerendissimus Dominus Episcopus ægritudine graui adeò affectus sit, vt ad dictã Synodum, vt deberet, & summopere cuperet accedere, & eidem interesse non valeat quod maximè dolet. Hinc est, quod anno, &c. idem Reuerendissimus Dominus Episcopus, &c. spontè, &c. omnibus meliori modo, &c. constituit Procuratorem suum R D. N. ibidem præsentem, &c ad ipsius Reuerendissimi D Constituentis nomine, & pro eo, ac eius parte dictam Metropolitanam Ecclesiam, & præfatum Reuerendissimum Dominum Archiepiscopũ accedendum, eidemque ac Reuerendissimorum Dominorum Comprouincialium Episcoporum Cõgregationi absentiam ipsius Reuerendissimi Domini Cõstituentis excusandum ex legitima causa eius ægritudinis, & eandem causam fide Medicorum, testiumque probatione, si opus fuerit probandum, admittique petendum, & pro eo legitima causa absente haberi, & reputari petendum, necnon eidem Synodo in loco sibi conuenienti interessendum, & ea, quæ in mandatis ipsius Reuerẽdissimi Domini Constituentis statum, & regimen pertinentia exponendum, & ipsi prouideri petendum & instandum, Actaque & Decreta eiusdem Synodi acceptandum, & recipiendum, illaque subscribendum, illaque seu eorum copiam sibi tradi petendum, & ad ipsum Reuerendissimum D. Constituentem deferendum. Et generaliter, &c. Promittens, &c.

Alia ad contrahendum matrimonium.

DOmini A. B. coniuges, & C. eorum filius, cum consensu, licẽtia, & parabola dictorum eius parentum, & quilibet eorum simul insolidum, & de per se, & prout melius fieri, & esse possit, fecerunt, & constituerũt, ac solemniter ordinauerunt eorum procuratorem. &c d. N. ibidem præsentem, & acceptantem, solũ & insolidum ad ipsorum constituentium, & cuiuslibet ipsorum nomine tractandũ, firmandum, & concludendum cum d L relicta quond M parentelam, & affinitatem futurorumsponsalitiorum contrahendorũ inter dictum C. ex vna, & Constantiam eiusdem L. filiam, partibus ex altera in forma debita, & consueta Ecclesiæ, & iuxta Sacri Concilij Tridentini dispositionem, necnon specialiter, & expresse promittendum pro ipsis coniugibus, & ipso C. eorũ filio dictæ L. stipulaturæ nomine, & vice ipsius Constantiæ, & etiam ipsi Constãtiæ & prout fieri contingat se coniuges constituentes facturos, & curaturos liberè, & omni exceptione remota, quod prædictus C. consentiet per verba de præsenti in ipsam Constantiam, & contrahet sponsalia, & matrimonium cum ipsa Constantia tẽpore legitimo in forma Ecclesiæ, præcedẽtibus debitis denunciationibus ex forma dicti Concilij Tridẽtini de dote dictæ Cõstantiæ, siue in magna, siue in parua quantitate conueniendum soluenda eidem modo, & forma, prout ipsi constituto ad plenum informato de mente, & voluntate ipsorum constituentium videbitur, & placuerit, dictamque dotem conueniendam, vna cum donatione propter nuptias, ac alijs iuribus dotalibus. Et postquam fuerit soluta collocandam, & inuestiendam in tot bonis stabilibus, seu montibus non vacabilibus in Vrbe Roma, vel alibi; ita & taliter, quod dicta bona, seu loca montium intelligantur hypothecata in specie, & in genere dictæ Constantiæ, pro ipsius, ac dotis promittendæ, ac soluendæ securitate, dictamque dotem, vna cum illius augumento iuribusque dotalibus, seu donatione propter nuptias desuper conuenietes eidẽ d Constantiæ, & alijs, quibus opus fuerit in omni casu, & euentu illius restitutionis, restituere & soluere promittendũ, siue in pecunia numerata, siue in tot bonis, ac modo, & forma, prout inter dictas partes conuentum

fuerit, necnon quoscunque fideiussores pro dotis huiusmodi assecuratione, conseruatione, & restitutione dandum, & præstandum, illosque indemnes releuare, & conseruare promittendum, quodque d coniuges & dictus eorum filius dictam parentelam vt supra contrahendam, ac omnia, & quæcumque conueniendam, & in instrumento desuper celebrando continenda rata, grata, & firma se habituros promittendum, & pro obseruatione omnium conueniendorũ & promittendorum ipsos dd constituentes, & eorum quemlibet insolidum eorum & suos hæredes, & successores, ac illorum bona quæcunque in ampliori forma Cameræ Apostolicæ, ac quauis alia forma iuris valida obligandum, & hypotecandũ & quodcumque iuramentum, seu iuramenta in animam ipsorum dd constituentium præstandum, & subeundum, & instrumenta quæcũque in præmissis opportuna per quosuis Notarios, cum clausulis, & cautelis, ac pœnis, vinculis, & hypothecis eidem procuratori bene visis, ac iuxta stylum, & cõsuetudinem Notariorum illarum partium, in quibus dictum instrumẽtum rogari, & stipulari contingat fieri, & stipulari faciendum; dantes denique, & concedentes dicti constituentes prædicto eorum procuratori plenum, amplum, liberũ, speciale, & generale mandatum, cum plena, ampla, libera, speciali, & generali administratione in prædictis omnibus, & singulis, & circa prædicta; & quodlibet prędictorum, etiam si talia forent, quæ mandatum exigerent speciale, nominatum, & specialissimum, etiam si hic ea exprimi necesse fuissent, volentes hic pro expressis haberi, Promittentes. &c Releuantes, &c Super quibus, &c. Actum, &c Præsentibus testibus, &c

Alia ad capiendam possessionem beneficij nomine Cameræ.

ADmodũ Illustris & Excellentissimus vir D Laudiuius Zacchias, Sanctissimi D. N. Papæ, Reuer. Camer. Apostol. generalis Commissarius, sponte, &c. omnibus meliori modo, &c substituit, & in locum suum, & dictæ Reuerendæ Cameræ Apostolicæ posuit R. D. N. absentem tanquam præsentem solum, & insolidum, ad ipsius, & Reuerendæ Cameræ Apostolicæ nomen & pro eis realem, actualem, & corporalẽ possessionem beneficij sub inuocatione, &c. alias vacan. per obitum quond. d. B de mense Ianuarij extra Rom. Cur. defuncti illius vltimæ possessoris, de quo sic vacante R. D A. auctoritate Apostolica prouisum, seu prouideri concessum extitit, prout in litteris Apostolicis in forma breuis, expeditis sub annulo Piscatoris, sub datum Romæ apud Sanctum Petrum, &c Anno, &c. Iuriumque, & pertinentiarum eiusdẽ, ac illi annexorum quorumcumque capiendum, apprehendendum, nanciscendum, adipiscendum, captamque & apprehensam continuãdum, ac omnes, & singulos actus possessorios in similibus fieri solitos, & consuetos, ac necessarios, & opportunos faciendũ & obseruandum, ac fructus redditus, & prouentus illius eidem beneficio, & illius pro tempore beneficiario, & possessori quomodolibet, & qualitercũque debitis ab illorũ debitoribus, & responsuariis, ac aliis quibus opus fuerit percipiendum, & exigendum, & de eis sibi respondere faciendum; retinendum penes eum D procuratorem, & subinde prædicto A si & postquam litteras prouisionis eiusdem beneficij debitè sub plumbo expeditas, præsentauerit consignan. iuxta formam cõtinentiam, & tenorem dicti Breuis Sanctissimi D. N Papæ, dictumque Breue, & omnia in eo contenta debitæ executioni demandari petendum, faciendum, & obtinendum, omniaque alia & singula faciendum, gerẽdum, & exequẽdum in præmissis, & circa ea necessaria, & opportuna, quò ad quæ exequenda omnimodum eius auctoritatem transtulit; & transfert Protestans, &c super quibus, &c. actum, &c præsentibus testibus, &c.

De diuersis Instrumentorum pacis, transactionis, compromissi, & laudi formulis. Cap. I I.

Pax

IN nomine Domini Amen. Cùm sit, quod diù humani generis instigante inimico, qui continue omni studio, cura, & diligentia summopere vigilat, nititur & laborat in humanum genus, & Christi fideles odia, inimicitias, & mala parando, spargendo, & serendo in terra N. eiusque districtu diuersæ inimicitiæ, ac odia exortæ fuerint inter N. N. & N. & eorum, & cuiuslibet eorum parentes, antecessores fratres, consanguineos, affines, filios: & adhærentes ex vna, & M. M. & M. eorumque, & cuiuslibet eorum parentes, antecessores, fratres, consanguineos, affines, filios,

liros,et adhærentes in eisdem odiis, et inimicitiis dicto humani generis inimico operante se confouentes partibus ex altera et ex illis, ac illarum occasione plura, et diuersa homicidia, vulnera, percussiones offensiones, ac iniuriæ,tam verbis quam operibus illatæ,nota,exorta, et sequuta fuerint; hinc inde inter ipsas partes, et suos præfatos, vel alios quoscumque easdem partes; vel qualibet earum attinẽtes; et in dies peiora, ac diuersa pericula nisi prius illis occuratur, et prouideatur; inter easdem partes imminere,ac de facili nasci exoriri, et sequi posse dignoscantur Quibus omnibus prædictæ partes,et quælibet earum occurrere,et quantum in se est obuiare, easdemque antiquas inimicitias,et odia omnino tollere, leuare,extinguere, et extirpare cupientes, ac volentes præuio timore Saluatoris Nostri Iesu Christi pro ipsarum partium,ac earum patriæ quiete, et tranquillitate, et animo ad earum pristinam amicitiam, et amorem reducendi,et se in eiusdem de cætero consolidandi, et confouendi,et omnino conseruandi, ac intuitu cõtemplatione suasionibus; et hortatu Illustrissimorum,et Reuerendissimorũ Dominorum de Vrbino, et de Sabellis Sanctæ Romanę Ecclesię Cardinalium,communium ipsarũ partiũ Dominorum: et vt cæteris in eadem earũ patria similia faciendi,et exequendi,optimũ præbeant exemplum,ad infrascriptam pace,et generalem homicidiorũ, vulnerum offensionum,percussionum,et iniuriarum tam verbis,quã operibus hinc inde,inter easdem partes vsque in hodiernum diem quomodolibet passarum subsecutarum,et occursarũ omissionem deuenire,proposuerunt, deliberarunt,et decreuerunt, et deueniunt in hunc, qui sequitur modum. Videlicet prædicti N. N. et N. ex vna, et M,M et M partibus ex altera sponte, etc. omnibus,etc. insimul adinuicem, et vicissim fecerunt,et faciunt,et quilibet eorum fecit, et sibi pacem, et generalem remissionem de omnibus,et singulis homicidiis mortuis, vulneribus, persecutionibus, offensionibus,diffamationibus, ac iniuriis, tam verbalibus, quam realibus aut alias quomodolibet illatis, et de omnibus, et quibuscumque inter easdem partes, hinc inde, vsque in hodiernum diem premissorum,aut alia quauis occasione, vel causa, occulta, et manifesta, cogitatis,et incogitatis,tam in eorum propriis personis, quã earum parentum,antecessorum, filiorum filiarum,fratrum,et consanguineorum,affinium,et aliorum quorumcumq; sibi attinentium, familiarum, amicorum,et illis adherentium, secutis, passis,factis, et interuentis, et occursis, et generaliter de omnibus,et singulis, hinc inde,quomodolibet occursis, et interuentis, tam verbalibus,quam realibus, etiam incogitatis, et occultis cum pactis, conditionibus, et capitulis infra alligatis. Et in signum verę pacis, et generalis remissionis præfatę,et adinuicem complectendo,deosculati fuerunt. Promittentes dictam pacem et generalem remissionem prædictam,ac omnia, et singula in eis capitulis contenta, et firmata, semper, et perpetuò rata, gratam, et firmam,rata, grata, et firma habere,tenere, attendere, et obseruare, illamque, et illa nullo vnquam tempore frangere, violare, contrauenire quouis modo, et quęsito colore, sub pœnis aliis prout in eiusdem capitulis. Consentientes cassationi,etc. quarumcumque querelarum porrectarum,seu pro ceteris forsan fabricatorũ, quos processus et querelas, pro cassis extinctis,et annullatis,nullis,et inualidis habuerunt,et habere voluerunt,et illis expresse renunciarũt et renunciant. Pro quibus,etc dictę partes disiunctim, et de per sese etc. hæredes,et bona, etc. sibi inuicem, et vicissim respectiuè, in forma Cameræ Apostolicæ cum clausulis, etc obligarunt, et quilibet eorum,et alterius quilibet obligauit, iurarunt & super quibus,&c. actum Romę,&c. præsentibus, &c. Reuocans in primis, & ante omnia d N. quęcumque verba per eũ dicta in dedecus,& verecundiam dicti M. virum probum,ac bonę famę,conditionis & honorificum asserens,& confitens. Volens, &c.

Alia Pax.

IN nomine Domini, Amen. die, &c. Coram Illustrissimo & Reuerendissimo D. N. S. R. E. Cardinali,auctore,ac mediatore pacis infra dicendæ,ac testibus & me Notario, etc Personaliter constituti A.& in hac parte vti procurator & eo nomine O qui nomine suo proprio per se ac suos filios, & hæredes, ac successores; fratres, & nepotes, atque attinentes ex linea tam masculina, quam feminina, vsque in quartum gradum,ac etiam vice,& nomi-

nomine N. et N. pro quibus, et quolibet eorum de rato promisit, et quod ratificabunt pacem contrahendam, et instrumenti mandati, et omnia eorum vice, ac nomine circa pacem gerenda, & tractanda, vel non contrauenion, sub pœna, & alijs in instrumento faciendo contentis, prout de suo mandato exhibuit, & produxit mihi Notario instrumentum publicum per N. notarium publicum N. die in N. celebratum, in papiro, & latinæ scriptum, cum legalitate apposita, & B. tam nomino suo proprio, quam P & P. eius filiorum, & tamquam legitimus Administrator, & pro dictis eius filijs respectiuè de rato, & ratihabitatione in forma iuris valida, & illos ratificaturos promisit, videlicet, dictum B. qui reperitur in partibus Galliæ; vel Burgundiæ ratificaturum intra sex menses, ab hodie proximos, dictum vero P. intra tres menses, postquam in Italiam, reuersus fuerit, si redire contigerit, & dictum P qui est annorum x. ratificaturum cum ad etatem talem peruenerit, in qua ratificare possit, & de huiusmodi ratificationibus dare instrumentum, & instrumenta publica, in actis mei Notarij, alios de suo proprio, vt principalis, & insolidum ad obseruationem omnium, & singulorum, in hoc instrumento contentorum, pro dictis eius filijs, & ad omnia damna, impensas, & interesse teneri voluit, erga aliam partem, infradicendum liberè, omni penitus iuris, & facti exceptione remota, ita vt, sub prætextu promissionis facti alieni, & licet omnia, quæ potuerit fecerit, pro dictis ratificationibus, præstandis se tamen excusare non possit D R. nomine suo proprio, & N.D. & N. eius fratrum patruelem pro quibus omnibus, &c. cum promissiones de rato, vt supra, &c. ex vna parte Et X. principalis nomine suo proprio, ac etiam procuratorio nomine Q & Q. prout de suis mandatis procuratorijs exhibuit duo instrumenta publica die, &c per N. in eadem Ciuitate N celebrata tenoris prout infra continetur, pro quibus eius principalibus, vltra dicta mandata, & ad tollendum omne d bium, de rato, et ratihabitatione, &c extende, vt supra, vsq; excusare, vel tueri possit, & cum dicta promissione rati, dicto nomine suo pro se, ac suis, et dictorum suorum principalium, nominatorum, ascendentibus, & descendentibus, ex linea tam masculina, quam femi n. na, vsque in quartum gradum de iure canonico cōputan inclusiuè ex altera partibus. Considerantes ex discordia non solum familias priuatorum, sed etiam Ciuitates ipsas distrui, & desolari, ex concordia verò, & vnione vltra quietum, et tranquillum statum, Ciuitates in dies mirum et felix augumentum, & ampliationem recipere. Contemplantes etiam diuino afflante spiritu, iuxta præcepta Euangelica, non solum inimicos, & offensores odio habendos, & prosequendos non esse, sep immo amplectendos, & bonificandos fore. Propterea perpetuam pacem, quæ placuit Altissimo, vt prudentia, & interpositione Illustrissimi, & Reuerendiss. *D.* Cardinalis N. antedicti conclusa existat, hoc publico Instrumento firmare volūnte; sponte, &c. dictis nominibus propriis, et procuratoriis respectiuè, referendo singula singulis congruo loco, et omnibus melioribus modo, etc. et principaliter intuitu, & amorem D.N. Iesu Christi, eandem perpetuam pacem, et concordiā, super homicidiis, et morte quon. M. et M. et M. et talis damnis, et iniuriis illatis, quæ in sententia condemnatoria contineri dicuntur, æque aliis quibuscumque offensionibus vicissim inierunt et firmarunt, cum pacto et conditione, et non alias, aliter, nec alio modo, quod supra nom nati N.N. et N. et alii inquisiti, et condemnati, et quilibet ipsorum præter N. et N. et præter absolutioni vel aggratiatos, vsque in hunc diem, debeant exulare à Ciuitate N suoq; territorio, per octo annos continuos, incipiendo ab hac die stipulationis huiusmodi pacis, et numquam dicto tempore durante, redire in dictam Ciuitatem, non solum animo non permanendi, sed nec etiam animo transeundi, vel animo statim recedendi, ex quacunque causa, occasione, vel prætextu priuato, vel publico, et quantunque aliis licito vel permisso, et quod dicto tempore non possint, nec aliquis ipsorum possit impetrare remissionem, rebannitionem, aut saluum conductum, ad effectum redeundi ad dictam Ciuitatem, et Territorium Interamnen, aut transeundi per dictam Ciuitatem, salua declaratione infradicenda respectu transitus per Territorium N. et casu, quo impetrauerunt, aut aliquis ipsorum dictam remissionem saluum conductum, aut aliter rebanniti, et reuocati fuerint, vel quilibet ipsorum fuerint

fuerint à dicto exilio reuocatus, rebannitus; vel gratiatus dictus tempore durante, non possint, nec valeat, nec ipsorum quilibet valeat, seu possit vt dictis remissionibus, rebannitionibus, soluo conducto, gratijs, et moto proprio cuiuscumque superioris, etiam supremi pro repatriando, aut redeundo, vel transeundo dictam Ciuitatem, vel Territorium N. salua dicta declaratione, vt infra dicenda respectu transitus per Territorium faciendi, et casu quo aliquo modo, etiam aliter licito, et præmisso, supradicto termino durante ad dictam Ciuitatem redirent aut aliquis ipsorum rediret, etiam animo transeundi, vel statim recedendi, vel quoties transirent per Territorium, et ibi commorarentur, aut aliquis ipsorum commoratus fuerit vltra 24. horas, etiam ex gratia obtenta, vt supra, censeatur, et intelligatur rupta pax, et contrauenient teneatur, et obligatus sit ad soluendum pœnam conuentionalem infra dicendum vt infra etiam, quod fuisset quomodocumque, et qualitercumque eisdem, vel alteri ipsorum remissa, donata, seu gratiata, et nihilominus censeatur, et reputari debeat, tanquam, et propriè violator pacis, et subiaceat omnibus aliis, et quibuscumque pœnis, etiam legalibus, quæ contra violatores pacis impositæ essent, vel fuissent, cum huiusmodi expressa declaratione, et pacto appositis, quod non intelligatur, nec sic violata pax pertransitum faciendum per supradictos, aut aliquem, seu aliquod eorum per Territorium N. neque censeatur in aliquo contrauentum conditioni prædictæ, atque præsenti Instrumento pacis: dummodo dicti Transeuntes vel transiens non excedant, seu excedat spatium 24. horarum; toties, quoties transierint per territorium prædictum vltra 24 horas intelligantur violasse pacem, et censeatur, ac reputari debeant tamquam propriè violatores pacis, et subiaceat omnibus prædictis. Et saluis dicta conditione, et pactis remiserunt ad inuicē in perpetuum vna pars alteri, altera alteri dictis nominibus acceptanti etiam, vna mecum notario publico stipulan. et acceptan pro supradictis personis absentibus in hac parte comprehensis omnes, et singulas contumelias, iniurias, offensiones quascumque, capitales, etiam in personas, et famam, et tam verbis, quam facto quomodolibet hinc inde per quamuis partiū respectiuè in vniuersali, et particulari coniunctim, vel diuisim illatas, et factas, et fieri demandatas, et commissas in vulneribus, et homicidiis passis, ac omnes offensiones, et iniurias, contra ipsos pasciscentes, et quemcumque ipsorum coniunctim vel diuisim, et contra eorum attinentes descendentes, et consanguineos agnatione, vel cognatione attinentes, respectiuè quocumque modo principali, vel incidentes illatas, et factas opere consilio, auxilio, fauore, consensu, mandato, aut alio quouis modo, et quocumque tempore, ac locis vsque in hunc diem, etiam illos, quæ speciali nota dignæ forent, et quæ specificam, et indiuiduam expressionem postularent; etiam quantumuis grauissimas, et atroces, quæ pro expressis habeantur, perpetuo remiserunt, et vnusquisque ipsorum contrahentium, prout eos, et eorum principales, et quemuis eorum tangit, et concernit, remisit, dedit veniam, et pacem perpetuam offensionibus comprehensis, et nominatis in hoc instrumento concordiæ et quantum ad ipsos contrahentes attinet omnes censenserunt, et vnusquisque ipsorum consensit abolitioni, et cancellationi quorumcumque processuum, et Inquisitionum, quouis modo, super præmissis, formatorum, et formatarum in quacumque ciuitate, Curia, et loco, et pro cassatis, et annullatis haberi voluerunt, et habent. Quam perpetuam pacem, et concordiam semper, et omni tempore, ratas, gratas, validas, et firmas tenere, et inuiolabiliter obseruare promiserunt, vicissim, et vnusquisque ipsorum promisit, dictis nominibus, pro se ac filiis suis, et descendentibus, vsque in quartum gradum prædictum inclusiue, et numquam pacem huiusmodi rumpere, violare, aut contrauenire per se, vel alios, opere, aut consilio, vel fauore, nec se offendere, aut offendi curare, sub pœna honoris amittendi, et in perpetuam infamiam incurren. et sub aliis pœnis legalibus, vltra eas, etiam sub pœna scutorum N. pro medietate parti læsæ, et pro altera medietate Reuerendæ Cameræ Apostolicæ applicandorum. toties, quoties contrauentum foret, etiam centies, et millies, si totidem vicibus (quod Deus auertat) dicta pax violaretur. Qua pœna soluta, vel non soluta, vel gratiosè remissa et condonata, nihilominus pro aliis compre-

prehensi, in hac pace, et concordia, remaneant semper, et perpetuo rata, et firma, omnia, et singula in hoc instrumento contenta, sed ille solus, aut illi soli, qui pacem violauerint, in dictis pœnas legales, et conuentionales incurrant, et ad illa teneantur, et insuper ab omni commodo, et benefic o huius pacis, et concordię cadant, et cecidisse intelligantur; sed propterea non censeantur, nec sit illatum aliquod preiudicium alijs personis, eiusdem partis obseruan. tamen pacem, nec eis in honore actfama, et bonis, vel in aliquo prę iudicatum esse censeatur; soli enim violatores in dictas pęnas incurrant, et illis obnoxii sint. Hac etiam declaratione, et pacto oppositis, quod non intelligantur, nec sint incurse pœnę predictę; nisi quoties ex parte lesa proponeretur querela; et quatenus etiam proponeretur, et postea intra quindecim dies, tunc proximos, et parte querelante absolutio, et cassatio querele peteretur, eo casu dicta querela censeatur, et sit cassa; irrita, et nulla, et pro non facta habeatur: et pax nullo modo censeatur esse violata. Declarantes etiã quod ex rixa minorũ viginti quinque annorum, et rixa mulierum, etiam quod rixę fuerint cũ sanguine, et pro aliis exceptuatis à statuto, et consuetudine Ciuitatis N. pro materia pacis disponente, non censeatur violata pax. Nam circa huiusmodi exceptuationem rixarum, a talibus personis prouenientium, partes voluerunt, seruari hinc inde dicta statuta, et consuetudinem dictę ciuitatis, Declararunt etiam atque conuenerunt expresse, hanc pacem concordiam, et remissionem habere locum, et attendi debere, inter personas nominatas tantum, et illarum filios, atque descendentes, et ascendentes vsque in quartum gradum inclusiue, vt supra, et vltra, quod ipse partes promiserunt, in primis Omnipotẽti Deo, et sibi vicissim promiserunt, et promittunt dictę pacis, et concordiæ perpetuam obseruationem. Præterea etiam dicto Illustrissimo, et Reuerendissimo Domino N. Cardinali pręsenti, qui quidem sicuti Princeps magnanimus, auctor, et compositor pacis huiusmodi extitit, ita etiam fidem pacis datę perpetuo seruari recepit, cui acceptanti promiserunt dictis nominibus eandem concordiam, et pacem nunquam violare, sed eam tenere perpetuo, et ita se fide astrinxerunt, erga eundẽ Illustrissimum Dominum Cardinalem. Pro quibus omnibus, et singulis pręmissis semper, et perpetuó firmiter tenendis, pręstandis, ac inuiolabiliter obseruandis, prędictę partes, etc. obligarunt se in forma Cameræ, etc. mutua hinc inde acceptatio, ne, et stipulatione facta, et me Notario, pro absentibus nominatis in hac pace, horumque descendentibus vsque in dictum quartum gradum inclusiuè, in hac parte comprehensis stipulante, et acceptante, et ita obseruare iurarunt ad sacrosancta Dei Euangelia, tactis scripturis, in manib. mei Notarii. Et in signum verę, perpetuę et inuiolabilis pacis et remissionis, ac pro maiori corroboratione premissorũ dicti contrahentes, hinc inde, p ędictis nominibus, vicissim, & mutuò se amplectentes, osculum pacis corporaliter dederunt, & steterunt. Super quibus, etc.

Alia pax, & separatio Thori.

CVm sit quod annis retro elaps, suadentibus insidiis seductoris humani generis qui homines tentare nõ cessat, nec sinit eos benefacere, sed semper nititur eos præcipitare ad malum, orta esset dissentio, inter D. Ioannem, etc et D. Ioannam, etc. eius vxorem, super eo, quod datum fuerat intelligi dicto D. Ioanni, dictam eius vxorem adulterium commisisse, et ob dictam causam, dictam eius vxorem à domo sua expulerit, et ad domum patris sui reduxerit, etiam dicta D. Ioanna præmissa negante, et asserente, hęc falso animo in imputata fuisse, forsan per quosdam suos malevolos, et inuidos zizanię, et discordię seminatores, paci, amori, et concordię virorum, et coniugum inuidentes. Et vlteriu. ijs non contentus, idem Ioannes, quia pater dictę Ioannæ, hęc egrè ferens, agere cœpisset contradictum suum generum ad dotis repetitionem, et fortasse iniurię prosecutionem; affirmans se grauiter, et enormiter, propter pręmissa in honore, et fama læsum, et grauatum fuisse, et armata manu egressus fuit dictum suum socerum et cum pluribus vulneribus confodit; propter quę in mortis periculo ferme constitutus fuit, et desuper maximis damnis, et expensis passis, et hinc inde Ioan gener. inquisitus, processatus, condemnatusque, et banditus fuerit, prout, quoque existit de præsenti, tamen quia scriptum est, remittere, et remittetur vobis Idcirco hac præsenti die, etc. in mei, etc. principaliter constitutus

cutus dictus D. N. nomine suo, & dictæ suæ filiæ, pro qua de rato promisit alias de suo &c ex vna, & D N Procurator assertus dicti Ioan. pro quo nihilominus de rato promisit, alias de suo proprio tenere voluit, ita quod factum alienum promittendo, &c. sponte. &c. deuenerunt inter sese ad infrascriptam compositionem, pacé, & concordiam, omnibus futuris temporibus duraturam: videlicet quod d N suo nomine, & dictæ suæ filiæ, pro qua de rato promisit, vt supra, spontè, & deliberato animo, libera, vt bona voluntate, pepercit, remisit, & relaxauit d D Io absenti, tanquam præsenti, dicto eius Procuratore pro eo, vna mecum Notario, &c. stipulan & recipien. omnem iram, odium, inimicitiæ, iniuriam, & animi rancorem contra dictum N conceptas, & concepta, ratione, & causa dictorum vulnerum, & prætensæ iniuriæ illatæ propter diffamationem filiæ, inculpata de prætenso adulterio, vt supra. Item etiam ratione, & causa quarumcumque minarum de interficien & aliter quomodocumque, & qualitercumque, ac omnem accusationem omnemque culpam, quarumcumque grauem, & omnia damna, expensa, & interesse, ad quas & quæ incurrit dictus Ioannis dicta occasione, & dedit, & dat pro cassis, fictis, & annullatis, quantum in eo est, omnes & singulas querelas, accusas denunciationes, & processus, quoscumque in quacumque Curia quomodolibet factas, datas, & porrectas. Et vlterius promisit idem N pro se, & filia, ac suis hæredibus, & successoribus, nullo vnquam tempore vsque ad quartum gradum, secundum Ius Canonicum inclusiue computandum non offendere, nec offendi facere in persona, nec bonis, nec offendere volenti quomodolibet consentire, publicè, nec occulte. & versa vice dictus N. procurator dicti Ioani, & eius nomine, cum eadem promissione rati, prout supra promisit & conuenit solemni stipulatione dicto D N præsenti, & quod dictus Ioannes vlterius nullo vnquam tempore eundem N nec dictam eius filiam nec eorum consanguineos & affines etiam vsque ad quartũ gradum inclusiuè computandum, vt supra non offendet, nec offendi faciet in personis, nec in bonis eorum, neque alis offendere volentes, modo, aliquo consentiet, publicè vel occulte, amplexu, & osculo pacis propterea interueniente hinc inde in signũ veræ remissionis, & pacis. Quam quidem pacem, remissionem, & concordiam, & omnia alia, & singula in hoc præsenti Instrumento contenta: promiserunt hinc inde dictis nominib. respectiuè contrahentes præfati habere, & seruare rata, grata, & firma: incorrupta, & illæsa, & attendere complere, & inuiolabiliter obseruare, & in nullo contrafacere, dicere, vel venire, &c sub pœna, & ad pœnam scutor. &c. Cameræ Apostolicæ pro medietate, & altera parte obseruanti applican me Notario, &c pro dicta Camera, & parte obseruan. stipulante Et renunciarunt desuper dicti contrahentes statuti Vrbis, loquentibus de pœnis conuentionalibus non exigendis: quam nihilominus exigi voluerunt toties quoties contrauentum esset. Qua pœna, &c. Item quia propter præcedentes iniurias, & recentes dubitari posset, quod dicti Ioannis, & Ioanna eius vxor insimul in pace cohabitare non possent, & ne inter se ad peiora experioribus deueniatur, vt ijs occurrant, conuentum est inter dictum N. nomine suo, et dictæ suæ filiæ, pro qua de rato promisit, & dictum N. procuratorem, qui similiter pro illo promisit de rato, ita quod nullo pacto se possint excusare, etiam faciendo possibilia (salua auctoritate Superiorum quatenus opus sit) quod interim, & donec obliuiscantur inter sese iniuriarum præfatarum, & Domino placuerit tollere inter eos suspiciones, & odia interna, & ad eorum mel, ut redierint ipsi coniuges separatim, videlicet dictus D. Ioannes in domo sua, & alibi, quo voluerit, & dicta Ioanna cum suo patre, vel aliis suis consanguineis vel affinibus inhabitare possint, et debeat, et separati esse intelligantur, et sint, quoad eorum, et mutuam seruitutem cohabitationem, et exhibitionem necessariorum; adeo quod nisi post hac communis interueniat concordia, et reconciliatio inter eos; vnus alteri, et e conuerso, non possint eum pellere ad simul cohabitandum, dormiendum, et mutuo seruiendum, et exhibendum necessaria, et tanto magis, quod ipsa D. Ioanna rehabuit dotem suam, et sua parafernalia, et acconcium, ex quibus viuere, et sustentare valebit, et ex dicta causa cesserunt, et cedunt ad inuicem, et vicissim, et renunciarunt expresse quibuscumque litibus, et causis habitis, et factis inter eos, præmissorum causa, et occasione coram quibuscumque Iudicibus, tam Ecclesiasticis,

cis, quam secularibus, & tam ciuiliter; quam criminaliter, & contra dictum Ioãnem, & N. matrem, & auita dicti mariti, et matris, & auitæ respectiue, & tam coniunctim, quàm diuisim, contra dictam vxorẽ & suum patrem. Et dotis præfatæ bonorũ parafernalium, siue incalium, & acconcij restitutione, & donatione propter nuptias quam de dotis omissione, & alias, quomodocumque, & qualitercumque super aliis quibusuis rebus quas hic pro expressis, & de verbo ad verbum insertis, quatenus ad sint haberi voluerunt. Necnon omnibus, & singulis expensis hinc inde factis, & promisit dictus N. suo nomine, & dictæ suæ filiæ, pro qua de rato promisit, stantibus, præmissis dictam N. matrem, & amitam, quæ alias accessit, & promisit in fauorem dictæ filiæ pro donatione propter nuptias dictæ promissionis vigore nullo vmquam tempore molestare, nec molestare facere in iudicio, nec extra; & sunt concordes contrahentes ipsi, quod de huiusmodi donatione quicquam peti non possit inter eos. Et insuper, vt euitetur omnis dissentionis occasio dictus procurator nomine dicti Ioanni, cum promissione de rato, vt supra, si quod ius fuerit ipsi Ioanni præmissorum occasione acquisitum super dote ipsius Ioannæ, eidem Ioannæ, & patri eo casu, quo esset quæsitum prætextu præmissorum, prout credit, dedit, cessit, penitus, & remisit, ac gratis, & spontè dictæ suæ vxori percepit. & remisit omnem culpam, & iniuriam, si quam contra ipsum præfata Ioãna commisit fecit, intulit, seu incurrit ratione præmissorum. Et hæc omnia rata, grata et firma attendere, & obseruare promiserunt, & non contrafacere in aliquo, sub pœna præfata, cum omnibus & singulis superius appositis. Quia sic actum, etc. Et pro obseruatione omnium, et singulorum præmissorum obligauit se, etc; in forma Cameræ, etc. cum clausulis, etc. iurauit, etc. super quibus, etc.

Instrumentum pacis inter duas Terras.

IN nomine Domini, etc: Anno a Natiuitate, etc. Regnante, etc. Die, etc. Apud Castrum Speluncæ Nos T. Iudex dicti Castri. L. publicus, etc. Et testes subscripti litterati de eodem Castro, videlicet A. B. C. D. et F. ad hoc specialiter vocati, et rogati, præsenti rescripto publico declaramus, atque fatemur, quod prædicta die in nostri præsentia constitutis nobilibus viris Laurentio Barauallo, et Ioanne Gactulo de ciuitate Gaietæ, Syndicis dictæ ciuitatis constitutis per Iudices, Consilium, et Homines et Vniuersitatem dictæ ciuitatis Gaietæ, cum plenaria remissione ad omnia, et singula infrascripta habentibus generalem cum libera potestatem à prædictis Iudicibus, Consilio, Hominibus, et Vniuersitate, quodam publico instrumento Syndicatus ipsorum inde confecto, manu discreti viri Notarij A. de eadem Ciuitate, omni legitima solemnitate vallato, quod Instrumento Nos, qui supra Iudex, Notarius, et Testes vidimus, inspeximus, et legimus syndicario nomine ipsorum Iudicum, Consilij, et Vniuersitatis dictæ Ciuitatis Gaietæ, cosentientibus prius in Nos supradictorum Iudicem, et Notarium, vt in suos, cum scirent se ex certa ipsorum scientia nostræ iurisdictionis non esse, propterea iurisdictionem, et officium nostrum voluntariè prorogando, ac implorando ex parte vna Et viris nobilibus Iudicis Antonio, Domini Andreæ, et Nicolao Petri Corui de Terra Itri, Syndicis dictæ Terræ constitutis per Iudices, Consilium, et Vniuersitatem præfatæ Terræ Itri, cum plenaria potestate ad omnia, et singula infrascripta, habentibus generalem cum libera potestatem a prædictis Iudicibus, Consilio, et Vniuersitate dictæ Terræ Itri, secundum quod apparebat ex quodã publico instrumento syndicatus ipsorum inde confecto, manu discreti viri Notarij P. de dicta Terra Itri omni legitima solemnitate vallato, quod instrumento Nos, qui supra Iudex, Notarius, et Testes vidimus, inspeximus, et legimus, syndicario nomine ipsorum Iudicum, Consilij, et Vniuersitatis dictæ Derræ Itri, cosentientibus prius in nos supradictos Notarium, et Iudicem, vt in suos, cum scirent ex certa eorum scientia nostræ iurisdictionis non esse; propterea iurisdictionem, et officium nostrum voluntariè prorogando, ac implorando ex parte altera, Asserentibus partibus ipsius corã nobis, quod vigente nequitia spiritus iniquitatis, et totiushumani generis inimici, qui primos parentes nostros in forma serpentis tentauit transgredi diuinum præceptum, ob cuius transgressionem vtrique morti submissi fuerunt, temporali scilicet, et æternali, à qua tamen æterna morte per Dominicam passionem

et

et sanctissimam eius Resurrectionem liberati sumus, nec cessat idem spiritus nequam quotidie nos tentare. Ortæ fuerunt inter ipsas Ciuitatem Gaietæ, et Terram Itri, et Homines ipsarum similiter, et operatæ brigæ, guerræ, inimicitiæ, interfectionem hominum, et mulierum, combustiones, domorum, deprædationes, captiuationes, tenimentorum incisiones arborum fructiferarum, mutilationes membrorum, extractiones oculorum, redemptiones captiuorum pro magna pecunia, tormentationes captiuorum, disroborationes, obsessiones, suffocationes, accusationes, ædificiorum diruptiones, ac ruinæ, et alia multifaria mala, et damna, et dubitabant, immò constanter sperabant plura alia sinistra pericula exinde prouentura. Tandem Summi Domini Creatoris Dominica dextera largiente, qui genus humanum suo præciosissimo Sanguine redemit, de omnibus et singulis supradictis brigis, guerris, inimicitiis interfectionibus hominum, et mulierum, combustionibus domorum, deprædationibus, captiuationibus, discursionibus tenimentorum, incisionibus arborum fructiferarum, mutilationibus membrorũ, extractionibus oculorum, redemptionibus captiuorum, tormentationibus, disroborationibus, obsessionibus, suffocationibus, ædificiorum diruptionibus, ac ruinis, et de alijs malis, damnis, partes supradictæ hinc inde ad pacem, quietem, et concordiam omnibus futuris temporibus perpetuo duraturas coram nobis peruenerunt, videlicet quod supradicti Syndici dictæ Ciuitatis Gaietæ, syndicario nomine ipsorum Iudicum, Consilii, Hominum, et Vniuersitatis prædictæ Ciuitatis Gaietanæ non vi, dolo, metu, aut suasione aliqua ducti, seu circũuenti, sed de ipsorum Syndicorum pura, libera, et spontanea voluntate, diuini nominis, et fauoris gratia illustrati, quæ tenebrosos errores fugat remiserunt, pepercerunt, et relaxauerunt supradictis Syndicis Terræ Itri, ibidem præsentibus, recipientibus, nomine, et pro parte Iudicum, Consilii, Hominum, et Vniuersitatis supradictæ Terræ Itri, et successorum suorum, ac hæredum, et successorum singulorum supradictæ Terræ Itri, omnes, et singulas brigas guerras, inimicitias, interfectiones hominum, et mulierum, combustiones domorum, deprædationes, captiuationes discursiones tenimentis incisiones arborum fructiferarum, mutilationes membrorum, extractiones oculorum, redemptiones captiuorum, tormentationes, disroborationes, obsessiones, suffocationes, accusationes, ædificiorum diruptiones, ac ruinas, et omnia alia, et singula mala, et damna exorta peracta, et perpetrata, vsque ad hodiernum diem inter supradictam Ciuitatem Gaitæ, et Homines ipsius Ciuitatis ex vna parte, et supradictam Terram Itri, et Homines ipsius Terræ ex parte altera, quibuscumque modis, et causis, tàm generaliter cum banderis vexillis, et stipendiariis ipsarum Ciuitatis Gaietæ, et Terræ Itri, et alterius ipsarum Ciuitatis, et Terræ supradictæ quàm per speciales personas earundem facientes supradicti Syndici supradictæ Ciuitatis Gaietæ nomine, quo supra eiusdem Syndicis dictæ Terræ ibidem præsentibus et recipientibus, quo supra nomine, finalẽ refutationem, liberationem perpetuam, et pactum de vlterius non petendi, deducentes in Aquilianam stipulationem, et acceptilationem solemniter subsecutam, et versa vice supradicti Syndicis Terræ Itri omni suasione, et violentia ab eis cessantibus immo de ipsorum, et cuiuslibet ipsorum Syndicorum pura libera, et spontanea voluntate superni luminis fauore illuminati, qui caliginem tenebrarum procul pellit, remiserũt supradictis Syndicis ciuitatis Gaietæ ibidem præsentibus, et recipientibus nomine, et pro parte Iudicum, Consilii, et Vniuersitatis prædictæ Ciuitatis Gaietæ, et successorũ suorũ, ac hæredum, et successorum singulorũ supradictæ ciuitatis Gaietæ, õnes et singulas brigas guerras, inimicitias, interfectiones hominum, et mulierum, combustiones domorũ, deprædationes, captiuationes, discursiones, tenimẽti, incisiones arborum fructiferarum, mutilationes membrorum, extractiones oculorum, redẽptiones captiuorum, tormentationes, disroborationes, obsessiones, suffocationes, accusationes diruptiones, et ruinas ædificiorũ et omnia alia, et singula mala, et dãna exorta, peracta, et perpetrata, vsq; ad hodiernũ diem inter supradictam Terram Itri, et homines ipsius Terræ ex vna parte, et supradictam Ciuitatem Gaietæ, et homines ipsius Ciuitatis parte ex altera, quibuscunq; modis, et causis tam generaliter cũ banderis vexillis, et stipendiariis ipsarum Terræ Itri et ciuitatis Gaietæ, et alterius earũ, quam per speciales personas, facientes supradicti

Syn-

Syndici Terrę Itri, nomine quo supra; eisdē Syndicis supradictę ciuitatis Gaietæ, ibidē præsentibus, et recipientibus, quo supra nomine, finalem refutationem, quietationem, et liberationem perpetuam, cum pacto de vlterius non petendo, deducētes in Aquilianam stipulationem, et acceptilationem solemniter subsequutam. Quæ omnia, et singula in hoc instrumento contenta, promiserunt parte, supradictæ nominibus, quibus supra, obligantes sese quo supra nomine, et success. suos, sub hypotheca, et oblig. bonorum vniuersitatum supradictarum, et omnium, et singulorum vniuersitatum earundem hinc inde, vna pars scilicet alteri, solemnibus, et mutuis stipulationibus hinc inde interuenientibus attendere, et inuiolabiliter obseruare, et in nullo contrafacere, vel venire, per se, vel alios publice, vel occulte, aliqua ratione, ingenio, vel causa, de iure, vel de facto in ex inde, vel in parte, in iudicio, siue extra iudicium, Sub pœna, et ad pœnam vnciarum auri mille, à parte contra prædictorum aliquid contrauenientе integraliter exsoluenda, et applicanda, pro medietate videlicet, dictæ pœnæ illi curiæ, coram qua facta fuerit reclamatio, me prædicto Notario tanquam persona publica nomine dictæ curiæ stipulante, ac pro reliqua medietate videlicet dictæ pœnæ parti prædictæ, obseruanti et adimplenti, quæ quidem partes fuerunt inter sese, quo supra nomine, ipsius pœnæ reliquam medietatem prædictam vna sub altera, et altera solemniter, et legitimè stipulatæ coram nobis, cum integra refectione omniū et singulorum damnorum, et expensarum ac interesse litis, et extra. De quibus damnis, expensis, et interesse firmiter credatur, ex pacto simplici assertioni partis læsæ, omnia alia probatione remissa, et ipsas expensas, damna, et interesse possit petere pars læsa coram quocunque iudice prætore, seu magistratu Ecclesiastico, seu seculari, et omni foro summarie simpliciter, et de plano, ac sine libelli oblatione, quia sic actum extitit, et expresse conuentum inter contrahentes prædictos supradicto die coram nobis in limite Prædictorum. Et fuit etiam expresse conuentum inter eos, toties petatur, et exigatur, quoties in præmissis, et quolibet præmisso rum contrauentum, seu contrauenire quomodolibet attentatum. Et pœna ipsa soluta, vel non soluta, exacta, vel non exacta, aut gratiose remissa omnia, et singula in præsenti instrumento contenta firma perdurent. Renunt. hinc inde à partib. supradictis ex certa ipsarum scientia super præmissis omnibus, et singulis, exceptioni doli, mali vis, metus, in factum actioni condictioni sine causa, rei prædicto modo non gestæ, præsentis non sic celebrati contractus, iuri quo læsis, seu deceptis subuenitur, præscriptioni fori, iuri per quod generalis renunciatio impugnatur et iuri cui renunciari non potest, et omni alio iuri canonico, et ciuili, et scripto, seu consuetudinario, quo, vel quibus, præsens instrumentum, et omnia, et singula in eo contenta possent minui, seu quomodolibet turbari, in toto, vel in parte. Pro quibus omnibus, et singulis firmiter obseruandis, attendendis, et adimplendis, et de nō contraueniendo in toto, vel in parte, de iure, vel de facto in iudicio siuè extra iudicium, partes supradictæ hinc inde vna alteri, et altera alteri, et coram nobis ad sancta Dei Euangelia corporaliter tacta iurauit. Et voluerunt partes supradicta expresse coram nobis, quod pœna periurij per pœnam pecuniariam, et è cōtra, vna per alteram non tollatur, nec differatur: sed de vtraque agi, et accusatio fieri possit simul in vno, et in eodem concursu sub pœna, et iuramento prædictis. Vnde ad futuram memoriam, et supradictarum vniuersitatum, et successorum cautelam, de prædicta pace, et omnibus, et singulis supradictis facta sunt inde duo publica instrumenta vnius tenoris scripta per manus mei prædicti notarii signo meo cōsueto signata, sed præsens supradictæ vniuersitatis ciuitatis Gaietæ, et reliquum supradictæ vniuersitati terræ Itri, nostrum qui supra, Iudicis, et testium subscriptionibus roboratum.

Transactio, & concordia.

Cum fuerit quod alias ex parte Ill. D. N cum B. lis, et causa in sacro Rotę Auditorio, de, et super quarta parte bonorum, et hæreditatis bo mem Alexandri communis parentis, ac prætensa rescissione donationum, ab ipso D N in fauorem dicti D. B factarum, rebusque aliis in actis causæ, et causarum huiusmodi deductis, introducta fuerit: et deinde facto inter ipsos compromisso, remissa fuerit in N. Rotæ Auditorem, et compromisso

misso expirato, eadem causa cum suis incidentibus, &c. totoque negotio principali per aliud compromissum inter eundē N. ex vna, & B. & C. germanos fratres tanquam hæredes vniuersales dicti A. ex altera partibus, compromissam, & remissa fuerit in præfatum N. tanquam arbitrum, & arbitratorem, cum facultatibus, pactis, modis, in instrumento dicti primi compromissi, die, &c. per me celebrato, expressis: ad quæ acta, & instrumenta, pro veritate, quatenus opus sit, relatio habeatur. Et cum sit, vt etiam partes ipsæ asseruerunt, quod alias Ill. D. N. eorum germanus frater, et præfatus B. in Vicaria, aut alio Tribunali Neapolis, aduersus N. occasione militiæ, &c. quod ipse N. vt cæteris natu maiori habet, & possidet, plures fauorabiles sententias, & mandatum executiuum pro summa, &c. in ijsdem sententiis, & mandato contenta obtinuerint, pro terminis decursis ratione dictæ militiæ, ad talem summam liquidatis: sed ex parte B. prætendatur, inter alia, ex dicta militia, & terminis decursis & decurren. condecenremsummam pro adornis regiis, minime adhuc allegatis, neque consideratis defalcari debuisse, atque debere. Super quibus differentis, litibus, & aliis prætentionibus, quæ inter dictas partes ortæ sunt, & quomodolibet oriri possent præfatorum occasione, tractata perpetua concordia, & compositione; Tandem Vniuerso statu rerum, & aliis prudenter, & naturæ consideratis, interpositione B. omnipotentis Dei gratia, à quo cuncta bona veniunt procedente conclusa, & stabilita fuerint, modis, & pactis infradicen. Hinc est, quod die, personaliter constituti N. & B. germani fratres C. procurator supradicti N. & B. germanorum fratrum, & tanquam hæredum vniuersalium dicti A. vt de eorum mandato, &c. ex altera partibus, spontè, &c. non solum ad euitandum vlteriores impensas, incommoda litium, & alia, quæ solent ex litibus grauiora euenire, Verum etiam ad conseruandum, & augendum fraternum amorem, & omnibus melioribus modo, etc. dictis nominibus pro se ipsis, eorumque hæredibus, & successoribus, ac dictis eorum principalibus, & illorum hæredibus, & successoribus respectiue sub pactis, & conditionibus infradicendis. In primis asseruerunt diligenter, & maturè totu statu rerum, & prætensionam inter ipsas partes vertensium, ab ipsis Iacobo, & Iulio principalibus, & dictis procuratoribus considerato; ad hanc transactionem, & perpetuam concordiam, tractatas, vt præfertur, & conclusas pro communiquiete, modis, & formis infradicendis, deuenerunt, & ratione huiusmodi perpetuæ concordiæ transactionis, et compositionis, præfatæ partes quibus supra nominibus, cesserunt, & renunciarunt expressè, ad inuicem respectiuè, omnibus, et singulis litibus, causis, et controuersiis, inter ipsas partes, vt præfertur, natis, pendentibus, et quæ introduci, et nasci possent, occasione supra narratorum, et infradicendorum, ac illas in perpetuum extinxerunt, finierunt, et perpetuum silentium, et finem imposuerunt, remittentes vicissim omnes impensas, damna, &c. quomodolibet passa, et incursa, & particulariter ipse D. Iacobus, ratione infradicendorum, et totius præsentis contractus. Renunciauit, et cessit expressè omni iuri, liti, et causæ, vt præfertur, in Rota, et nunc coram B. vti arbitro, et arbitratore indecisę pendenti, de; et super quinta parte bonorum, iurium creditorum, et actiouum, hæreditatis paternæ, dicti Alexandri eius, et communis, vt præfertur, genitoris prout renunciat, et cedit in fauorem dictorum DD. licet absentium, nihilominus dictis procuratoribus pro eisdem suis principalibus respectiue, et illorum hæredibus, vna mecum Notario, etc. Ac insuper cessit, et renunciauit idem Iacobus omnibus, et singulis actionibus, prætensionibus, et iuribus, quæ ipse D. Iacobus, habet, aut habere posset, aut ei competunt, et quomodolibet ex quouis capite competere possent, in et super tota dicta hæreditate, bonis, actionibus, creditis, iuribus, iurisdictionibus paternis, et pariter omnibus illis; quæ competerent, aut competere possent, ratione hæreditatis dicti C. etiam si posset quouis modo contra testamentum dicti C. venire. Item omnibus, et singulis prætensionibus, actionibus, iuribus ex quouis capite, titulo, et modo, etiam hinc non expressis, competentibus, et quę competere possent ipsi D. Iacobo, tam ex iurisdiction. et dominiis Castrorum, etc. quam omnium aliorum locorum, et omnium, et singulorum quorum

rumcumque bonorum,cuiuscunque gene-ris et speciei,etiam si maiorem,et specia-lem, indiuiduam expressionem postula-rent: in statu tamen Ecclesiastico consi-stentium, ad præfatas duas hæreditates patris,et fratris antedictorum ex vtraque hæreditate resultantibus, vsque in hunc diem prouenientibus,renunciauit, et ces-sit in fauorem eorundem Vincentij, et Al-phonsi absentium, dictis eorum procura-toribus,et me Notario,etc, acceptan, etc. ad habendum,etc ponens,etc constitués, etc. dans licentiam, etc. donec,etc. præte-rea quietauit, etc. dictam Ill D.I absenté, me Notario, et D. eius procuratore ac-ceptan et quilibet eorum, tam vti princi-pales eorum procuratoris, et simplicibus nominibus, quam etiam D. N. de omni-bus pecuniarum summis,rerum, et bono-rum qualitatibus, et quantitatibus, iuri-busque,et action. quibuscumq;per ipsum D Iacobum quomodolibet cessis, conces-sis,mutatis, commoditatis, aut al o quo-cunque modo, et titulo traditis dicto D. C. quam vnicuique ipsorum V. et A. Et pariter de omnibus pecuniarum summis, et rerum quantitatibus ipsius Iacobi; Et ad eum spectan exactis, recuperatis, aut quomodolibet perceptis,siue per C siue per ipso Vincentium, et Alphonsum, et quemuis eorum: et de omnibus illis pecu niis,et rebus,quæ ad manus eorundem et cuiuscumque ex eis quouis modo titulo, et occasione,etiam hic non expressis, per-uenerunt,et vnicuique illorum summam, et quantitatem habitam, et receptam, ac perceptam remisit,concessit, et cessit in perpetuum,et specialissimam in omnibus capitulis huiusmodi,ac generalissimam,et finalem remissionem,quietationem, et li-berationem dedit, fecit, et concessit cum pacto de nihil vnquam ex præmissis, vel præmissorum occasione petendo, et præ-missa fecit ex causis prætatis, et contem-platione infradicendorum. Et quia vice versa præfati N. N. contemplatione su-pradictorum, et præsentis perpetuæ con-cordiæ,transactionis, et compositionis, et omni alio meliori modo, cesserunt, etc. (Cesserunt omnia iura) omnia iura cu-iuscumque speciei, generis, conditionis, et qualitatis existentia etiam si sub verbis huiusmodi non comprahenderunt; sed specificam, et indiuiduam expressionem exigerent,competentia aut,quæ compete re possent,aut poterunt.

(*Pactum*) Et præmissa fecerunt dictæ partes, et faciunt; cum pacto etiam ex-presso conuento; quod ipsi N N soluere teneantur principaliter, et insolidum D. N. intra tres menses,à die infradicend de clarationis proximos, omni exceptione remota,hic Romæ illam summá pecunia-rum, quam Marcus Antonius declarabit, aut arbitratur, per quamcumque simpli-cem eius declarationem, in quem Domi num Marcum Antonium absentem, etc. remiserunt hanc prætensionem finiendi,et terminandi de iure tantum, in termino trium mensium, inchoando à die consi-gnationis instrumentorum ratificationé præsentis concordiæ,in manibus mei, aut alterius notarii consignandorum,non au-tem prius,summarié, et de facto, et mero arbitrio ipsius Marci Antonii in proce-dédo nulla tella,neç ordine iudiciario ser uatis,etiam fine aliqua citatione, et præ-sentia partium, sed extraiudicialiter, ac-ceptantis ex nunc in vim perpetuæ con-cordiæ, quacumque simplicem termi-nationem, et declarationem præfatorum de iure faciendam, cui nullum remedium opponi possit,quod executionem huiusmo di terminationis impediat: et quatenus opponatur, nihilominus executio, et implementum dictæ terminationis, et declarationis quocumque modo prola-tæ impediri, differri, aut retardari nul-lo modo possit, sed in primis, et ante omnia executioni demandari debeat, sed si intra dictos tres menses dictus Marcus Antonius, vel quia non curauit, vel quia non voluerit, aut non potuerit facere ter-minationem, et declarationem antedictá In tali casu ex nunc, prout ex tunc, et é contra intelligatur, et fit eadem auctori-tas,in omnibus, et per omnia translata, data et concessa D N. absenti, etc. prout ipsæ partes transtulerunt,concesserunt, et demandarunt irreuocabiliter per se, suos-que heredes, etc. cum. facultate prgten-sionem iam dictam intra tres menses pro-ximos,à die,quo dictus N.onus huiusmo-di accep auerit,terminandi, aut compo-nendi,declarandi, et quoad declarationé et termina.ionem huiusmodi per dictum euentum faciendi,idem iuri fit, et omnia præmissa locum habeant,et repetita cen-

seant

fecantur, quæ superius apposita, & conuenta fuerunt quoad dictum D. M. Antonium quia sic actum, & concordatum fuit inter ipsas partes.

(*Conuentio.*) Item conuenisse declararunt, quod Ill. D. Iacobus, in euentum in quem D. Iulius officium Auditoris Cameræ emat, seu quouis alio modo, & titulo acquirat, seu consequatur: tunc realiter soluere, et numerare debeat eidem D. Iulio scuta, etc. alias ad omnia damna teneatur, et huiusmodi obligatio Ill. D. Iacobi locum habeat, et effectum sortiatur, quatenus, et quando præfata emptio sequetur, et non aliter, et concordia præfata copulatiuè, et non alternatiuè. Ita quod D. Iacobus nihil soluere teneatur, et obligatio sua huiusmodi habeatur pro non apposita, si emptio præfata in conditione adiecta impleta non fuerit, quia sic actū, etc.

Quam concordiam, transactionem, et compositionem, cum omnibus, et singulis hoc instrumento contentis dicti DD. Iulius, et Iacobus principales, et N. et N. procuratores dictis nominibus; vt supra semper, et perpetuò ratas, gratas, validas, et firmas habere, tenere, et inuiolabiliter obseruare vicissim promiserunt: et numquam sub quouis prætextu, etiam instrumentorum, scripturarum, et probationum ac iurium de nouo repertorum, et reperiendorum, et ex quouis alia causa, ratione, iure, titulo, et modo, cogitatis, et non cogitatis; etiam sub prætextu doli, et restitutionis in integrum ex quocumque capite resultans etiam enormissimæ læsioni, et ex illo capite, si qua mihi iusta causa videbitur, per se, vel alium, seu alios, directè, vel indirectè, in Iudicio, vel extra, contrafacere, dicere, vel venire, nec vnquam excipere, aut in contrarium experiri, nec de nullitate, et inualiditate opponere. Et renunciarunt cum iuramento in animas eorum, et suorum principalium respectiuè, dicto beneficio restitutionis in integrum, ex quocumque capite resultan. ac dispositione legis cum ij, et legi de ijs, ff. et C. de transaction. et similibus legibus præfatis, quæ locum habeant in negocio præfato. Et omni iuri, et legum auxilio, et cuicumque dispositioni, ac dispensationi Apostolicæ, ac regiæ, et motu proprio, et rescriptio, ac litteris Apostolicis, et regiis, tam per viam gratiæ, quam Iustitiæ, et cum quibusuis clausulis derogatoriis, etiam amplissimi, contra præmissa quomodolibet concedendis, siue ad partis suggetionem et petitionem, siue ex officio, vel motu proprio, et ex certa scientia Principis concedi, contingat. Et promiserunt idem Illustr. Iacobus, et Iulius, et N. N. procuratores respectiuè quod ipsi, et eorum principales absolutionem à iuramento non postulabunt, ad effectum agendi, et excipiendi, et quatenus impetraretur, vel eis, aut eorum alteri, etiam motu proprio principis, vel alterius potestatem habentis absolutio, aut venia concederetur; tunc, et eo casu quotiescumque id fieri contingat; ex tunc, et è contra, dictæ partes nominibus prædictis se ad inuicem procuratrices (*Procuratores irreuocabiles ad renunciandum*) et procuratores irreuocabiles, vt in rem propriam, etiam cum iuramento ad renunciandum quandocunque dictę absolutioni, et absolutionibus quibuscumque toties, quoties impetratæ, vel concessæ fuerint, et ad faciendum, vt præsens instrumentum, et eius ratio suos plenos semper, et omni tempore sortiatur effectus, cum clausulis opportunis, saluis præmissis, quatenus ex aliqua causa, etiam in corpore iuris clausa, et quacũque alia cogitata, et excogitata et demum qualitercumque, et quomodocumq; ie ex quouis capite præsens concordia rescindi, seu annullari, aut contra eam quouis modo venit posset, aut contrauenti contingeret, per ipsas partes, aut alteram earum, se aliqua partium annullationem aut rescissionem huius concordiæ, transactionis, et contentorum in ea tentaret, et experiretur; siue agendo, siue excipiendo, vel quomodolibet opponendo, contrauentum fuerit: cædem partes conuenerunt, quod quæuis earum contrauenien̄s, vltra obseruationem præsentis concordiæ, et transactionis; etiam ad refectionem omnium damnorum, etc. ad quam semper compelli possit, nihilominus super prætensa nullitate, inualiditate, et rescissione, et contra ipsam transactionem, et concordiam, numquã audiri, neque admitti possit, nisi in primis, et ante omnia realiter, et cum effectu restitutis et consignatis alteri parti obseruãti, omnibus pecuniis, et bonis, impensis, damnis, et interesse, virtute dictæ concordię habitis, receptis, atque sibi remissis, et condonatis

tis, et consenserunt huiusmodi concordiā transactionem, et omnia in præsenti instrumento confirmari posse à Reuerend. etc. et Sede Apostolica pro maiori firmitate. Constituen. iidem contrahentes se ad inuicem. Vnus alterum, & alter alterum, procuratores irreuocabiles medio iuramento tactis ad ipsorum, & cuiuslibet eorum nomine, seu nominibus confirmationem, & approbationem huiusmodi, cumquibusuis derogationibus, & quorumcumque defectuum suppletionibus, inquacunque validissima, & amplissima forma, impetrandā Promittens, &c.

(*Pactum*) Hoc etiam pacto in omnibus præmissis apposito, quod præsens instrumentum ratificari, approbari, & pleníssimè confirmari debeat, cum omnibus, & singulis, in eo contentis, tam ab Ill. D. Vincentio, quam Alphonso, & instrumenta ratificationum in authenticam formam, cum legalitate, & cum iustificatione tenoris huiusmodi instrumenti, consignari debeat dicto D. Iacobo, vel in actis mei, &c. intra mensem proximum, ab hodie. Alioquin elapso dicto tempore, & non productis, & consignatis dictis instrumentis vtriusque ratificationis, in tali casu præsens transactio, & concordia, & omnia in præsenti instrumento contenta, ipso iure sint irrita, & nulla, & nullius roboris; & instrumenti, perinde, ac si præsens instrumentum numquam celebratum fuisset, & vnicuique partium salua, & integra, & reseruata sint omnia, & singula iura, in eisdem statu, & terminis, in quibus erant ante celebrationē præsentis concordiæ, & ex hoc instrumento nullum omnino præiudicium partibus generetur, quia sic actum, &c.

(*Sine præiudicio aliorum iurium*) Quæ omnia, & singula fecerunt cum expressa declaratione, & protestatione; quod per præsentem contractum nullum intelligatur fieri præiudicium in ceteris alijs iuribus ipsis Iulio, & Alphonso quomodolibet vni aduersus alterum, & quacumque causa, respectu quorumuis bonorum, & in præsenti contractu comprehensorum, cōpetentibus, & competituris, quatenus cōpetant, aut competere possint, sed illa penitus, & omnino sint salua, & illæsa in omnibus, & per omnia, præterquam quoad validitatem præsentis contractus respectu dicti D. Iacobi tantum, & non alias, &c. Quæ omnia, &c.

Compromissum.

CVm sit, prout infrascriptæ partes asseruerunt, quod nuper lis, differentia, controuersia, & causa versæ fuerint, & vertantur inter A ex vna, & B. de, & super Rurali Ecclesia Sācti P. in Territorio N. diœcesis N. & illius possessione, ac fructibus, rebusque aliis in actis deductis, & illorum occasione partibus ex altera. Hinc est, quod Anno, &c In mei, &c. constituti dicti D. A. & B. cupientes, ac volentes laboribus, & sumptibus iudiciariis, parcere, & à lite, & causis recedere, eorumque lites, differentia, & causas huiusmodi amicabiliter terminare, sponte, &c. firmis tamen remanentibus actis factis coram H. Iudice causæ huiusmodi, omnes, & singulas lites, controuersias, quæstiones, differentias, & causas inter eos super præmissis vertentes, & versuras, compromiserunt, & compromissum fecerunt; videlicet pro parte dicti B in N. pro parte verò dicti B in M. absen. &c. tanquam in eorum arbitros, & arbitratores, & amicabiles compositores, ac communes amicos, eisdemque potestatem, & omnimodā facultatem, & auctoritatem partes prædictæ dederunt, illas, cum earum iuribus, dependen. & annexis de iure, & de facto, ac de iure tantum, & de facto tantū summariè, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicii, sola facti veritate inspecta, altè, & bassè, terminisque etiam substantialibus seruatis, & non seruatis etiam vni dando, & alteri auferendo, partibus citatis, & non citatis, auditis, & non auditis; & earum iuribus visis, & non visis, eisque seu earum altera præsentibus, vel absentibus, iuris ordine seruato, vel non seruato, singulis diebus, & horis, feriatis: ac etiam in honorem Dei, & non feriatis: ac alia quauis iuris solemnitate seruata, vel omissa, deciden laudan. sententiandi, arbitrandi: & terminandi, & in euentum discordiæ eligendi tertium, &c. Quorum arbitrio, & Tertii, sententiæ, laudo, arbitrio, decisioni, & terminationi, dictæ partes stare, & acquiescere, & ab eis, seu earum altera, non reclamare, & appellare: nec arbitrium boni viri, seu consilium sapientis petere. Immo illud, vel illam, ratum, & ratam, gratam firmam habere: tenere, attendere, & obseruare promiserunt. Volentes dictæ partes sententiam, laudum, arbitrium, & terminationem hu-

huiusmodi

iusmodi, habere vim, & robur trium sententiarum, conformium in sacro Rotę Auditorio in contradictorio iudicio latarum, quæ transitum fecissent in rem iudicatam, constituenter se ad inuicem cędē partes, procuratores irreuocabiles, medio iuramento tactis, &c. ad dictum laudum, sententiam, & decisionem ferendum, acceptandum, & illis acquiescendum. In euentum autem discordiæ dictorum arbitrorum, partes ipſę eis facultatem dederunt, tertium arbitrium eligendi, qui coniunctim cum altero ex ipsis arbitris, vt supra sententiare, & laudare habeat. Voluerunt autem huiusmodi eorum cōpromissum durare, & vim, ac robur firmitatis habere, & obtinere per vnum mensem proximum ab hodie inchoan. reseruata nihilominus potestate, & facultate dictum terminum, & præsens compromissum ad alius XV dies tunc subsequentes, & non vltro prorogandi, adeo, vt si præfati arbitri, in dicto termino non sententiauerunt, vt supra, pręsens compromissum habeatur pro non facto, iuribus ambarum partium in aliquo præiudicatum non esse, censeatur. Quæ omnia, &c. sub pœna 500. scutorum parti attendenti, & obseruanti ipso facto soluen & applican ac à damna, &c. de quibus, &c Pro quibus, &c sub obligatione Camerali, cum clausulis, &c. iurarunt, &c. super quibus, &c. Actum, &c. præsentibus, &c.

Compromissum inter consanguineos.

CVm sit, quod hæredes, &c. ad inuicem habeant nonnullas prætensiones quasamicabiliter per viam Compromissi, vt inter consanguineos decet terminare cupientes, ad euitandum lites, discordias, & litium actiones. Propterea hodie, &c in mei, &c. testiumque &c D. Franc. Antonius, & Petrus D N. hæredes, sponte, &c. omnes, & singulas prætensiones, differentias, quas ad inuicem, & inter se quomodolibet ex quauis causa, vel causis, & occasionibus tam coniunctim quam diuisim, & quilibet eorum de per se particulariter, vel in communi cum altero vel aliis hæredibus, & contra quemlibet cohæredum habere potest, & possunt super quibuscumq; rebus; bonis computis, negociis, iuriqus, pecuniarum summis, damnis, impensis, & interesse, & alias quomodolibet, & qualitercumq; cum suis annexis, cōnexis, emergentibus, accessoriis, & dependentibus ab eis, quas, & quę omnia præmissa pro sufficienter expressis, & specificatis, haberi voluerunt, & habent, deducendas, & deducenda, siue in scriptis, siue in voce coram arbitris infranominandis cōpromiserunt, & liberé remiserunt in d. Io. ex parte dicti D. Francisci. item d. Bernardum ex parte d Antonii, & in d. Perfectū ex parte N respectiuè nominatos, electos, & deputatos licet absentes, tanquam præsentes, vt Arbitros, Arbitratores, calculatores, diuisores, amicabiles compositores, & alioquocumque nomine, & nominibus quibus melius, & maioris auctoritatis censeri, nominari, & deputari possunt, [*quod dederunt facultatem*] quibus dederunt, & concesserunt amplissimam, & liberam facultatem & auctoritatem, ac iurisdictionem, & omnimodam potestatis plenitudinem, omne & singulas dictas ipsorum compromittentium, & cuiuslibet eorum differentias, & prætentiones, cum annexis, &c. tā coniunctim, quam diuisim audiendi, cognoscendi, calculandi, solidandi, terminandi, componendi, & decidendi de iure, & de facto, de iure tantum, aut de facto tantum, siue vtroque modo prout eisdem Arbitris videbitur, & placebit, & in huiusmodi cognitione, terminatione procedendi etiam de facto, summariè, simpliciter, & de plano sine strepitu, & figura iudicii, etiam singulis diebus, & horis; pręterquam in honorem Dei feriatis, & ex quocunque loco & locis sedendo, stando, ambulando etiam nulla tela, aut aliquo penitus ordine iudiciario, seruatis, etiam siue aliqua partium citatione, monitione, & interpellatione desuper faciendis, & ipsis partibus absentibus, vel præsentibus altera præsente, & altera absente, & cum facultate auferendi, & leuandi ab vna parte, & quomodolibet ipsorum compromittentium, & applicandi, remittendi, & condonād aliis, vel alicui eorum omne id, quod prędictis arbitris videbitur, & placebit, & demum omnem aliam maiorem, & maximam auctoritatem, & facultatem, quam dare potuerunt dictis Arbitratoribus dederunt; et concesserunt. Promittentes [*promittentes obseruare*] ad inuicem semper, & perpetuò inuiolabiliter obseruare, & adimplere omnia ea, quæ per dictos Arbitros, Arbitratores in premissis decisa, laudata, declarata, solidata, & terminata fuerint, & eorum declarationi, laudo, & ordinationi

ſtare, et acquiſcere, et nunquam contrafacere, opponere, dicere, vel venire, ſub quo uis prætextu, iure titulo, cauſa, modo, et forma etiā ſub prætextu enormis, et enormiſſimæ leſionis, notoriæ, iniuſtitiæ, nullitatis, reſtitutionis in integrum ex quocunque capite etiam ex illo ſi quæ mihi iuſta cauſa videbitur competen. aut reſultan. appellationis, exceptionis, erroris, calculi, reuiſionis, reductionis ad arbitrium boni viri, et cuiuſcumque reſcripti principis; etiam ſi motu proprio concederetur, quia omnibus huiuſmodi remediis, actionibus, et iuribus, et aliis quibuſcumque ſi quæ competerent, aut competere poſſent aduerſus laudum ſententiam, et ordinatione dictorum arbitrorum expreſsè renunciarunt etiam cum iuramento tactis, etc. Et voluerunt atque conuenerunt dictum laudum, ſententiam, et ordinationem habere vim, et robur trium ſententiarum conformium ritè, et rectè latarum, ac rei iudicatæ in Sacro Rotæ Auditorio, etiam in contradictorio Iudicio, legitime obtentæ, et renunciarunt etiam beneficio reſtitutionis iuramento etiam ſi per motū proprium Sanctiſſimi D. N. et alio quonis modo concederetur, et promiſerunt etiā nullum remedium contra dictum laudū, vel ſententiam impetrare, et impetrato, aut alias quoquomodolibet conceſſiuo non vti. Et inſuper, quatenus aliquo prætextu, vel cauſa etiam hic non expreſſa etiam in corpore iuris clauſa, aut alio quouis modo, aut de iure opponetur, aut contradici, vel opponi, et venire poſſent aduerſus laudum, ſententiam, compoſitionem, et ordinationem dictorum arbitrorum: nihilominus voluerunt, et conuenerunt implementum dicti laudi, ſentētiæ, compromiſſionis, et ordinationis impediri, differri, et retardari nullo modo poſſe, nec reuocari vel impediri debere conſtituerunt ſe ad inuicem procuratores irreuocabiles, cum dicto iuramento tactis etc vt in rem propriam ad ratificandum, acceptandum, et confirmandum laudum, et ordinationem, atq; compoſitionem præfatas in omnibus, et per omnia in vim perpetuæ concordiæ: ita nunc inter ipſos contrahentes firmatæ prout ex tunc etc: approbauit, ratificauit, acceptauit, et confirmauit, et quia dictas differentias, et prætenſiones terminare, et omnem quantum fieri poteſt litium, et differentiarum occaſionem in perpetuum finire, et tollere intendunt. Ideo præfati contrahentes ad inuicem, vnus alteri, et alter alteri acceptanti irreuocabiliter inter viuos donauit et dedit omnem, illam quantitatem, valorem, et ſummam, etiam ſi notabilis foret, in qua ex præmiſſo laudo, vel ſententia terminatione, et compoſitione dictorum arbitrorum, etc. ſe grauatum, et grauatos, et læſos, et damnificatos eſſe prætenderent, et prætendere poſſent; et quamuis credatur hanc donationē quia mutua eſt eſſe nullam, et nihilominus ad omnem abundantiorem cautelam conſtituerūt ſe viciſſim procuratores irreuocabiles vt in rem propriam, ad inſinuandum, et inſinuare faciendum hanc donationem, et omnia præmiſſa coram quibuſcumque Iudicibus, et vbi opportunum fuerit cum facultatibus neceſſariis, et deſuper opportunis etiam poſt laudum promulgatum: et huiuſmodi compromiſſum, et terminū cōpromiſſi durare voluerunt duobus menſibus ab hodiē proximi. In euentum autem diſcordiæ dictorum arbitrorum, aut ſi definitiue non pronunciarent aut pronūciare, vel ſententiare nollent in termino duorum menſium præfatorum, aut pronūciando apparerent eſſe diſcordes, aut aliquis, vel aliqui eorum pronunciare, et ſententiare nollent, et non poſſent in quolibet caſu, vt dictæ ipſorum, et cuiuſlibet ipſorū differentiæ, ac prætēſiones omninò terminentur, & finem accipiant per hoc præſens compromiſſi ex nunc eligunt, et deputant, ac nominãt, in tertium arbitrū arbitratorem, et amicabilem compoſitorem D. Octauium licet abſentem, vt præſentem ad cognoſcendum, terminandum, ſolidandum, et componendum dictas eorum differentias computa, et prætēſiones, tam communes, quam particulares inter ipſos compromittentes, vertentes, et quas habere poſſent cum dictis annexis, incidētibus, et dependentibus ab eis ad expediendum intra quindecim dies proximo et immediate ſequentes à fine duorum menſium præfatorum computandos, cum eiſdem facultatibus, et iuriſdictione, aucthoritate, modo, et formæ, cautelis renunciation. conſtitutionibus, donationibus, et a his omnibus præmiſſis. Quæ omnia quoad dictum Octauium tertium arbitratorem eiuſque ſententiæ laudi compromiſſionis ordinis per eum ferendæ promulgā-

dæ, et finiendæ, et quoad executionem, et implementum in omnibus, et per omnia locum, et effectum habere voluerunt, et reperierunt hoc etiam pacto, et declaratione adiectis, quod dictus tertius, velide per se solus, vel cum aliquibus, seu aliquo dictorum arbitrorum procedere, sententiare, componere, et terminare possit prout ei videbitur, et placebit inter dictus quindecim dies, et non postea quia sic actum, etc. Quæ omnia, etc. pro quibus; etc. obseruandis, et de nunquam contrauenieado præfati, etc. vicissim obligarunt, et quilibet eorum obligauit mutua acceptatione interueniente, et ita iurarunt, etc.

Acceptatio Compromissi.

IN Mei, etc. N. habita notitia de supradicto compromisso in eius, et supradictę M. per supradictas partes, et personas respectiuè facto, sponte, etc. dictum compromissum, et omnia in eo contenta acceptauit, et acceptat; ac onus cōpromissis huiusmodi in se suscepit. Super quibus, etc.

Laudum prout in Cedula:

DN. arbiter, arbitrator, et amicabilis compositor, electus per A. et B. super certis differentiis fructuum vnius societatis, de quibus latius compromisso in eius personam facto; volens differentias in eum remissas decidere, et fine debito terminare, sponte, etc. laudabit, pronunciauit, arbitratus est, prout in Cedula, Tenoris, etc. presentibus supradictis A. et B. et laudum, ac compromissum, et sententiam prędictam prout in ea, acceptantibus, præsentibus in domo solitę habitationis d. B. N. et N. testibus, etc.

Aliud.

NEt M arbitri, vt supra electi vigore facultatis, vt supra in dicto compromisso per dictos A. et B. eis respectiuè datę, et attributæ in et super differentia, et controuersia, de qua in dicto compromisso vt supra facto, sponte, etc. concorditer in mei, etc. laudarunt, sententiarunt, et diffinitiuè pronunciarunt: prout infra, videlicet. Quoad prædictus B. teneatur, et obligatus existat, etc. et ita sententiarunt, laudarunt, arbitrarunt, condemnarunt, et pronunciarunt omni meliori modo, etc. super quibus, etc. Actum, etc. præsentibus, etc.

Laudum.

NOs I. et P. Arbitri, Arbitratores, et amicabiles Compositores, a L. et C. Germanis fratribus, filiis, et hæredibus q. N. mediante D B. eorum agente, et procuratore, ex vna parte, et ab R. et socium mediante D. M eorum in hac parte Procuratore ex altera parte respectiue Electi, nominati, et deputati, ad cognoscendum, audiendum, terminandum, et sodandum omnes eorum differentias, prætensiones, et computa, expressa, et non expressa, occasione Dohanarum A. cum omnibus earumdependen, inciden, annexis, et emergen. cum libera facultate, et auctoritate, conuentionibus, et modis contentis in compromisso per D. P. D. Archiuij Rom. Cur. Scriptorum Notarium publicum, et dies etc celebrato, et ratificato, prout latius in Actis eiusdem continetur, ad quæ quatenus pro intelligentia huius nostri laudi opus sit et non alias, semper relationem habere volumus; et habemus. Visis intellectis cognitis, et consideratis, differen. prætensionibus, et computis supradictis, cum eorum annexis, et dependentiis, cum omnibus, et singulis petitionibus, prætensionibus, replicationibus, oppositionibus, libris, et scripturis coram nobis exhibitis, dictas prætensiones, causas, et negocia inter dictas partes, verten. concernen ac auditis, et intellectis, pluries pro partibus respectiuè, tam coniunctim, quam diuisim interuenientibus, et habita consideratione prætensionum, et allegationum vtriusque partis, nobis oretenus datarum, super præmissis matura deliberatione, et maturo cōsillo, vti volentes iurisdictione, facultate, et auctoritate, à dictis partibus, nobis datis, et concessis, et omni meliori modo, nomine, et forma, quibus validius possumus. Per hanc nostram definitiuam sententiam, ordinationem, terminationem, laudum compositiones, et arbitramenta, quas, et quod inter ipsas partes in scriptis ferimus, et promulgamus, dicimus, sententiamus, arbitramus, componimus, et arbitramentamus ac diffinitiuè pronunciamus, et declaramus, quod, etc. Qua solutione sequuta, absoluimus etiam, iustis de causis, animum nostrum mouen. vtramquepartem ab omnibus petitionibus, et prætensionibus, hinc inde, super huiusmodi negocio habitis, factis, et allegatis, et ita ordinamus, diffinitiuè sententiamus laudamus. cōdemnamus, componimus, iudicamus, arbitramus, declaramus, reseruamus, et absoluimus, libe-

ramus,& sententiamus,in vim facultatis,et auctoritatis nobis concessæ, etiam omni meliori modo,& nomine, ratione ; & forma, quibus pro maiori validitate, & firmitate huiusmodi nostræ sententiæ, compositionis, laudi, & arbitramenti, sententiare,& pronunciare possumus. Lectum, latum,&c.

De Tutorum, Curatorum, & Actorum ad lites formulis. Cap. IX.

Deputatio Curatoris bonis iacentibus.

IN nomine Domini. Amen, &c. Anno, &c. comparuerunt corā Ill & R.P.D Thoma Lapio I.V.D. vtriusq; Signaturę Sanctissimi D.N. Papæ Referendario,Illustriss.& Reuerendiss. D.Curiæ causarum Cameræ Apostolicę Auditoris in ciuilibus Locumtenente, &c. meque Notario,&c. magnifici D. D: N. & M. deputati à creditoribus D N.olim mercatoribus in Vrbe & pro omni eorum priuato, & particulari interesse, & dictis nominibus respectiuè,stante notoria decoctione,& fallimento dicti N.petierunt ad instantiam,& commodum, ac vtilitatem dictorum creditorum, et vt celerius eis de eorum respectiuè creditis satisfiat,aliquem in curatorem bonis iacentibus dicti N. deputari. Qui curator ad eorundem creditorum vtilitatem, & vt celerius eorum credita consequi possint, & valeant, omnes, & singulas actiones mouere, pertractare, agere, defendere, prosequi, & experiri in iudicio, & extra,possit, & valeat, & confisi præfati N.& N.nominibus, quibus supra, de fide D.A. petierunt eumdem D. A. in curatorem bonis dicti D.N. vt supra, deputari omni meliori modo, &c. Qui Reuerendiss D. Locumtenens attendens requisitionem huiusmodi fore iustam, & rationi consonam dictum A. ibidem pręsentem & onus huiusmodi in se spontè suscipientem, in curatorem bonis prefatis, ad effectum omnes, & singulas actiones contra quoscumque mouendi,& per quoscunque mouendi,& per quoscumque motas,actiuè,& passiuè pertractandi, agendi, defendendi,& prosequendi, in iudicio, & extra,necnon pecunias, & credita quæcumque exigendi,& recuperandi, ad effectum vt benefic io dictorum creditorum ; deponantur pe nes aliquem Campsorem fide & facultatibus idoneum, per supradictos D.D. deputatos, eligendum, & deputandum:& de exigendis, recuperandis quoscumque quietandi, ac iura, actiones, si opus fuerit cedendi, cum clausulis solitis, ad lites,& cum omnibus facultatibus, & auctoritatibus talibus curatoribus dari solitis,& de iure requisitis,& in similibus negociis necessariis, & opportunis deputauit. Dicendo eidem curator esto, & vtilia pro dictis creditoribus N boni facito, & inutilia prætermittito, & quod ita faciet præfati magnifici D. N. & N. propriis, & priuatis nominibus,ac vti principales principaliter,& insolidum scientes,&c.sponte, &c.pro dicto D.N. curatore fideiusserunt, & promiserunt,quos DD N. & N. sic promittentes,præsentes,&c.dictus D.A.à promissione, fideiussione huiusmodi in demnes penitus, & sine damno releuare promisit,ita quod,&c.alias,&c.de quibus, etc. pro quibus præmissis, &c. Super quibus omnibus idem R. P. D. Locumtenens pro tribunali sedens ad petitionem, & instantiam dictorum Dominorum deputatorum auctoritatem suam,qua fungitur,interposuit: supplendo omnes, & quoscumque tam iuris,quam facti defectus,si qui forsan in præmissis interuenirent, omni meliori modo,& super quibus,&c.actum,&c pręsentibus testibus,&c.

Deputatio Actoris ad lites.

DEinde,& incontinenti coram eodem Reuerendissimo D Locumtenente, vbi supra pro tribunali sedente,meque Notario,& testibus infrascriptis idem D.A. curator,vt supra deputatus, cum præsentia, auctoritate,& decreto pręfati Reuerendissimi D.Locumtenentis,sponte,&c constituit eius, & dictorum bonorum dicti N. vel illius creditorum, & deputatorum prædictorum actorem magnificum D.Gaudentium de Gaudentis de Corneto I. V. D. in Roman.Cur.causarum Procuratorem ibidem præsentem, & onus huiusmodi in se sponte suscipientem,ad omnes, & singulas dictorum bonorum, seu illorum creditorum dicti N.lites,& causas,ciuiles, & criminales,prophanas,meras, & mixtas, motas,& mouendas,actiuè, & passiuè, contra quascunqoe personas, &c. in quocumque foro seu iudicio,atque instantia, & coram quibuscumque DD.Iudicibus, comparendum, agendum,prosequendum,& pertractandum,cum clausula ad lites,& generaliter,

liter,&c. promittens,&c. releuans,&c super quibus omnibus idem A.curator præfatus petijt a præfato Reuerendissimo D. Locumtenenente, vt auctoritatem suã, & decretum interponat. Qui Reuerendiss.D. Locumtenens, vt supra pro tribunali sedens, causa cognita suam auctoritatem, pariter, & decretum interposuit, suppletis, &c. super quibus, &c. actum, &c præsentibus quibus supra testibus, &c.

Has præscriptas formas, vel illis similes seruare poteris in curatore, qui datur bonis debitoris, qui cessit bonis mutatis mutandis.

Nota, quod in supradictis curatorũ deputationibus, qui dantur hæreditati iacenti & bonis defuncti, seu decocti pro illarũ validitate plura requirũtur. Primũ, quod detur ad instantiã maioris partis creditorum l. 1. ff de curat. bonor. dat. & in l. final. de bon. auctor lucid poss. Specul de curatore §. cum autem, vers opponitur, Alex. cons. 22. nu 9. lib 6. Secundum quod nominatim citẽtur ij, quorum interest, si certi sint, sin autem per proclama ad l. si eo tempore, C de remiss pignor. Tertiũ, quod statuatur terminus arbitrio Iudicio hæredibus, si qui sint ad comparendum, et acceptandum hæreditatem mortui Quart is quod talis curator deputandus faciat inuentarium omnium bonorũ, vt per Bart. in d. l. 1. ff. de curat. bon. dat. Quintum, quod curator iste satisdet per tex, in auth. vt liceat matr. et auiæ in princ. in vers. ibi in fideiussione.

Quomodo deputatur curator furioso, mente capto, & prodigo.

Deputatur nonnũquam curator furioso, seu mente capto ad illius proximiorum instantiam, examinatis testibus summariè, et extraindicialiter, super eo, quod N. est mente captus hisque examinatis Iudex personę, et bonis dicti N. curatorem in gradu proximiorem, cum solita cautione de vtilia faciendo, et inutilia prætermittendo ex officio deputat. Nec requiritur super hoc plenaria cognitio, sed sufficit, quod aliqualiter constet de furore vel adhibere Medicos qui hoc cognoscant vt in l. obseruare ff. de curat. furios. et per citata per Alexand in cons. 86. vers. verum est, quod causę cognitio num. 5. et ratio, quia talis deputatio curatoris non causat præiudicium ei, cui deputatur. Item deputatur etiam ex præmissis curator prodigo, et de his, et similibus, deque illorum instrumentorum formis, vide Speculat. l. 2. par. 3. in titulo de curatore, quas omnes formas cum illæ sint de rato contingentes, hic aliter scribere non curaui, sed occurrenti casu ad eum tãquam partem praticę recurre.

Deputatio Tutricis.

Domina Hieronyma de Auila relicta quondam N. ac mater, tutrix, et pro tempore curatrix, ac legitima administratrix Fabij, et eius, et dicti quondam N. sui viri filij, coram magnifico Domino N. ad præsens Curiæ Capitolii primi Collaterali Illustrissimi Domini Almę Vrbis Senatoris Locumtenente, sedente in aula domus solitæ habitationis ipsius Domini Hieronymi in quadam sede lignea, quam pro suo congruo tribunali, et loco, quo ad actũ infrascriptum tãtum elegit, et deputauit, Asserens ipsa Domina Hieronyma annis retro elapsis dictum eius N. virum obijsse, dicto Fabio eorum filio in puerili ętate constituto Tutore, siue Curatore aliquo minimè sibi deputato: et licet alias pro nonnullis negotijs particularibus in eius Tutorem, seu Curatorem deputatus fuerit Ioannes eius auunculus, tamen pro omnibus eius negociis nullus generalis datus fuit: et licet ipsa Domina Hieronyma tanquã mater sit, iuxta iuris ordinem illius legitima Tutrix et pro tempore curatrix, et administratrix. Cupiens tamen pro maiori cautela, et securitate, per prædictum Iudicem confirmari, et quatenus opus sit de nouo deputari, administrationemque rerum, et bonorum, ac ipsius Domini Fabij personę decerni, et concedi. Idcircò prędicta fieri ab eodem Iudice debita cum instantia postulauit. Qui Iudex sic, vt supra sedens, visis, et audit s, ac causa cognita supradictam Dominam Hieronymam ibidem pręsentem in tutricem, et curatricem dicto eius filio confirmauit, et quatenus opus sit deputauit, dicendo eidem ter, esto tutrix, et pro tempore curatrix prædicti Domini Fabij, et pro eo vtilia facito, inutilia pretermittito, et alia facito, et curato, ad quæ de iure, et ex forma Statutorum Vrbis teneris, et obligata existis. Quæ quidem Domina Hieronyma tutrix, et pro tempore curatrix eiusdem Fabij, vt supra confirmata, seu etiam qua-

tenus opus sit deputata, renunciando, primitus auxilio Velleian Senatusconsult. leg. Iul de fund. dotal. Aut si qua mulier, & generaliter omnibus aliis legibus, legiumque auxiliis, ac Statutis, & nouis reformationibus Almæ Vrbis, in fauorem mulierum quomodolibet introductis, promisit vtilia pro eodem Fabio facere, & inutilia prætermittere, ac omnia alia facere, dicere, ac operare, ad quę de iure, & ex forma eorundem Statutorum Vrbis tenetur, & obligata existit, bonaque eiusdem fideliter, & legaliter administrare, gubernare, regere, & circa ea se exercere, & ingerere, illorumque Inuentarium conficere, & omnimodam rationem administrationi & fideле computum reddere, finita Tutela & Cura prædictis, alias ad refectionem omnium, & singulorum damnorum, &c tenere voluit; de quibus, &c pro quibus, &c.

Liberatio à Tutela, & Cura, absque administratione.

CVm alias de anno, &c. seu alio veriori tempore, ex actis D. etc. D. Antonius, etc. fuerit à Iudice deputatus tutor, et pro tempore curator Dominico, etc. tunc in minori ætate constituto, et administrator bonorum eiusdem, et vniuersę hęreditatis dicti quondam Claudii, et dictis tutorio, et curatorio, atque Administratorio nominibus, multa et varia negocia iudicialiter, et extraiudicialiter gesserit, et fecerit, pro eodem Dominico, qui cum modo maior viginti annorum factus sit, prout ipse D. Dominicus medio iuramento tactis, et præstito affirmauit, et ex suo corporeo aspectu esse apparebat; et amplius non sit locus tutelæ, et cura, neque administrationi. Asserentesque dicti Antonius, et Dominicus, inter se facta fuisse computa, et illa bene visa, et reuisa, et dictũ Dominicum remanere contentum et satisfactũ ab eodem Antonio suo olim Tutore: et curatore supradicto, et præfatum Antoniũ a dicto Dominico similiter contentum, et satisfactum remanere.

Cupientes ijdem ab huiusmodi sua tutela, cura, atque administratione liberare, et quietare, in generalissima, atque ampla forma; et super pręmissis publicum instrumentum celebrare.

Hinc est, quod, etc. personaliter constituti prædicti Antonius, et Dominicus sponte, etc Asserentes præmissa superius narrata esse vera, et veritate fulciri, ac omnibus melioribus modo, etc. quietarunt, absoluerunt, et liberarunt se ipsos ad inuicẽ et vicissim præsentes, etc. à quibuscumque per ipsos quomodolibet gestis, factis, et de omnibus receptis, et quietatis ad fauorem quarumuis personarum, etiam in notabili summa, etiam de illis, quæ speciali nota digna forent, et super eis generalem, et generalissimam quietantiam, absolutionẽ et liberationem ad inuicem fecerunt, et faciunt; et cuius exceptioni, etiam erroris calculi, et restitutionis in integrum renunciarunt, cum pacto, etc. et propterea stante maiori ætate viginti annorum eiusdem Dominici, iuxta formam statutorum Vrbis, dictus Antonius eundem Dominicum à sua tutela, et cura, atque administrationem bonorum et hęreditatis prædictę exemit, et liberauit, in omnibus, et per omnia; ita quod hinc, et in posterum, dictus Dominicus, suo proprio nomine, absque interuentu, præsentia, et consensu eiusdẽ Antonii, sua negocia facere, et rebus suis incumbere, contrahereque, et distrahere valeat, prout, et quemadmodum veri Domini, et Patroni de re sua facere, et dispo nere possunt. Et viceuersa idem Dominicus saluis præmissis, renunciando etiam medio iuramento, tactis, etc. præstito beneficio minoris ætatis 25. annorum: liberauit, et excusauit eundem Antoniũ ab onere dictæ tutelæ, curæque, et administrationis. Promittentes ad inuicem præmissa omnia habere rata, etc. et non contrafacere, et alias etiam ad omnia damna, etc. teneri voluerunt, et à limine iudicii repelli posse voluerunt, et ita tactis, etc. iurarũt super quibus, etc.

Tutela Attiliana.

COram magnifico, etc. in meique, etc. principaliter constituta Domina N. relicta quondam M narrans, et exponens dicta quondam N. suum condidisse testamentum, inter alia hæredes suos vniuersales instituit filios suos legitimos, et naturales, masculos, in eodem testamento eisdem suis filiis, et hæredibus dedit tutricem et pro tempore curatricem eandem N eorum matrem: cũ facultate amplissima, de bonis mobilibus suę hæred. tatis disponendum, et stabiliendum, ad suum libitum vtẽdum, prout in eodem testamento plenius continetur. Et insuper exposuit, quod post dictum conditum testamentum nati sunt cto M. testatori ex se coniuge duo filii ma. sculi

fculi I.& A.ambo in infantili ætate constituti alter annum agens quartum,alter tertium in circa : Quibus, superstitibus idem quondam M. principaliter diem vitæ suæ clausit extremum,nullo alio condito testamento,quod sciat; propterea eius hæreditatis dictis suis filiis debetur,equis portionibus,quam ipsa,vtpote mater eis acquiri desiderat , sed quia dicti sui filij constituti sunt,vt præfertur,in puerili ætate , subiunxit se informatum esse,neque illos pro se propter ætatis suæ imbecillitatem adire posse hæreditatem huiusmodi, neq.ipsam pro illis , cum iure cautum dicatur , dum testamentaria tutela speratur cessare legitimam,& testamento, locum non esse nisi adito hæreditate , ita quod opus sit tutore datiuo,quam Attilianam vocant,qui adeat pro eis , vt igitur ad tutelam testamentariam prouenire, & bona dictæ hæreditatis ad suas manus perducere,illaque tueri, & defendere possit , sicut tenetur , & desiderat. Ideo petijt à præfato Domino Iudice,cum ea,qua decuit instantia,& reuerentia , vt præfatis pupillis prouidere dignaretur de Tutore Attiliano, per quem fiat adicio dictæ hæreditatis, iussa autem nominare si quem habeat de quo cōfidat, nominauit egregium virum G. vtique bonorum nominis,& famæ, & alias talem sic idoneum ad huiusmodi tutelam gerēdam, præsentem, & acceptantem , &c. & cum per præfatum Dominum Iudicem In terrogat,an excusationem habeat , qua onus huiusmodi legitimè recusare possit ; respondit nulla vti velle excusatione , sed contentum esse, ac paratum dictam tutelam acceptare,& omnia facere,ad quæ de iure tenetur.Quibus auditis idē Dominus Iudex dictum G.præsentem dictis,I.& A. aliis pupillis dedit , concessit , confirmauit in Tutorem Attilianum, decernen & acceptan regimen,& gubernium personarum,& administrationem bonorum,iuriū & rerum eorumdem , præstito per eum iuramento de vtilia,&c. in forma , et pro eo ibidem præsens S qui sciens , &c. promisit in forma,etc.

Post præmissa , coram eodem Domino Iudice , &c. in mei, etc. personaliter constitutus G. Tutor Attilianus supradictus , sciens se teneri ad confectionem Inuentarii,& animo illud conficiendi In nomine sanctissimæ Trinitatis,& venerāsigno sanctæ Crucis præmisso declarauit,se in bonis dictorum suorum pupillorum inuenisse,& inuenire ius audiendi,seu se immiscen.hæreditati dicti M: nec alia bona , seu iura eorundem ac præsens scire , protestans tamen,si quæ alia inuenerit,ea statim in huiusmodi inuentario addere,de quo protestatus fuit,&c.super quibus omnibus,tanquam ritè,&c.

Subsequenter coram , &c. in mei , &c. idem G tutor Attilianus,sciens quondam M patrem dictorum suorum pupillorum sicut Deo placuit de mense, etc. idem vitæ suæ clausisse extremum, condito testamēto,in quo filios suos masculos hæredes instituit vniuersales , per quam mortem eius hæreditas ad dictos I. & A deuoluta est ex testamento Sponte,&c. dictam hæreditatem,vt præfertur delatam,pro dictis I & A. pupillis suis , & dicti quondam M. filiis legitimis,&naturalibus aditā agnoscit sed quia de iuribus dictæ hæreditatis dubitat,declarauit id facere animo,& intentione gaudendi, et poscendi beneficio legis , et inuentarii de quo expresse protestatus, fuit omni meliori modo, etc: quibus, &c. tanquam,ritè,&c

Quę hæreditatis aditione facta,quia factus est locus tutelæ testamentariæ Ideò coram eodem Domino N.Locumtenente In meique,&c principaliter constituta dicta Domina N.spontè,etc.declarauit Tutelā filiorum suorum præfatorum sibi per dictum quondam M. suum consortem in sua vltima voluntate destinatè acceptare velle, prout dixit acceptatam petens sibi decerni,& concedi regimen , & gubernium personarum,ministratiōnemque bonorū , iurium , & rerum dictorum suorum filiorum ; offerens propterea facere inuentarium,& omnia alia,ad quæ tenetur de iure,& ex forma dicti testamenti . Qui Dominus Locumtenens,&c. auditis præmissis,& viso testamento , de quo agitur,quia per illius inspectionem competit præces dictæ D.N.veritate inniti,decreuit ei, petendum,& acceptandum regimen, & gubernium personarum , & administrationē bonorum,iurium,& rerum dictorum suorum filiorum,omni meliori modo,etc,pręstito per eam iuramento de vtilia faciendo, & inutilia prætermittendo , factoque inuentario,promissione res pupillorum saluas fore,& de eis, eorumque, iuribus,& bonis,in defendendum non derelinquere salua tamen semper , & vbique facultate bonam

bonam fidem agnoscendum. Quo facto ea dem N. tactis, &c iurauit pro dictis pupillis vtilia facere, & inutilia prætermittere. pro viribus. Deinde eadem Domina Tutrix sponte, &c. promisit mihi Notario, &c. res dictorum pupillorum, saluas fore, & tam eos, quam eorum bona, & iura indefensa non derelinquere. Pro quibus, &c quibus omnibus, &c.

IN nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen D. N. relicta quondam M. Tutrix ex testamento præf. ti quondã M. I. & A. filiorum, & hæredum dicti M. cum beneficio legis, & inuentarij, vt de dicto testamento, & instrumẽto, ac datione eiusdem in Tutricem, & pro tempore Curatricem constat, &c. sub die, &c nec non de acceptatione pro eadem in debita forma de dicta tutela, & cura facta manu mei eiusdem Notarij, sub die hodierna, &c. saiens ad confectionem inuentarij de ipsorum pupillorum bonis, & rebus secundum Iuris ordinẽ teneri, præsens hoc inuentariũ fecit, constituit, & ordinauit de omnibus rebus, creditis, atque debitorum rationibus hæreditatis quondam præfati M & nũc ipsorum pupillorum, quod incæptum fuit Anno, &c. Indictione, &c. Die, &c; in hunc modum, & formam. In primis præmisit Sanctissimæ Crucis signum, dicens, & asserens in bonis, & hæreditate præfata hæc bona inuenisse, & reperisse, protestan. nihilominus, quod si quæ apponerẽtur per eam, quæ apponenda non essent, quod intendit, quod pro non appositis habeantur. & maximè quo ad eius præiudicium, præsertim respectu certorum legatorum per ipsum in suo testamento relictorum, quibus quidem legatis, & rebus in eis comprehensis, quæcumque, & qualiacumque sint, non intendit aliquo modo preiudicare, sed illa integra, & illesa in omnibus, & per omnia præseruare, quæ quidem legata ex nunc ad cautelam accepTat, & hac protestatione in principio, medio, & fine præmissa, & toties quoties opus fuerit repetita, & non aliter, &c. Dixit quod in dicta hæreditate reperit bona mobilia infrascripta, videlicet N. N. N. Super quibus, &c.

Eadem N. addidit Inuentario præmissa bona sequẽtia, videlicet N. et N. Et hæc omnia præfata Tutrix in Inuẽtario posuit, citra præiudicium iurium suorum, vt supra, & iterũ, et de nouo protestata fuit, et protestatur omni meliori modo, & non aliter &c. nihil conficien. quod sit in eius preiudicium. Et insuper protestata fuit, et protestatur, se non habere notitiam aliarum rerum alicuius qualitatis, vel conditionis, promittens quod si in futurum aliqua alia res mobiles, seu immobilis, vel alterius qualitatis, seu conditionis ad aures eius, et notitiam peruenerit quod fideliter in Inuentario ponet et ita promisit; et tactis, &c. iurauit, etc. super quibus, etc.

Alia Actoria seu deputatio Actoris ad lites.

COram magnifico, etc. personaliter constituta A. relic. q. N mater, tutrix, & pro tempore curatrix testamentaria suorum, et dicti q. N. aliorum, et filius hæredũ ex testamento d. quond. N. prout constat in actis, &c narrans, et exponens dicto D. Iud. dictos eius filios habere, agere, et pertractare, cum diuersis personis, diuersa eorum negocia in Ciuitate N et quia ipsi sunt minores, et ipsa D. A. sit mulier, & in vrbe in præsentiarum degat, & huiusmodi negocijs attendere, et vacare nequeat, & indecens esset se in negocij suorum filiorum pertractandis cum diuersis personis miscere, & pro eorum litibus defendendis per diuersa Tribunalia Iudicialia vagare, propterea velit et intendat omne onus dictæ tutelæ in quartum ad se attinet D. M. ad quo plurimum conficere asseruit, deferre, & omnem facultatem, & plenariam auctoritatem sibi vigore dictæ Tutela concessam, quo ad infrascripta, eidem tribuere, et dare. Ideo cum presencia consensu, verbo, decreto, auctoritate, et vuluntate dicti. D. Iudicis dicta A sponte, etc. constituit, etc suorum filiorum Actorem, & procuratorem D N. in forma, &c. Quibus omnibus, & etc.

De varijs Locationum contractibus, cum dependen. ab eis. Cap. IV.

Locatio in emphyteosim, seu ad tertiam generationem, vel nominationem.

IN nomine Domini, etc. Anno, etc coram me Notario, & testibus, etc. personaliter cõstitutus R D. A. totius Terræ C. N. Diœcesis Prior hospitalis S. Spiritus dictæ Terræ C. quod affirmauit esse mem-

membrū Sacri Archihospitalis S. Spiritus in Saxia Vrbis, afferens,& affirmans ad dictum suumhospitale S.Spiritus spectare, et pertinere pleno Iure directi dominii, vel quasi prędiolum suum in territorio dictæ Terrę C. confinatum ab vno bonis A. ab alio bonis B. & alio bonis C. ab alio verò lateribus via publica saluis aliis verioribus confinibus, si qui sint, cupiens dictum prędium, solutum locari annua responsione, seu canone iul.n locare,& vt decet bonum Rectorem conditionem dicti sui hospitalis efficere meliorem, maximè quod Insan scripti emphytheotæ se obtulerunt illud ad vineam reducere. Propterea sponte,&c suo,& dicti hospitalis nomine, ac omnibus melioribus,&c supradictum prędium vbi,& prout supra situm, & confinatum, saluo,& reseruato sanctissimi Domini Nostri Papæ, & sanctæ Sedis Apostolicæ beneplacito, quatenus, opus sit, & non alias, aliter, nec alio modo(quod beneplacitum Apostolicum infra nominandi conductores eorum sumptibus,& expressis propriis expedire teneantur.) In emphyteosim ad tertiam generationem masculinam, & in defectum illius, ad tertiam nominationem, vt infra dicendam locauit, dedit, cessit, concessitque B B.& N. filiis germanis fratribus, videlicet dicto B præsenti,& dicto B. absenti, nihilominus dicto B. pro eo & suis; &c. vna mecum Notario ad tertiam eorum generationem masculinam, & in defectum illius, ad tertiam nominationem videlicet, vt ipsi B. & B. intelligantur prima persona nominata,& prima generatio,& ijdem fratres emphytheotæ, vel vltimus eorum, qui superuixerit vnam personam sæcularem in defectum eorum generationis, ad hanc emphyteosim nominare possint; quę personæ sęcularis nominata, in defectum suæ generationis masculinæ, habeatur loco secundæ generationis, & similiter in defectum generationis masculinæ dictę personæ nominatę aliam personam, siue fœminam, siue masculum loco tertiæ generationis, nominare possint, si verò dicti B. & B decesserint relictis filiis, aut filiabus: ex quibus omnibus morientibus nulla proles existat, tunc ipsi filij masculi, si extiterint, nominare valeant vnam personam sæcularem, siue masculum, siue fœminam. Quę persona succedat loco tertiæ generationis, & pro tertia generatione habeatur, & tam ipsi B.& B quam alij post eos habentes, & supra, facultatem nominandi, nominare possint semel, bis, ac ter, & pluries in huiusmodi nominatione facienda, vsque ad extremum vitæ. Ita quòd vltima nominatio attendi debeat; siue inter viues, siue in vltima voluntate facta sit, conducentibus, acceptantibus, & stipulantibus. Ad habendum, tenendum, fruendum, vsufructuandum, colendum, laborandum, cultiuandum, possidendum, & faciendum, ac disponendum, (saluis infra dicendis,) prout, & quemadmodum de huiusmodi predio emphyheotico de iure fieri; et disponi potest. Ita quòd in loca pia per dictus emphythentas transferre non possit, durante huiusmodi concessione, saluo, & reseruato Hospitali prædicto iure directi dominij, & annuo canone infra dicendo Transferens, & cedens dictis fratribus conductoribus, vt supra, acceptantibus omnia iura, omnesque actiones, exceptis, iuribus,& actionibus, directis Ponens eosdem in omne ius, locum, & priuilegium ipsius concedentis, & dicti sui Hospitalis, reseruato tamen dicto iure directi dominij. Constituens, etc Dans licentiam, & facultatem eiusdem fratribus conductoribus dicti prædij, realem,& corporalem possessionem, propria eorum auctoritate, absque alicuius Iudicis, &c. apprehendi, captamque, & apprehensam retinendi, & continuandi, & dante, &c. Hanc autem concessionem in emphytheosim ad tertiam generationem, & in eius defectū ad tertiam nominationem, vt supra, R. D, A. Prior dicti hospitalis fecit, & facit, erga eosdem B. & B. fratres de N. modo, & forma præmissis, & dicta stipulatione interueniente; cum pactis, & conditionibus infra dicendis, pro annuo canone Iuliorum 20. monetæ Roman. annuatim soluen. in Festiuitate Penthecostes D. N. Iesu Christi, vnica solutione. Incipiendo primam solutionem in Festiuitate Penthecostes D. N. Iesu Christi, proximè venturæ; prout idem B. ibidem præsens pro se, et dicto B. eius fratre absente, pro quo de rato, & ratihabitione in forma iuris, valida, promisit et ipsum ratificaturum ad omne beneplacitum dicti. Domini Prioris, seu alterius, pro tempore existentis, alias de suo proprio, vltra obseruationem contentorum in præsenti Instrumento, ea ad omnia damna,&c. teneri voluit, soluere realiter, & cum

et cum effectu in dicta Festiuitate Pentecostes vnica solutiones promisit dicto Domino Priori, et cuicumque pro tempore existenti, liberè, etc. Et idem R. D. Prior affirmauit, et promisit eisdem fratribus conductoribus, de dicto prędio nihil fecisse in prçiudicium præsentis concessionis. Immò cessionem hanc esse, et semper fore benè, valideq; factam, et in ea tanquam talem facere consentire omnes personas, etc. ius habentes, et habere quomodolibet apparentes in et super dicto prędio, etiam ad omnem solam, et simplicem, etiam extraiudicialem dictorum conductorum, et eorum in huiusmodi emphyteosi successorum, interpellationem, aut requisitioné ipsosque durante prçsenti concessione in dicto prędio, et illus possessione conseruare, defendere, eximere, liberare, ab omni lite, causa, controuersia, molestia, et molestante persona: alias tenere voluit erga eosdem conductores, et eorum successores ad omnia damna, etc. et ad obseruationem contractus: Ipse verò B. nomine suo, et B. sui fratris, et cum eadem sui rati promissione per se: et suos, ac dicti sui fratris in hac emphyteosi successores, promisit in dicto prędio bene versari, et illud cultiuare, et laborare, et ad vineam reducere, omnique cura meliorare, pro eius posse. Et finita huiusmodi concessione dimittere, et relaxare, liberè, cum omnibus melioramentis in eo factis; et interim huiusmodi locatione, durante dictum canonem iuliorum viginti monetæ, integrum et liberum, absque aliqua diminutione in dicto termino, vnica, solutione annuatim dicto Reuer. Domino Priori, et cuicunque in dicto Hospitali successori, omni penitus iuris, et facti exceptione remota, prçstare. His pactis, et conditionibus adiectis, vt cessantibus ipsis B. et B. ac eorum successoribus in hac emphyteosi per biennium continuum in solutione dicti canonis, vt supra facienda, vel inuentum alienationis dicti prędii non requisito Priore, et finita huiusmodi locatione in omnibus et singulis casibus dictum prędium, cum omnibus melioramentis, et expensis ibidem factis, et omni iuri emphytheotico ad ipsum R. D. Priorem, et Hospitale Sancti Spiritus, Tèrrç C. ipso iure deuoluantur, reuertantur, et deuoluta sint, et esse intelligantur, absque aliqua iudicis sententia, decreto, et declaratione præferendis, et absque alio penitus ministerio, et vtile dominium, cum directo, possessioque naturalis cum ciuili consolidetur, ipsiq; emphytheutę cadant ab omni iure, etc. quod super dictis bonis, etc. haberent, seu habere possent, et liceat Priori pro tempore existenti propria auctoritate, etc. mãdato et absque vitio, spolij, nullitatis, et attentatorum, et alio vitio, et defectu dicti prędij et meliotamentorum, et expensarum, et omnium ibidem factorum, et totius iuris emphytheotici corporalem possessionem liberè, et licitè apprehendere, per se, vel alium, seu alios retinere, ac disponere, absque eo, quod pro dictis melioramẽtis, quantumuis notabilibus, quicquam reficere, aut persoluere teneatur. Imo vltra præmissa, dicti fratres emphyteotę, eorumque successores omnes canones decursos, et non solutos, Priori persoluere teneantur, quia sic actum, etc pro quibus, etc cum obligatione Camerali, super quibus, etc. prçsentibus, etc.

Aliud instrumentum emphytheoticum perpetuum, extensum circa omnes clausulas.

IN nomine Domini, amen. Per præsens publicum Instrumentum cunctis pateat euidenter, et sit notum. Quod Anno, etc. in mei Notarij publici, test. umque infrascriptorum ad hæc specialiter vocatorum, & rogatorum præsentia. Personaliter constitutus A. Commendator Sancti N. Ciuitatis N. spontè, & ex eius certa scientia, ac spontanea voluntate omnibusque melioribus modo, via, iure, causa, & forma, quibus magis melius, validius, & efficacius de iure fieri potu t, & debuit, ac potest, et debet, reseruato tamen consensu, & beneplacito Magni Magistri Sancti Ioannis Hierosolymitani, & illius Capituli generalis, & Prouincialis, & non alias, aliter, nec alio modo. Quoddam pretium terræ aratorium, modiorum centum in circa, existens in Territorio N. Diœcesis N. contrata nuncupatam M. cui ab vno sunt bona, &c necnon quodam aliud petium terrç in dicto Territorio, in contrata dicto N. modiorum decem in circa, cui ab vno sunt bona, &c. saluis aliis verioribus, respectiue confinibus antiquis, vel modernis, si qui sint, vel esse, seu reperiri possent. Quæ bona idem N. Commendator

pos-

possidet,& dictæ Commendæ Sancti N.v. nisa,& sibi tãquam Commendatario prædicto,vt asseruit,spectan.& pertinen. cum omnibus eorumdem bonorum iuribus,exitibus;& introitibus;membris,atque aliacentiis vniuersis pro se, suisque in dicta Commenda successoribus, quibuscunq;et nomine,ac vice ipsius Commendæ, dedit, cessit, concessit, atque tradidit in perpetuam emphyteosim, ac affictum, perpetuam locationem B absenti, ac bb. respectiuè fratribus germanis de N. & filiis N. præsentibus, ac pro se ipsis respectiuè; necnon vice,& nomine prædicti B.eorum fratris germani,pro quo de rato, & ratificari faciendo præsens instrumentum, & singula in eo contenta,& dare Instrumentum ratificationis huiusmodi in publicã, & authenticam formam in actis mei Notarii infrascripti, seu in manibus prædicti A. seu eius procuratoris præsenti instrumento inserto, omnibus eorum sumptibus, & expensis infra duos menses proximè futuros; alias teneri voluerunt de eorum proprio, respectiuè vti principales, principaliter, & insolidum, ad omnia, & singula in præsenti instrumento, & infra continenda,& promittenda, & ad omnia damna, expensas, & interesse præmissorum eccasione,per ipsum B Commendatarium, & alios quoscumque quomodolibet,tam in iudicio,quam extra patien sustinen. & incurren. de quibus quidem damnis,expensis, & interesse iisdem stare, & credere voluerunt soli, & simplici verbo,cum iuramento partis damnum passæ, absque aliqua alia,desuper in iudicio, vel extra probatione, vel Iudicis taxatione fienda. Nolentes posse excusari, allegando possibilia fecisse, factum alienum promittendo, necnon eorum descenden. respectiuè in infinitum stipulan.& acceptan necnon dictis descendentibus,et aliis quibuscumque in dicta locatione,& emphyteosi successoribus. Item saluo semper & reseruato sibi Domino Commendatorii & suis in dicta Commenda successoribus, iure directi dominii, cessit, transtulit, & mandauit prædicto B.licet absenti, etiam dictis B & B fratribus præsentibus ;& pro eis, ac dicto B.& aliis prædictis stipulan. & acceptan omnia,& singula iura,omnesque actione,s&c. Quæ,quas,& quod idem A Commendatarius prædictus habet, seu habere quomodolibet posset, de, & super dictis bonis,vt supra specificatis. Ad habendum,tenendum, vtendum, fruendum, fructificandum,& de eis disponendum, prout, & sicut saluo prædicto directo dominio, vt supra. Idem D. Commendator vti,frui,& gaudere, & de eis disponere, vel alias facere poterat, ante præsentem contractum. Ponens idem D. Commendator eosdem B.licet absentem, & B.& B. præsentes,& pro eis, & præfato B.ac aliis prædictis acceptan.& vt supra, stipulan.in locum, ius, & priuilegium suum vniuersum. Constituensque eosdem fratres absentes,& respectiuè præsentes,& vt supra stipulan. Procuratores irreuocabiles, medio iuramento, tactis scripturis sacrosanctis,ad sancta Dei Euangelia,ad dictorum bonorum, vt supra, eis in emphyteosim perpetuam datorum, corporalem,realem, et actualem possessionem,& propria auctoritate,vt in rem propriam capiendi,intrãdi,et apprehendendi,ac de eis, eorumque iuribus,vt supra, disponen. et donec dicti fratres possessionem realem, et actualem dictorum bonorum,vt supra,apprehendiderint. Idem D. Commendator nomine ipsorum fratrum, et suorum prædictorum præcario nomine,se tenere constituit, atque recognouit. Hanc autem emphyteosim, et affictum perpetuum perpetuamq; locationem,et omnia, et singula præmissa,et quæ infra dicuntur,fecit, et facere dixit,et declarauit idem A.Commendatarius dicto B. absenti, necnon prædictis B. et præsentibus,et vt supra stipulan. et aliis prædictis,pro responsione censu,seu liuello annuo scutorum 40 soluen. prout iidem B et B. quibus supra nominibus eidem Illustr. D A præsenti, ac pro se, suisque in dicta Commenda successoribus Commendatoribus stipulan. et acceptan. soluere,et naturaliter,et cum effectu pagare promiserunt,et quilibet ipsorum insolidum promisit,et quilibet anno in vna paga,seu solutione in Festo Natiuitatis D.N I. Christi, incipiendo primã pagam in festo eiusdem D N. I. Christi proximo futuro pro præsenti Anno 1573. hic Romæ, vel eius procuratori,in partibus Marchiæ, liberè, et absque aliqua exceptione, mora,aut retardatione,alias iidem fratres, nominibus quibus supra,teneri voluerunt, ad omnia et singula damna,expensas,et interesse, præmissorum occasione,per dictum, et alios, infuturum existentes Commendata-

rios,

rios, in iudicio incurren. de quibus, etc. et sic continuatim annis singulis, et in perpetuum. Pacto inter dictas partes respectiuè, nominibus quibus supra, solemni stipulatione hinc inde interueniente vallato et conuento, quod in casu contrauentionis premissorum, et infrascriptorum, et aliorũ in præsenti instrumento contentorum, et alicuius ipsorum, non tamen ex causa solutionum liuelli, seu responsionis prædictæ per ipsas partes, seu aliquam eorum, et successorum prędictorum suorum respectiuè facien. iuribus vtriusque dictarum partium, aut cuiuslibet eorum, aut successorũ prædictorum, in aliquo præiudicatum esse minimè intelligatur, sed præsens instrumentum, et omnia, et singula in eo cõtenta, in tali euētu nullius sint roboris, vel momenti, nec obstet, quia partes ipsæ respectiuè, vel altera ipsarum, de iuribus suis, vbi opus fuerit, prout ante præsens instrumentum, vti et experiri poterant; vtantur, et experiantur, seu vtatur, et experiatur. Pacto etiam adiecto, eadem stipulatione, vt supra, interueniente vallato, quod ijdem fratres, quibus supra nominibus, et successores sui prædicti teneantur, et debeant prout promiserunt, in perpetuum omnia, et singula onera, tam cameralia, quàm alia desuper imponenda solue re, absque eo, quod idem Dominus Commendatarius, et alii in dicta Commenda successores aliquam solutionem, siue onus sentire habeant, sed penitus liberi, et exēpti euadāt, et dicta scuta 40 quibus supra modis, et terminis liberè, et absque aliqua diminutione, et defalcatione ipsi fratres, et successores sui prædicti soluere, debitamque solutionem eidem præsenti, et pro tempore eiusdem Commendæ Commendatarius existen. impendere. Et saluis præmissis idem A. Commendator promisit, affirmauit supradicta bona, vt prefertur in emphyteosim data, esse sua propria, et expedita, et ad ipsum pleno iure dominii, vel quæ tanquam Commendatario prædicto spectare, et pertinere, ac spectasse, et pertinuisse.

Sequere, prout in instrumento census, de verbo ad verbum, vsq; ad illa, verba, finem, et effectum perducere, ipsosque fratres, & successores prædictos, ab omni, et quacumque molestia, et molestante persona, defendere, et disbrigare, atque tueri; alias teneri voluit de euictione vniuersali et particulari, et ad duplum rei euictæ loco pœnæ; sciens talem vigere, et esse in Vrbe consuetudinem, pro dato, et facto suo tantum, et nõ alias aliter, nec alio modo, et ad omnia damna, etc. præmissorum, occasione in iudicio, etc. incurrendæ quibus, et quæ omnia, etc. aliàs teneri voluerunt inuicem, et vicissim ad damna, etc. de quibus, etc.

Locatio, siue Arrendamentum.

D. A. Præpositus talis Præposituræ, spõtè, etc. pro se, suisque in dicta Præpositura successoribus reseruata, etc. Et quod supplicationem seu si in euidentem desuper opportunum ipse conductor suis propriis sumptibus, et expensis expediri facere teneatur, et illo semper saluo, et nõ alias, etc. Quamdam tenutam, seu possessionem eiusdem Præposituræ, et ad illum, illiusque pro tempore existentem, Prępositum spectantem, et pertinentem, et positam in tali Territorio, etc iuxta suos confines, quos hic pro expressis haberi voluit, etc cum molendino, ædificiis, membris, pertinentiis adiacentiis, iuribus, vsibus, iurisdictionibus, et aliis quibuscumque in alio instrumento locationis, etc. (pone quomodo fuerit alias locatum) expressis, descriptis, nominatis, et comprehensis, ac talem, qualem, tantamquè, et quantam, prout, et quemadmodum alii conductore prædicti tenuerunt, et possederunt, tenentque, & possident de præsenti, locauit, affictauit, & arrēdauit, ac in locationem, affictum, & arrendam dedit, & concessit Domino B. præsenti, &c. ad habendum, etc. & durante tempore locationis huiusmodi tenendum, vtendum, possidendum, fruendum, fructificandum, cultiuandum, & de illa, illiusque membris, iuribus, & pertinētiis, more boni conductoris faciem. & disponen ad tempus, & tempora nouem annorum, incipien. à die Festi Sancti Martini, Anni N proximè futuri, & sic finita locatione prædictis locatarii facta, & non antea, & sic successiue, & vt sequitur decurren. & finien. Ponens dictus A. locator durante tempore locationis huiusmodi eundem B. conductorem præsentem, &c in locum, & priuilegium suum vniuersum, constituensque eum solum, & insolidum procuratorem irreuocabilem, vt in rem propriam, cum iuramēto, quod tactis, &c. præstitit ad dictam tenutam, seu possessionem, & quæcunque, illius membra, iura la-

ra laborandum,cultiuandum,laborarique & cultiuari faciendum,vtendum,fruendũ & fructificandum,&c. Dans,& concedens eidem B.præsenti,&c.auctoritatem, & licentiam adueniente tempore locationis huiusmodi,& supradicta die Festi,&c.Anni præfati dictam possessionem: et tenutam illiusque membra, & ædificia quæcumque intrandi,& durante dicto tempore locationis huiusmodi retinen. Hanc autem locationem,arrendam,et affictum, omniaque,& singula supra,& infrascripta & in præsenti instrumento contenta,quæcumque idem A.fecit idem B.conductori præsenti,&c.pro pretio. & nomine pretii, & annuo affictu scutorum N.quæ scuta A. idem B conductor singulis annis durante locatione huiusmodi realiter,& cum effectu soluere promisit eidem A.præsenti,&c aut eius legitimo procuratori in loco N.in duabus solutionibus, & paghis: medietatem videlicet in festo N,& aliam medietatem in festo N.Anni,&c incipien primam solutionem in festo N.& anni N & sic successiuè de anno in annum, & termino in terminum durante dicta locatione,liberè & alias, &c. de quibus, etc. absque, &c. Promisitque idem A. locator, durante locatione huiusmodi manutenere eundem B.conductorẽ in specifica,& quieta possessione dictæ tenutæ,& possessionis,ac perceptionis, exactionis, & collectionis fructuum,reddituum,& prouentuum,introituum,et emolumentorum, & pertinentiarum prædictarum,illumque nõ amouere, nec expellere, aut perturbare, vel impedire; sed illum defendere, & disbrigare ab omni molestâte persona in iudicio,vel extra iudicium, & stare contentus dicto pretio, & fictu, non obstante quocumque augumento,& super excrescentia fructuũ, & emolumentorum possessionis prædictę locationemque, & arrendam huiusmodi, durante dicto nouennio non reuocare, quauis causa respectu maioris, seu minoris pretij,ac læsionis, etiam vltra dimidium isti pretii, & alia quacumque ratione,vel causa.E versa vice, idem B conductor promisit, & conuenit supradicto A. præsenti, &c. suis sumptibus, et expensis, expedire si in euidentem, & supplicationem desuper opportunam,dictaque tenuta, & possessione, illiusque ædificiis, et membris,vti more boni conductores, illamquè; et molendinum; ædificia,et membra,ac iura quæcumque illius manutenere conseruare,finitaque locatione huiusmodi illam,et illa potius meliorata, quam deteriorata,vacua,libera, et expedita dimittere,et relaxare, dictumque pretium, et fictum,loco,et terminis supra expressis, vel supra soluere, etc. pactis, conditionibus, infrascriptis inter eos contrahẽtes mutua et solemni stipulatione vallatis,et firmatis videlicet (ponas pacta occurrentia.) Item etiam conuenerunt,quod si dictus B.conductor cessaret in solutione dicti fictus,et pretii,vt supra soluenda,et solutionem ipsam distulerit per quatuor menses post aduentum cuiuslibet termini intelligatur cecedisse,et cadat à præsenti locatione, et omni commodo illius,liceatque dicto locatori, eiusque procuratori,et Agenti sua propria auctoritate,absque citatione, vel requisitione aliqua,et alicuius Iudicis, vel Curiæ licentia, decreto mandato, vel interuentu,et vitio spolii,vel attentatorum dictam possessionem,ædificia,membra,et bona prædicta ingredi,et alteri locare, ac de illis disponere ad libitum, voluntatem, et arbitrium ipsius locatoris,et nihilominus idem conductor teneatur ad solutionem pretii fictus decursi,et debiti, et non soluti. Et promisit idem D.Conductor dare duos idoneos fideiussores, etc. Et in euentum non præstationis dictorũ fideiussorũ infra terminum supradictum pręsens locatio,et instrumentum sit nullum,et nullius roboris momenti valeat ,atque locatio penitus annullata perinde ac si facta non fuisset. Quæ omnia, etc. et contra non facere, etc. de iure, nec de facto, etiamsi de iure possent, aut alter ipsorum posset, sub vinculo iuramenti per eorum quemlibet tactis, etc. præstiti, à quo absolutionẽ ad effectum agendi, vel excipiendi nõ petere,nec impetrare, nec etiam motu proprio Sanctissimi,etc.vel aliter concessa, et obtenta vti,aut illa se iuuare,et in omnem euentũ constituerunt sese adinuicem insolidum procuratores irreuocabiles.cum iuramento per eorũ quemlibet,vt supra,præstito ad illi ceden.renunciandumq;et illũ annullari,inualidarique petendum, et faciendum cum clausulis opportunis,nec cũ pœna refectionis omnium damnorũ, etc. Pro quibus, etc. dictus locator se, et in dicta Præpositura successores,eiusdemque Præpositure,omnia,et singula bona,et prædictus Conductor,etc.in forma Cam.etc.

Lo-

Locatio Barcha.

MCui in vim motus proprij Sanctissimi D.N. Papæ concessum extitit, vt duas, vel tres barchas in flumine Tyberis, vna scilicet, propè, &c. & alteram sub eus, &c. & alias, prout in eodem motu proprio cõtineri dixit, manu eiusdemSanctissimi D.N.Papæ signato, ad quod, &c. sponte, &c. & locauit, &c. N præsenti, &c. ius, & actioné tenendi huiusmodi duas barchas in supranominatis locis N. & N. in dicto flumine, & cum eis quascumque personas res, & bona traijciendi, vehendi, recepta ab eis debita, ei competente mercede & hoc per annos quatuor ab hodie proximos, & vti sequitur finiendos, & deinde ad beneplacitum ambarum partium, cum pacto, quod dictus N. teneatur, prout promisit operas, & laboresquotidianas, & cuiuslibet diei eidem M locatori dictas duas barchas, & earum quamlibet singulis diebus vehere, custodire, & gubernare, seu vehi, & custodiri facere, & quod de omni, & toto eo, quod pro huiusmodi trahitione, seu barchis vehendis, lucrabitur, & exigetur, debeat inter ipsos contrahentes dietim, seu ad hebdomada in hebdomadam, prout magis dicto N. placuerit, fieri diuisio in hunc modum, videlicet, ponatur modus diuisionis fiendæ. Declarando dictas barchas, & illorum periculum spectare ad dictum N. qui illa, semper, & continué, omnibus suis expensis manutenere debeat, ad vehendum aptas, & habiles, Quia sic, &c. Quæ omnia, &c. Pro quibus, &c.

Alia nolitus seu locationis barchæ.

PAtronus Sanctes, &c. Dominus, & Patronus vnius barchæ, sitæ in ripa fluminis Vrbis, nominatæ Sancta Maria, portatæ rubiorum 280. Patronus Desiderius, &c. Patronus alterius barchæ, sitæ in portu Ciuitatis vetulæ nominatæ similiter sancta Maria, portatæ rubiorum 280. in circa, quas in eisdem respectiue locis, dixerunt habere bene munitas, & armatas pro infrascripto itinere faciendo, & illas cum suis velis, remis, rumigiis, remigantibus, instrumentis, ac ordineis nauticis, & alijs, ad nauigandum aptis, & necessariis. Sponte, &c omni, &c. Naulizarunt, & ad nolitus dederunt, &c Illustrissimo Domino P. absenti magnifico Domino N. eius agéte, & pro sua Illustrissima dominatione, vna cum mecum Notario stipulan & acceptan. cum pactis, & conuentionibus infra. scriptis, videlicet.

In primis dicti Patroni respectiué promiserunt, saluis tamen iustis impedimétis & stante tempore nauigabili dicto Domino P. cum dictis eorum barchis, & suis ordineis, ac instrumentis discedere, & abire hinc Ripa fluminis, & portu respectiué Ciuitatis Vetulæ, & recto tramite petere palum, & illic comperire, & inuenire Dominum Bernardinum, &c. Agentem dicti Domini P. aut alium, seu alios eius loco, qui eis cõsignauerit, iuxta litterarum missiuarum, & ordinis præfati Domini N. formam, & tenorem, supradictum granum, iuxta earumdem barcharum portatam, vt supra, & illis expectare per quatuor dies, pro oneratione picti grani, qua oneratione facta, promittunt quamprimum à dicto Palo discedere, saluis iust. impedimentis, vt supra, & recto tramite ire liberum & illic expectare per octo dies, pro huiusmodi exoneratione facien. & consignatione dicti grani Domini N aut alicui eius loco iuxta monstram, seu scandilium eis consignatis, & habebunt in sacculo sigillato. Et promittunt dicti patroni insolidú in huiusmodi itinere non comittere, nec committi facere fraudem, dolum, nec baratteriam, et pro maiori cautela supradicti Domini Iordani promiserunt de dolo, fraude, & baratteria præfatis accessurum, vt principalem, principaliter, & insolidú Dominum N. præsentem, &c qui præmissis intellectis intuitum dictorú enominatorum, & ad fauorem dicti Domini Pauli, vt principalis, principaliter, & insolidum accessit de dolo, fraude, et baratteria, post receptionem dicti grani recipere aliqua alia bona in dicta barcha cuiuscumq; qualitatis, & quantitatis fuerint, ita ex pactos etc quem præsentem, etc. ijdem insolidú indemnem, &c. releuare promiserunt, ita quod, &c alias, etc.

Et vice versa idem D. Ricchardus, &c. Agens, vt supra præfati Domini Pauli, pro quo etiam, quatenus opus sit de rato, &c. sponte, &c. dicto nomine promisit eisdem Patronis, & cuilibet eorum pro sua rata præsentibus, &c. pro nolitu, & prætio nolitus huiusmodi soluere, seu solui facere, eisdem, vt supra, ad rationem iuliorum octo pro quolibet rubio, Liburni, statim fa

cta

cta huiusmodi consignatione, liberè, &c. alias, &c. pro quibus, &c. obseruandis dicti Patroni se se, &c. hæredes, & bona, &c. & in specie dictas barchas, ita quod specialitas, &c. ac curia, &c.

De pluribus Instrumentorum beneficialium, & spiritualium formulis. Cap. V.

Forma præsentationis factæ per laicum, coram Vicario Episcopi.

IN Dei nomine Amen, &c N. ob D Frãciscus, &c. ad quem, vt asseruit vigore iurispatronatus spectat, & pertinet ius nominãdi, & præsentandi Præbendarium ad Præbendam S Blasij, constitutã in Ecclesia S Laurentij, coram R. D. N Vicario, Generali Reuerendissimi D. Episcopi Placentin. cõstitutus, & in eius præsentia, audientia, & intelligentia ven D. Presbyter Antonius N. quẽ ipse nominauit pridie, in Præbendariũ dictæ præbendæ nuper vacantis per obitumq, presbyteri Laurentij. vltimi illius possessoris, prout de dicta nominatione, continetur instrumento breuiato, rogato per D Bernardinum Notarium publicum Placent quod ibidem facto exhibuit, & produxit in publica, & authentica forma, ad præmissorum verificationem; & propterea ad obseruationem dicti sui iurispatronatus, petijt a præ ato Domino, quatenus velit, & debeat ipsam nominationem per d. Iacobum factam, de dicto presbytero Antonio approbare, & confirmare, & ipsum presbyterum Antonium nominatum, & præsentatum, vt supra, instituere, & eidem presbytero Antonio, nominato, & præsentato, ad ministrationem, & regimen d. præbendæ, ad cautelam impartiri, & concedere, & ipsum presbyterum Antonium, induci mãdari ad tenutam, & possessionem d præbendæ, iuriumq; & pertinentiarũ suarum, spiritualium, & temporalium. & alia facere, quæ in præmissis, & circa præmissa, tã de iure, quam de consuetudine necessaria fuerint, & opportuna, alioquin protestatus fuit, & protestatur, quod per eum non stat, quin prædicta fiat, vt supra petitum, & requisitum est, & de nullitate quorumcumq, quę fierent, in eius, & iurium suorum præiudicium, & de damni, expensis, & interesse passis, & patiendis dicta occasione. Qui R. D. Vicarius, sedens pro tribunali, &c. visa requisitione, vt supra facta per d. D. Frãciscum, viso instrumento nominationis, factæ de dicto Antonio, ad dictam præbendam, & contentis in eo, & visis videndis, omnibus melioribus modis, &c. prædictã requisitionem, vt supra factam per Franciscum patronum prædictum admisit, & admittit. Volensq; in præmissis maturius agere, & nulli in præmissis præiudicium aliquod inferre, decreuit fieri edictũ publicũ, in forma debita, & illud affigi debere valuis dictę Ecclesiæ, ne aliquis, sua putãs interesse, de præmissis ignorantiã prætendere valeat, dicto Francisco præsente, & prædicta acceptante, in partibus, facientibus in eis fauorem, & non consentiente, in quantum sitũ sit in eius præiudicio, & requirente, & protestante vt supra, & de prædictis omnibus idẽ Franciscus rogauit me Notarium, vt vnum, vel plura, publicum seu publica, conficerem instrumentũ, & instrumenta Auct. Placentiæ, vbi supra, præsentibus ibidem N & N testibus.

Forma confirmationis dictæ nominationis, ad supradictam Præbendam.

IN nomine Domini amen, &c. Nos Guilelmus, &c. Reuerendissimi Domini N Dei, &c. Apostoli. ę sedis gratia Episcopi Placẽt Vicarius generalis, et decisor causę nominationis, et præsentationis, de qua inferius dicitur, sedens pro Tribunali super quodã bancho in infrascripto loco posito, et ad infrascripta per nos electo; causa prius per nos præsentatione coram nobis facta, per Dominum Franciscum. etc. Tenoris infrascripti, videlicet in Dei nomine amen, etc. item viso edicto, de mandato nostro proposito, et affixo valuis supradictę Ecclesiæ, cuius quidem edicti tenor sequitur, prout infra videlicet; De mandato, etc. Item viso instrumento electionis, ac nominationis, et præsentationis factę per dictum Dominum Franciscum patronum, vt supra; de dicto presbytero Antonius de qua nominatione cõtinetur instrumento manu Domini Ioannis, etc. Notarij publici rogato, et stipulato, visis vidẽdis, ac viso, quod nemo comparuit ad contradicendum, et se opponendum dictę nominationi factę per dictũ Iacobũ de dicto presbytero Antonio, iuxta tenorẽ dicti Edicti, Christi, et Gloriosę virginis Marię Matris eius nominibus, et suffragio

inuocatis, omnibus melioribus modo, via, forma, quibus, & prout melius, & validius fieri, & esse possit, interuenientibus, quibuscumque solemnitatibus, tàm iuris, quàm facti in similibus, tã de iure, quàm de consuetudine opportunis; dicimus, pronunciamus, & declaramus dictam nominationem, & præsentationem, coram nobis factam de dicto Antonio per Frãciscum patronum prædictum fuisse, & esse legitime & canonicè factam, & ipsam tamquam talem admittimus, & valere, ac tenere declaramus; & ipsam confirmandam, fore, & esse prout confirmamus, & approbamus dictumque presbyterum Antonium præsentem, & coram nobis flexis genibus humiliter requirentem, & acceptantem, per bireti capiti eius impositionem, Inuestimus, & inuestimus dedicta præbenda, iuribusque, & pertinentijs suis spiritalibus, & temporalibus, cum plenitudine iuris canonici. Dãtes, & concedentes eidẽ Antonio præbendario præsenti, & acceptanti omnimodam administrationem dictæ præbendæ, iuriumque, & pertinentiarum suarum, quarumcumque, & vlterius committimus cuicumque Sacerdoti, Ciuitatis, & Diœcesis, &c, Quatenus vice, & auctoritate nostra ponat, & inducat ipsum presbyterum. Antonium præbendarium prædictum in realem, actualem, & corporalẽ possessionem dictæ præbendæ, iuriumque, & pertinentiarum illius, quorumcumq; per pannos, & cornu Altaris dictæ Ecclesiæ, & funes campanæ eiusdem, positumque, & immissum manuteneat; & defendat, amoto exinde quol bet illicito detentore, & alia dicat & faciat, quæ in simil bus fieri consueuerunt, & requirantur in signum veræ tenutæ, & corporal s possessionis dandæ, & apprehendendæ Mandantes quibuscumque ad quos spectat, & spectabit; quatenus eidem presbytero Laurentio præbendario respondeant, & responderi faciant temporibus debitis de fructibus, redditibus, & prouentibus dictæ præbẽdæ, prout nos tenore præsentium eidem responderi mandamus. Delato prius per ipsum Dominum Vicarium eidem presbytero Laurentio iuramento in eius manibus, tactis scripturis sacrosãctis, ad sancta Dei Euangelia corporaliter prestito, quod ipse presbyter Laurentius erit fidelis, & obediens præfato Domino Episcopo, & cuicumque eius legitimo successori in licitis, & honestis; & obseruabit Constitutiones Synodales, & statuta, ac laudabiles consuetudines dictæ Ecclesiæ, & bona dictæ Ecclesiæ conseruabit, & augebit, pro posse, & ipsa nõ alienabit, citra iuris dispositionem, ita eum Deus adiuuet. Et de prædictis præfatus Dominus Vicarius mandauit mihi Notario, & ipse presbyter Laurentius, & Iacobus rogauerunt me Notarium, vt inde publicum conficiam instrumentum, &c. Et ita obseruetur, si fiat confirmatio per Capitulum, seu alium Prælatum, ad quem spectat confirmatio alicuius nominati ad liquod beneficium, mutatis mutandis.

Forma alterius nominationis, & præsentationis factæ per laicum, coram Capitulo, & Canonicis, & confirmationis exinde factæ.

IN nomine Domini amen, &c Conuocato & congregato Capitulo maioris Ecclesiæ &c Constitutus Iacobus &c. cui spectat iurispatronatus præbendæ alias cõstitutę in dicta Ecclesia per quondam D. Francisc. &c & ius nominandi, & præsentandi præbendarium ad dictã præbendam, vacante nuper dicta præbenda, per mortem quondam presbyteri Laurẽtij olim immediati præbẽdarij dictæ præbendæ, qui d. ẽ vitæ suæ clausit extremũ; confisus integritate, & sufficientia presbyteri Francisci &c. consideransq; quod longa vocatio solet beneficia esse damnosa, sponte &c omnibus melori modo, &c. Interuenientibus quibuscumq; solemnitatibus, etiam substantialibus, tam iuris, quam facti, in simil bus opportunis de iure, vel consuetudine, ipsum presbyterum Franciscum præsentem, & acceptantem nominauit, & nominat præbendarium, & pro præbendario dictæ præbendæ; & ipsum præsentauit, & præsentat eisdẽ DD. Præposito, Canonicis, & Capitulo Ecclesię, &c Ad quos spectat confirmatio, et institutio pręhendarij pędicti, cõfirmandum, et instituendum, et petijt, et requisiuit ab ipsis Domin s Præposito, Canonicis, et Capitulo, quatenus velint, et debeant ipsam nominationem, per eum factam, vt supra, confirmare, ipsum presbyterum Franciscum instituere ad dictam

præ-

præbendam. Qui DD. Præpositus, Canonici, & Capituli audita, & intellecta nominatione, & præsentatione, vt supra facta per dictum Dominum Iacobum, cognito, per eos, dictum presbyterum Franciscum fore, & esse idoneum, & sufficientem ad dictam præbendam, & eidem, ac ecclesiæ prædictæ fore vtilem, spontè, &c. omnibus meliori modo, & interuenientibus quibuscumque solemnitatibus, tam iuris, quam facti, in similibus opportunis de iure, vel consuetudine, dictam nominationem, præsentationem admiserunt, & admittunt, & ipsum tanquam legitimam & legitimè factam, dictumque presbyterum Franciscum nominatum, confirmarunt, & confirmant, & eidem presbytero Francisco præsenti, & acceptanti de ipsa præbenda prouiderunt, & prouiden. cum plenitudine iuris Canonici, ipsumque coram eis humiliter flexis genibus constitutum, & requirentem, inuestiuerunt per biretti capiti suo impositionem de dicta præbenda iuribusque, & pertinentiis suis, spiritualibus, & temporalibus, ibidem dictus presbyter Franciscus præbendarius supradictus, de laco prius sibi iuramento, per dictum Dominum Præpositum, & ab eo manibus corporali ter tactis scripturis præstito, de obseruandis statutis, & constitutionibus, ac laudabilibus consuetudinibus dictæ Ecclesiæ, quod erit fidelis, & obediens præfatis Dominis Præposito, Canonicis, & Capitulo, in licitis, & honestis, et vtilia dictæ præbendæ faciet, & procurabit, et bona ipsius conseruabit pro posse, et ipsa non alienabit citra iuris dispositionem, ita Deus eum addiuuet. Et continuò præfatus Dominus Præpositus, de consensu ipsorum Dominorum Canonicorũ, et Capituli introduxit præfatum Franciscum præbendarium in dictam Ecclesiam & ipsum ibidem posuit, induxit in tenutam, & corporalem possessionem dictæ præbendæ, iuriumque, & pertinentiarum illius quorumcumque, per pannos, & cornu altaris dictæ Ecclesiæ & funes campanæ, assignando eidem stallum in choro dictæ Ecclesiæ, aliaque dixit, & fecit, quæ in similibus fieri consueuerunt, et requiruntur, in signum veræ, et corporalis possessionis, & de prædictis omnibus, &c.

Præpositus forma præsentationis, & cõfirmationis, de quã supra, quoniam in superiori dictum est, ipsas confirmationes impetrandas, fieri debere, proposito prius Edicto publico, pro interesse cuiuscumq; putantis sua, interesse, congruum erit formam ipsius Edicti prius subiicere; antequam subijciantur formæ ipsarum confirmationum, ad hoc, vt clarius pateat instructio, Deinde subijciantur aliæ formæ confirmationem, tam super præsentationibus, quam super electionibus, sed antequam forma ipsis Edicti proponatur, præmittendum est, prout in superioribus etiam adductum fuit, quod sicut confirmatio, & institutio, spectat quandoque ad Ordinarium, quandoque ad inferiorẽ ab ipso Ordinario, scilicet ad aliquem Capitulum, vel Prælatum, aut Rectorem alicuius Ecclesiæ, ita & eam spectat Edictũ proponere. Et nota, quod si Edictum proponatur auctoritate Ordinarij, debet fieri sub forma, de qua infra siue in persona D Episcopi, siue eius Vicarii, & Locumtenentis, & eodem modo, si fiat per aliquem Prælatum, seu Rectorem alicuius Ecclesiæ quando eidem solum spectat cõfirmatio, et insti tutio spectat ad Prælatum & Canonicos, seu Rectorem, & Clericos ipsius Ecclesiæ simul, eo casu, debet ipsum Edictũ concipi in personam ipsius Prælati, & tunc dicatur, quod fiat de consensu Canonicorum, & Capituli ipsius Ecclesiæ, vt infra, sed aduertatur, quod vbi proponitur Edictum, per inferiorem ab ipso Episcopo, seu eius Vicario, non debet in eo poni illud verbum citamus, vel mãdamus sed tantum monemus, & requirimus, sed solus Ordinarius, vigore ordinariæ iurisdictionis citat, seu citari mandat, non autem inferior.

Forma Edicti proponendi ante confirmationem, faciendam de aliquo electo, seu præsentato.

IOannes, &c Decretorum Doctor Reuerendi in Christo Patris, & DD Hieronymi Bentiuoli, Dei, & Ap. stolicæ sedis gratia Episcopo Cornetan. & Montis flasconen. in spiritualibus, & temporalibus Vicarius Generalis, & Locumtenens vniuersis, et singulis, presentes inspecturis, quosque infrascriptum negocium tãgit, communiter, vel tangere poterit quomodolibet in futurum, et quorum interest vel

vel interesse possit, et poterit, salutem in Domino, Constitutus, et existens Iacobus,etc.patronus,et cui spectat ius nominandi, et præsentandi præbendarum, ad præbendam Sancti P, etc. constitutam in Ecclesia Sancti Iacobi, etc. coram nobis, causa, et occasionem nominationis, per eum factæ ad dictam præbendam, de presbytero Laurentio,tunc vacantē per mortem quondam presbyteri Antonii, olim immediate præbendarii pictę præbendæ, de qua nominatione continetur Instrumē in publico, rogato, et stipulato manu N. Notarii publici,petijt; et a nobis instanter requisiuit, quatenus dictam nominationē et ipsum presbyterumLaurent.etc.in præbendarium approbare, et confirmare debeamus,petens sibi in præmissis,et opportuno remedio prouideri. Nos igitur Ioannes Vicarius, Locumtenens prædictus, attendentes, antequam ad confirmationē prædictam deueniamus,taliter prouidere ne alicui pręiudicium aliquod inferatur Tenore præsentium,vos omnes, et singulos supradictos,et vestrum quemlibet monemus,citamus, et requirimus, primo, secundo, tertio, peremptoriè, vobisque strictè præcipiendo mandamus,quatenus infra tres diesproximè futuros pro primo secundo, tertio, et peremptorio termino, quem hac tertia canonica monitione præmissa, vobis omnibus, et singulis supradictis duximus assignandum, si quis vestrū, qui vel in dictam nominationem, et formam eius,et personam dicti presbyt Laurent.,et ipsius Iacob,etc.petitioni, qui ipsum nominauit, et præsentauit, opponere, et contradicere velit, compareatis legitimè coram nobis,in Camera nostra in Episcopali Palatio, in qua nostrum eligimus tribunal,pro hoc actu,vltima die dicti termini in vesperis, de interesse, et iure suo, ac causis legitimis oppositur i,contradicturi,et allegaturi, quicquid volueritis, quare requisita per dictum Iacobum fieri nō debeant, recepturi à nobis iustitiæ complementum, alioquin elapso dicto termino,absque alia citatione, seu monitione, procedemus ad ipsam confirmationem,et collationem,ac prouisionem, cuiuscumq; personæ absentia,vel contumacia, seu negligentia,in aliquo nō obstante, et hoc ad instantiam,et postulationem dictorum Iacobi,et presbyteri Laurentii. In quorum testimonium, præsentes fieri iussimus, et registrari,et per Notarium nostrum infrascriptum subscribi nostriquesigilli impressione muniri, et valuis dictæ Ecclesiæ affigi,in forma publici Edicti, vt ad omnium notitiam deuenire possit, et nullus valeat ignorantiam prætendere Datum die,etc. De cuius præsentatione, et affixion, plena dabitur fides cum Sacramento,etc.

Forma Edicti propositi per inferiorem ab Episcopo.

FRancifcus Præpositus maioris Ecclesiæ,etc. vna cum Dominis Canonicis, et Capitulo ipsius Ecclesiæ, quibus ex antiqua, et approbata consuetudine, et ex fundatione præbendæ infrascriptę, spectat ius instituendi, et confirmandi præbendarium ad præbendam infrascriptam, Vniuersis etc. constitutus, etc. Nos autem etc tenore præsentium de consensu,et voluntate ipsorum Dominorum Canonicorum, et Capituli dictæ Ecclesiæ, vos omnes, et singulos supradictos, et vestrum quemlibet monemus, et requirimus, primo,secundo,tertio, et peremptorie quatenus infra sex dies proximè futuros,quorum sex dierum,duos pro primo, duos pro secundo, et reliquos duos dies pro tertio et peremptorio termino, ac monitione canonica vobis omnibus,et singulis, et vestrum cuilibet duximus assignandū, si quis vestrum sit, vt supra extēdatur in reliquis prout in supradicta forma, mutatis mutandis, etc.

Forma communis prouisionis Ordinarij.

HIeronymus Bentiuolus Dei, et Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Cornetan et Montis Flascon en. Dilecto nobis in Christo N.Clerico in decretis Doctori Rectori Parrochialis Ecclesiæ Sācti Leonardi de dicta Ciuitate Corneti, salutem in Domino. Quia de litterarum scientia, vitæ ac morū honestate,aliisq; virtutū meritis,quibus illarum largitor personam tuā insigniuit,fuimus fama, ac fide dignis te-

testibus infotmati, quæ nos ad gratiã tibi faciendam excitant. Itaque volentes iuxta tuæ personæ merita te fauore prosequi gratioso; dictam parochialem Ecclesiam Sancti Leonardi, nunc per liberam resignationem de ea, per prouidum virũ N presbyterum dictę Ecclesię, tunc Rectorem in manibus nostris, factam; et per nos admissam ad pręsens vocantem, tibi quem ad regimen, et gubernium ipsius sufficientem, et idoneum esse reperimus, cum omnibus illius iuribus, et pertinentiis, vniuersis, conferimus, et prouidemus, ac de eadem te, coram nobis constitutum, per pilei traditionem in manibus tuis inuestimus, ac in corporalem possessionem, seu quasi eiusdem Ecclesiæ, præsentium tenore, cum iuribus, et pertinentiis, supradictis inducimus, recepto prius a te, solito in talibus præstari iuramento, et iure nostro saluo. Quo circa vobis vniuersis, sit singulis personis Ecclesiasticis, Notariis, et Tabellionibus publicis, per Ciuitates, et Diœcesis nostros constitutis auctoritate prædicta, tenore præsentium mandamus, et cõmittimus: quatenus vos, vel alter vestrum qui super hoc fuerit requisitus, ad dictam Ecclesiam accedatis, seu aliquis vestrum accedat, ac prædictum N. vel eius legitimum procuratorem in corporalem possessionem dictæ Ecclesiæ Sancti Leonardi iuriumque, et pertinentiarum prædictorũ inducatis, vice nostra, et defendatis inductum, amoto ab ea quolibet illicito detẽtore. In quorum omnium, et singulorum fidem, et testimonium præmissorum, præsentes litteras, collationem, et prouisionẽ nostras, in se continentes fieri, et per Secretarium nostrum infrascriptum subscribi, et publicari fecimus, et mandauimus, nostrique sigilli, quo in taliqus, vtimur iussimus appensione cõmuniri Datum Corneti Anno, etc. Pontificatus, etc. præsentibus N et N. testibus ad præmissa vocatis, et adhibitis.

P. Secretarius, etc.

Assecutio possessionis dictæ Ecclesiæ.

R. D. N. cui per R. P. D. Episcopum Cornetan. et Montis Flasconen. eius ordinaria auctoritate fuit facta collatio, et prouisio de patrochiali Ecclesia Sancti Leonardi eiusdem Ciuitatis, vacan. per liberam resignationem R, D. N. de ea factam in manibus dicti R. P. D. Episcopi, et patet in litteris illius collationis, et prouisionis, desuper expeditis, quas in mediũ exhibuit, tenoris, etc. vigore dictarum litterarum, et facultatis sibi in eis concessæ, assecutus fuit corporalem, realem, et actualem possessionem dictæ Ecclesiæ, iuriumque, et pertinentiarum illius, quorũcumque per pannos, et cornu altaris dictæ Ecclesię Sancti Leonardi, et sonum campanarum illius, aliasque, et alia dixit, et fecit, quæ fieri consueuerunt, et requiruntur in signum veræ tenutæ, ac realis, et corporalis illius possessionis: dato prius eidem R. D. N per eundem R P. D. Episcopum, siue R. D N eius Vicariũ iuramento, quod tactis scripturis in eius manibus corporaliter præstit, quód fidelis, et obediens erit, dicto D Episcopo, et cuicumque eius legitimo successori, in licitis, et honestis, et Constitutiones synodales, ac statuta, et laudabiles consuetudines dictæ Ecclesię obseruabit, et bona, ac iura dictę præseruabit, et citra Iuris dispositionem nõ alienabit, et de bonis mobilibus dictæ Ecclesiæ inuentarium fideliter infra duos menses conficiet, illudque præsentabit penes Notarium Curiæ Episcopalis, et alia faciet ad quæ de Iure tenetur ita Deus eum adiuuet, eiusque sancta Dei Euangelia. Actum Corneti, etc. præsentibus N. et N. Testibus, etc. vel interdum presbyter ponit pro uisum in possessionẽ, et tunc Notarius sic attestatur personaliter constitutus R D. N. in vim collationis ordinariæ, seu prouisionis Apostolicæ missus est, et inductus in possessionem corporalem, realem, et actualem Ecclesiæ N. et iurium suorum vniuersorum à tali N: Presbytero, per ingressum eiusdem Ecclesię, aspersionem aquæ benedictæ, et osculum maioris Altaris, tactum libri Missali, et sacrorum ornamentorum, et per pulsum campanarum, seruatis aliis solemnitatibus in his seruati solitis, et requisitis; de quibus præmissis idem R D N. prouisus petiit à me Notario prædicto Instrumentum publicum fieri, et sibi tradi. Actum, etc. præsentibus N. et N. Testibus. etc.

Adeptio possessionis Canonicatus vigore litterarum in forma dignum.

R. D. N. cui nuperrime de Canonicatu, et Præbenda Ecclesiæ Albanensis, prouisum, seu prouideri concessum extitit

litteris Apostolicis debitè, (vt moris est) sub plumbo expeditis, sub datum, &c. Dictas, litteras Apostolicas integras si quidé, & illæsas, ac omni prorsus vitio, & suspitione carentes, originaliter præsentauit R. D. A. eiusdem Ecclesiæ Archipresbytero i cui dictæ litteræ executionis gratia dirigũtur, quas reuerenter, vt decet, recipiendo, illisque de verbo ad verbum perlectis, ad illarum executionem procedens dictum D N prius in dicta Ecclesia coram infrascriptis D. D. eiusdem Ecclesiæ Canonicis examinatum, & idoneum repertum, & declaratum, emissa ab eo genibus flexis ante altare maius dictæ Ecclesiæ professione, eidem D N Canonicatum, & præbendam prædicto. contulit, ac ipsum de illis prouidit; ipsumque in eiusdem Ecclesiæ Canonicum recipi, & admitti stalliũque in choro, & locum in capitulo eidem assignari mandauit, omni meliori modo, &c.

Quod peractis idem R. D A. Archypresbiter.

R. D. N. N. N. & N. eiusdem Ecclesiæ Canonici Capitulariter congregati, & coadunati in Choro eiusdem Ecclesię sono campanæ de more præmisso, absente R. D. N. eiusdem Ecclesiæ Canonico, ob eius aduersam valetudinẽ interuenire non valente, sponte, &c. vnanimes, concordes, ac nemine penitus contradicente, attentis præmissis, ac omni meliori modo, &c dictum N. in eiusdem Ecclesiæ Canonicum, emissa prius denuo fidei professione in Capitulo, iuxta sacrarum Constitutionum Decreta, & Sanctiones receperunt, & eidem stallum in Choro, & locum in Capitulo assignarunt. Qui R. D. N. in Canonicum, vt præmittitur receptus, et admissus genuflexus ante altare maius Deo Optimo Maximo oratione deuotè peracta dictoque Altare, deosculato, eiusdem Canonicatus, & præbendæ, cum iuribus, & pertinentiis illius vniuersis possessionem realem, actualem, & corporalẽ apprehendit, & adeptus fuit in loco capitulari sedendo, per Ecclesiam deambulando, altaria deosculando, portas aperiendo, & claudendo, campanam pulsando, aliosque possessorios actus faciendo, veram, realem, & actualem possessionem denotantes, protestans, quod per suum abinde recessum, non intendit possessionem prædictam dimittere, sed eam animo, & corpore, ac alias omni meliori modo continuare. Super quibus, &c. præsentibus, &c testibus, &c.

Alia publicatio litterarum Ordinarij ex causa resignationis.

R. D Pompeius Blanchus Archidiaconus Ecclesiæ Balneoregien. admodum Illustriss. & Reuerendissimi D. Caroli Trotti, Dei, & Apostolicæ Sedis gratia eiusdem Ecclesiæ Episcopi generalis Vicarius, requisitus pro parte, & ad instantiam R. D. N eiusdem Ecclesiæ Canonici habẽs præmanibus litteras dicti Reuerendissimi D. Episcopi, vt moris est, expeditas. Datum Balneoregii die; &c. Collationis, & prouisionis Canonicatus, & præbendæ vacantis, per resignationem D. B. in manibus eiusdẽ Reuerendissimi D. Episcopi spontè factã & admissam, ad fauorem dicti B prout in eisdem litteris latius còntinetur, existens ante altare maius dictæ Ecclesiæ dè mane dum populi multitudo ad missarum solẽnis conuenire solet, dictas resignationem collationem, & prouisionem, ad fauorem dicti D. B. factam alta, et intelligibili voce vulgari, materno sermone, ita vt ab omnibus audiretur publicauit, illarumque copia, et auscultatam, in foribus dictæ Ecclesiæ affixit, affixamque ibi dimisit. Super quibus, &c.

Forma litterarum tonsuræ.

IOannes Miseratione Diuina, ac Sãctæ Sedis Apostolicæ gratia N. Episcopus, Notum facimus vniuersis, quod Anno & die infrascriptis, & in Ecclesia Parochiali N. nostræ Diœcesis Officium Visitationis exercendo, dilecto nobis in Christo P. Rubino, filio B. Rubini, & Ioannę coniugum dicti loci N. Nostræ Diœcesis oriundo in & de legitimo matrimonio procreato, (prout fid dignorum testimonio, nobis, facta fides extitit) ætateque litteratura, & aliis, idoneo comperto, tonsuram contulimus clericalem, militiæ clericali adscribendo eundem. Actum, vbi supra, sub sigillo nostro magno rotundo, die etc anno, etc. testibus N et N. adhoc vocatis, de mandato D. A secret.

Di-

Dispensatio bastardi ad tonsuram, & ad beneficium simplex.

SI autem Episcopus tonsuram conferat bastardo, solet ad dispensatio fic, & cum eodem super defectu natalium, quē patitur, de presbytero genitus, & soluta vt etiam ad minores ordines promoueri, & beneficium Ecclesiasticum, cui cura non immineat animarum, si sibi canonice conferatur, recipere, & retinere liceat, & licet possit, & valeat; huiusmodi defectu non obstante, eisdem auctoritate, & tenore dispensauimus, & dispensamus. In quorum fidem. Et ista dispensatio elicitur ex cap. 1. de fil. præsbyt. lib. 6.

Ex præscriptę primæ tonsuræ formula poteris elicere alias formulas, quorum minorum, & aliorum sacrorum ordinū, mutatis mutandis.

Forma vnionis Ecclesiæ Parrochialis facta per Episcopum cum alia Ecclesia curata sumpta ex formulario Placentino, quam pro minori partium dispendio hic imprimitur.

IN nomine Domini amen, &c. Constitutus presbyter Fr. Rector Ecclesiæ S. Iuliani, &c. Corā Reu. in Christo Patre, & D.D. Io. Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopo Placentin. & comite, dixit, & exposuit eidem D. Episcopo, quo licet eidē presbytero Franc. collata sit dicta Ecclesia S. Iuliani auctoritate ordinaria, in quaiam diu stetit, & deseruiuit, tamen ex quo redditus dictæ Ecclesię tenues sunt, nō potest se condecente sustentare, & ipsius Ecclesiæ necessitatibus, & reparationi prouidere, ita quod ab ea recedere omnino compellitur, nisi de aliquali substentatione opportunè prouideatur, quod si præfatus D. Episcopus auctoritate sua ordinaria dignaretur dictæ Ecclesiæ S. Iuliani venire, & incorporare Ecclesiam B. Marci, &c. cui cura imminet animarum ad præsens vacantem per mortem quond. presbyteri Petri, &c. olim Rectoris ipsius Ecclesiæ, eidem Ecclesiæ S. Iuliani latis conuicinam, cui per Rectorem dictæ Ecclesiæ S. Iuliani pro tēpore existentem cōmodè deseruiri potest tam in diuinis, quam in regimine curæ animarum eidem Ecclesiæ S. Mariæ subiectarum, poterit ipse presbyter Franc. condecenter se sustentare, & vtrique Ecclesiæ ad seruire, & animabus eisdē subiectis, quare præfatus D. Episcopus auditis, & intellecti prædictis, vt supra expositis, & narratis per ipsum presbyterum Franc. Rect. prędictū, de quibus tam alias præfatus D. Episcopus informatus est etiam per testes fide dignos & tamdiu super eisdem in mente sua cōceperat prouidere, tam pro commodiori sustentatione ipsius presbyteri Franc. Rectoris prædicti, quam pro vtilitate, & euidentis commodo animarum subiectarū eisdem Ecclesiis, volens conceptum ipsius etiam instante dicto presbytero Francisco totaliter exequi. Redemptoris Domini Nostri Iesu Christi, ac Beatę Mariæ, & Sācti Iuliani, sub quorum vocabulo dictæ Ecclesię sunt constitutæ nominibus, & suffragio inuocatis, sedens pro tribunali super quodam bancho ibidem posito, & ad infra scripta per eum electo declarauit, & declarat dictas Ecclesias Sanctæ Mariæ, & Sancti Iuliani vniendas fuisse, & esse, & vniri debere, stantibus præmissis. Et vlterius spontè, & ex certa scientia, & alias omnibus iure, via, modo, & forma, quibus, & prout melius, & validius potuit, & potest & fieri, & esse possit, interuenientibus quibuscumque solemnitatibus, etiam substantialibus, tam iuris, quam facti in similibus opportunis de iure, vel consuetudine auctoritate sua ordinaria, qua fungitur in hac parte, de consensu, & voluntate venerab. D. Francisci Prępositi, necnō A.B.L.M. N.P. & S. Canonicorum Ecclesiæ Placent. ibidem infrascripta occasione conuocato. rum, & congregatorum, dictam parrochialem Ecclesiam Sanctæ Mariæ, &c. cum omnibus, & singulis iuribus, pertinentiis suis spiritualibus, ac temporalibus dictæ Ecclesiæ Sancti Iuliani in perpetuum vniuit, & incorporauit, & venit, & incorporat & annectit; ita quod de cætero ipse presbyter Francisc. Rector prædictus, & eius successor pro tempore existens possit, & eidem liceat de fructibus, redditibus, & prouentibus dictę Ecclesiæ B. Mariæ dispo nere pro libito voluntatis, & ipsius Ecclesiæ B. Mariæ, etiam propria auctoritate appręhendere tenutam, & corporalem possessionem, ita tamen, quod ipse pręsbyter Francisc. Rector prædictus, & quicumque eius successor teneatur, eidē Ecclesiæ S. Marię de seruire in diuinis, & curam animarum eidem subiectarum exercere, & ministrare, & in ea nullatenus cura animarum

fũ negligatur, & alia ipsius Ecclesiæ onera consueta supportet, concedens,& concessit eidem presbytero Frãcisco pręsenti,& acceptãti liberam administrationem dictæ Ecclesiæ Sanctę Mariæ iuriumque, & pertinentiarum suarum, & curam animarum ipsius; te insuper ad omnem cautelam commisit,& committit cuicumque Sacerdoti Ciuitatis, & Diœcesis Placent. quatenus vi, & auctoritate præfati D.Episcopi ponat,& inducat ipsũ præsbyterum Francis.Rectorem prędictum in tenutam, & corporalem possessionem dictæ Ecclesiæ B.Marię,iuriumque & pertinentiarum suarum spiritualium, & temporalium per pannos,& cornu Altaris dictæ Ecclesiæ,& alia dicat, & faciat, quæ in similibus fieri cousueuerunt, & requiruntur in signum verę tenutę,& corporalis possessionis dandæ, & apprehendendæ de prædictis, ita quod per hęc,& alia ipse presbyter Frãc. Rector prædictus adeptus sit,& intelligatur veram tenutam & corporalem possessionem d. Ecclesiæ B. Mariæ, iuriumque, & pertinentiarum suarum prædictarum. Et de prædictis præfatus D. Episcopus mandauit mihi Notario, & d. presbyter Franciscus rogauit me Notarium, &c.

Littere vnionis Ecclesiæ Parocchialis cum Archipresbyteratu.

IN nomine Domini amen,&c.Ioan.&c. vniuersis, & singulis præsentes litteras siue præsens publicum instrumentũ inspecturis, vel præsens in quorum interest interesset, aut intercesse possit, quosq; infrascriptum tangit negocium, seu tãgere poterit, quomodolibet in futurũ salutem in Domino sempiternam. Ad hoc, vt Ecclesiarum omniũ per Ciuitatẽ, & Diœcesim Placent. consistentium, & ad illorum decorem institutas dignitates obtinentium personarũ statu, salubriter dirigi ser utriq; decenter possit,honestius, hæ personæ ipsæ Diuinum inibi psallentes Officium opportunos ad tenendum statum suum habeant redditus,nostros libẽter fauores impartimur,& pręsidiũ potissimè cum temporis requirit necessitas,causę persuadent rationabiles,& diuini cultus argumentum salubriter id exposcit. Exhibita siquidem nobis nuper pec dilectũ nobis in Christo Dominum Archipresbyterum plebis, & Ecclesiæ S. Mariæ Oppidæ, &c. Placent. Diœcesis petitio cõtinebat,quod in dicto Oppido quadã Parrochialis Ecclesia sub vocabulo S. Petri consistit, cuius fructus, redditus, & prouentus, ad sustentationem Rectoris eiusdem pro tempore existentis, propter eorum exiguitatẽ, & tenuitatem minimè suppendunt,& sicut idẽ precibus subiungebat, si Parrochialis Ecclesia S.Petri huiusmodi d. Archipresbyteratui, qui ipsius Ecclesia S. Mariæ dignitatis existit vniretur, annecteretur,& incorporaretur, per hoc statui Archipresbyteri dictę Ecclesiæ S.Mariæ pro tẽpore existentis, necnon ipsĩ Ecclesię S Petri plurimum prouideretur, cultusq; diuinus exinde augumẽtaretur,in eisdem,quare per dictum D.Archipresbyterũ fuit nobis humiliter supplicatũ,vt supra præmissis prouidere de auctoritate ordinaria dignaremur. Nos igitur attendẽtes petitionẽ huiusmodi veris existentibus prænarratis fore iustam, & consonam rationi: de præmissis omnibus, & singulis,ac eorum circumstãtijs vniuersis inquisiuimus, & nos diligenter informati fuimus,& quia per infor.nationem legitimam,& diligẽtem per nosã nonnullos testibus fide dignis coram nobis per præfatum D. Archipresbyterũ ad informãdum animum nostrum,de,& super omnibus,& singulis prænarratis, productis,ac ritè receptis,& ad iurã dum admissis,iuratisque, & examinatis factam, & receptã examinationem reperimus omnia, & singula, per dictum D.Archipresbyterũ asserta,vt præinseruntur veritate fulciri,idcircò auctoritate nostra ordinaria, qua fungimur in hac parte sedentes pro tribunali, super quodã bancho in suprascripto loco posito,& ad infrascripta per nos electo,declaramus dictã vnionem fieri debere,& posse,spõtè,& ex certa scientia omnibus iure, via,modo,causa, & forma quibus, & prout melius, & validius fieri, & esse possit, interuenientibus quibuscumq; solemnitatibus etiã substantialibus,tam iuris,quàm facti in similibus de iure,vel de consuetudine opportunis Parrochialem Ecclesiam S.Petri prædictam, cum omnibus iuribus, & pertinẽtijs suis in perpetuum viuimus, & in corporauimus, & anneximus, ac ex nũc vnimus, incorporauimus,& annectimus per præsentes, ita quod cedendo, vel decedendo moderno ipsius Parrochialis Ecclesiæ Sancti Petri Rectore, seu illam alias quomodolibet dimittendo,& si actu quouis modo vacet, & eius dispositio ad

eos,

eos, hac vice pertineat, liceat Archipresbytero, pro tempore existēti dictæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ corporalem, realem, & actualem Ecclesiæ Sancti Petri, iuriumq; & pertinentiarum prædictorum possessio. nem auctoritate propria liberè apprehēdere illiusque fructus, redditu, & prouentus huiusmodi percipere, & habere possit; & eidē liceat, ad suo, & dictarum Ecclesiarum vsus, & vtilitatem conuertere, & perpetuò retinere cuiusuis alterius Superioris licentia, super hoc alias minimè requisita. Volumus autem, quod si vnionem, annexionem, & incorporationē huiusmodi effectum sortiri contigerit Parrochialis Ecclesia Sancti Petri prædicta debitis propterea non fraudetur obsequijs, nec animarum cura in ea aliquatenus negligatur, sed eius debita supportētur onera consueta. Dantes, & concedentes nihilominus eidem Domino Archipresbytero dicto casu plenam, & liberam administratione dictæ Ecclesiæ, iuriumque & pertinentiarum suarum, ac eius curam animarum Quæ omnia, & singula, necnon præsentes nostras litteras, & in eis contēta, vobis omnibus, & singulis supradictis, & vestrum, cuilibet intimamus, insinuamus, & notificamus, & ad vestrā, & cuiuslibet vestrum notitiā deducimus, & deduci volumus per præsentes, ne aliquis vestrum de præmissis ignorantiā aliquam prætendere valeat, seu allegare: vobis, nihilominus, & vestrum cuilibet in virtute sanctæ obedietiæ, & sub excommunicationis pœna, quam in vos, & vestrū quemlibet si mandatis, & inhibitionibus huiusmodi nō parueritis cum effectu, sex dierum pro canonica monitione præmissa quorum sex dierum, duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos pro tertio, & peremptorio termino assignamus, ex nunc ferimus in his scriptis, districtæ præcipiendo inhibemus, ne dicto D. Archipresbytero, aut Archipresbytero, pro tempore existenti dictæ Ecclesiæ S. Mariæ, vel Procuratori suo quo minus corporalem, realē, & actualem dictę Parrochialis Ecclesiæ S Petri per nos vt præmittitur vacantis, si vacat ad præsens, vel quamprimum, vt præmittitur, illam vacare contigerit iuriumque, & pertinentiarum, eiusq; etiam auctoritate propria liberè apprehendere, eiusque fructus, redditus, & prouētus in suos, & prædictarum Ecclesiarum vsus, & vtilitatem conuertere valeat vt præfertur, omniaque suprascripta suum debitum sortiantur effectum, impedimentū aliquod præstetis per vos, vel alium, seu alios publicè, vel occultè, directè, vel indirectè, vel quouis quæsito colore vel ingenio, aut ipsum impedientibus, seu aliquis vestrum det auxilium, consilium, vel fauorem. Absolutionem verò omnium, & singulorum, qui mandatis, & monitionibus, nostris huiusmodi non paruerint nobis, & Superiori nostro tantummodo, &c. Reseruauimus in quorum quidem testimoniū, & fidem præsentes fieri iussimus, & registrari, & per Notarium nostrum infrascriptum in forma publica documenti subscribi, præsentibus vener. D. A F testibus ad præmissa vocatis & rogatis.

Alia erectio Monasterij cum dotis assignatione.

ADmodum Illustris, & Reuerendissimus D. N plurimos annos in Romana Curia versatus, summorum Principum negotia sūma fide, laude, ac industria pertractauit ad N. deinde Episcoparum summa cum laude assumetur egregiarū suarum virtutum exempla præbens, gregemque ouium suarum cum ea qua decuit, & decet charitate, pauit & pascet. Hæc autem, ac alia multa a Deo Optimo Maximo beneficia in eum collata fuisse profitetur, eiusque diuinæ bonitatis, omnia accepta referta, secum animo voluēs quo nam modo aliqua in re tot, tantorumque beneficiorum memor erga diuinā maiestatem videri possit, ne tāquam seruus inutilis talentum, quod a Domino accepit in Terra abscondat, sed vt bonus, ac fidelis aliud super lucretur ad Dei honorem, & gloriā, ac ad publicam vtilatem, ac suæ patriæ decus. Monialiū ędes ad Monasterij vsum in Ciuitate sua charissima patria, cui demum plurimum decreuit, debere, & se deuictum essē ingenuè fatetur, iuxta illud (Ciuitati obligamur, in qua nascimur, alimur, & docemur) extruere, ac dotare decreuit, in quibus triginta velatæ puellæ obseruatione Diui Augustini degentes, soli Deo viuentes, diuinum cultum in dies magis augeant. Volens huiusmodi sui bonam animi deuotionem, ac pium Præpositum ad effectū ducere. Hinc est, quod anno, &c. Idem Reuerendiss. D. N. Sanctissimi D. N. Papæ, ac Sanct. Sedis Apostolicæ consensu, ac beneplacito primitus reseruato, &

to, et non alias, etc. de quo expresse protestatus fuit, et protestatur, nonnullas ędes simul iunctas huius rei causa, vt dixit, iam dudum emptas cum viridario, ac aliis earum membris, et pertinentiis sitas in Vrbe confinatas in tali loco, vel si qui, etc. dicto futuro monasterio, ac Monialibus pro tẽpore degentibus applicauit, ac titulo donationis irreuocabilis quæ fit, et fieri dicitur inter viuos dedit, cessit, transtulit, et concessit: super quibus ædibus, ac viridario, siue horto eis contiguo, membrisq; iuribus pertinentiis, iurisdictionibus, vsibus, commoditatibus, ac adiacentiis earundem vniuersis cessit, ac transtulit ad fauorem Monasterii, ac Monialium prædictarũ omnia iura, omnesque actiones, etc nullo iure, nullaque actione sibi desuper de cætero reseruatis, sed omnibus indictarum futuri monasterii, ac Monialium fauorẽ penitus translatis, ad habendum, etc. Ponens, etc. constituens, etc. dans licentiam, etc. et donec, etc. constituit, etc.

Quas ædes, vt supra applicatas promisit dictus ReuerendissimusD N. vel opportuna restauratione, et fabrica ad forma Monasterii redigere, aut si sibimagis expedire videbitur, eas funditus distruere, ac solo æquare, et in earumfundo, ac solo ædes ad Monasterii formam capaces, pro commoda habitatione triginta Monialium ad minus, vna cum Ecclesia, siue capella pro diuini cultus vsu fundare, et extruere facere, ac sufficientem supellectilem, vtensilia, paramenta, ornamẽta, resq; alias ad diuini cultus, ac earundemMonialium vsum necessarias prouidere.

Et vt Moniales pro tempore degentes in Monasterio prædicto possint, et valeant ea, quę ad earum substentationem fuerint in dies necessaria prouidere, ac onera eis incumbentia sopportare, promisit ante dicti Monasterii perfectionẽ emere, sub nomini, acMonialium prędictarum, tot loca montium non vacabilium Romæ, quorũ redditus, fructus ac prouentus, quot annis constituant scuta trecentamonetæ, quæ cẽseantur, et sint applicata, prout ex nunc, prout ex tunc, ac ẽ contra, ac pro dum, et quando empta fuerint, applicauit prodote dicti Monasterii, ac Monialium, quæ de dictis fructibus ad effectum prædictum disponere valeant.

Quod si vmquam contigerit loca montiũ prædicta extinguit, siue redimi, debẽat toties, quoties contigerit, eorum pretium erogari in emptionem aliorum locorum montium non vacabilium, aut annorum censuum, prout se occasio præbuerit modo, quo supra. Ita vt in quocunque inuestimento, siue reinuestimento pretii prędicti fieri debeat expressa mentio, quod sit de pecuniis profectis à dictoReuerendissimo D.N. fundatore, ac de huiusmodi instrumẽto, die, & anno, quibus fuit celebratum, ac de Notario de eo rogato.

In quo Monasterio recipi, & admitti debeant duodecim puellę intra annum, post eius perfectionem, & deinde recipiantur, vsque ad completum numerum prædictarum triginta Monialium, in vna aut pluribus vicibus, prout occasio in dies se offert, & prout ipsi Reuerendissimo Domino Fundatori videbitur melius expedire, qui numerus possit etiam augeri, Monasterij facultates id tulerint arbitrio Reuerendissimi Fundatoris, ipsius Monasterij, pro tempore Rectorem.

Puellæ autem in dicto Monasterio recipiendę, honestis parentibus ortæ sint, quæ habitum per alias Moniales Ordinis Sacti Augustini gestari solitum, suscipere, & Anno probationis elapso professionem regularem per easemitti consuetam in manibus Abbatissæ, pro tempore emittere, nec non perpetuam clausuram, regularia instituta eiusdem Ordinis S. Augustini seruare, diuinisq; Officijs, & Laudibus insistere debeant.

Pro Monialium autem in dicto Monasterio introducendarum taliçi directione ac in ritu, & disciplina Regularibus instructione, duæ, aut plures, si opus fuerit, & eiusdem, vel alterius Ordinis Regularis Obseruantię Moniales, quę ad id voluntariæ repertæ fuerint, ex earum Monasteriis de Superiorum suorum licentia, assumi, & educi, ac in dicto erecto Monasterio transferri, introducique debeant, perpetuo, vel ad tempus, prout eis videbitur, puellas in ritu, & disciplina Regularibus instruendi gratia, quæ Moniales dietim in eorum Officij pro Fundatoris, ac eius heredum, & successorum quorumcumque animæ salute, preces Deo Optimo Maximo offerre, & pro defunctis Psalmum, De profundis, cum Oratione funebre recitare, necnon tabellam, in qua huius Operis, et dicti D. Reuerendissimi D. Fundatoris expressa mentio fiat in loco de facili inspi

ciendo,

ciendo, sub ornatis verbis, dicto Reuerendissimo D. Fundatoris bene visis, retinere debeant.

Puellæ autem in Monasterium prædictũ pro tempore ingredi volentes, non recipiantur, nisi prius earum singulis, vltra cõgruam suppellectilẽ, eleemosynam scutorum ducentorum monetæ ad minus assignetur, in actu assignationis illius deponẽda, in Sacro Monte Pietatis Almæ Vrbis; vsque ad emissa professionem puellæ in dies recepto eroganda, prout erogari statuit, deinceps emissa professione in emptionem tot locorum montium non vacabilium, sub nomine, ac ad fauorem Monasterii prędicti, quorum locorum montiũ acquirendorum ex eleemosynis introducendorum Monialium alienationem quãcumq; etiam alienationis vocabulo latissimè sumpto, expresse prohibuit, donec, et quousque locorum numerus adeò auctus fuerit, vt cum eorum pretio aliquis ager, siuè predium notabilis valoris in territorio N. aut ab eo parum distante, prę u a licẽtia Ordinarii loci, ac Officialium pro tempore dicti Monasterii, sub nomine, ac ad fauorem, vsumque et proprietatem Monasterii prefati, acquiri valeat, sub expressa prohibitione alienationis illius, et similia Inuestimenta sẽper, ac toties, quoties fieri possint, quando aderit tantus locorum montium numerus, vt ex eorum pretio notabilis acquisitio vnitorum bonorum stabilium de licentia, vt supra fieri possit.

Insuper Fundator præfatus noluit, atq; inuiolabiliter, statuit, quod sibi, quẽ Deus ad Nestoreos annos peruenire permittat, et successiuè eius hęredibus et successoribus quibuscumque in perpetuum, in infin tum liceat, sex velatas puellas, ac binas seruientes, in bona tamen corporis, et mentis valetudine constitutas, ac deformitate, siuè notabili defectu carentes in dictum Monasterium, absque alia eleemosyna, sed tantummodo cum sola pro cuiusq. earum vsu, congrua, et consueta suppellectili, etiam in principio ingressus aliarum in primo anno accipiendarum introducere ac alias cuiusque earum locum per obitum, siue alias vacan. modo quo supra, sufficere, et subrogare, ita vt in dicto Monasterio semper, in perpetuum, et in infinitum Moniales sex velatæ, ac bonę seruientes à Fundatore, et successiuè ab eius hæredibus, et successoribus, quibuscumque per lineam masculinam electę, ac nominatæ, modo quo supra, vitam ducere, et degere debeant, quibus eligendis, et nominandis puellis præferre debeant semper, ac toties quoties nominato, et electio fiet perpetuis futuris temporibus puellæ quouis modo, et gradu attinentes Fundator ac eius hæredibus, et successoribus quibuscumque.

Propterea, vt monasterium prefatum, illiusque personę, sub ceteri Regulis, et Constitutionibus rectè, feliciter, ac prosperè in spiritualibus dirigantur, ac gubernentur, ipsi Reuerendissimo Domino N: omnimoda cura spectet, et pertineat Abbatissę, et Monialibus pro tempore Monasterii prefati de idoneo Cappellano, necnon Confessore prouidere qui in Ecclesia siue Capella dicti Monasterii missas, aliaque Diuina Officia celebret, illis in diuinis deseruiat, ipsamque Abbatissam, Moniales, ac earum singulas in suis confessionibus audire, et à quibusuis peccatis ac delictis, de quibus corde contritę, et ore confessę fuerint, quoties, oportuerit, iniuncta eis, pro modo culpę pœnitentia salutari, absoluere, illisque Sacramenta Ecclesiastica administrare valeat, ac de verbi Dei concionatore idoneo prouidere, necnon quæcumque statuta, Ordines, Capitula, et Decreta eiusdem Monasterii, illiusque personarum curam, regimen, ac Monialium prędictarum receptionem, admissionem, ętatem, qualitates, victum, ac vestimentum. instructionem, directionẽ, et disciplinam, ac modum, et formam Officiorum Diuinorum, Precum, Orationum et aliorum Suffragiorum recitandi, cõcernentia, ac alia vtilia, et necessaria, licita, tamen, et honesta, Sacrisq; Canonibus, et Concilii Tridentini Decretis non contraria, ab ipso Reuerendissimo Domino N: Antistite, pro tempore examinanda, et approbanda facere, edere, ac quoties pro rerum, ac temporum qualitate, siue alias expediens videbitur mutare, corrigere, moderari, reformare, ac alia etiam ex integro concedere.

Insuper ad prouidendum regimini, et gubernio dicti Monasterii, et eius tẽporalium bonorum enixe rogau t, dominos sodales venerabilis sodalitatis Sãcti Ioannis de vt dignentur tres ex ipsis sodalibus vita, morumque probitate ac rerũ gerendarum experientia probatos, de-

trien-

triennio in triennium eligere,& deputato emolumenta,tam ab ipso Reuerendissimo cum facultate quæcũque bona proprietatis census, redditus, iura, obuentiones, & D.Fundatore quàm ab alijs quibuscumq; in perpetuum,ac simul, vel successiuè pro augumento bonorum dicti Monasterij, vt supra erecti,ac fundati,illiusque,ac earundem Abbatissæ,& Monialium pro tempore existentium, seu alicuius earũ intuitu, tam ante,quam post ingressum,illorum qualitercumque,& quomodocumq;elargienda, donanda, relinquenda, & eroganda,ex nunc, prout extunc., & è contra postquam elargita, donata, relicta, & ergata fuerint,possessionem realem, corporalem, & actualem capiendi, intrandi, & apprehendendi,captamque,& apprehensam retinendi,& continuandi,illasque locandi,dislocandi,arrendandi, regendi, gubernandi, & administrandi, nec non fructus, redditus, prouentus, iura, obuentiones,& emolumenta,ex eis prouenientia, ac oblationes,& eleemosynas eidem Monasterio,illasque futuris Abbatissis,& Monialibus, pro tempore quomodolibet, & qualitercumque, per quoscumque elargitas,/percipiendi, colligendi, leuandi, exigendi,recipiendi,& recuperãdi,ac in dicti Monasterij,illiusque pro tempore existentium Abbatissæ,& Monialium communes vsus,vtilitatem,& necessitatem conuertendi,Ministros,& Factores, Procuratores ad prædicta exequenda,ac etiã ad lites quascumque,pro tempore mouendas, agendi, defendendi,pertractandi, in quouis iudicio, & coram quibusuis iudicibus ac in quacumque instantia,prout in dies opportuerit,deputandi,& cõstituendi, ipsius Reuerendiss.D.N. Ciuitatis Episcopi licentia minimè requisita.

Quæ omnia, & singula præmissa, et inradicen. ac in præsenti instrumento contenta,& expressa, dictus Reuerendissimus D.Fundator,semper,& perpetuò rata, grata,valida,& firma habere,& tenere; ac in nullo sub quouis prætextu, iure, titulo, causa,ingenio,& quæsito colore per se, vel alium seu alios in iudicio,aut extra directè, aut indirectè contrafacere, dicere, opponere, aut venire: alias vltra præmissa, etiam ad omnia damna, &c. teneri voluit. Pro quibus, &c. dictus Reuerendissimus D. Archiepiscopus seipsum, &c bonaque,&c,ac iura, &c. in forma Cameræ Apostolicæ, cum clausulis, &c. citra, &c. obligauit, &c. & ita tacto pectore, more prælatorum, iurauit; Super quibus, &c.

Concessio Ecclesiæ per Episcopum ordinis Fratrum N.

Illustriss. & Reuerendiss. D. Hieronymus N. Dei, & Apostolicæ, Sedis gratia Episcopus B.cum consensu,et voluntate RR. DD. N. Præposit. & L. M. N. O. P. Q. & R. Canonicorum Ecclesiæ dictæ Ciuitatis capitulariter conuocatorum, & congregatorũ in loco infrascripto de mãdato eiusdem R.P.D. Episcopi pro infrascriptis peragendis, & pertractandis ibidẽ præsentium,& infrascriptis omnibus consentientium asserens, & illis exponens, quod ipse D.Episcopus non semel,sed plures fuit requisitus ex parte prioris, & fratrum ordini, N. pro concessione infrascriptæ Ecclesiæ eis faciendæ pro constituẽdo conuentum dicti ordinis, super quo plu-ries hebuit colloquium cum eisdem Præposito, & Canonicis considerantibus talẽ concessionem fore vtilem, & credere in vtilitatem totius fidelis populi dictæ Ciuitatis E. attentis laudabilibus meritis eorumdem Prioris,et fratrum, qui cum multiplici fructu, quem in Ecclesia Dei, doctrina, sermonibus, et claris exemplis conuersationis honestæ, et laudabilis vitæ attulerunt:ideo spontè,etc. Ecclesiam sancti N.positam in dicta Ciuitate B iuxta, etc. debitis præcedentibus solemnitatibus tam de iure, quam consuetudine requisitis,ac omnibus melioribus modo, etc.cum omnibus,et singulis domibus, et casamentis,ac terris, ceterisque eius iuribus spiritualibus, et temporalibus prædictis DD.Priori,et fratribus, et ordini prædicto absentibus,Ven. P. fratre P. Prouinciali in prouincia Lombardiæ, vna mecũ notario præsente, et pro eis legitime stipulan.et recipien. pleno iure concessit, et concedit, ipsosque Priorem, et fratres, ac ipsum ven. fratrem P. stipulantem, et recipientem, vt supra, per annuli impositionem, quem suis tenebat manibus solemniter instituit de dicta Ecclesia, iuribus,bonis antedictis.dans, et concedens, ex nunc eisdem Priori, et fratribus nunc, et qui pro tempore in ea fuerint,ipsius Ecclesiæ,iuriumque et pertinentiarum prædicto.

ctorum liberam ad ministrationem, reseruat tamen præfato D. Episcopo, & cuicumque in Ecclesia prædicta successori omnibus Episcopalibus iuribus, & annuo censu libræ vnius ceræ nouæ laboratæ, quam singulis annis in Vigilia Beatæ Mariæ mensis Septembris, eidem Episcopo cuicumque, & successori prædicto per dictos Priorem, et fratres, qui pro tempore in dicta Ecclesia erunt, soluen. in signum subiectionis, prout idem ven. frater P nomine dictorum prioris, et fratrum soluere promisit, et iuramentum fidelitatis in manibus ipsius D Episcopi, quo supra nomine, tactis, scriptis, etc, præstitit, super quibus, &c

Ex supradicta forma poteris elicere alias formas concessionis locis hospitalis, vel alterius cuiusuis ordinis, seu religionis cum ampliori reseruatione iurium mensę Episcopali vel sine aliqua alia reseruatione Episcopi arbitratu, et alias mutatis mutandis, singula singulis congruè referendo, et debite adaptando.

Munus benedictionis, & consacrationis Abbatissæ.

IN Dei nomine, Amen, etc. Constituta venerab lis, et religiosa domina Ioanna (Dei gratia) Abbatissa Monasterij sanctæ Mariæ Ciuitatis, etc. ordinis sancti Benedicti, coram Reuerendo in Christo Patre, et domino D. Ioanne, etc. Dei, et Apostolicæ Sedis gratia, Episcopi, etc. inter diuina Missarum solemnia pontificalibus vestibus induto, et existente in eius Cathedrali Ecclesia; ad altare maius dictæ Ecclesiæ, dixit, et exposuit præfato domino Episcopo, qualiter superioribus diebus, vacante Abbatia dicti Monasterii, seu decessum q. ven. D. Fräcisce, etc. olim Immediatè Abbatissæ dicti Monasterii, quæ extra Romanam Curiam diem suũ clausit extremum, capitulum dicti Monasterij volens prouidere de persona ad regimen dicti Monasterii, et Monialium, vnanimiter, et pari concordia, ac nemine discrepãte, solemniter elegit ipsam D. Ioannam Abbatissam, et pro Abbatissa dicti Monasterii, et ad regimen, et gubernium ipsius, et monialium in eo existentium, prout de dicta electione continetur instrumẽto, rogato per N. etc. quæ electio deinde confirmata fuit per præfatum D Episcopum, prout de dicta confirmatione patet aliud publicum instrumentum manu N. notarii publici rogati, et stipulati. Propterea ad obseruationem iuris, ex debito officio ipsius D Abbatissæ, cum instantia debita petiit à præfato D Episcopo, quatenus de paterna benignitate dignetur, eidem D. Abbatissæ, munus benedictionis impendere, seruatis debitis solemnitatibus, et ritibus, in forma Ecclesiæ consueta, offerens se paratam iurare, et debitum fidelitatis iuramentum præstare in manibus prædicti D Episcopi recipientis suo, et nomine sanctissimi D. N. Papæ Clementis Papæ Octaui, ac sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, in forma debita, et alia dicere, et facere, ad quæ de iure tenetur. Qui D. Episcopus auditis, et intellectis superius expositis, et requisitis per præfatam D. Abbatissam, et visis instrumentis electionis et confirmationis, de quibus supra, et visis videndis, quoniam honesta petentibus non est denegandus assensus, prædictæ requisitioni annuen. auctoritate sua ordinaria principali, et prælibati Sanctissimi D. N. Papæ, qua fungitur in hac parte, et alijs omnibus meliori modo, etc. debitis præcedentibus, solemnitatibus, et ritibus, etiam substantialibus, tam iuris, quam facti, de iure, vel de consuetudine in similibus opportunis, et seruata forma Ecclesiæ, munus benedictionis, vt supra petitum, eidem Ioannæ ibidem præsenti, et humiliter flexis genibus, et deuotè acceptanti, impendidit, baculumque pastoralem tradidit, et annulo digito eius, moris est, ipsam subarrahit, quo facto, præfata D. Ioanna Abbatissa, delato prius eidem iuramento, per præfatum D. Episcopum, et ab ea manibus corporaliter tactis scripturis sacrosanctis, iurauit, et iurat in manibus præfati D. Episcopi stipulantis, et recipientis suo nomine, ac Prelibati Sanctissimi D. N Papæ, et S. R. E ac præstitit, et præstat debitum fidelitatis solitum iuramentum, in forma solita, et consueta, à iure requisita. Et de prædictis omnibus prædictus D. Episcopus mandauit mihi notario ipsa autem domina Abbatissa rogauit me notarium, vt vnum, vel plura publicum, seu publica conficerem instrumenta, præsentibus ibidẽ discretis viris D. N et N testibus, etc.

Forma impositionis primi lapidis fundamento Ecclesiæ, vel Hospitalis per Episcopum.

IN Dei nomine Amen, etc Reuerendissimus D. in Christo pater & dominus N. Dei

Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus, &c. existens in qoodam pretio terræ domini N. posita, &c. in quo dictus N. intendit ædificari facere de nouo Ecclesiam seu Oratorium, vel Hospitale, prout fuerit, &c. sub vocabulo Beatę Marię, & vnũ altare erigi in dicta Ecclesia; astante fidelium copiosa multitudine, pontificalibus vestibus indutus, cum aspersione aquę benedictæ, & incenso, interuenientibus quibuscumque solemnitatibus, & ritibus, opportunis, & ipsis obseruatis, Christi nomine inuocato, ad honorem Dei, & Beatę Mariæ Virginis, in nomine S. Saluatoris, curiam finxit; & primum lapidem in fundamento ipsius Ecclesiæ, & altaris prędicti posuit. In cuius rei testimonium dictus D Episcopus mandauit mihi notario, & dictus N. rogauit me notarium vt de prędictis conficerem instrumentũ pręsentibus ibidem discretis viris DD. N. & O testibus, &c.

Forma consecrationis Ecclesiæ, & Altaris.

IN Dei nomine Amen, &c. Reuerendissimus in Christo Pater D. N Dei, & Apostolicę Sedis gratia Episcopus, &c. existens in Ecclesia sancti Petri, etc. pontificialibus vestibus indutus, & attendẽs, et considerans, quod non locus hominem, et homo locum bonis operibus sanctificare consueuerit, instante, etiam, & requirente R. D. Presbytero Laurentio, &c. Rectore dictę Ecclesiæ, ad laudem, & gloriam, honorem summi, & omnipotentis Dei, beatæ, & gloriosæ Virginis Marię matris eius, necnon beati Petri Apostoli, sub cuius vocabulo fundata fuit dicta Ecclesia, et eorum suffragio misericorditer implorato, omnibus melioribus modo, etc. interuenientibus quibuscunque solemnitatibus tam iuris, quam, facti, etiam substantialibus in similibus opportunis, de iure, et consuetudine, cum aspersione aquę benedictę, et incensu, et sacræ vnctionis impressione, dictam Ecclesiam sancti Petri, etc. et altare maius in ea existens consecrandam, dedicandam, ac consecrandum, et dedicandum duxit, illam ac illud consecrauit, et dedicauit, seruatis in his debitis solemnitatibus, et ritibus, iuxta constitutione, et formam sanctæ Matris Ecclesiæ. In cuius rei testimonium prædictus D. Episcopus mandauit mihi notario, et dictus presbyter Laurentius Rector prædictus rogauit me notarium etc. vt supra Et idem modus seruetur in consecratione altaris, opponendo, in qua parte Ecclesiæ sit situm; et aliis mutatis, mutandis, etc.

Forma electionis Abbatissæ, facta per Capitulum Monasterij.

IN Dei nomine. Amen, etc. Conuocato, et congregato Capitulo Monasterij S. Luciæ ciuitatis, etc. ordinis S. Benedicti, pro infrascripta peragenda electione, in loco infrascripto, vbi pro negotiis dicti Monasterii connocari consueuit, sono cãpanellæ, vt moris est: de mandato sororis Catherinæ, etc. senioris Moniall, et priorissæ dicti Monasterii; in quo quidem Capitulo inter fuerunt ipsa Catharina, necnon D. F. G. D omnes Moniales professæ dicti Monasterij; asserentes se esse maiorem, et saniorem partem dicti Capituli, et quod in dicto Monasterio non extat alia monialis, quæ ad infrascripta possit, vel debeat commodè euocari: prædictæ Ven Priorissa dixit, ei exposuit eisdem DD. Monialibus, Capitulariter congregatis; quodq; Francisca olim immediate, Dei gratia Abbatissa dicti Monasterii, prout Deo placuit, vita occubuit, prout eis notum est; quia non expedit, ipsum Monasterium Abbatissæ regimene destitutũ remanere, ne defectu Pastoris, Domini gregem lupus rapax inuadat, aut viduata Ecclesia aliquod Patiatur detrimentum; institit igitur dicta D. Priorissa ibidem in dicto Capitulo, cum præfatis DD. Monialibus, vt ad electionem nouæ Abbatissę deueniret, & eidem Monasterio de idonea et vtili persona, per quam circumspecto regi, & salubriter dirigi valeant, prouiderent, & dixit, & exposuit D. Ioanna, &c. Monialis dicti Monasterij, quæ hactenu se legaliter, & honestissimè gessit in dicto Monasterio, & cuius vitas moresq; probatissimi noti sunt ipsis omnibus DD Monialibus, & Capitulo; sibi videtur quod si eligatur in Abbatissam dicti Monasterij, erit vtilis dicto Monasterio, ac habilis, & idonea illius regimini, attenta eios laudabili vita, & moribus, ac sufficientia, & integritate ipsius, morumq; spiritualiam experientia, & prouidentia, et temporalium

cir-

circumspecta, et propterea cum instantia petijt ab ipsis DD. Monialibus, et Capitulo, quatenus in premissis votum suum explicare, velint, et eis placeat, ad electionem dictæ dominę Ioannæ deuenire: vel aliam quam optiorem cognouerint, ad regimen dicti Monasterij Quę moniales, aud tis præpositis per dictam Priorissam responderunt, et dixerunt, quod post decessum dictæ olim Abbatissę pluries tractarunt, et colloquium insimul habuerunt, de, et super præmissis, et habito diligenti tractu arbitratæ sunt, et arbitrantur, quod dicta domina Ioanna, accedentibus eius virtutibus, et benemeritis erit sufficiens, et idonea ad regimen dicti Monasterij et personarum ipsarū Monialium. Et propterea, ad euitādas quascunq; rixas, seu præiudicia, quæ forte suboriri possent, ex diuturna vocatione dicti Abbatissatus, decreuerunt ad electionem nouę Abbatissę deuenire. Vnde ibidem prędictę dominę Priorissa, et Moniales capitulariter, vt supra congregatę, precedentibus inter eas pluribus tractatis, et colloquijs habitoq; nunc diligenti scrutinio, accedente sancti spiritus gratia, ipsius, et gloriosę Virginis Marię, ac beatę Lucię, sub cuius vocabulo dictum Monasterium fundatū est, nominibus, et suffragio inuocauit, vnanimiter, et concorditer, ac viua voce, sponte, etc. omnibus meliori modo etc. interuenientibus quibuscumque solemnitatibus etiam substantialibus, tam iuris, quam factis, in similibus opportunis, et tam de iure, quam de consuetudine requisitis, solemniter, et legitimè elegerunt, & eligunt dictā dominam Ioannam monialem, in Abbatissam dicti Monasterii ibidem presentem, et humiliter, ac deuotè electionem ipsam acceptantem, et suscipientem. Quo facto prefata domina Priorissa, vna cum eis, Te Deū laudamus, more solito, cum cordis iubilo decantando, et pulsatione campanarum accedēte, dictam D Ioannam Abbatissam introduxit in Ecclesiam dicti Monasterij, et ipsam posuit, et induxit in tenuta, et possessione, seu quasi dicti Abbatissatus per pannos, et cornu altaris dictę Ecclesię, et funes campanę eiusdem assignādo stallum, seu solitam sedem in Choro, et locum in Capitulo dicti Monasterij, et alia dicendo, et faciendo, quę in similibus fiere consueuerunt, et requiruntur, in signum vere tenutæ, et corporalis possessionis dicti Abbatissatus, iuriumq; et pertinentiarum suarum spiritualium, et temporalium Et de prędictis Prefata D Abbatissa, et ipsę Moniales rogauerunt me notarium, vt inde publicum conficiam instrumentum, Actum, etc. presentibus N. et N. testibus, etc.

Instrumentum ingressus mulieris ad ordinem Monacatus.

IN Dei nomine Amen. etc. In meis, etc. personaliter constitutę venerabiles, et religiosę mulieres DD. B. Abbatissa Monasterij N. soror. M. et N. N. N. et M. sorores etc. Moniales dicti Monasterij capitulariter congregatę in dicto Monasterio, ad sonum campanelæ, vt moris est ipsorum, pro his, et aliis dicti Monasterij pertractandis negociis; præsente Agatha filia P. ætatis, vt ipsa Agatha, vna cum P. eius patre ibidem præsente, asseruerūt 16. annorum completorum petente, et supplicante, cū consensu, et auctoritate dicti P. patris sui, et legitimi administratori, præsentis, et auctoritatem eidem præstantis, ad omnia, et singula infrascripta omnibus suatione, et violentia cessantibus: receperunt ipsam Agatham in monialem, et sororem dicti eorum Monasterii, eamq; cætui aggregauerant; quæ Agatha non vi, dolo malo, vel metu, aut suasione aliqua ducta, seu circumuenta, sed spontè, etc. eleuatis, iunctisque manibus, dedicauit se. Monasterio supradicto, quam Agatham prædicta D. Abbatissa cum consensu, et voluntate supradictarum Monialium, recepit ipsam Agatham, ducendo ante altare Ecclesiæ dicti Monasterii, decantato hymno sancti Spiritus, scilicet Veni Creator Spiritus: et ipsius gratia humiliter inuocata, dicta D. Abbatissa ipsam expoliauit vestes sæculares (quibus erat induta) stantem gentibus flexis ante dictū altare, et induit eā vestimenta monachalia, et solitum habitum Monasterii supradicti, promittens ei, cum consensu Monialium humilem victum, et vestitum, dum ad seruitia, et in habitu monachali perseuerabit; et è conuerso idem D. P pater dictæ Agathæ dedit, et exbursauit in proprils manibus dictæ dominæ Abbatissæ, ibidem præsentis, et recipientis, cum consensu dictarum Monialium, pro eleemosyna, et dote d. Monasterii, et ipsius Agathæ, summam scutorū N. quæ in mei notarii, et testium infra-

infrascriptorum præsentia habuit, & recepit in prompta, & numerata pecunia, in tot paulis, & testonibus Papalibus, de quibus se bene contentam vocauit, exceptioni, &c. ad maiorem cautelam renunciauit quietauitq; &c. per pactum, &c. quæ omnia, &c. alias, &c. Pro quibus, &c.

Renunciatio bonorum cum decreto Iudicis.

Coram magnifico, & Eximio I. V. D. Curiæ Capitolij, & in Rom Cur. Iudice ordinario, & sedenti pro tribunali, super quadam sede lignea; quam ad actum infrascriptum peragendum tantum, pro suis idoneis loco, & tribunali elegit, & deputauit ac in mei, &c. præsentia personaliter constituta.

Nob. & honesta puella domina B. filia bo. me. N. & C. quæ sicut dicto D Iudici exposuit per organum mei notarij, sancti Spiritus Inspiratione ducta, vult, & intendit vitam sanct monialem ducere, in Ven Monasterio sancti Laurentij in Pane, & perna, & inibi professionem emittere, & Altissimo perpetuò familiari, cum dote scutorum quingentorum monetæ de iul. decem pro scuto, & cum aconcio, seu bonis mobilibus scutorum centum quinquaginta similium; quæ dos est ex maioribus; quæ hucusq; dicto monasterio dari sit solita. Volens ante dictæ religionis ingressum, de bonis, & iuribus, quæ sibi quomodolibet obuenire possent, disponere, vt humanarũ rerum iuribus omninò libera Deo optimo maximo feruentiori, & quietiori animo inseruire valeat. Spontè, &c. omni meliori modo, &c cum interuentu, præsentia, & consensu magnificorum DD. eius præsentium, & auctorizantium, & cum iuramento tacti, &c affirmantium, bis nullum habere interesse, & ea non tendere in præiudicium ipsius dominæ Iuliæ omnia, & singula bona aucta, paterna, & materna, & alia quæcumque ad ipsam, etiam ratione supplementi legitimæ, vel trebellianicæ, & alias quomodolibet, & alio quouis titulo, causa, ratione, & successione, nunc, & pro tempore spectantia, & pertinentia, etiam si speciali nota digna esset, & in generaliter minimè comprehenderentur, ac omnia, & singula iura, & actiones sibi super dictis bonis quomodolibet, & qualitercumq; cōpetentia, & competētes, competitura, & competituras cessit, renunciauit, & refutauit, ac irreuocabiliter, & inter viuos donauit, & titulo, puræ, & perfectæ donationis concessit, & tradidit.

Magnifico Domino N. eius germano fratri, cui magnifici DD B C F. communes fratres pro agnationis conseruatione, & nob. N. familiæ decore, omnia eorum bona irreuocabiliter donarunt, præsenti, & stipulanti pro se, & eius hæredibus, & successoribus quibuscumque. Ad habendum, &c ponens, &c nullo iure &c. Constituens, &c. dans licentiam, &c. & donec, &c.

Et hanc cessionem, renunciationem, refutationem, & donationem, ac omnia, & singula in hoc instrumēto contenta, dicta D Iulia, cum dictis consensu, & auctoritate fecit, & facere declarauit, dicto D. N. vt supra præsenti, &c. quia dixit, & affirmauit, se à dicto D N. eius fratre decenter, & competenter fuisse dotatam, in dictis scutis quingentis, & pro acconcio, & bonis mobilibus in dictis scutis centum quinquaginta monetæ de iul. decem pro scuto; & quia sic sibi de bonis, & iuribus prædictis libere, & liberaliter benefacere placuit, & placet. Promittens huiusmodi cessionem, renunciationem, refutationem, & donationem, tanquam bonas, & benefactas, perpetuò, seruare ratas, &c. & in nullo contrafacere, &c. easdem minimè reuocare, & reuocari facere, quouis prætextu, & causa, etiam in corpore iuris clausa: renunciando desuper cum iuramento, quod tactis, &c. præstitit ad dicti D. Iudicis certiorationē beneficio l. si. l. fi. C de reuo. dona. ben sen. conf. Vell. auth. si qua mul. l Iuſ. de fun. dot statutis Almæ Vrbis, illorum nouis reformationibus, beneficio restitutionis in integrum ex quouis capite resultāti, & competenti cæterisque, &c. Et pro maiori huius cessionis, & donationis roboris firmitate, ead. D. Iulia cum dictis consensu, & auctoritate consensit illius insinuationi coram quouis Ro. Cu. Iudice competente facienda; & ad illa insinuan & in actis publicis redigen. & redigi facien. constituit eius procuratorem, vt in rem propriam D. cum potestate substituen, & alijs facultatibus opportunis.

Pro quibus, &c. ita obseruãdis dicta D. Iulia, cum dictis consensu, & auctoritate obligauit se, & bona, & iura in forma Cameræ

meræ Apostolicæ, cum clausulis citra, etc. renunciando, etc. iurauit, etc. Et prædictus magnificus D. Iudex, vt supra pro tribunali sedens, visis, et intellectis prædictis, et causa incognita, et diligenter inspecta, in, et super eisdem tamquam ritè, rectè, et legitimè gestis, suam, et sui officij quo fungitur, auctoritatem ordinariam, et iudiciariam pariter, et decretum interponen duxit, et solemniter interposuit, omni meliori modo, etc. suppletis, etc. super quibus, etc. actum Romæ in

presentibus ibidem N. et N. quia vna cum dicta D B. proprij manibus subscripserunt, testibus, etc.

De Testamentis, et Codicillis. Cap. VII.

De Testamentorum Codicilis.

PEr presens publicum instrumentum, quod dicitur in scriptis, pateat cunctis euidenter, et sit notum, quod Anno, etc. D N. sanus diuina fauente clementia mente, corpore sensu, et intellectu, cōsiderans futuræ mortis euentum, et instabilem huius vitæ nostræ cursum prospiciens, certum esse omnibus moriendum, incertum autem vbi, et quando, et quoniam timet (vt asseruit) ne forsan ab hac luce ipsum ab intestato decedere contingat. et ob id inter eius posteros aliqualis, et differentia exoriatur, aut exoriri possit, dum sibi bona animi corporisq; valetudo superest, tamquam verus, et fidelis Catholicus animæ suæ saluti consulere, rebusq; et bonis suis sibi a Deo collatis, vt decet prouidere, et ordinare volens, quoddam nuncupatum in scriptis testamentum clausum, et sigillatum inferius scriptum, et annotatum mihi notario infrascripto tradidit, et consignauit; Rogans, et requirens me eundem notarium infrascriptum, vt instrumentum prædictum reciparem, illudq; in meis scrineis, et capsis inter alias meas notas, et scripturas publicas fideliter custodirem, et nulli personæ; nisi de suo expresso consensu, et voluntate, seu post eius obitum, nisi ipso prius, coram Iudice ordinario competente ad instantiam interesse habentium, et citatis sua interesse putantibus, seruatisq; solemnitatibus de iure requisitis exhibito, et producto, aperto vllatenus traderem, aut exhiberem aut aliquam fidem, seu instrumentum de eo darem, et infrascriptos ibidem astantes, vt sese prędicto testamento clauso suis nominibus subscriberent, illudq; etiam proprijs sigillis subsignarent, et testes huius rei rogauit: Super quibus omnibus, et singulis idem testator per me notarium subscriptum seruatis præmissis, ac suis loco, et tempore congruis vnum, vel plura publicum, seu publicam traderem, et conficerem Instrumenta. Cum septem testibus, et me Notario, etc.

Testamentum in scriptis.

IN nomine Sanctæ, et indiuiduæ Trinitatis, Patris, et Filij, et Spiritus sancti, Amen. Ego Antonius Massa Romanus Ciuis de Gallesio, quod est in Faliscis, Oppido oriundus: quoniam ridiculam semper existimaui illorum superstitionē, qui mali ominis esse putant, sano quempiam, et valente corpore hominem facere testamentum, quia potius omnibus nobis viuendum esse arbitror ita, vt singulis momentis morituris; præcipiente Saluatore nostro, vt vigilemus quia nescimus, quando dominus domus veniet sero, an media nocte, mane, an galli cantu, ne cum repente venerit, inueniat nos dormientes. Vt sic omni tempore, videatur conueniens esse genus illud Testamentorum, quod antiqui procinctum appellabant, eoq; vtebantur in prælium exituri, quasi incerti, an recituri essent; Idcirco post eas, quas pro animæ salute, domini implorato præsidio, conabor præsto, ac paratas mihi esse cautiones: hoc quoque de his, quæ fortunæ appellantur bonis paratum esse volo mentis, voluntatisque meæ testimonium. Primum itaque, Leliæ, et Tarquiniæ natis, et alijs forsan nascituris filiabus meis relinquo aurea, quæ scuta appellantur vulgo, mille et ducenta, pro qualibet earum dum nuptæ ad maritos ibunt, et cedant pro singularum dotibus, et pro ijs, quæ vulgariter dicuntur, Acconcia: sed si contingat eas, quamlibet earum religionem profiteri, nec nubere velle, in eum casum, relinquo vnicuique earum scuta similia quadringenta, quantitas ea est pro victu religiosæ fæminæ plus, satis, soluenda sibi, dum professionem facient. Et in summis prædictis ipsas filias meas, respectiue, hæredes instituo. Ita quod plus vllo vnquam tempore de bonis meis petere non pos-

possint. In reliquis verò vniuersis, & singulis bonis, actionibus & iuribus quibuscumq; ad me spectant, & spectaturis, vniuersales mihi hæredes, instituo Angelum cognomento Thadęum, & Pacificum, cognomento Matthæum, natos & quoscunque alios forsan nascituros masculos legitimos, & naturales filios meos æquis portionibus: & si contineat aliquam, seu aliquas ex filiabus meis feminis prædictis in pupilari ætate, vel postea quandocumque sine filijs legitimis, & naturalibus, ex legitimo matrimonio procreatis, qui superstet, aut alijs descendentibus mori, sic morienti, seu morientibus substituo vulgariter; pupillariter, & per fideicommissum, æquis portionibus, filios meos masculos, tunc extantes, ac defunctorum filios, nepotes, & descendentes, dando cuiuslibet defuncti filijs nepotibus & descendentibus vnam tantummodo portionem, quam ipse defunctis habiturus esset, si viueret, ita vt, dictæ sic morientes filiæ, non possit ex sibi superius relictis detrahere vllam quartam, neque falcidiam, neque trebellianicam, quarum quartarum detractionem benè certus de facultatibus meis, fieri omninò verò; sed omnia integra masculis, ac eorum liberis posterisue debeant restituere; quia desidero conseruare agnationem, & nomen familiæ meæ, quæ ex successione masculorum, & substantia fortunæ potissimum conseruantur. Et similiter si contingat mori, vel deficere ex ipsis filijs meis masculis vnum, vel plures, non superstitibus sibi filijs, aut filijs descendentibus masculis, legitimis, & naturalibus, ex legitimo matrimonio natis, non autem post natiuitatem, quoquomodo legitimatis tales enim aliter, qui legitimo constante matrimonio natos, parentum videlicet incontinentiæ, turbitudinisq; testimonia in hac mea successione agnosci nolo, sic morienti, seu morientibus substituto vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum superuiuentes tunc filios meos masculos, & defunctorum liberos, & masculos; ita quod omnes cuiuslibet defuncti liberi vna portione, loco videlicet sui parentis fruantur, istis autem sic morientibus, prohibeo omnem penitus falcidiæ, trebellianicæq; detractionem quoniam, vt dixi, omnia integra seruari volo, superuiuentibus masculis, Cætera huius mei Testamenti, quod esse volo nuncupatiuum, & sine scriptis, ordino, & dispono, secundum quod in sequentibus huius folij duabus paginis, eadem mea manu descriptis, continnetur, quas filo consutas, & meo sigillo signatas occlusi. Volens nihilominus, vt per quemcumque etiam nulla seruata solemnitate, me mortuo possint aperiri, Immo & si ante apertæ fuisse reperientur nolle propterea de contentis in eis, illarumq; fide quicquam diminui, &c. si verò (vt fuerunt humani casus) contingant omnes filios recedere, et eorum prolem masculinam, exatē prole ipsorum feminea: tunc si supererant filiæ meæ vna, vel plures, illæ si voluerint, communicatis dotibus earum, succedant cum dictis, quæ ex masculis extabunt feminis insimul, omnes pro virilibus partibus & vt dici solet, in capita; alioquin femina quoque prole deficiente masculorum, in vniuersum succedant feminę filię, & earum proles in stirpes Præterea dictis meis filijs, & hæredibus, & discendentibus, & cuilibet eorum, in perpetuum prohibeo, atque interdico omnem, & quamcumq, alienationem, vocabulo alienationis etiam largissimè sumpto bonorum meorum immobilium, seu illorum partis, aut censuum perpetuorum, quos habeo, & hoc itidem facio, vt bona ipsa remaneat in familia, & per ea familiæ nomen sustineatur, & si aliqui ex eis, vel simul omnes, circa hoc contra fecerint, volo tales præsumptas alienationes esse irritas, & inualidas, quia nonnullos habeo perpetuos annuos census, emptos cum pacto facultatis redimendi si vero contingat illos, aut aliquem ex eis redimi, volo, quod pecuniæ pretij restituendi conuertantur in emptione, bonorum stabilium quæ surrogentur in locum dictorum censuum, & sit in omnibus, per omnia subiecti, & comprehensa sub hac mea dispositione, &c. Protestans autem, & defensores familiæ meæ rogo, vt dignentur esse, &c. Executores verò merę voluntati esse volo, & vt esse velint, rogo egregios, &c Quibus, & eorum cuilibet de facultatem, & omnem potestatem, talibus executoribus tam de iure competentem, quam de vsu tribui solitam. Et hoc esse dico, & volo meum Testamentum, & vltimam voluntatem, quod, & quam valere volo, iure nuncupatiui testamenti, quod

quod dicitur fine scriptis, & si forsan, iure testamenti, quamlibet ob causam non valeret, volo valere iure codicillorum, vel donationis causa mortis, & cuiuscumque alterius vltimæ voluntatis, & iuris, quo qua, & quibus melius, & validius subsistere, & valere poterit Sepulchri, & exequiarum pompā quia superuacaneam esse duco, eius mihi nulla est cura, tantum opto, vt corpus in sacro loco humetur, atque vt Christiano ritu id fiat, descripsi autem huius testaměti, duo exempla, vt vnum sit penes me: alterum loco notolæ seu protocolli per notarium conseruetur. Actum, &c. præsentibus testibus, &c. ad præmissa per præfatum testatorem vocatis, rogatis, & habitis. Et ego Petrus &c. Ideo præsens Instrumentum subscripsi.

Non poterit de huius mei testamenti validitate dubitari, propterea quod has duas paginas occlusas voluerim coram testibus legi cum satis sit lectum esse hæredum institutionem, & ea quæ sint in prima pagina l. iubemus, & l hac consultissima, §. per nuncupationem, C. de testamentis l. Hæredes palam, ff. eo, & in stit.eo. §. si nem cetera quin sufficiat nuncupari per relationem ad aliud, nemo dubitat, l. si ita scripsero ff. de condi & demonstr. l.quem hæredi. de reb. dub. & ibi Doct. Quinimo etiam ipsam hæredis institutionem, per relationem ad aliud certum, valere communis est opinio, quæ seruatur, vt dicit Paul. Castr, in d. l. hæredes, & in d. § per nuncupationem, vbi est comm. & Alex. conf. 376 col. 2. & 3. lib. 5. & Soc. in d. l. si ita scripsero, Afflictus dec. Neap. 243. in fin. & latè Card. Paris. conf. 19. lib. 3. Non potest autem certior esse relatio, quam hæc per me facta descripta mea manu in eodem folio. Clementiæ autem Vxori simili modo, siue superfint filij siue non, volo restitui ducatos de carlenis 1300. quos habui ab ea nomine dotis, & quia portauit secum etiam capsas, cum acconcio subnominato, valoris ducentorum similium ducatorum, & de rebus tunc pro acconcio computatis partem, & paucissimæ sunt vsu consumptæ, reliquiæ in manu sua extant qualescumq, sint, pro eo quod tulit, precio, sibi habeat. Ita quod dicti acconcii causa, quicquam amplius petere non possit, lego & propterea sibi, & concedo omnes vestas, causa sua paratas, omniaq; aurea ornamenta, & anulos, tam per me quam per consanguineos, & amicos meos olim sibi oblatos, & pecunias ad summam quingentorum scutorum, exillarum, illorumq; venditorum, & venditarum pretio, redactas, &c.

Forma aperitionis testamenti in scriptis, latius, quam diximus extensa.

Coram magnifico D. N. hon. Gubernatore Terræ, &c. pro tribunali sedente &c. meq. notario, & testibus infrascriptis, comparuit D. A. filius q. B. de dicta Terra afferens, & exponens; quod nuper de præsenti mense Martij, supradictus B pater suum diem vitæ suæ clausit extremum inuento suo vltimo ab eo condito in scriptis testaměto, clauso, & sigillato, subscripto manu ipsius B. & etiam subscriptionibus, & sigillis, vt in eo apparet, D. E. F. G. H. I. & K. de dicta Terra habentibus caracteres, in cera rubea impressos: in quo quidem testamento verisimiliter credit se ipsum A. esse institutum hæredem, cum ipse B. fuerit pater legitimus, & naturalis ipsius exponětis, & priusquam immisceat se hereditati paternæ vellet scire commoda, & onera hæreditatis prædictæ. Vnde petiit à dicto D. Gubernatore & iudice ordinario, vt supra pro tribunali sedente dictum testamentum aperiri mădari, ipsumq; sic apertum, in publicam formam per me notarium redigi, ad ipsius interesse, seu aliorum hæredum, de quibus in dicto testamento. Quarè idem Gubernator, vt supra pro tribunali sedens, petitioni ipsius A. tanquam iustę annuen. præcipuè quia, iuri, & equitate conuenit, vltimas defunctorum voluntatis patěfieri, ideo recepto in ipsius manibus supradicto testamento, sic clauso, & sigillato, quod testamentum hoc modo clausum, & ligatum erat scilicet superior pars cartæ erat plicata cum inferiori parte, & in parte inferiori erat subscriptio prima testatoris, quæ apparebat extra plicaturam, qua sic dicit, Ego B, fateor istud esse vltimum meum testamentum, & manu propria subscripsi, alias Ego N. &c. de mandato dicti B. me subscripsi, et sigillum meum in quadam cordula linea per impressionem in cera rubea apposui. Deinde in eadem parte inferiori dictæ cartæ erant tres subscriptiones, cum tribus sigillis in cordulis lineis in cera ru-

bea impressis. Ego E. testis rogatus interfui, & me subscripsi, & in hac cordula linea meum sigillum per impressionem in cera rubea apposui. Ego F. testis rogatus interfui, & me subscripsi, & in hac cordula linea sigillum meum per impressionem in cera rubea apposui. Ego testis rogatus interfui, et me subscripsi, et in hac cordula linea meum sigillum apposui. Item in alio latere erant quatuor aliæ subscriptiones, quæ singulatim explicentur, vt supra, subinde dicatur, quos testes præfatus D. Gubernator ad eius Curiam euocari iussit et fecit, quibus, et vnicuique ipsorum delato iuramento, vnus successiuè post alterum, examinatus, attestati fuerunt, se interfuisse dicto testamento, eorumque subscriptiones, signa, et sigilla recognouisse; verum nescium quid intus in eo cótineatur. Quibus examinatis, idem D Gubernator aperiri mandauit dictum testamentũ, cuius tenor talis est, videlicet. In nomine Domini, etc. Quare rogatu supradicti A. filii dicti quondam B exponentis ad futuram rei memoriã, et ad ipsius A. hæredis dicti B. ac omnium legatariorum nominato in dicto testamento, omniumq; aliorum, quorum interest et interesse poterit in futurum certitudinem, et cautelam; prædictum testamentum redegi fecit, et mandauit per me, Notarium in publicam, et authenticam formam; et suam in præmissis interposuit auctoritatem, et decretum omni meliori modo, etc. Actum, etc. præsentibus N. et N. testibus, etc.

De Contractibus Cambij et Societatum Cap. VII.

Forma obligationis Cambij.

DN fatetur habuisse ad cambium à magnificis Dominis B et D. mercatoribus Romæ negociantibus, ducatos centum auri Cameræ veteris valoris, quos soluere, seu solui facere promisit, in oppido de Madrid. D. A. prædictorum mercatorum correspõsali, ad rationem quingẽtorum marauedinorum monetæ illarum partium, pro singulo ducato, infra duos menses proximos; et infra alios duos immediate sequentes mẽses, certificare mercatores ipsos in Curia, de solutione huiusmodi in partibus facta, alias nisi infra dicta tempora fuerit facta solutio, et successiuè certificatio, soluere promisit hic Romæ eisdem mercatoribus absentibus, me Notario, etc. vna cum cambiis, et interesse per D. Iudicem taxandis, liquidandis, liberè, etc. Pro quibus, etc.

Forma alterius obligationis Cambij.

MAgnificus, et Excellens D. Venturinus de Venturinis, Balneorgiensis Ciuis I. V. D. in Roman. Cur causarũ Patronus, sponte, etc. Ac omnibus melioribus modo, etc. Coram testibus, et me Notario, etc. Habuit, et recepit in contantim in prompta, numerata pecunia argentea papali, videlicet in tot iuliis, et testonibus scuta mille auri in auro, boni auri, & iusti ponderis ab Illustr. D. Tyberio Ceulo, et pro eo a magnifico D. Francisco de Christophoris Ciue Balneoregiensis dicti D. Tyberii Capserio presente, et realiter soluente, quæ dictus D. Veturinus ad se traxit et tracta totidem esse dixit, et affirmauit, de quibus scut. 1000. auri in auro se cõtentum, ac sibi integrè satisfactum esse vocauit, exceptioni, etc. Ad maiorem cautelam renunciauit, et dictum D. Tyberiũ absentem dicto D. Francisco præsente, et vna mecum Notario, etc. Stipulante quietauit, etc. Per pactum, etc. Quæ scuta mille restituere promisit In simili specie dicto D. Tyberio absenti eadem, qua supra, stipulatione interueniente, hinc ad quatuor mẽses ab hodie incipiendos, & vt sequitur finiendos, hinc Romæ liberè, etc. Quoniam verò dictus est solitus exercere, et traficare suas pecunias, nec otiosas retinere, et ex trafico debitũ, et consuetum vtile percipere. Ne igitur inter ea damnũ patiatur idem D. Venturinus consensit, et expresse voluit, quod ipsi D. Tyberio liceat propria auctoritate, et absque a licuius Iudici, Curiæ, siue Magistratus licentia, decreto, aut mandato, absque alia intimatione ipsi Domino Venturino, aut suis, etc. facienda dicta scuta mille auri in auro, siue eorum valorem sumere, et sumi facere supra ipsum Dominum Venturinum, ac eius risico, periculo fortuna, damnisque, et impensis, et interesse ad cambium, et recanbium per quasuis ferias, nũdinas, ac mundi partes, ac à quibusuis mercatoribus, et personis, et etiam à semetipso, et in dictis cambijs, atq; cambiorum cambiis, modo quo supradictũ est, semel, et pluries, ac toties quoties continuare vsque ad integram satisfactionem dictorũ scutorum mille, ac cambio-

cambiorum, recambiorum, ad quæ cambia, & recambia, vna cum damnis, impensis, & interesse, tam iudicialiter, quam extraiudicialiter, ideò patiendis, integrè persoluen. teneri, ac se efficaciter obligatum esse voluit, tẽpore restitutionis dictorum scutorum 1000. & deinde ad omne dicti D. Tiberij beneplacitum, quod ex nunc pro sibi legitima intimato, ac notificato haberi voluit, & vult. De quibus quidem cambijs, recambiis damnisque impensis, & interesse stare, & credere voluit solis, & simplicibus libris, & partis dicti D. Tiberii, etiam absque onere alicuius desuper faciendæ probationis. Pro quibus &c.

Donatio Ecclesiæ, & erectio illius in iuspa tronatus.

MAgnificus D. Vincentius Flaminius, Ciuis Balneoregiensis, qui ad consulendum saluti animarum ipsius, ac suorum parentum, & progenitorum, ac incitandum eius filios, & descendentes ad deuotionis zelum. Altare ven Ecclesiæ Sancti Bonauenturæ cõtratæ ciuitæ eius conciuis, ac suæ patriæ Præsidis, & Custodis, in cuius honorem Ecclẽsia ipsa fundata est quam in præcipuo cultu, ac veneratione habet dotare decreuit. Volens huiusmodi suum tam pium præpositum ad effectum ducere. Ideo spontè, &c. vigore facultatis & auctoritatis sibi ad hunc effectum tributæ ab Illustriss. & Reuerendiss. D. Carolo Totto Ferrariens. moderno Episcopo huius ciuitatis Balneorgii, de qua docuit per eius litteras desuper expeditas ab ipso subscriptas, & sui sigilli impressione munitas. Sub datum Balne orgii die. quas in medium originaliter exhibuit, & mihi Notario consignauit, tenoris in calce præsentis instrumenti registran. Et dictarum litterarum vigore, ac alias omni meliori modo, &c. Altare prædictum in dicta venerabili Ecclesia Sancti Bonauẽturæ existens dotauit, ac dotatum esse voluit, & vult aonuir i aliis septuaginta duobus argenteis, & ex titulo, & causa dotationis huiusmodi applicauit eidem Altari, & Cappellano illius pro tempore existen. ab ipso Domino Vincentio, & ab eius successoribus pro tempore eligen nominan. & præsentan. annum censum similis summę ad sui fauorẽ aliis impositum, & venditum à D.N pro pretio scutorum ducentorum, apparente instrumento desuper celebrato per Dominum Ioannem Antoniũ Venturinum Ciuem, & Notarium publicum Balneoregien. sub die ad quod quatenus oporteat condigna habeatur relatio, cui Altari, & Cappellano illius pro tempore existen. cessit, transtulit, demandauit, ac renunciauit omnia iura, omnesq; actiones quocumque nomine nuncupat. sibi super censu prædicto competentes, & competituras, ac campetentia, & competitura, nullo iure, nullaque actione sibi, ac suis, &c. desuper de cætero reseruatis, sed omnibus in Altare, & Cappellanum prædictum penitus translatis. Ponens, & subrogant Altare, Cappellanum prædictum desuper in ius locum, & priuilegiũ ipsius Domini Vincentii vniuersum. Constituẽs &c. In casum autem cuiuscumque necessariæ venditionis, siue retrouenditionis dicti census, teneatur Cappellanus pro tempore Altaris prædicti toties, quoties id euenerit, perpetuis futuris temporibus pretium illius in actu retrouẽditionis erogare, & exponere in emptionem alterius cẽsus, cum idoneis fideiussionibus, cum interuentu, ac consensu Reuerendissimi Domini Antistitis, ac Patronum; & non alias, &c. Ad satisfactionem, & contentam eorum dicti Vincentii, & suorum hæredum, & successorum quorũcumque, & in quocumq; inuestimento dictorum scutorum ducentorum quotiescumque fuciendo fieri debeat expressa mentio, et expressio de hoc Instrumento, die, et anno, quibus fuit cõfectum, et de Notario de eo rogato, qui census semper stare debeat pro dote dicti Altaris, quæ dos, aut beneficium sit, et esse debeat de iure patronatus ipsius D. Vincẽtii, ac eius hæredum, et successorũ quorumcumque, et propterea ipsi D. Vincentio, ac suis prædictis perpetuis futuris temporibus competat, et competere debeat, Ius præsentandi personam indoneam ad dictum Altare, et Beneficiũ, quoties illud tam prima vice, quam deinceps perpetuis futuris temporibus quomodolibet vacare contigerit, reseruato tamen in perpetuum iure præsentationem præd. ctam intuendi Reuerendiss. D. Antistiti pro tempore huius Ciuitatis: fructus autem redditus ac prouentus prædicti reseruati esse censeantur obtinenti pro tempore dictum beneficium, qui teneatur singulis hebdomadis in perpetuũ in dicto Altare feria secunda et quarta missam funebrem in suffragium animarum ipsius D. Vincentii dotantis, &

eius parentum, & Progenitorum, & Monaldi dd Monaldis senioris Ciuis Balneoregiensi, eius attinen. per seipsos, non autem per interpositas personas celebrare.

Et promisit dictus D. Vincentius sibi licuisse, ac licere dictum cẽsum dictæ Cappellæ pro dicta dote assignare, & applicare assignationemque, & applicationem huiusmodi perpetuò fore bonas, &c. & in eas tanquam tales, facere consentire toties quoties omnes personas & desuper in in totũ, aut pro partes ius, aut interesse aliquod habẽm, aut habere quomodolibet prætenden. etiam ad omnem solam simplicem, ac extraiudicialẽ requisitionem, aut interpellationem facien. ex parte Cappellani pro tempore Altaris prædicti, quem promisit etiam in dicti cẽsus, quieta, & pacifica possessione, et perceptione fructum illius perpetuò manutenere, et conseruare, et defendere, ac toties quoties penitus eximere ab omni molestante persona, et lite, quæ in quolibet iudicio petitorio, aut possessorio, et quonis eorum insolidum, ac in quauis instantis, et parte litis et coram quibusuis Iudicibus forsan illatæ essent, aut inferentur in futurum; aliàs in omnes, et singulos casus, et euentus præmissis contrarius, et quemlibet ex eis, aut in obseruationis præmissorum, et cuiusque eorum, voluit seipsum, ad suos hæredes, et successores quoscumque efficaciter obligatos esse de dicti censos euictione, etc. in omni iudicio, etc. ac ad omnia damna etc. de quibus, etc. me Notario, etc. solemniter, ac legitimè stipulan. et acceptan. pro omnibus, et singulis, quorum interest, etc aut interesse, potẽnt, quomodolibet in futurum.

Mutua donatio, & cõuocatio inter D. Cynum Prosperum, & Fabritium Campanos Germanos Fratres.

MAgnificus Dynus Campanus I. V. D. Prosper, et Fabritius germani fratres, filii quondã Francisci Auximani ciues, qui (vt asseruerunt) ex venditione bonorum stabilium maternorum, et paternorũ certam summã pecuniarum assecuti fuerunt volentes in eorum familia, et domo, conseruari bona infra dicendi valoris, vt quæ acceperunt ex domo, eidẽ domui conteruentur, salua tamen vnicuiq; ipsorum libera expositione omnium aliorum bonorum acquisitorum, et aquirendorum, propterea spontè ac matura deliberatione sacta per se, suosq; etc. et omni meliori modo, etc. adinuicẽ donarunt, et quilibet ipsorum donauit, purè, merè, liberè, simpliciter irreuocabiliter inter viuos, mutua acceptatione, et stipulatione hinc inde interuenien. summam in totũ scut. duorum millium, et centum auri, paulos vndecim pro quolibet scuto hoc modo videlicet quilibet ipsorũ donauit aliis fratribus summam scutorum septingentorum similium, super omnibus, et similis ipsorum bonis, et præsertim super annuis censibus præsentibus, et futuris, ita tamen quod specialitas generalitati non deroget, nec ẽ contra, quæ donatio locum, et effectũ habeat modis infra dicẽdis, videlicet quod in euentũ mortis naturalis, aut ciuilis (quod Deus auertat) cuiuslibet ipsorum fratrum sine filiis legitimis, et naturalibus alii superuiuentes succedunt in dicta summa, et summis donatis, pro equis portionibus, et successiuè filii masculi legitimi, et naturalis fratrũ defunctorum respectiuè succedant in stirpes, et non in capita ipsius fratribus, et cuilibet eorum decedẽnti, et descendentibus sine filiis legitimis, et naturalibus. Et huiusmodi mutuam donationem fecerunt, et faciunt cum huiusmodi pactis conditionibus et declarationibus expresse adiectis, videlicet, quod liceat superuiuentibus, et superstitibus qui in huiusmodi se donata, pro defuncta, seu pro defunctis successerint, vigore præsenti donationis, et contractus propria auctoritate, et sine aliquo vitio spolii nullitatis, et attentatorum summam donatam, et consecratã, et pro summa donata quæcumq; res, et bona, siue census annuos, aut pecunias, in quocumque loco, tunc temporis existentens quorumcumque bonorũ, aut censuum, videlicet illarum pecuniarum, vel censuum, aut bonorum possessio, seu quasi possessionem, quas vel quæ ipsi superuiuentes, et superstites maluerint, seu elegerint, et successiuè vltimus ipsorum superueniens, vel superstis voluerit, vel elegerit, per quamcumque simplicem declarationem, siue facto, siue per acta cuiuscumque Notarii faciendam. Item quod filii masculi ipsorum fratrum, et cuiuslibet eorum succedant in summis donatis, in stirpes, et non in capita, et habeant easdem facultates, et iura, prout ipsi fratres donatores à donatariis habent, ex habere poſſẽt, si tunc viuerẽt Item quod

pro.

pro dictis respectiuè summis, donatis, ac peculiis cēsibus & bonis supradictis concernentibus quantitatem, & summam donatam, nullis alii etiam quantumuis priuilegiatis, quam ipsis fratribus & eorum filiis masculis legitimis, & naturalibus, vt supra nascituris, ius aliquod acquiratur, nec ex facto dato, ac excessu quocūque, (quod Deus auertat) ipsorum fratrum, & cuiuslibet eorum super dictis summis, ac bonis, censibus, & pœnis præfatis ius, & actio aliqua cōpetere, vel acquiri possit, sed immo ipsi fratres donatarii superstites & cuiuslibet ipsorum filii legitimi, & naturales præfati in sūmis donatis omnibus aliis, quantumcumque priuilegiatis præferantur, cum electione prædicta, & facultate eligendi, & apprehendendi, vt supra duraturis; & præmissa omnia, & singula voluerunt habere locum inter dictos eorum filios, nepotes, pronepotes, & alios descendentes masculos legitimos, & naturales ex familia ipsorum donatarum in infinitum, si fieri poterit; inter quos filios, nepotes, & alias successiuè descendentes, in perpetuum conseruentur bona valoris duorum millium, & centum scutorum auri, in quibus in stirpes, & non in capita succedant, seruata gradus prærogatiua, cum declaratione, quod quilibet ex donatariis, & filiis descendentibus prædictis, comprehensis in huiusmodi donatione, & fideicommisso declarare, & eligere possit, etiam ante obitum, & mortem ciuilem, & naturalem illius, & illorum, cui, vel quibus succedere possint vigore præsentis donationis, bona, siuè census, in quibus summam donatam haberi volunt; & si aliquis ex comprehensis in huiusmodi donatione, & fideicommisso temporibus futuris non habere bona stabilia, siuè annuos census, super quibus aliis donatarii idonee cautum esset in tali casu, ad instantiam aliorum donatariorum, & cuiuslibet eorum in solidum cogi possit emere bona stabilia, vel annuos census idoneos; quos, vel quæ, pro effectu præsentis donationis specialiter obliget, assignet, & efficiat cum clausula cōstituti nullo vnquam tempore terminentur, & aliis clausulis opportunis. Et pro maiori hinc inde mutua cautela, & maiori effectuatione præsentis mutuæ donationis d Dominis Cynus, Prosper, & Fabritius ad inuicem obligarunt, & afferunt, atque abnoxia esse voluerunt omnes, & singulos census, & quæcumque alia bona, iura, & actiones, præsentia, & futura, tàm in genere, quàm iu specie; ita tamen, &c. Etiam cum clausula constituti nullo vnquam tempore terminandi. Pro quibus, &c.

Reuocatio donationis.

DOmina S. asserens alias donasse titulo donationis causa mortis Domino N. Rectori Ecclesiæ N. omnia, & singula sua bona, tam mobilia, quā stabilia, præsentia, & futura, vbicumque existentia, & signanter vnam domum, sitam, &c. Iuxta, &c. Saluis, &c, Cum præsentia, & de cōsensu V. sui filii qui ad presentia, Religionem Mendicantiū ingressus est, prout latius constat Instrumento, &c. Rogato sub die, &c. Sponte, &c. Et omnibus melioribus modo, & Pœnitentia ducta, & quia ad hanc donationem causa mortis faciendam eadem N. fuit inducta variis, & diuersis persuasionibus, & delinimentis nonullorum, & quia etiam donauit dictis de causis, & instanter etiam requisita à dicto Presbytero N. omnia bona sua, nihil sibi penitus reseruādo pro facultate testandi aliquid pro anima sua amore Dei reliquen. & quia ipsa vti mulier, & ignorans iuri, dispositionem, nunc autem melius certiorāta, sciēns, & melius cogitans indemnitati suæ, suorumque nepotum, filiorum quondā M. eius sororis, quos seu quas hæredes suos instituere destinauit & etiam, quia idem N. sibi alimēta necessaria præstare defecit, & quia ipsa non intendit, neq; commode potest vitam suam degere ita sola, & sine vlla ancilla, quæ ei inseruiat, sit cum decrepita, & ætatis annorum 80. in circa, & ex certis aliis legitimis causi, animum suum mouen. agens infrascripta omnia, &c. cum præsenti, consensu, licentia, & voluntate R. P. Fratris Ordinis N. eius filii, qui antequam Religionem ingredietur, vocabitur V. præsentis, & consentientis, & dictam donationem, & consensum in ea præstitum, & pro omni, & quocumq; suo iure, interesse, & posse reuocātis, dictam donationem, & omnia, &c. In istrumento dictæ danationis contenta reuocauit, cassauit, & annullauit, tāquam reuocantem, & reuocata, cassata, & annullata, ac iuribus euacuata haberi voluit, tāquam si nunquam facta fuisset, non obstante promissione, per eam facta, de habendo dictam donationem perpetuò

ratam, & de ei nunquam contrafaciendo aliqua ratione, & alijs quibuscumq; clausulis, obligationibus, & promissionibus, in eodem Instrumento appositis etiam si tales essent, de quibus in presenti Instrumento specialis, & expressa métio habenda essent, & hoc omni meliori modo, &c. Super quibus, &c. presentibus quinque testibus, & duo subscribant, cum D. reuocante.

Forma societatis officij.

D. A Scriptor Apostolicus, super eius officio fatetur habuisse scuta trecenta auri in auro in societaté duraturam ad sex menses proximo, & deinde ad ambarum partium beneplacitum; pręcedente disdicta quindecim dierum, quam etiam domui dimissa copia, & in euentum ab Vrbe absentię, per contradictas, aut edictum publicum fieri posse, & sic non secus, ac si personaliter fieret atstare voluit, ab N. absente me Notario, &c. stipulante, de quibus se contentum vocauit, exceptioni non numeratę pecunię renúciauit, quietauit, &c. Qua societate durante promisit facere participem pręfatum D. N. omnium dicti officij fructuum, & emolumentorum ordinariorum, & extraordinariorum, pro rata dictę summæ scut. 300. quam ratam ad euitandum differentias, quæ in rationibus examinandis oriri facile possent, causa incertitudinis fructuum huiusmodi; qui interdum augentur, nonnũquam autem decrescunt, cum D. N. conuenisse affirmauit ad rationem scut. 12. similium pro quolibet centenario & anno soluendorum, prout idem officialis, integré, & cum effectu soluere promisit de semestri in semestre, & in principio cuiuslibet semestris hic Romæ liberé, & sine aliqua exceptione, & retardatione, & finita, aut dissoluta societate, soluere, & restituere dicta scut. 300. vna cum fructibus decursis, & nó solutis, prędicto D. absenti me Notario, &c. alias voluit fructus huiusmodi currere, ac deberi ad rationem à Iudice taxãdam, vsq; ad integram dictorum scut. 300. restitutionem, insuper conuenisse affirmauit, pacto expresso cum D N. quod si duráte hac societate morietur idem N. morte tamen naturali, & nó violenta, telo ferro, veneno, aut alias quomodocumq; ab homine violenter illata, & inflicta, idem Officialis supradicta scut. 300. super lucretur, & solum ad fructus vsq; tunc decursos teneatur, preterea ipse A. Officialis, magis D. N. cautum sit, promisit societati huiusmodi, ac omnibus, quæ continentur in ea principaliter, & insolidum accessuros N. & N quos licet absentes me Notario, &c. stipulan. ab hac soccietate, & accessionibus & promissionibus per eos faciendis, ac omnibus, & singulis, quæ continebuntur in eisdem, indemnes penitus, & sine damno releuare, & conseruare promisit; ita quod, &c. alias, &c. in euentum mortis, deteriorationis conditionis, seu discessus ab Vrbe dictorum fideiussorum, vel alicuius eorum promisit dare alium, vel alios æque idoneos fideiussores, ad contentamentum dicti Socij creditoris, infra quindecim dies a tali euentu proximos, alias teneri voluit ad restitutionem sortis principalis, vna cum fructibus perinde, ac si societas finita esset, quia sic actũ, &c Pro quibus, &c.

Aduertat tamen Notarius, quod si Societas, vt pluremq; consueuit contrahatur super vita personę, à dante pecunias nominandæ, dicatur hoc modo videlicet super vita in ratificatione per ipsum N. socium infra quindecim dies ab hodie proximos nominanda, & interim, & post dicti quindecim dies non facta nominatione prædicta, super periculo vitæ dicti N. socij, & hoc ad consulendũ indemnitati accipientis. Quia per omissionem huiusmodi clausulę, dans pecunias in societatem quãdocumque etiam in mortis articulo posset personam nominare, & sic raro eueniret casus, quo pecunias accipiens, eas superlucraretur. Si veró dans pecunias voluerit habere facultatem trãsferendi periculum vitæ, ita dicatur scilicet, cum pacto, quod huiusmodi societate durante, liceat dicto N. socio danti pecunias transferre periculum vitæ personæ, seu personarum nunc & pro tempore nominatarũ, in aliam, seu alias personas masculas, vel fœminas, toties quoties sibi videbitur, ante tamen perceptionem fructuum semestris tunc currentis, cum intimatione quindecim dierum quæ fieri possit ad instar disdictæ, quatenus tamen spatio huiusmodi quindecim dierum superuiuat persona, seu personę, ex qua, seu quibus periculum transferri contigerit, quia sic actum, &c.

Consignatio dotis Monasterio.

CVm sit prout assertum extitit, quod Domina A filia B. in 13. suæ ætatis anno constituta, afflatu Spiritus sancti inspira-

spirata, posuerit, firmumque propositum, & deliberationem fecerit, se in vener. Monasterio S. N. monachari, & dictum ingredi Monasterium infra paucos dies, sitque etiam, quod fuerit cõuentum, concordatum cum ven. matre N Abbatissa d. Monasterij dari dicto Monasterio in doté, & pro dote dictæ A suæ filiæ scuta. N. & iocalia eidem necessaria, propterea hac presẽti die, &c. in mei, &c præfata B. mater dictę A. ante cratas ferreas dicti Monasterij personal ter cõstituta coram Reuerẽda, & ven. D. N. matre, & Abbatissa dicti Monasterij, & vener. Monialibus dicti Monasterij, quas dicta Abbatissa dixit, & asseruit esse infrascripta N. N & N. professas, & velatas in dicto Monasterio capitulariter ante dictas cratas congregatas ad sonum, &c. Asserentes esse maiorem partẽ, & vltra in forma, sponte, &c. ipsa B. mater dictæ A. pro effectu, vt dicta sua filia monachetur in dicto Monasterio, sicut propo fuit, in mei, &c. Exbursauit & dedit dictæ vener, matri Abbatissæ presenti, & recipiẽti de consensu omnium Monialiũ, pro dote præfatæ suæ filiæ præfata scuta N. quæ ipsa D. Abbatissa dicto nomine habuit, & recepit in prompta, &c de quibus, &c. quietauit, &c. promittens in forma, &c.

Translatio periculi vitæ societatis.

A Qui alias dedit in societatem D. B. scut. 2000. duraturam ad sex menses, ex tunc proximos, & deinde ad beneplacitum, &c. Cum participatione fructuum ad rationem scut. 4. similium pro centen. & anno, soluen. de semestri in semestre anticipate sub fideiussione DD. N. & N pront in instrumento desuper rogato per D. N. latius dicitus contineri, sponte, &c. vigore facultatis sibi concessæ, & attributę in dicto Instrumento, periculum vitæ filiarum suarum, in dicta societate nominatarum, super quarum respectiuẽ periculis, dictæ pecuniæ positæ extiterunt, transtulit, & translatum esse voluit, & intendit, prout transfert, per presentes ex persona suarum filiarum, in ipsum A. pro medietate, et E. eius vxoris pro altera medietate dictarum pecuniarum, modo, et forma in eadem societate expressis, Super quibus, etc.

Superuiuentia.

A Mihi Notario, et testibus infrascriptis optimè notus, sponte, etc. Petiit à me Notario, vt de illis superuiuentia, et vitam vnum vel plura publicum seu publica conficiam instrumentum, et instrumenta, ac publicis documentis de eius superuiuentia prædicta publicẽ, et palam fidem facerem, et attestaret prout eundem A. prædictum superuiuere, et in humanis, agere fidẽ facio, et attestor ego Notarius infrascriptus, præsentium per tenorem Actum, etc. præsentibus, etc.

Continuatio societatis officij.

A Miles Sancti Petri, qui super dicto eius officio, sub die, etc. Fecit societatem sicut N. in fauorem D. B. prout in actis mei, etc. constat, et D. C. qui dictæ societati principaliter, et insolidum accessit, ac ibidem præsens S. vice, et nomine, ac vti Procurator N. qui dictæ societatis bonam fidem recognouit, et ipsos S. et C. et alios obligatos indemnes, etc. releuare promiserat, prout de suo Procurationis mandato constat, etc. sponte, etc. consenserunt, et voluerunt, quod dicta societas duret, et continuetur ad sex menses dies, etc. inceptos, et vt sequitur finiendos, deinde in antea ad beneplacitum ambarum partium, eum disdicta 15. dierum, etc. quæ, etc. Cum omnibus, et singulis clausulis, promissionibus, obligationibus, conuenientibus, pactis et cautelis quibus antea dicta societas facta fuerat disdicta de dicta societate, pro parte dicti B. facta, et in actis mei, etc. Forsan reproducta, et aliis quibuscunq: non obstan. et idem C. dictum Dominum A. et dictus S. dicto procuratorio nomine, et suo principali nomine, et quolibet eorũ insolidum, dictos Dominos A. et C. presentes, etc. A. præfatis omnibus, etc. Indemnes, etc. Releuare, etc. Promisit ita quod, etc. Alias etc. De quibus, etc. pro quibus, etc.

Societas super mercibus.

P. et L. ex vna, et altera parte sponte, etc. Et omnibus melioribus modo, etc. Inierunt, et contraxerunt adinuicem societatem super rebus, et mercibus, ac negotiationibus infra dicẽdis duraturam ad vnum annum proxime, et deinde ad beneplacitum ambarum partium, cũ disdicta vnius mensis pręcedente, faciẽda per eam partem, quæ noluerit amplius continuare in societate. Et conuenerunt etiam, quod in huiusmodi societate dicti D. et L ponant scuta 50. monetæ, etc. pro capitali consignan. in manibus dicti S. Dictus vero

verò S. pro æquiualentia,& in recompensa dicti capitalis ponere debeat industriā suæ personæ, ac teneatur dicta scuta 500. exponere in emptionem pannorum, seu in artem lanæ, vel etiam croci videlicet, zaffarana corallorum, perlarum, & aliorum rerum,& mercium,quæ vtiles videbuntur eidem S. & in emendo, vendendo, & negociondo, sicuti vtilius esse dictus S considerauerit. Item quod D & L. pro medietate, & S pro altera medietate participare debeant in omni lucro, & damno, quod Deus auertat. Et finita societate P. & L. vltra eorum capitale, habeant medietatem lucri & S alteram medietatem, pro sua industria,& labore, absque aliqua mercede, vel salario sui laboris: & teneatur etiam durante societate huiusmodi, negociationem in emendo, vendendo, & alia, incumbentia,& pertinentia ad eãdem negociationem, bene, fideliter, & diligenter & sine aliqua negligentia, & temporis intermissione, vt diligentem, & peritum decet partem familias, & mercatores exercere atque administrare,& de administratione sua,& tota negociatione tenore diligentem rationem, & computa; & omnia in libro seu libris mercabilibus annotare, & ad omne placitum dictorum sociorum reddere fidelem rationem de administratione sua,& gestis in tali negociatione, ac obstendere, & copiam præbere librorum & scripturarum. Item quod idem S. non possit, nec debeat vendere merces, nisi habito pretio in pecunia numerata, vel in alijs mercibus compermutan. Si verò dederit, & vẽdiderit habendo fidem de pretio,& facien. dilationem, ad pretiũ soluen. (vt vulgariter dicitur à credenza) in tali casu teneatur de suo proprio soluere, & cõsignare societati in pecunia numerata, pretium,& valorem, quo merces venditæ fuerint Nomina verò debitorum, siue idonea,& soluendo, sint, siue nõ sint soluendo talia, qualia erunt, ad ipsum S. pertineant, qui S debeat dictum valorem ponere, statim facta venditione rerum. Item quod S non possit merces, & pecunias trasmittere, vel sibi transmitti facere per mare neque per loca terrestria, quæ periculosa communiter iudicantur,& summa neque mari, neque locis terrestribus periculosis iudicatis, merces vel pecunias committere & si secus fecerit, tunc omne periculum,& detrimentum ad ipsum S solum pertineat & teneatur socijs totum damnum, tã respectu capitalis, quam vtilium in casu cõtrauentioni huiusmodi, respondere & saluis præmissis, quatenus in dicte negociatione, ac societate damnum eueniret in dicto capitali sine culpa, negligentia, vel defectu eiusdem S, in tali casu damnum sit commune inter socios, & dictus S. debeat medietatem damni rependere socijs. Item cõuentum,& declaratum, fuit quod super mercibus, & rebus emendis per dictum S. tanquam acquirendis, & acquisitis ex capitali dictorum P. L. nulli alteri possit acquiri ius in eorum præiudicium, sed immo ipsi P. & L. omnibus aliis præferantur & possint quandocumque finita societate, etiam propria auctoritate merces, & bona quæcumque dictæ societatis, pro recuperando eorum integro capitali, & medietate vtilium apprehendere, & retinere, pro concurrenti valore dicti capitalis,& medietatis vtilium, vel aliis vendere, etiam inuito, & contradicẽte dicto socio, & absq; alicuius Iudicis, vel Curiæ licentia, decreto, vel mandato, & absque vitio spolii, & alio defectu & nihilominus idẽ, & sui hæredes, & bona quæcumq; sint, & remaneant obligati pro huiusmodi cõtractus obseruatione. Quia sic actum,&c. Et in effectuationem, atque adimplemẽtum societatis, vt supra contractæ, dictus S coram testibus, & me Notario pro toto capitali à præfatis P. & L. sociis in prõpta,& numerata pecunia soluen. cum pactis, & aliis præmissis scuta. 500. monetę, &c. De quibus,&c. quietauit, etc. cum pacto,&c. & quibuscumque exceptionibus renunciauit. Et quia electa est industria personæ, propterea declararunt, & conuenerunt, quod societas intelligatur finita quandocumq; moriẽte dicto S. (quod Deus auertat,) sed è contra morientibus dictis P. & L. seu altero eorum, nihilominus societas duret, & durare intelligatur, cum eorum hæredibus tempore conuento, & deinde ad beneplacitum, vt supra, vtriusq. partis. Quæ omnia, & singula dictus S. etc.

Superuientia.

CORam N.M. & P. testibus,&c. & me Notario publico personaliter constitutus P. Dei omnipotentis gratia, viuus,& incolumis, ad omnes meliores fines & effectus, sibi fieri instetit attestationem,& fidem, seu instrumẽtum suæ superuiuentię. Et quia ego Notarius publicus, vna cũ dictis

ctis testibus Romæ, in Palatio residentiæ in Regione N vidi eundem P. superuiuentem & incolumem: propterea omnibus, & singulis hoc instrumentum attestationis inspecturis, fidem facio, dictum P. esse viuum & incolumem: & illum vidi loquentem, deambulantem Quæ omnia attestator, vna cum supradictis testibus, ad hæc vocatis, & rogatis.

Dissolutio societatis.

In Nomine suo proprio, necnon Domini T. eius socij, pro quo de rato, &c. ex vna, & P. ex altera partibus asserentes, inter se alias per acta, &c. fuisse initam societatem, de & super exercitio, seu arte serici, cum quibusdam pactis, & conditionibus in ea contentis, quę durare debebant per triennium a die stipulati contractus In qua quidem societate dicti I & T. scuta centum monetę, &c. & dictus P. scuta viginti similia, & pro eadem societate exercenda suas operas locabat, prout latius in eodem instrumento cōtineri dixerunt, ad quod, &c. Et quia huiusmodi societas magis damnum, quam lucrum eis afferebat, & de ea prouenie bat, propterea non obstante pactis, in eodem instrumento inter eos celebrato; contentis, sed illis, & quibuscumque aliis, in eorum fauorem facientibus renunciantes, eandem societatem vnanimiter cōmuni voto disdixerunt, dissoluerunt, & separarunt, prout huius præsenti instrumenti serie, & tenore, disdicunt, & dissoluunt. Nam dictus I. nomine suo, & dicti T. sui socii, sponte, &c. confessi sunt habuisse, & recepisse, &c. ab eodem P. præsente, &c. Supradicta scuta centum monetæ, per eos in dicta societate posita, & dictus P. ab eisdē T. & I. sponte, &c. confessus fuit habuisse, & recepisse supradicta scuta viginti monetæ per eum similiter in dicta societate posita. Et dixerunt inter eos fuisse diuisa in lucrum, & damnum, quodcumq; acquisitum, & passum, modo & forma in eodem instrumento societatis contentis, eo in hac diuisione plenariæ obseruato, de quibus quidem pecuniis hic inde receptis ac lucro, & damno præfatis ad inuicem dictis respectiuè nominibus se bene contentos vocarunt, & exceptioni, &c. renunciarunt, & quietarunt, &c. per pactū, &c. & tam de eis omnibus supradictis, quam de omnibus, quibuscumque aliis rebus, & negociis, ac mercibus, & mercimoniis, inter eos hucusque habitis, ad inuicem, & vicissim generalem, & generalissimam, ac specialem, & specialissimam generi per, speciem non derogando, nec è contra, per Aquilanam stipulationem præcedentem, & acceptilationem subsequen. fecerunt, & faciunt, Consentientes idēm I. & p. eidem quibus supra nominibus respectiuè, et dum eadem rati promissione, cassationis, et lacerationi quorumcumq; instrumentorum, et dicti instrumenti societatis, et quarumcumque scripturarum, et apocharum publicarum, priuatarum inter eos quomodolibet factarum, et stipulatarum. Volentes illa, et illas habere, ac si facta, et factæ non forent, sed penitus iuribus eorum illa, et illa vacuantes, et nullius roboris, efficaciæ, et momenti, Promittentes illis quouis quæsito colore, vel ingenio vllo vnquam tempore non vti, nec coram aliquibus iudicibus experiri, sub pœna periurii, refectionis omnium damnorum, etc. quam incurrere voluerunt ipso facto, à quo absolui non posse voluerunt, absque alterius partis ad id expressè adiecto consensu. Quia sic actum, etc. pro quibus etc.

Diuisionis forma cum decreto Iudicis.

Coram magnifico D. N. Curiæ Capitolii primo collaterali, et sic in Rom. Cur. Iudice, sedente pro tribunali super quadam se de lignea, quam quoad actum infrascriptum peragendum, pro suis iuridico loco et tribunali eligit, et deputauit ac in mei, etc. præsentia personaliter constituti domina Antonia, etc. Vidua Romana relicta q. D. Felicis Petronii, mater tutrix, et pro tēpore curatrix, ac legitima administratrix, per dictum q. D. Felicem in vltimo per eum condito testamento deputata, et per eundem D. Iudicem legitimè cōfirmata, prout de huiusmodi confirmatione constat in actis, etc. filiorum et hæredum dicti q D. Felicis, cum cōsensu; et auctoritate D. D. N. N. eius patris, et D. N. eiusdem D. Antoniæ germani fratris, et sic sibi suisque filiis proximiorum præsertim, et auctorizantium, et medio iuramento tactis, etc. affirmantium in his nullum habere interesse, et ea non tendere in præiudiciū dictorum hæredum attento quod iidem hæredes, seu pro eis ipsa D. Antonia, et D. N. eius gener, et dictorum hæredum actor ad lites legitimè deputatus, hic etiam præsens, et interueniens

niens, & hæc vera fuisse, & esse affirmans, prouocati à D. dictorum hæredum patrono, ad infrascriptam diuisionem faciendam, vt vnusquisq; suum proprium agnoscens, magis quietè, & pacificè viuat; hanc diuisionem effugere minimè poterant, cum nemo inuitus in communione viuere cogatur, & de iure hæredes ad diuisionem prouocari, non autem prouocare possint, & eisdem nominibus promittens nihilominus eadem D. Antonia, quatenus opus sit, de rato pro dicto hæredibus, & faciendo eos præsens instrumentum ac omnia, & singula in eo contenta cum primum ad ætatem legitimam peruenerint, in valida, & solemni forma ratificare, alias de proprio teneri voluit ad omnia damna, &c. cum eadē rati promissione; quæ in qualibet præsentis contractus clausula repetita censeatur, nec non etiam ibi præsens dictus D. Flamminius, vnus ex filiis, & hæredibus dicti q. D. Felicis in decimo suæ ætatis anno cōstitutus, prout ipse & dicta D. Antonia medio iuramento tactis, &c. affirmarunt, nomine suo proprio, &c priuato ex vna, & dictus magnificus D. Angelus, &c. dicti q. D. Felicis germanus frater, & hæreditatis, & bonorum q. D. Io. bon. me. eorum patris cohæres nomine suo proprio, qui desuper ex rationibus præfatis dictos DD. hæredes eius, nepotes, seu pro eis dictos DD. NN. ad hanc diuisionem prouocans ex altera partibus sponte, &c. In Dei nomine deuenerūt insimul ad infrascriptam rerum, & bonorum, quæ ab ipsis hodie communiter possidentur, diuisionem, nam vna parte, de diuersorum muratorum, architectorum consilio, & matura deliberatione desuper facta, per mensurationes domorum, tam nouæ, quam veteris, & illarum extimatione, posuerunt partem domus nouæ, videlicet in qua habitat D. Angelus, prout in chartulis desuper confectis, & me notarium coram dicto D. Iudice, & testibus infrascriptis, prout facent, vulgari sermone perlectis, & inferius registratis, plenus continetur, quibus chartulis in vrna, seu bisello positis, & commixtis, & per puerum simplicem, sic constitutum, coram dicto D. Iudice, & testibus infrascriptis, extractis forte, pars incidiens, &c. tetigit, & obuenit ad N. altera verò pars incipiens, &c. pari forte tetigit, & obuenit ad N. Quapropter vocarunt sese ad inuicem, & vicissim respectiuè mutua interueniente stipulatione, benè contentos, & satisfactos de diuisione, & sorte piætatis, tamquam ritè, legitimè, ac omnidolo, & fraude cessantibus, factis, promittens illam perpetuo seruare ratam, gratam, validam, atque firmam, & in nullo contrafacere, &c. alias, &c. de quibus, &c. & pro vlteriori exequutione, diuisionis præfatę, cesserunt, transtulerunt, & mandarunt ad inuicem, & vicissim respectiuè, vt supra, pro parte, seu portione obuenta, omnia iura, &c. Ponentes, &c. constituentes, &c. dantes, &c. Et donec, &c. Et insuper sese respectiuè obligarunt sub vinculis, conditionibus, & promissionibus prout in eisdem chartulis continetur, & debetur, singula singulis congruè referendo, et adaptando, promittentes etiam mutuò, et vicissim respectiuè, vt supra, de euictione generali, et particulari bonorum præfatorum in forma iuris valida, in Vrbe consueta, consensu præstando, lite suscipienda, et prosequenda, ac pœna dupli, etc. Quo verò ad diuisionem rerum, et bonorum, quæ partes præfatæ communiter possident in Ciuitate N. eiusque districtu, et territorio, eadem partes elegerūt in diuisores DD. Stephanum, et Iulium, etc. absentes, tāquam præsentes, videlicet pro parte dicti Angeli D. Stephanum, pro parte autem hæredum D. Iulium; quibus ex nunc dederunt et concesserunt plenam, amplam, et omnimodam facultatem, potestatem, et auctoritatem huiusmodi rerum, et bonorum diuisionem, quæ in duabus chartulis, seruato modo præfato fieri debeat, faciendi etc. promittentes huiusmodi diuisioni, vt prætertur fiendæ, omninò stare, et acquiescere, et nullo pacto, etiā prætextu cuiusuis enormis, aut enormissimæ lęsionis reclamare, et in euentum discordiæ dictæ diuisionis, desuper fiendæ, elegerunt in tertium D. Tiberium, etc. et quicquid per ipsum D. D. Tiberium, vna cum vno ex dictis duobus diuisoribus, ac concordia diuisum fuerit, periade valeat, ratū, gratum validumq; sit ac si per dictos diuisores cōcordes diuisum esset, quia sic actum, etc. Conuenietes insuper partes præf tæ, mutua stipulatione interuenien. vt supra, quod charulæ diuisionis fiendæ bonorum præfatorum, vt supra deponantur, commisceātur, et extrahantur, seruato modo habito,

bito,& tento in dictis duabus chartulis inferius registratis,hic in Vrbe,et coram eo demmet,aut altero domino Iudice,et publico instrumento desuper manu mei,aut alterius publici notarij celebrato, et rogato, et sic ad inuicem respectiuè, mutua stipulatione interuenien partes prædictę præmissa omnia, et singula attendere,etc. promiserunt alias, etc. ratis nihilominus manentibus omnibus supradictis cum eadem stipulatione pœnæ,quia sit actum etc. Pro quibus, etc. Ponatur obligatio Cameræ, cum decreto Iudicis.

Alia.

CVm fuerit, et sit quod q. Io. Antonius Rom. dum vixit, et successiuè Franciscus eius filius hæres vniuersalis, necnon D. Laurentius de Carretonibus germanus frater dicti q. Antonii, et patruus dicti D Francisci ipsius q D. Io. Antonii,vt præfertur filii, et hæredis vniuersalis respectiuè tenuerint, et possederint, teneantq; et possideant tamquam ad eos spectantes,et pertinentes,pro indiuiso,sex domus sitas, etc. ac pariter tenuerint et possederint,teneantq; et possideant etiam pro indiuiso,vnam scalam,cum turricula, sitam, etc. Cumq; etiam communio plerumque præsertim inter coniunctos, soleat parere discordias,et differētias cumq; etiam nullus in communi vitam agere de iurium dispositione cogatur,propterea,ac aliis de causis rationalibus eorum animos mouentibus, prædictus D. Laurentius ex vna d. Germanicus, vt tutor, et curator, vt asseruit,et eo nomine dicti d. Francisci filii, et hæredis vniuersalis supra dicti q. Io. Antonii fratris germani dicti Laurentii partibus, ex altera, tam ad domorum, et scalæ, cum Durricula prædictarum, quam residui cuiusdam crediti non exacti, valoris 100 scutorum per d. N. debit. Prout in instrumento desuper rogato per d. N. notarium publicum, ad quod, etc. ad hanc diuisionem,concordiam, et amicabilem transactionem deuenire velle decreuerint, et deliberauerint. Ideoq; peritos pro vtraque parte vnum concorditer vt asseruerunt, videlicet dictus d. Germanicus nomine quo supra, pro parte dicti d. Francisci d N. et Laurentius d N. ad videndum, inspiciendum,et extimādum dictas domos,cum scala supradicta,et de illis duas partes faciēdum, eligerint, et de pu auerint,ipsi q; periti sic concorditer, et communiter ab vtraq; parte electi domibus, et scala præfata inspectis, et illis, ac quarum qualitate, et bonitate cōsiderat s duas ex domibus, et scala præfatis fecerint portiones, et in vna ipsarum duarum portionū posuerint, et designauerint duas domos,ex supradictis tribus domibus haben. ante viam publicam, iuxta etc. Pacto desuper adiecto,quod ille, ad quem pars huiusmodi peruenerint teneatur in perpetuum alteri ad quem pars infrascripta peruenerint, soluere quolibet Anno scuta tria monetæ. In alia verò parte posuerint, et designauerint alias domos, et scalam prædesignatas, etiam vt supra confinatas: modoq; par tres prædictæ dictis respectiuè nominibus ad effectuationem, et conclusionem diuisionis concordiæque prefatarum deuenire velint,et cupiant, ac intendant, hinc, propterea fuit, et est, quod anno, etc. In me,etc. præsentia personaliter constituti supradicti sponte,etc. omnibus,etc. et ad effectuationem diuisionis, ac concordiæ prædictæ deuenientes inde, et super duabus partibus supradictis sic, vt supra per prædictos peritos, per eos, vt præfertur electos, factis positis, designatis, fortes posuerint ipsisq; partibus per sortem extractis prædicto d. Germanico, vt supra præsentis, etc pars prædicta posita, pro vna parte in duabus domibus,vt supra designatis, et confinatis prædicto autem d. Laurentio reliqua pars aliarum domorum, et scalæ, cum Turricula, similiter vt supra positarum pro alia parte,et vt supra designatarum,et confinatarum respectiuè obuenerunt. Quas quidē partes sic supra, ad quamlibet ipsarum partium nominibus supradictis obuentas et prouentas,iidem Germanicus, et Laurentius, nominibus quibus supra pro sua portione respectiuè acceptarunt, et susceperunt,et de ea sese eisdem nominibus bene contentos, et quietos, pro sua portione vocarunt, et asseruerunt salua tamen reseruatione. et exceptione, de qua supra, et infra, videlicet quia pars sorte obuenta dicto D. Germanico satis melioris conditionis, valoris existit portione dicti D. Laurentii, vt supra per peritos electos declaratum fuit; ideoque dictus D.Germanicus tentatur, prout promisit et teneri valuit dicto D. Laurentio præsenti, etc. realiter, et cum effectu soluere in perpetuum singulis annis scuta tria monetæ, pro

pro suplementum, & æquiualentia, ac æquatione dictę suę portionis, pro quibus quidem scutis tribus ex nunc præfatus D. Germanicus annuum perpetuum censum trium scutorum similium ipsi D. Laurentiũ presenti in, de, & super domibus prædictis in partem suam, vt supra ipsi prouentam imposuit, constituit, & assignauit, & titulo, & causa huiusmodi, pro concurrenti tamen census huiusmodi quantitate (*extendantur clausulæ census*) eidem cessit &c. omnia iura, &c. ad habendum, &c ponens, &c cõstituens, &c. & donec. &c. conueneruntq; insuper partes prædictæ quibus supra nominibus, pacto apposito, solemniter stipulatio, quod si aliquo tempore alicui eorum lis, vel quæstio, causa aut molestia, vel controuersia aliqua moueri contigerit in, de, & super aliqua rerum, & bonorum, quæ ipsis obuenerunt in partem, quod omnibus expensis procuretur, & stetur in lite, & res de, vel super qualis mota fuerit, expen. communibus defendatur & si dicti bona, vel aliqua pars quoquomodo vinci, vel euocati contigerit, tunc, & eo casu damnum, & incommodum quandocumque exinde quomodocumque & qualitercumq; proueuientia, tam occasione bonorum sic euictorum quam quarumcumq; mercedum, & expensarum factarum pro defensione, & euictione prædictis intelligatur, & sit commune inter dictas partes, & pro viribus, & portione ipsorum quilibet, intelligatur, & sit obnoxius, & particeps. Quę omnia, &c. Pro quibus &c.

Alia diuisio bonorum.

A. Et B. filii, & hæredes q. M. asserentes alias, & dudum diuisisse inter se boues, & equas, quos & quas communes habeant, & retinuisse, & retinere adhuc reliqua bona tam mobilia, & suppellectilia, quam stabilia hæreditatis paternæ, in communione, licet seorsum, & de per se à nonullis annis citra vixerunt, prout hodiæ quoq; viuunt, velintque, et intendãt præfata eorum bona inter eos diuidere, et qu libet ipsorum partem suam prio indiuiso habere, et quod naturale vitium est, negligi quod commune est; ita vt suam q. 10 q; partem quis corrumpi patiatur, dum inuidet. Ideo sponte, etc. hac præsenti die N. de communi concordia et cõsensu, pariq; animo de, et super bonorum suorum stabilium diuisione, sine tamen præiudicio diuisionis fiendæ, quo ad bona mobilia, & suppellectilia, & massaritias domus, & iurium quorumcumq; vnicuique eorum quomodolibet competen. super portione, tangen. ad q. N alterum eorum fratrem pręmortuum, & illius successione & reseruatis dictis iuribus quibuscumque quomodocumque ex quauis causa, & occasione competen. & non alias aliter, nec alio modo conuenerunt, & concordarunt ad dictamque diuisionem processerunt, & deuenerunt in duas partes; in hunc qui sequitur modum. Videlicet, & in vna parte posuerunt N. & N. & N. & in alia parte M. & M. & M.

Et conuenerunt pręterea, quod hæ duæ partes ponantur inter eos ad sortem, & illa pars, quæ ex præfatis obuenerit vtrique ipsorum per sortem præfatam esse debeat pars, & portio diuisa inter eos, sine præiudicio iurium præfatorum, & pro sua vnicuique portione electa, & acceptata.

Item etiam cõuenerunt, quod in euentum, in quem dicti fratres succumbant in lite, causa contra eos, mota sancti P. super Casali N. illic cui tale Casale in dicta diuisione peruenerit ipso iure, & ipso facto habere debeat in recompensam, & pro recompensa illius Casale vulgariter nuncupatum N.

Item quod omnes, & singulæ pensiones tam domorum, quam casaliũ, & aliarum rerum quæ reperiuntur iam inceptæ pro presenti semestri, & pro tempore præterito debeant, sint, & esse debeant communes, exceptis tamen pension. & fructibus reseruatis, & applicatis in partibus vt supra factis, & postquam fuerit posita sors, & obuenta pars, vtrique eorum esse debeant, res cuisque eorum, secundum quod res ipse peruenerint in eorum portionem, cum omnibus, & singulis iurisdictionibus; & adiacentijs, vsibus, & cõmoditatibus quibuscumq; ac honoribus, & oneribus eorũdem cũ omni sua qualitate.

Item si quo tempore alicuius eorum litem, & quæstionem moueri contigerit de aliqua rerum illarum, quæ sibi obuenerint in partem per sortem prædictam, communibus impensis procuretur, & stetur in lite tam in peritorio, quam possessorio, vel vtroque, & res de qua qualis mota fuerit, expensis etiam communibus defendatur, & si euincit contingerit, damnum inter eos pariter sit commune.

Et

Et saluis semper præmissis, si pars vnius plus valet de præsenti, vel valebit de futuro, quam altera, & è conuerso totum illud plus valens quodcumq; sit, aut esse poterit in futurum; vnus eorumdem fratrum alteri ipsorum, & è conuerso, mutuò, vt vicissim præsenti, & stipulan. donauit, tradidit, donatione pura, & simplici, rata manente, & irreuocabili, quæ dicitur inter viuos, etiam si illud plus valens, dimidiam excederet iusti pretii partem, siue vltra.

Concedentes, & dantes ipsi contrahentes, videlicet vnus eorum alteri ipsorum, & è conuerso mutuò, & vicissim licentiã, & auctoritatem, & speciale mandatum per se, vel alium loco sui quemcumque voluerit, posita sorte prædicte, & obuenta sorte, vtrique eorum secundum quod sors ipsa dederit, possessionem, seu quasi bonorum, & iurium prædictorum inter se superius diuisorum, accipiendi corporalem, ciuilem, & naturalem, licentiam cuiuslibet ipsorum fratrum, aut cuisque alterius personæ, seu curiæ adeptus fuerit, constituerunt se vicissim dicti fratres, vnus præcario nomine alterius, & è conuerso bona prælata, res & iura, se tenere, & possidere.

Et propterea, vt vterque eorum sit, & esse debeat magis cautus, & securus super rebus diuisis prædictis, & quæ vtrique eorum per sortem prædictam obuenerint aduersus, & contra quacumque personam &c. adinuicem, & vicissim cesserunt sibi iura omnia, & singula, & actiones omnes, vtrique eorum competentia, competentes, & competitura, ac competituras, in & super dictis bonis, & rebus diuisis: saluis tamen, & reseruatis iuribus iam dictis, & in nihilo præiudicatis, vt supra dictum est.

Ponentes iam saluis, & reseruatis, vt supra mutuò, & vicissim se in omne ius, locum, & priuilegium ipsorum. Constituentes se, etiam desuper procuratores, irreuocabiliter, & cum iuramento tactis &c. ita quod.

Quam quidem diuisionem, & omnia, vniuersa, & singula, in præsẽti instrumento contenta, prout superius, & infer us dicti, fratres per se, & eorum hæredes, & successores, saluis tamen semper præmissis sine dictis præiudiciis, in qualibet parte præsentis instrumenti, & à principio, medio, vsque ad finem, præmiserunt habere ratam, gratam, ac firmam, ac rata, & promittentes, se nihil fecisse, nec in futurum facere, propter quod prædicta omnia, & singula minorem in aliquo contineat perpetuo roboris firmitatem; vel quod cassari, irritari, vel annullari valeant quomodolibet, vel rescindi; sed ita prædicta omnia, singula, prout supra scripta sunt, rata, grata, & firma semper habere, eaque attendere, tenere, & obseruare & contra in aliquo nunquam facere, dicere, seu venire, de iure, vel de facto, per se, vel per aliam personam inposita m alicuius, vel aliquorum arte, ingenio seu cautela; alia adinuicem teneri ad omnia damna, &c. rato nihilominus semper manente pacto, & præsenti contractu, cum eadem pœnæ stipulatione. Quia sic actum, &c. pro quibus, &c.

Alia communicatio bonorum.

D. Petrus, & Ioannes, &c fratres germani inspiratione diuina moti, & pro conseruatione domus, & contentatione D. Lauræ, &c. eorum matris sponte, &c. Communicauerunt simul alter alteri omnia, & singula eorum bona mobilia, & immobilia, nominaq; debitorum, etiam peculia castrensia, vel quasi, quæ ad præsens habent, & imposterum consequentur hic, & alibi, et Vbique locorum, vndecumque ea prouenerint, siue proueniant, per negociationes maritimas, siue terrestres, & in societatibus haben cum aliis, etiam eis donationes, siue inter viuos siue causa mortis, etiam ex successoribus quorumcumq, siue ex testamento siue ab intestato, etiam si sit vsufructus dotis, vel salarium industriæ, personæ alterius eorum. Ita quod omnia illa censeantur, & fiat inter eos communia & indiuisa inter ipsos & dederunt vterq; alteri facultatem obligandi alterum, & non alterius, in quibuscunq; negotiis exponen. & subscriben. etiam quod alterũ eorumdem contingeret sese maritare, & alterum restare cœl be n. Et hanc communionem bonorum, & societatem vterque eorum durare voluit, vsque alter alteri notificauerit, non velle stare plus in communione. Et tunc conuenerunt quod fieri debeat æque diuisio inter eos omnium bonorũ mobilium,

lium,& Immobilium,& tam eorum,quæ nunc habent, quam eorum, quæ medio tempore acquireot, & consequetur, siue vt supra dictum est bona acquisita sint, & prouenerint,siue proueniaot, ex donatione, siue ex successione, siue istæ successiones sint vigore testamenti, & siue ab intestato, siue per modum legatorum, siue quocumque alio modo etiā si ex vsufructu dotium,vel salario operatione personarum eorundem de quibus omnibus, & singulis, etiam quod talia sint, quæ in generati nominatione, siue obligatione non veniat Vterque promisit reddere alteri bonum, et fedele computum tunc, & interim quandocumque & quotiescunq; ad omnem alterius simplicem requisitionem sine fraude & dolo,& hanc communionē voluerunt intelligi sint actam esse, ita ad damnum & iacturam,ac expen. si quod seu quæ(quod Deus auertat)acciderint sicut ad lucrum, & ampliationē substantię,promisitq; etiam vterq; fideliter,& legaliter se gerere in administratione, & negotiatione, quas de, & cum dictis bonis fecerint,& pro sua virili,& cum omni solertia, & industria, se fideliter, et diligenter exercitare, neque per hanc communionem inibi censeri voluit,si alter ipsorum se m ritare vellet, medio tempore, vel cum aliquibus alij, siue super speciali aliqua negotiatione, siue generali, super quibuscumque societatibus habere quin id liberè posset, & lucra, quæ ex dotibus, siue societatibus, vel negotiatione huiusmodi prouenerint,similiter censeantur esse communia; non autem ipsæ dotes, quæ saluæ sint vxorum; in quoscunq; casus. Quæ omnia, etc. Pro quibus, etc.

De variarum venditionum formulis. Cap. VIII.

Venditio domus, extensæ cum pacto de retuendendo

IN nomine Domini, Amen. Hoc publico instrumēto ad perpetuā rei memoriam,cunctis vbique pateat,quod Anno à Natiuitate eiusdem Domini etc. Iodictione,etc. die vero,etc. Mēsis N.Pontificatus etc. In presentia mei Notarij,& testiū infra nominandorum personaliter constitutus A. ad quē vt affirmauit,spectat,& pertinet pleno iure dominiī,vel quasi domus sita in regione N propter plateā N.in via, quæ à dicta platea tendit versus viam N. locata D. N. confinata ab vna iuxta bona N. saluis aliis, si qui sint plures,aut veriores cōfines,aut vocabula veriora præmissis sponte,& ex eius certa scientia,ac deliberata volūtate.& omni meliori modo,via, iure causa,& forma, quibus melius,& validius potuit,& potest per se,suosque heredes & successores, dictam, domum cum omnibus, & singulis stantiis, & pertinentiis suis exceptis apothecis, cum stantijs pro vsu apothecarum diuersis inquilinis, aut subinquilinis locatis, et exceptis huiusmodi apothecis,& stantijs apothecarū, totam dictam domum,cum omnibus alijs membris, stantiis et pertinentiis vniuersis,introitibus,exitibus,commoditatibus, & iuribus vendidit, ac titulo verę, & perfectæ venditionis dedit,cessit, transtulit et assignauit iure proprio in perpetuum saluis iofra dicendis,B.quamuis hinc absenti nihilominus M. præsenti, & vti agenti D. B ad hoc nego cium peragendum & de eius commissione, vt asserit, etiam cum promissione rati,quatenus opus,sit ementi, acquirenti, et vna mecū notario publica persona pro eodem B et illius hæredibus,& successoribus quibuscumque acceptanti, et stipulanti. Ad habendum, tenendum possidendum, vtendum, fruendum, et fructificandum, vendendum, donandum, pignorandum, et alienandum, ac de dicta domo,cum pertinentijs, et iuribus suis prædictis faciendum, et disponendum ad ipsius domini emptoris liberum voluntatis. Transferens, et cedens eidem B. eiusque hæredibus,et successoribus super dicta domo eiusq; pertinentiis vt supra, omnia, Iura, omnesque actiones reales et personales, vtiles, et directa, tacitas et expressas hypothecarias pignoratitias, siue mixtas,et in rem scriptas,ac officium Iudicis, et beneficium iuris dicto D. vēditori competentia, aut quæ possent,aut poterunt quomodolibet competere in futurum,in et super dicta domo, aliisque præmissis. Ponens illum in et super eadem domo,et iuribus, vt supra venditis, locum et priuilegium suum vniuersum; Atque constituens eum super illis procuratorem irreuocabilem, cum iuramento, vt infra prętito, vt in rem propriam. Itaquod ex nunc, et in posterum dictus D. emptor pro dictis iuribus, dictisque actionibus eius proprio nomine agat, petat, exigat exci-

excipiat, recipiat, & defendat, eisque libere vtatur, fruatur, & experiatur in Iudicio, & extra iudicium vbilibet, & directis actionibus ad eius velle, quemadmodum dictus D venditor vti, agere, petere, & experiri poterat ante venditionem, & alienationem huiusmodi. Dans licentiam, & facultatem domino emptori accipiendi, & adipiscendi corporalem, & realem dictæ domus, & iurium venditorum possessionem, etiam absq; alicuius Iudicis, & Curiæ decreto, auctoritate, vel mandato. Et donec huiusmodi possessionem apprehenderit, constituit se possessionem prædictá nomine dicti emptoris tenere, & conseruare. Hanc autem venditionem, & alienationem, & omnia, & singula infra dicenda fecit, & facit erga D. B. eiusque hæredes, & successores, acceptatione, & stipulatione prædicta interueniente pro pretio scutorum N. monetæ de iuliis decem pro singulo scuto. Quod quidem pretium D. M. procuratorio nomine D. B realiter soluere, seu solui facere promisit E. Ar. venditori, aut cui, vel quibus ipse D. venditor solui mandabit, ad omne eius placitum, postquam accesserint fideiussores infra nominandi; ex pacto ita conuento liberè, & absq; aliqua exceptione. Et si plus dicto pretio scut. N. dicta domus valere posset, totum illud plus, etiam si dimidium iusti pretij excederet, eidem D Emptori donauit, titulo donationis irreuocabilis inter viuos, ex mera liberalitate sua; & quia sic ei facere placuit, & placet. Item affirmauit, & promisit, dictam domum, cum omnibus eius membris, & pertinentiis ad ipsum D. A. pleno iure dominii, vel quasi pertinere, & esse liberum, & immunem ab omni censu, canone, responsione, & insuper ab omni fideicommisso purificato, & purificando, & ab omni alio onere, & nulli alteri venditam, datam, donatam, permutatam, distractam, effectam aut quouis modo alienatam, etiam alienationis largissimo modo sumpto vocabulo, & de illa nihil omninò factum esse in præiudicium emptoris prædicti. Et dictam domum, et iura ipsi D. A. vendere licuisse, atque licere: et hanc venditionem esse bonam, validam, et valide factam, et in eam tamquam talem facere consentire omnes personas, Commune Corpus Collegium, et vniuersitatem ius habentes, aut habere quouis modo apparentes; etiam ad omnem solam, & simplicem interpellationem, aut requisitionem extraiudicialem ab emptore, vel eius hæredibus, & successoribus faciendam. Et promisit insuper, & omnem litem, causam, controuersiam, & molestiam, si quæ mouerentur super dicta domo, suscipere in omni iudicio petitorio, & possessorio, & quacumque instantia, & parte iudicii, ac susceptas prosequi, & terminare, eius propriis impensis, & opere, & cum eius procuratoribus, & aduocatis, etiam absque impensa, cura, labore interuentu emptoris, eiusque successorum; Quinimmo ipsum emptorem, & eius quoscumque successores super eadem domo, eiusque possessione conseruare, defendere, eximere, & liberare, ab omni lite, causa, controuersia, molestia, & molestante persona, liberè, omni penitus iuris, & facti exceptione remota: Alias in omnes, & singulos casus, & euentus præmissos contrarios, et quemlibet ex eis, aut in obseruationis omnium, et singulorum præmissorum. Idem A. venditor de omni, et quacumque dictæ domus euictione vniuersali, et particulari in forma iuris valida, et in Vrbe consueta, et omni iudicio petitorio, et possessorio, et quocumque eorum insolidum teneri voluit erga D. B eiusque hæredes, et successores; ita vt sub prætextu, quod per imprudentiam, iniuriam, vel in iustitiam iudicum fuerit iudicatum, vel euictio sequuta, idem venditor se tueri, vel excusare nullo modo possit. Quia sic actum, et conuentum fuit. Item confessus, et conuenit, quod in omnibus, et singulis præmissis dictus emptor, et eius hęredes, ac successores non teneatur ad aliquam solemnem intimationem litis faciẽdam; sed qualibet simplex notificatio vel interpellatio, etiam extraiudicialiter, et sine aliqua solemnitate iuris, et statutorum, facta sufficiat, ipsi venditori, aut fideiussoribus, vel successiuè alicui ex hæredibus (Pactũ de retrouẽdendo alicuius eorum.) Et præmissa fecit D A. venditor cum pacto expresso, vt liceat ipsi, eiusque hæredibus, et successoribus dictá domum semper, et quandocumque in perpetuum etiam nulla quantumuis longissimi temporis præscriptione obstante, præcedente, et facta denunciatione, seu intimatione pe sex menses ante, facienda emptori, vel eius

eius hæredibus pro eodem pretio N. scutorum monetæ redimere, & recuperare; Quo pretio in simili specie, pecunia numerata ipsi emptori, vel eius hæredibus restituto, & precedente intimatione prædicta, idem emptor, & sui successores retrouendere, vt supra, teneantur quandocumque ad omne placitum venditoris, & suorum, et quatenus etiam D. A. vel sui hæredes, & successores redimere voluerint, et redimerint, et postea eandem domũ alijs vendiderunt, tũc dictus emptor et eius hæredes pro eodem seu pari pretio ab aliis; dato, præferantur omnibus ab aliis; et vendito censeatur facta in eorum fauorem, si eam acceptare voluerint et pro tali iure prælationis dicta domus semper affecta remaneãt, D. B et suis hæredibus, et successoribus. Et insuper in tali casu liceat eidẽ emptori, et suis hæredibus habere accessum, et regressum ad prædictam domum; eiusq; corporalem possessionem, quam propria auctoritate, absque alicuius Iudicis, et Curiæ licentia, decreto, auctoritate, vel mandato, et absque vitio spolii, nullitatis, et attentatorum appræhendere, continuare, et retinere valeant. Item conuenerunt, quod si contingat fieri in domo prædicta impensas, seu reparationes necessarias eidem domui, in tali casu, facta notificatione, vel intimatione ipsi A. vel alicui ex eius hæredibus antequam dictæ impēose necessariæ fiant teneantur ijdem A. et eius successores in euẽtum redemptionis domus easdem impensas reficere dicto emptori, vel suis, vna cum pretio supradicto quia sic actum, etc. Præterea, vt magis cautum sit E emptori, D. A. venditor promisit accessuros, vt principales, principaliter, et insolidum P. et Q. videlicet p. pro validitate, et firmitate dictæ venditionis, faciendo cõsentire omnes personas, lite quacumque suscipiendi, prosequendi, et pro quacumque euictione vniuersali, et particulari dictæ domus, et iurium venditorum, etiam in omni iudicio petitorio, et possessorio, vt supra, quam pro omnibus, et singulis erga emptorem, vt supra promissis; et Q. pro quacumque euictione tantum domus, et pertinentiarum in omni iudicio petitorio, et possessorio insolidum: Quos fideiussores absentes, me notario, vti publica persona pro eis, et eorum hæredibus, et successoribus, et stipulante, et acceptante indemnes, et penitus sine damno à pręmissis, seu quo vis alio modo faciendis obligationibus releuare, et conseruare promisit. Ita quod nullum omninò damnum patietur. Alias ad omnia damna, impensas, et interesse teneri voluit, erga illos, et illorum hæredes. Quæ omnia & singula præmissa dictæ partes, et singula singulis congruo loco referendo nominibus prædictis semper, et perpetuo attendere, obseruare et adimplere promiserũt, modo; et forma præmissis; et nunquam sub quouis prætextu, iure, titulo, causa, et modo in iudicio, vel extra contrafacere, vel venire, per se, vel alios, sed præmissa rata valida, et firma tenere, et habere promiserunt. Alias vltra obseruationem illorum etiam ad omnia damna, impensas, et interesse hinc inde teneri voluerũt. De quibus quidem damnis, impensis, et interesse stare, et credere voluerunt soli, et simplici iuramento partis damnum passæ. Quod iuramentum haberi voluerunt pro plena et sufficienti probatione, ceteris aliis probationibus, iudicis taxationi arbitrio, seu arbitratui boni viri renunciarunt expresse, pro quibus, etc. extende obligationem in forma Cameræ, etc. super quibus, etc. Actum, etc. præsentibus, etc.

Fideiusso de Euictione.

IN mei, etc. P. qui habens notitiam de supradicta venditione domus, et per me notarium etiam de præmissis certioratus, sciens se non teneri, sed teneri volens, sponte, et ex eius certa scientia, et deliberata voluntate contemplatione ipsius A. omni meliori modo, quo potuit, pro validitate, et firmitate supradictę venditionis, de faciendo consentire omnes personas, lite, et causa quacumque suscipienda, et prosequenda, conseruatione emptoris, et suorum in dicta domo vendita, et pro quacumque illius euictione vniuersali, et particulari, in omni iudicio petitorio, et possessorio insolidum, et pro omnibus aliis, vt supra, erga emptorem promissis, accessit, vti principalis, principaliter, et insolidum; Constituendo se; vt principalem, et insolidum obseruatorem, et promissorem erga B. emptorem absentem, me Notario acceptante, et stipulante pro eodem B et illius hæredibus, et successoribus. Et insuper etiam promisit, vt principalis, principaliter,

ter, et insolidum releuare, et conseruare indemnem Q. absentem, me Notario, tamquam publica persona præsente, et pro eodem Q. illiusque hæredibus, et successoribus acceptante, et stipulante, ab omni, et quacumque promissione, accessione, et obligatione per ipsum Q. in præmissis quomodolibet faciẽdis, indemnem penitus, et sine damno releuare, et conseruare promisit, ita quod, etc. alias, etc. de quibus, etc. pro quibus, etc.

Venditio itineris, & actus.

A Vendidit R. iter, et actum in perpetuum in campo, et per campum ipsius positum, etc. Ac viam latitudinis sex pedum quantum protenditur ipse campus, videlicet, A. vsq; A. ita quod ipse B. eiusq; hæredes, et quilibet alius eius nomine, et ab eo eius habẽtes deinceps in perpetuum possint per d. campum liberè dicta quia quandocumque, et quotiescumq; ad eius prædiũ, etc. ire transire, acedere cum personis, curribus, plaustris, equis, et aliis quibuscunq; animalibus, quomodocumque, et qualitercumque: Dans. et concedens eidem B. plenum ius vtendi in perpetuum dicta via, itinere, et actu, et huiusmodi seruituti, et conditioni subiecit dictum campum, dans eidem auctoritatem, etc. Ipsius itineris, actus, et viæ possessionem ex nunc sua propria auctoritate intrandi, etc. et de cætero retinendi: promittens pro se, suisque hæredibus, etc. dictũ B. nec alios prędictos desuper molestare, impedire, prohibere, et litem non inferre, sed eũ perpetuò manutenere, defendere, etc. alias, etc.

Venditio iuris immitendi ligna

V Endidit, etc. ius trabum, et quorumcumq; lignorum immittendum in pariete, siue muro talis domus, etc. Item quod quandocumque voluerit, et sibi placuerit possit, et valeat sua propria auctoritate, etc. immittere, seu ponere ligna, aut trabes, et quæcumque alia in pariete, et vsque ad medium muri domus prædictæ, dummodo murus ipse ruinæ vel præcipitij, siuè grauis deteriorationis periculum non incurrat. Murum, et domum ipsam huic perpetuæ subiiciens seruituti pro pretio, etc. Dans plenam licentiam dicto iure seruitutis vtendi, et illius possessione, etc. vt supra.

Venditio sementis.

A Qui vt asseruit habet Psalmas 30 in circa frumenti, et quotquot sunt terrarum satarum frumẽto positarum, etc. spontè, etc. dictã sementam salmarum 30. vel circa frumenti seminati in dictis terris, ad mensurã talis locis mẽsurãdum, vt infra vendidit, etc. B præsenti etc ad habendum, etc ponens etc constituens, etc dans libentiam, etc Ita quod dictæ sementes ab hodie in posterum stent ristico, periculo, et fortuna, ac ad commodum; et lucrum eiusdem B. et quod impensæ, quas desuper fieri contigerit vsq; ad recollecta inclusiue per ipsum B fieri debeant, pariterq; formentũ quod inde proueniet, et colligetur sit eiusdem B liberũ vt infra, solute terratico Doganeriis Hano autẽ, etc pro pretio, etc. pro qualibet salma sementis ad eandem mẽsuram. Quod pretium, etc. promissit soluere, etc. statim facta mensuratione dictarum terrarum, et sementis Pro qua mensuratione facienda dictæ partes cõcorditer nominarũt, et deputarunt N. mensuratorem, cuius declarationi, et mensurationi stare, et acquiescere promiserunt, et non contrafacere et vlterius idẽ B. teneatur ex pacto etc. vallato prout promisit reddere, et cum effectu restituere vltra pretium præd. ctum eidẽ A. presenti, etc. Tot salmas frumenti nitidi, prout seminari solet, vel prout colligitur, et absq; eo, quod purgetur cũ augumento vnius pro decem videlicet, pro decem salmis frumẽti nitidi, et puri, sine concii salmis 11. immundi, et non puri siue cõcilii vt vulgo dicitur, ad mensoram prædictam quod relatum, et declaratũ fuerit per dictum N. latarũ in dictis terris, illasq; consignare in tali loco statim facta mẽsuratione libere, etc. alias, etc. promisitq; eidẽ A. dictam sementẽ esse suã, et ad ipsum spectare, et pertinere, et nomini alio, præterquã Domino terrarũ, pro eius solito terratico ius aliquod desuper cõpetere quodq; idẽ B., de, et super illius collectione ab aliquo non molestabitur, et tollere impedimentũ, omnemq; litem, et molestiã in se suscipere, etc. ac authorizare, defendere, et disbrigare ab omni molestante persona in iudicio, et extra iudiciũ suis proprijs sumptibus, etc. Et in omnem euentum teneri, et obligatũ esse voluit de euictione dictæ sementis, et ad restitutionem dupli pretij prædicti, refectionemque omnium dam-

 norum,

norum,&c. De quibus,&c Et hoc ftatim, quod eidem B. aliquod impedimentum, vel moleftia defuper inferretur. Ita quod B. prædictus pro cõftitutione dicti dupli, ac damnorum prędictorum aliquam fententiam, vel litis euentum expectare non teneatur, &c.

Venditio lignorum.

A. Sponte,&c. vendidit,&c.B. prefenti,&c. paffus 100. lignorum quercus quatrorum, & abfque tortoribus, qui non funt de numero, & aliis, & recipien. ad menfuram paffus claufi bene,& debite impaffati, eandemq; lignorum quantitatem,vt fupra venditam. Item A.realiter,& cum effectu confignare promifit, eidem B. prefenti, &c. aut alio ad illa recipien. deftinato, tot videlicet in tali portu, & tot in tali portu per totum menfem N.liberè,&c. Alias, &c. Et quatenus dicta ligna non effet,vel dicto B. aut fuis deftinatis ad illam recipiẽdum non videretur bene,& debitè, ac ad menfurã prædictam impaffatam poffint, & debeant reuideri, & adiuftari per N. cuius adiuftationi, & declarationi ftati debeat, prout partes ipfæ ftare promiferunt, & conuenerunt, per pactum expreffum inter eos mutua &c. vallatum, & quatenus dicta ligna infra tempus præfatum locis, qualitatibus, & terminis fupradictis,non affignarentur, teneatur idem A prout teneri voluit, ad folutionem pretii lignorum, vt præfertur, teneatur idem A. prout ligna vendi folent in Ripetta Vrbis, de quo ftare voluit declarationi fiendæ per eundem B. aut afium ceffionarium eius, feu ab eo nominandum, detractis expenfis fieri folitis,& confuetis,in conducendum ligna,à præfatis partibus,refpectiuè ad Vrbem & habita confideratione paffus claufi ad paffum quo venduntur ligna Ripetta, & facta omnium debita compenfatione. Hanc autem venditionem, &c. pro pretio, & nomine pretii,videlicet ligna confignan. verò in tali portu pro iulijs, etc. Pro quolibet paffu ad dictam menfuram paffus claufi, quod pretium, etc. promifit foluere, etc. ftatim facta configoatione dictorum lignorum liberè,&c. pro quibus,etc.

Venditio Molendini.

N. Per fe, etc. Vnum molendinum ad molendum frumentum, quod ipfa N. habet, fitum, et fundatum in territorio Caftri R. in riuo, fiuè flumine N. nuncupato, iuxta fuos notos confines,quos ac fituationes, denominationes, & vocabula hic pro expreffis, & defcriptis haberi voluit,confenfit que,quod huiufmodi Inftrumento femper addi, & defcribi poffint vna cum omnibus,& fingulis fuis macinis, canalibus, & vtenfilibus ac membris, pertinentiis, cohærentiis, adiacentiis, iuribus,vfibus, actionibus,introitibus, exitibus, decurfibus aquarum, aqueductibus, & iurifdictionibus vniuerfis,& aliis quibufcumque ad dictum molendinum, & ad ipfam venditricem,tamquam illius veram Dominam, & Patronam, quomodolibet, tam de iure, quam vfu, confuetudine fpectan. & pertinen. vendidit, &c. D. M. prefenti, &c. omnia, et fingula iura, &c. Ad habendum, &c. Ponens, &c. Conftituens, &c. Et donec, &c Dans licentia, &c. Hanc autem, &c. Reliqua extende,prout in alia forma vendita, mutandis mutatis.

Venditio Cafalis.

Cum fit quod illuftr. D. D. Romanus ad computum dotis Dominæ L.filiæ fuæ naturalis, & legitimæ, & D. B. tunc eius futuro marito infolutum dederit rubra 15. fui Cafalis nuncupati la S fiti extra portam, & pontem, & in territorio Vrbis, cupiendo ab ea parte Cafalis, quæ confinata eft iufta Cafale Caftri I. & fequendo, prout in Inftrumẽto per me Notarium die,&c.proximè pręterita celebrata, continetur, pro pretio, ac pactis in eo expreffis, ad quod pro facti veritate relatio habeatur; & nunc partes intendat melius,& clarius aptare, & ponere confines, & terminos dicti Cafalis,vt tam ipfe D.L. quæ dicti coniuges, & eorum partes Cafalis melius feparati, & terminatas poffidere valeant. Ideo ipfe D. L. alia rubra 15. eiufdem Cafalis vendere propofuit dicto B.genero fuo, pro pretio,& pactis infra dicendis. Hinc eft, quod anno, etc. Illuftr. D. L prænominatus fponte, etc. et omnibus melioribus, et rubra 15 terreni dicti Cafali della S. ad menfuram cathenæ; more Romano, contigua, et p.ope alia rubra vigintiquinque dicti Cafalis in folutum data, vt fupra dictum eft. Quæ rubra 15. cõfinata funt hoc modo videlicet Repigliando per li confini del Cafale I nelli monti contigui à detto Cafale della S. efpreffi in detto Inftrumento, et per effi andando fino al confino del Cafa chia-

chiamato R.&c. vendidit ac titulo perfectæ venditionis dedit, cessit, tradidit, & assignauit iure proprio, & in perpetuum; salua tamen facultate redimendi, vt infra dicetur dicto B Roman presenti, & cum consensu & auctoritate, D. P. eius patris ibidem presentis, ementi, acceptanti, & stipulanti pro se, ac suis hæredibus, & successoribus quibuscumque, ad habendum, &c. Transferens, & cedens in & super dictis rubris 15. vēditis in emptorem acceptantem vt supra, omnia sua iura &c Ponens, &c, Constituens, &c. Dans facultatem eidem emptoris accipiendi auctoritate propria, absq; alicuius Iudicis, &c. dictorum 15. rubrorum corporalem possessionem ad omne illius placitum, & donec &c. constituit, &c Hanc autem venditionem, & alienationem dictorum 15. rubrorum dict. Casalis D. L. fecit, & facit, cum omnibus in hoc instrumento contentis, pro pretio scutorum mille quingentorum monetæ iuliorum decem pro scuto. Quæ scuta mille quingenta solui debeât per dictum emptorē ipsi Domini venditori hoc modo, & terminis, videlicet scuta quingenta similia hinc ad sex menses sequentes ab hodie. Alia quingenta intra alia sex menses inde sequentes, & re... scuta quingenta infra al os sex menses sequentes. Adeò, quòd infra decē octo menses, totum dict prætium solutum sit, prout in terminis prædictis L.B. emptor soluere promisit D L conditori præsenti. Et huic promissioni, de soluendo prætium prædictum D. P dicti emptoris pater, vt principalis, Principaliter, & insolidum accessit, constituen to se principalem, & insolidum promissorem, & debitorem dicti pretij erga D. L. præsentem, &c Et si plus dicto prætio dicta rubra 15. valerent, aut valere possent, D M. venditor totum illud plus ex beneuolentia, qua prosequitur dictum B eius generum, eidem condonauit, & rem sit irreuocabiliter inter viuos dicto B. acceptanti. Et præmissa cum infra dicendis fecit, his pactis adiectis, quod ipse L. semper, & quandocumque voluerit, donec vixerit, & suam tantum vita durante, & pro se ipso, & pro alio, vel aliis dicta rubra 15. pro eodem pretio redimere possit; quæ tamen facultas redimendi non competat, neque transferatur hæredibus ipsius D. L' prout idem L. tantum, & pro se redimere volenti retrouendere promisit, & pro eodem prætio, vt supra & non aliter, nec alio modo. Et conuenerunt etiam, quod dicta rubra 15. capiendo, & sequendo à latere ac locis supradictis mēsurari debeant per D. N seu D M. Architectos, & agri mensores ad beneplacitum vniuscuiusque partis, & apponi debeant termini in locis supra specificatis, vbi melius, & commodius dictis Agrimēsoribus, aut eorum alteri videbuntur esse apponendi. Quorum Agrimensorum, & etiam alterius eorum quicunque eorum accessit ad mensurandum appositioni terminorum, mensuratione, & relationi faciendis, etiam sine aliquo interuentu partium, promiserunt partes perpetuo stare & acquiescere. Ita quod huiusmodi venditio, & emptio, sub prætextu mensuræ faciendæ, non intelligatur conditionalis, & resolubilis; sed immo duratura, atque perfecta pro vtraque parte. Conuenientes etiam quod tam huiusmodi rubra 15. vt supra vendita, quam dicta rubra 25. in solutum data, occasione dotis Dominæ I. mensurari debeant insimul, ad tollendum confusionem, ambiguitatem, & pro minori dispendio, commodiorique appositione terminorum per dictos Agrimensores, vel quemuis eorum; quibus, & eorum vnicuique in solidum partes dederūt facultatem mensurandi apponendi terminos, & referendi. Promittentes stare relationi mensurationi, vt supra, & ad præmissa eosdem [illegible] deputarunt. Præterea D.L. venditor affirmauit, & promisit dicta rubra 15. Casalis, vt supra vendidi, ad ipsū D.L. pleno iure dominii vel quasi spectantia, & pertinentia, vendere vt supra, licuisse, atque licere, & nulli alteri in toto, vel parte data, &c alienationis, &c. & esse libera, & immunia ab omni censu, canone, responsione, & quocumq; onere, & huiusmodi venditionem esse, & semper fore bonam, validam, ac bene, & validè factam, & in eam tāquam talem, promisit facere consentire omnes personas, &c. ius habentes, aut habere prætendentes, etiam ad omnem solam, & simplicem extraiudicialem requisitionē, aut interpellationem per dictos B. eiusq; hæredes, &c. faciendam; & promisit suscipere in se omnem litem, &c. Si quæ inferatur super dictis rubris 15. Casalis in quocumque iudicio, & in quacumque instantia, & parte iudicii, & suscepta prosequi, terminare,

nare,&c. etiam absq; cura, interuentu, & impensa dicti emptoris. Quinimmo promisit dictum emptorem eiusque hęredes, etc. in, et super dictis 15 rubris Casalis eiusque possessionem semper, ac perpetuò conseruare, ac defendere, eximere, et liberare ab omni lite, etc. Alias in omnes, et singulos casus, et euentus præmissis contrarios, et quemlibet ex eis, aut in obseruationis præmissorum omnium, et singulorum, ad omnem euictionem dictorum rubrorum 15. Casalis in forma iuris valida, et in Vrbe consueta, et in omni iudicio petitorio, et possessorio, et quouis eorum insolidum, et ad omnia damna, etc. teneri voluit erga dictum emptorem, presentem, etc. Et consensit etiam, atque conuenit idem L. venditor, quod dictus emptor, eiusq; hæredes, et successores non teneantur ad aliquam solemnem intimationem litis faciendam, sed quæcumque simplex notificatio etiam extraiudicialis, et sine aliqua solemnitate, et forma iuris, et statutorũ adhibita facta sufficiat ipsi D. venditori, et successiuè alicui ex hæredibus suis. Quæ omnia, etc. pro quibus, etc.

Alia venditio Casalis fideicommissarij ex causa debiti contracti.

CVm magnificus D. A. propter fideiussiones pro amicis, et consanguineis factus, graui ære alieno grauatus existat; cupiens ab eo liberari, .. [illegible] nisi ad alienationem bonorũ fideicommisso bon. mem. S eius aui paterni, subiectorum, seu aliquorum ex eis deueniat, ad euitandum omne dedecus, tam suum, quam familię suæ. Quia profectò, nisi creditoribus satisfaciat, executionem etiam personalem, et carcerationem, aut auxilium volũtarium pati cogeretur. Ideò à Sanctissimo Domino Nostro Papa, Casale S. et F. a fideicommisso præfato liberari, ac facultatem cuicumq; vendendi, cum suis iuribus, et pertinentiis et absque incursu alicuius pœnæ, cum derogatione predicti fideicommissi obtinuerit; prout supplicationibus signatis manu Sanctissimi Domini Nostri Papæ, sub datum Romæ, apud Sanctum Petrum nonis Iunij, et apud Sanctum Marcum Kalendis Octobris, Anno Secundo, plenius cõtinetur; quas signaturas, et supplicationes originales exhibuit, et eis vti velle declarauit, et declarat. Quæ sunt huiusmodi tenoris, videlicet, Vrbis Beatissime Pater, fuit in rerum natura, etc. Et asserens idem A omnem, quam potuit, diligentiam per plures menses circa venditionem dicti Casalis, et iurium suorum adhibuisse; à nemine tamen meliorem, immo nec parem conditionem inuenisse, quam ab N. cum quo volens Instrumentum, pactis, et modis tractatis, et maturè conclusis celebrare.

Hinc est, quod Anno, etc. Coram testibus infra dicẽdis et me Notario, etc. constitutus idem magnificus D. A. nepos ex filio prædicti quõdam S. ad prouidendum, vt supra narratum est, satisfactioni creditorum, et præsertim extinctioni plurium censuum, per eum impositorum, et venditorum. Quorum census fructus, habita ratione illorum valoris, maiores existunt, quam prouentus Casalis, sponte sua certaque scientia, et deliberata voluntate, etiam vigore facultatis concessionis, et derogationis factarum, vt supra, per Sanctissimum Dominũ Nostrum papam, quibus vti vel declarauit, et declarat, ac omnibus melioribus modo, via, iure, causa, et forma, quibus validius fieri potuit, et potest, ac per se; et suos quoscumque hæredes, et successores dicta [illegible] Casalia, S. et F. sita in agro Romano, in partibus Transtiberis, distantibus ad Vrbe 4. aut 5 milliariis, vel circa, ad quas itur, exeundo per portam Flamminiam, seu Populi nũcupatam, et pontem Miluium cui casali, vel casalibus, quoad partem vocatam F. hos asseruit adhęrere cõfines, videlicet ab vno latere versus Vrbem territorium C. P. diœcesis, ab alio versus S bona Monasterii sancti P. seu territorium castri L. dicti Monasterii, et ab alio latere flumen Tyberis, apud Portum M R quo verò ad S ab vno latere flumen T. etc saluis aliis suis verioribus confinibus, et vocabulis, si quæ, etc cum omnibus, et singulis dicti casalis, vel casalium iuribus, et iurisdictionibus, ingressibus, exitibus, commoditatibus, adiacentiis, pantanis, pratis, nemoribus, aquis, fontibus, aquarum cursibus, riuis, molendinis, hospitio, domibus, ædificiis, et aliis quibuscumque in dicto casali, seu casalibus S. et F consistentibus, et etiam ad dicta casalia spectantibus, et pertinentibus, tam de consuetudine, quam de iure, quas, et quæ dicta casalia habent in se, et circum seipsa, vsq; ad vias publicas, et cum omnibus suis pertinẽtiis vniuersis, vendidit,

dit, & titulo perfectæ, ac irreuocabilis venditionis iure proprio, & in perpetuum dedit, cessit, concessit, transtulit, mandauit, & assignauit.

Magnifico D N. presenti, & pro se, suisq; hęredibus, & successoribus quibuscumque ementi, stipulanti, & acceptanti ad habendum, &c Transferens, & cedens dicto emptori, vt supra acceptanti super dicto casali, vel casalibus S & F. & suis mẽbris, & pertinen. omnia, iura, omnesque actiones, &c. Ponens, &c constituens, &c. Dans facultatem eidem emptori accipiẽdi dicti casalis, vel casalium, cum eorum membris, & pertinentiis prædictis; realem, & corporalem possessionem auctoritate propria, vel de facto, absque alicuius iudicis, etc Et donec, etc. cõstituit, etc. Et huiusmodi venditionem, et alienationem, cum omnibus, et singulis in hoc instrumento contentis. Idem A. venditor fecit, et facit, etiam virtute facultatis concessæ per sanctissimum D. N. Papam, et supplicationum insertarum, et omni meliori modo, etc erga N. acceptantem pro se, et suis hæredibus, et successoribus quibuscumque pro pretio scutorum viginti septem millium octingentorum monetæ de iul. decem pro scuto, ex quibus iuxta formã præ insertæ supplicationibus, et Signaturæ Sanctiss. D N. Papæ declararunt, et conuenerũt erogare scuta sex mil. monetæ in emptionem vnius, vel plurium annuorum censuum, prout eidem venditori, et emptori videbitur expedire, propterea, numquam opponi, aut imputari possit, quod Interim donec scuta 6 m. prædicta collocentur in emptionem, vt supra, emptor gaudeat re, et pretio, coram testibus et me Notario eadem scuta sex millia in computum dicti prætii, cum expresse cõsensu D. A. Venditoris consignauit, et deposuit, cum pactis, conditionibus, et declarationibus infra dicendis, quæ hic, et in omni parte contractus, pro repetitis, et insertis habeantur penes P. præsentem, et accipientem in prompta, et iam numerata pecunia tenenda, et conseruanda per dictum depositarium, ad effectum, vt quamprimum commode fieri poterit, in emptionem dicti census, vel censuum nomine, et ad fauorem prædictę A. et aliorum successiuè ad dictum fideicommissum vocatorum, reseruata dispositione, tam sortis principalis, quam etiam fructuum dicti census, vel censuum ipsi N. et eius hæredibus et successoribus, donec in tot non ad summam dictorum 30 mil. perueniant collocari, et erogari valeant iuxta formam supplicationis prędictæ, de quibus scutis 9 m. in depositum acceptis, dictus P. vocauit se contentum et de illis D N. et D. A. presentes, etc. quietauit, cum pacto de nunquam petendo, et promisit statim consignare, ac soluere ad omnem requisitionem, vel placitum eorundem A. et N. quatenus erogentur in emptionem census, vel censuum prædictorum, et non aliter. Et pro maiori cautela dicti A. fecit, et consignauit eidem A. præsenti, etc. Hac lege, conditione, et declaratione adiectis, vt nec fructus dicti census, vel censuum emendorum, neque sors principalis ad manus venditoris, vel aliorum ad fideicommissum prænarratum vocatorum peruenire possint sed per dictum N. emptorẽ dicti Casalis vel casalium, et illius hæredes, et successores exigi, et in emptionem portionum siue locorum montium non vacabilium, sub nomine, et ad fauorem D. A. et aliorum ad dictum fideicõmissum successiuè vocatorum, reseruata tamen, et supra, dispositione sortis principalis, et fructuum ipsis D. N ac suis, vsque ad summam scutorum 30 millium peruenerint, iuxta formam predictarum supplicationũ quamprimum commode fieri poterit, inuestiri debeant, vsque ad summam scutorum triginta millium, computatis dictis sex millibus, in totum accreuerit. Et quia cura inuestien. dictas pecunias, et fructus ad emptorem, et suos hæredes, et successores, vt præmittitur, et pertinere debet, ne propter difficultate inueniendi loca mõtium prædictorum, et pro inuestimentis faciendis ipse venditor, et sui in dicto fideicommisso successores, aliquod damnum patiatur. Idcirco D A prædictus volens vtilitati suę, et suorum filiorum, et aliorum ad dictum fideicommissum vocatorum consulere, vt facilius, et maturius fructus censuum, et successiuè montium emendorum inuestiantur, et augeantur, vsq; ad dictam summam scut 30 mil. et ad tollẽdum difficultates, et forsan conuentiones, quæ occasione inuestimentorum prędictorum oriri possent; et ad omnem meliorem finem, et effectum. Spontè, etc. conuenit, et promisit D. N presenti, etc. quãdocumque,

que, et quotiescumque inuestimenta prędicta erunt facienda, inuestigare, et innenire, et D.N. et suis, etc, offerre dicta loca montium non v cabiliū pro inuestimentis prædictis faciendis, alias teneri voluit ad omnia damna, etc. de quibus etc quæ scuta .o. mill. loco dicti Casali, vel Casalium S. et F. prædicto fideicōmisso subiecta remanerent, iuxta formam Signaturæ, et commissionis Sanctissimi D. N. Papæ de quibus scutis sex millibus, vt supra, in depositum realiter, vt supra, consignatis D.A. venditor quietauit, absoluit, et perpetuo liberauit dictum N. in computum prætii dicti Casalis. Reliqua vero scuta 21000 et octingēta monetæ, pro complemento scutorum 27000. octingentorum monetę causa totius dicti pretii, D.A. venditor coram testibus, et me Notario habuit, et accepit, et ad se traxit in prompta pecunia, in moneta argentea Papali, à dicto N. emptore præsente, atque actualiter soluente; de quibus scutis viginti vno millibus, et octingentis monetæ pro reliquo, et complemento dicti prętii, vocauit se contentum, et sibi integrè satisfactum esse dictumque N emptorem præsentem etc. quietauit, absoluit, et perpetuo liberauit. Exceptioni non numeratæ pecuniæ, non habitorum, non receptorum, et omnibus aliis iuris, et facti exceptionibus expresse renunciauit, cum pacto de numquam amplius petendo. Et si plus dicto pretio Casale, vel Casalia prædicta S et F. cum suis membris iuribus, et iurisdictionibus, et pertinentiis prædictis valeret, aut valere posset vel possent, totum illud plus, etiam si dimidiam iusti prætii partem excedere donaui, et titulo donationis irreuocabilis inter viuos ex certa scientia principaliter, et non incidenter, remisit, eidem N. præsenti, etc. et ad maiorem perpetuam firmitatē huius contractus. Idem A. venditor, renunciauit beneficio legis secundę C. de rescindend. vendition et similibus legibus de quarum effectu scientiam habere dixit, et de nouo certioratus extitit. Item affirmauit, et promisit dictū Casale S. et F. et cum omnibus iuribus, et pertinentiis præfatis, exceptis dicti censibus redimendis, ex pretio dicti Casalis, vt supra conuentum fuit in reliquis esse liberum, et immune ab omni alio censu, canone, responsione, liuello, et quocumque onere, et ab omni fideicommisso purificato, et purificando attenta maximè derogatione Sanctissimi D. N. Papæ Quam promisit validum, et firmum esse, ac perpetuo valituram, et dictum Casale non esse alicui alteri venditum, datum, donatum, permutatum, distractum aut quouis modo alienatum, etiam alienationis latissime sumpto vocabulo, et nihil omninò in toto, vel in parte factū esse in præiudicium huius contractus, et dicti emptoris, atque dictum Casale vel spectans, et pertinens ad dictum venditorem pleno iure dominii vendere, vt supra, licuisse, atque liceret, et hanc venditorem esse, ac semper, et perpetuò fore bonam, validam, ac bene, et valide factam, et in eam tanquam talem facere cōsentire omnes personas, etc. ius habentes aut habere prætendentes, in et super dicto Casali, et quacumq; illius parte, aut membris, etiam ad omnem solam, et simplicē interpellationem, aut requisitionem faciendā per emptorem, vel eius hæredes, et successores, et promisit non inferre litem, et quod neque à fideicommissariis vocatis in testamento dicti sui Aui paterni, vel ab aliis quibusuis personis; lis, vel molestia inferretur, et quatenus illata foret, vel inferri contigerit, promisit facere consentire, vt supra, ac litem, causam, cōtrouersiam huiusmodi suscipere in se, in omni iudicio, et in quacumque instantia, et parte iudicii, et susceptas prosequi, finire, et terminare, omnibus eius impensis. Procuratoribus, Aduocatis, et defensionibus opportunis, et absque cura, Interuentu, et impensa dicti emptoris, et illius hæredum, ac successorum. Quinimmo dictum emptorem, et illius hæredes, et successores quoscumque in et super dicto Casali, cū omnibus eius membris, et pertinentiis, ac pacifica possessione semper, et perpetuo conseruare, ac insuper defendere de iure, et de facto, ac eximere, et liberare ab omni lite, causa controuersia, molestia, et molestante persona. Alioquin si præmissa omnia, et singula seruata non fuerint, et in omnes, et singulos casus, et euentus præmissis contrarios, aut contrauentionis illorum, teneri voluit et se, et suos hæredes, etc. et bona quæcumque obligauit pro omni, et quacumque, euictione dicti Casalis, et iurium venditorum vniuersali, et particulari in forma iuris valida, et in Vrbe consueta, etiam ac duplum prætii rei euictæ, asse-

afferens hanc esse, & vigere in Vrbe consuetudinem, & in quocumq. iudicio, etiam petitoria, & quouis eorum inso idum, & siuè in proprietate, siuè in possessione euictio immineat, vel seruatur, etiam si euictio, aut molestia ex dicto narrato fideicommisso, aut aliàs vndecumque prouenerit, & ad omnia damna impensas, & interesse propter litem, molestiam, vel euictionem, per emptorem, & suos hęredes, & successores patienda, & incurrenda teneri voluit erga emptorem, vt supra, acceptantem. Ita vt sub prætextu, quod per imprudentiam, iniuriam, vel iniustitiam iudicantium, vel facto Principis euictio sequuta foret, ipse venditor, eiusq; heredes, & fideiussores nullo modo excusari, vel se tuere possint aduersus præmissa. Et consensit etiam, atque conuenit cum emptore quod in omnibus, & singulis præmissis, & in hoc Instrumento contentis, dictus emptor eiusque hæredes, & successores, non teneatur ad faciẽdam aliquam solemnem intimationem litis, sed quæcumque simplex notificatio, etiã domi dimissa copia etiam extraiudicialis, & sine aliqua solẽnitate, & forma iuris, & statutorum adhibita, & seruata ipsi venditori, aut successiuè alicui ex hæredibus, & successoribus suis, ac fideiussoribus infra dicendis facta sufficiat. Quia sic actum, & conuentum fuit; cui emptori vt magis cautum sit, vltra fideiussores infra dicendos, & obligationem venditoris, declararunt, & cõuenerunt dicti contrahentes, quod dicta scuta 6. mil. vt supra, in depositum data, & census emendos ex eis, & successiuè augumentum illorum, vsq; ad dictã summam scutorum 300. mil. & loca montium, acquirenda ex augumentum, & fructibus in futurum emenda, intelligantur, & sint ex nunc in specie, ita tamen, &c. eidem D.N. & sui hæredibus, & successoribus quibuscunq; semper, & perpetuo obligata, hypotecata, & affecta pro quacumq; dicti Casalis, S & F. cum suis pertinẽtijs, euictione vniuersali, & particulari, in quocumque iudicio petitorio, & possessorio, & quouis eorum Insolidum, & pro maiori cautela, & potioritate, & anterioritate, dicti N. emptoris, & suorum, ac pro obseruatione huius contractus, & omnium, & singulorum conuentorum in eo, & quatenus aliqua euictio dicti Casalis, in toto, & quauis parte in iudicio petitorio, vel possessorio prouidere, & ex quocumque capite (promissionibus de euictione, & obligationibus fideiussores semper saluis) etiam liceat D. N. & suis accipere corporalem, possessionem dicti census, & locorũ montium, & quorumcumq; bonorum, in quibus dictæ pecunię, prouenientes, & pretio Casalis, cum eorum augumento, & fructibus, inuestitæ fuerint auctoritate propria, & de facto absque alicuius Iudicis, & Curiæ, &c. & absque vitio spolij attentatorum, & alio defectu, & retinere, & loco rei euictæ, pro concurrenti valore vsufructuare, donec valorem rei euictæ, ac duplum ipsius vna cum damnis, impensis & interesse cõsequantur; & cum huiusmodi conditione adiecta, quod dictę pecunię, & eorum augumentum, nec possint ab aliquibus sequestrari, neque creditoribus dicti venditoris casalis, nec alijs qu busuis personis etiam venientibus ex causa dotis, alimentorum, & alia quacumque causa, quantumuis pia, fauorabili. & priuilegiata eius acquiri possit, in prę iudicium dicti D. N. & suorum; Immo dictus N. & sui omnibus alijs præferantur in euentum præfatum, maximè quia dictæ pecunię ab ipso N. prouenerunt, & quia sic à principio actum, & conuentum fuit. Et saluis præmissis, & absque illorum præiudicio D. A. venditor promisit huic venditioni, & alienationi, ac omnibus, & singulis supra, & infra conuentis, & promissis, accessuros, vti principales, & insolidum, pro summis in totum scutorum viginti vnis millium, & octogentorum monetæ, videlicet B. pro summa scut. N. C. pro aliis scutis D N. pro aliis N. scutis, quæ omnes summæ cõstituunt dictam summam scutorum 12. m. octingentorum monetę. Pro quibus respectiue summis accessuros promisit dictos fideiussores, & principales, principaliter, & insolidum, pro validitate, firmitate, & obseruatione huius venditionis, & de faciendo consentire omnes personas, ius habentes, vel habere apparẽtes, etiam dictos fideicommissarios, & quoscumque nominatos, & comprehensos in dicto fideicommisso, quatenus contrauenirent huic venditioni, et alienationi, aut illam rescindere, aut annullare tentarent; et de quacumq; lite, causa, et molestia suscipienda, prosequenda, et pro conseruatione dicti emptoris, et suorum in dicto casali, et suis pertinentiis, et liberatione

ab-

ab omni lite, causa, molestia, & molestâte persona pro quacumque euictione vniuersal., & particulari, in omni iudicio petitorio, & possessorio, & quouis eorum insolidum; . iisq; præmissis obseruâdis modo, & forma, prout per D. A. præmissa fuerunt, & conuenta in fauorem dicti D emptoris; & cũ obligatione Camerali Quos fideiussores, & alios quoscunq; accessuros si quos alios accedere contingat hinc absentes; me notario, &c. D A promisit releuare indemnes, & penitus sine damno conseruare à præmissis, ita quod nullum damnum, neque molestiam patiatur; al as etiam ad omnia damna &c. teneri voluit: Et alterius D. A. ad eandem maiorem cautelam emptoris, promisit, quod eius filii, & quoties & quando aliquis eorum 14. annum compleuerit, cum omnibus solemnitatibus necessarijs, & oppotunis, acceptabunt derogationem dicti fideicõmissi, & subrogationem respectiuè factas per sanctissimum D. N Papam eis modo, & forma, prout in eisdem supplicationibus continetur, & quod accedent, vt principalibus omnibus præmissis, ad quæ D. Alex. obligatus extitit; vltra hoc pro quacumque eorum iure, quod tam in præsenti, quam in futuro, eis competit, de nouo vendent, & se obligarunt, de quacumque euictione dicti casalis in ampla forma, & pro omnibus, & singulis alijs modo; & forma, quemadmodum ab ipso A. promissa fuerunt erga dictum emptorem, quod promittant pro eadem potiori cautela emptoris, contractum hunc, & contractum per eos celebrandum, ratificare, cum dicti filii, & eorum singul. ætatis legitimæ effecti fuerũt, ad omne placitum dicti emptoris; & quod pariter curabunt, & facient. Ita quo promittendo factum alienum, & faciendo possibilia, excusari non possint, sed teneantur ad omnia, & singula per eos promissa, & ad omnia damna, &c. de quibus, &c. ab eorum filiis supradicta omnia, & singula ratificari, & in omnibus, & per omnia, fieri, & obseruari facient, in forma iuris valida, & omnibus solemnitatibus requisitis, & opportunis. Conuenerunt etiam quod D. A. venditor teneatur eius impensis expedire litteras Apostolicas, in forma breuis, super dictis Signaturis G. N. Papę, ac expeditas emptori prædicto infra terminum, &c. consignare; Quas signaturas originales, ad effectu litteras præfatas expediendi, rehabuit, & secum reportauit. Et vice versa, quod D. N teneatur stare locationi Molendini seu Mole, & hospit i. existentium in dicto casali: quæ à magnificis G. & C eiusdem casali conductoribus locata, & sublocata fuerunt, pro quatuor annis finendis die, &c pro eadem annua pensione, & paucis contentis in instrumento, die, &c. celebrato per N. ita tamen, quod pensio ad præfatũ N. spectet, & pertineat, ita quod emptor permittat seminare in cultis, factis in dicto Casali, pro solitis responsionibus, quæ pariter ad ipsum D emptorem pertineant.

Consensus in venditionem præstitus per fideicommissum.

ILlustrissimus, & Reuerendissimus Dominus I. M Episcopus N. S. R E. Cardinalis fideicõmissarius & executor deputatus (vt asseruit) in testamento bon. mem. T. A. dũ viueret Prothonotarij Apostolici condito die, &c. in actis D. N tũc Notarii curiæ causarum Cameræ Apostolicę, quod testamentum vidisse, ac legisse affirmauit, & de contentis in eo, habere plenam, & certã scientiam, & habens notitiam, quod D F. vnus ex filiis, & hæredibus dicti bon. mem T. ad effectum se liberandi à debito compositionis factæ cum Fisco, & Curiæ, &c. (sequere, prout in præcedenti instrumento consensu, narratiuam mutatis mutandis, quia est eadem res) de quo venditionis instrumento, & contẽtis in eo Illustrissimus D. Cardinalis plenè certioratus extitit; & cum intur alia promissum fuerit ex parte venditoris, ipsum Illustrissimum Cardinalem consensum præstitutũ, spontè, &c. vt adimpleatur promissio, facta ex parte dicti D. F. & magis cautũ sit dicto emptori, pro omni, & quocumq; iure, facultate, & actione competen. & cõpetituris eidem Illustrissimo D. Cardinali M fideicommissario, & executori dicti testamenti purè, libere, ac simpliciter consensit dictę venditionis & alienationi domus, cum suis pertinentiis, vt præfertur, factæ in dictum Capitulum N quantũ attinet ad ipsum Illustrissimũ D. Cardinalem, & huiusmodi consensum, cum omnibus, & singulis in hoc instrumento contentis, semper, & perpetuò ratum, gratum, validum, & firmum habere, ac tenere promisit, & ita obseruare iurauit, tacto pectore, &c. Ad sancta Dei Euangelia, & cum

dicto

dicto iuramento, promisit nunquam contrafacere, dicere, aut venire per se, vel alios, in iudicio, vel extra, sub quouis prætextu, iure, titulo, causa, & modo, etiam hinc non expressis, me Notario, etc. acceptante, & stipulante, pro dicto N. & illius hæredibus, & successoribus quibuscumque super quibus, &c.

Venditio rei emphyteoticæ, & surrogatio personæ citatis affinibus.

Coram magnifico, etc principaliter constitutis D Rodulphus della Porta, vnus ex filijs, & hæredibus quondam Ioseph della Porta, Placentin. Diœcesis, dū viueret, Roman Cur suæq. ætatis legitimæ, in hac re principalis, & D. Accursius de Accursijs Tutor, & pro tempore Curator Clemētis, Caroli, & Octauij ętatis minorum filiorum, & heredum, cum benefic. leg & inuentar. dicti quondam Ioseph germanorum fratrum dicti Rodulphi deputatus (vt asseruit) in testamento à dicto quondam Ioseph conditio in actis D. G Notarii Romani de mēse Octobris 1569. & in huiusmodi tutela, & cura, per magnificum D secundum Collateralē Curiæ Capitolij die 6. Octobris 1569. confirmatus, & quatenus opus sit de nouo deputatus, constat in actis D. C: Notarij Curiæ Capitolii, de qua deputatione, & confirmatione, produxit fidem subscriptā a dicto Collaterali, nominibus exposuerunt dicto Collaterali, dictum quondā Ioseph obiisse annis præteritis, relictis multis, & diuersis debitis, & inter alia vno debito scutor. 175. debitorū Domino Blasio Gallo, per totidem solutis per eundem D B. Domino Cornelio Paltono perusino, creditori dicti quondam Ioseph della Porta, occasione societatis officii alias factæ inter dictum D Corneliū & Ioseph. Quorum scutor. 175. monetæ 150 sunt pro sorte principali dictæ societatis, & quindecim pro certis fructibus dictæ societatis, & residuum pro expensis factis in lite, prout constare dixerunt ex fide producta, & reposita in filza instrumētorum D.G. Curiæ causarum Camerę Apostolicæ Notarij. & ex actis ibidem actitatis. Et insuper dictā hæreditatem dicti Ioseph della Porta remanere debitricem Domini Philippi Valentischi Romani in scutis 305. monetæ, quæ sunt pro residuo scutor 680 simil.um solutorum D. Alberto de Miglioribus, confideiussori dicti D. Philippi in contractu obligationis factæ per dictum quondam Ioseph, & dictum Rodulphum eius filium, in fauorem Io. Francisci, & Aloisij Spinula, vt dixerunt constare in actis D P de dicta obligatione rogati, die, &c. aut alio veriori tempore, itē dictam hæreditatem remanere debitricem in scutis 400. monetæ eidem Rodulpho, & Verginiæ suæ germanæ sorori, natis dicto Ioseph, et quondam A. prima vxori dicti Ioseph, occasione dotis eiusdem matris Rodulphi, & Virginiæ, vt dixerunt constare instrumento dotali, etc. & aliā quoq; debita dictum Ioseph reliquisse in hęreditate sua. Et quia creditores præfati insteterunt, & instant pro consequendis eorum creditis, & pecunijs debitis. Vnde prædicti hæredes non possunt, nec decet differre solutiones prædictas, vel assignationes aliquorum honorum; & in hæreditate præfata remanserit vinea, sit intra mœnia Vrbis prope montem sanctissimæ Trinitatis, versus portam P. quæ vinea in specie reperitur obligata pro restitutione dotis quondam D. secundæ vxoris dicti quōdam Ioseph, ac etiam remanserit domus cum apotheca, sita in Vrbe in via Peregrini sub proprietate & directo dominio venerabilis Collegiatę Ecclesiæ Beatæ Mariæ Rotundæ, confinata ab vno iuxta bona, etc. ac alios suos confines, quæ domus alia concessa fuit per Reuerendos Canonicos & Capitulum dictę Ecclesiæ, prædicto quondā Ioseph ad tertiam suam generationem. Ita quod prima generatio inciperet ab ipso Ioseph, & ab eius filijs legitimis, & naturalibus, tam natis, quam tunc nascituris, & ipsi intelligerentur prima generatio, et finita dicta tertia generatione, vltimus eiusdē tertię generationis possit nominare duas personas, vnico contextu, siue masculos, siue fœminas, et infra mēsem à die nominationis factæ, tradere deberent instrumentū publicum dictæ nominationis Reuerendis Archipresbytero, et Canonicis dictę Ecclesiæ, pro annuo canone, seù respōsione scutorum quindecim, in principio mēsis Nouembris annuatim soluendorum, et cum alijs pactis latius contentis in instrumēto dictæ concessionis, die, etc. 1560. per D.I. Notarium publicum Rom. celebrato, et stantibus præmissis D Accursius Tutor, et Curator. et prædictus D Rodulphus principalis cōsiderauerint expedire dictę hæreditatis pro soluendis dictis debitis, sce

maiori

maiori parte dictorum debitorum, alienare prędictam domum cum apotheca maxime quia nihil est in hæreditate, quod d stractũ sit minus damnosum, quã dicta domus, & volentes dictã domum alienare adhibuerint, & adhibendum curauerint pro omni meliori conditione inuenienda, tamen à nullo, nec parem, nec meliorem conditionem, seu maius pretium inuenerint, quam a prefato Domino Blasio Gallo, & D. Michaele Angelutio de Ferentillo, qui summam scutorum octingentorum monetæ, pro pretio dictæ domus cũ apotheca, & cum onere præfatæ responsionis 15. scut. dictis Archipresbytero, & Canonicis soluere parati existant, & subintrare in locum dictorum filiorum, quatenus tamen dicti D. Archipresbyter, & Canonici capitulariter consentiant, translationi & venditioni prædictæ ipsi Domino Blasio facienda, & mutationi de generatione dictorum filiorum Ioseph della Porta in generationem ipsius D. B. nunc ætatis annorum 60 in circa, & Camilli eius filiis legitimi, & naturalis annorum vndecim cõpletorum, & Iulii Galli Spoletani, fratris patruelis dicti D. B. ætatis 19 seu 20. annorum in circa, qui est solutus, & non habet filios, & Michaelis Angelutii de F. ætatis annorum 15. in circa vxorati, sed nullos filios habẽtis. Ita quod ipse D Blasius, Camillus, & Iulius Galli, & Michael Angelutius habeatur loco primæ generationis, & successiuè filii legitimi, & naturales ex eis nasciturii, habeantur pro secunda generatione, & nepotes pro tertia, & vlterius, qui extiterint ex tertia generatione duas personas, mares, vel fœminas, nominare possint, quæ tamen subrogatio, & mutatio fiat, vt Dominus Blasius, & sui hæredes & successores, durante tertia generatione huiusmodi libere de dicta domo, & apotheca disponere valeant, super quã venditione, translatione, & mutatione, iam requisiuerint dictos Archipresbyterum, & Canonicos, pro eorum in præmissis consensu habendo. Ipsi verò Domini Archipresbyter, & Canonici, licet mors & vita, tam iuuenum, quam senum incerta sit, nihilominus ex eo, quod euidenter apparet, & iuxta ordinẽ naturæ talis mutatio tendit in vtilitatem dicti Capituli, seu Ecclesiæ, cum loco iuuenum, & puerorum subrogentur duo fere senes. Ideo, saluo beneplacito Sedis Apostolicæ, consentire parati sint. Propterea volentes dictæ partes instrumẽtum super dicta venditione, & translatione celebrare, coram eodẽ magnifico Domino Collaterali Dominus N. vnus ex Sanctissimi D. N. Papæ Cursoribus in scriptis retulit, & se ad instantiam Domini Rodulphi della Porta principalis, & Domini Accursi Tutoris, & respectiuè pro tempore Curatoris aliorũ filiorum, & hæredum, cum benefic. leg. & inuentar. dicti quõdam Ioseph della Porta, die, &c. huius mensis N. intimasse D. Bartholomæi parenti consanguineo, & D. Geruasio Melchiorio, affini filiorũ quondam Ioseph della Porta, qualiter dictus D. Rodulphus vnus ex dictis filiis, & maior natu, & dictus D. A. de A. Tutor, & pro tẽpore Curator testamentarius dictorum filiorum minorum, pro soluendis paternis debitis vrgentibus, intendunt alienare, vendere, seu insolutum dare, domum, cum apothecam, sitam in via Peregrini, iuxta bona hęredum quõdam I. & ab alio latere bona Domini D. seu alios veriores confines, in qua domo inhabitat d ctus P. inquilinus (saluo iure directi dominii, & cõsensu Canonicorum, & Capituli Beatæ Mariæ Rotundæ, qui dicuntur esse directi domini) D. Blasio Gallo Spoletano, creditori hęreditatis dicti, quondam Ioseph della Porta, & Michaeli Angelo de F. pro pretio scutorum octingentorum monetę soluen. seu compensan. respectiuè, cum debitis hæreditatis dicti eorum patris, & quod super huiusmodi venditione, seu datione insolutum celebrabitur Instrumentum in domo habitationis, R. P. D. Episcopo Ariminen. è conspectu Palatii residentiæ Oratoris suæ Catholicæ Maiestatis, & quod huiusmodi Instrumẽtum celebrabitur die Sabbathi, &c hora 20 seu coram primo, vel secundo Collaterale. Ideo citasse eosdem ad interessendum, & prçstandum eorum consensum, pro validitate contractus faciendi, alias ad allegandum causam, quare premissa fieri non debeant, alias videndum dictum instrumentũ celebrari, in eorum absentia, cum auctoritate Curatoris per D. deputãdi, iuxta formam statutorum Vrbis, & alias omni meliori modo, &c Qua relatione sic facta, ibidem præsente, et principaliter constituti, dictus D Rodulphus della Porta principalis nomine proprio, D. Accursius de Accursiis Tutor, & respecto priuè tempore Curator aliorum

aliorum filiorum, & cohæredum testibus & me Notario in dicto termino intimationis & citationis, vt supra factæ, ac sufficiēter expectatis dictis DD. Bartholomęo & Geruasio proximioribus, vt asseruerunt eorum consanguineis, & affinibus respectiuè, ac illis non comparentibus, neq; aliquid allegātibus in actis meis Notarij, & quia nullos alios habent consanguineos, in Vrbe ad consentiendum habiles, quam dictos Bartholomeū, & Geruasium, vt cum iuramento, tactis, &c. præstito affirmarunt. Quos amicabiliter etiam requisiuerint, & celebrationi huius cōtractus venditionis, pro tam vrgēti, & necessaria causa interuenire vellent. Propterea ne vnquā de validitate cōtractus dubitari contingat, ad satisfaciendum statutis Vrbis, respectu dictorum minorum, aliquem eis Curatorem, in locum duorum proximiorum consanguineorum, quatenus, opus sit, ad omnem abundantiorem cautelam, deputari cū instantia postularunt, & cum eius consensu dictam venditionē domus, & apothecæ facere possint, ita vt vtile per inutile non vitietur, attēto quod dicti hęredes non habent in bonis, vnde possint cōsequi pecunias, ad effectum huiusmodi debita soluendi. Qui Dominus Collateralis auditis, & intellectis prę missis, dictis Clementi, Carolo, & Octauio, presentibus, & petentibus in Curatorem ad hunc actum, in defectum, & locum dictorum consanguineorum, attenta eorum contumacia, quia non curarunt comparere, nec aliquid allegarunt, dedit, & deputauit N. presentem, & intelligentem, & onus huiusmodi acceptantem, dicens, & repticans eidem curator esto, eisdem minoribus ad hunc actum vtilia pro eis facito, & inutilia prætermittito, iuxta exigentiam facti, eosque illorum iura indefensos, & in defensa non derelinquito, caueto & alia facito, ad quæ teneris & debes. Qui N. Curator ita facere, & curare promisit, prout, & quemadmodum à Domino Collaterali demandatum fuit. Pro quo Curatore, & eius instantia, & requisitione M. sciens, &c. sponte, &c. ad faciendum rem gratam dicto Curatori, vt principalis, & insolidum accessit, erga eosdem minores. Quem M. presentem, &c. Idem Curator promisit releuare indemnem, & penitus sine damno cōseruare. ita quod, &c. alias, & obligantes propterea idem Curator, & fideiussores seipsos, & suos hæredes, &c. & bona, &c. in forma Cameræ Apostolicæ, cum clausulis (citra tamen, & pręter constitutionem procuratorum) solitis, & consuetis, & ita tactis, &c. iurarunt. Et super præmissis dictus D. Collateralis, ad postulationem partium, auctoritatem, & decretum interposuit.

Successiuè in eodem loco, & die coram magnifico D. Collaterali, vt supra, sedente pro Tribunali, ac Testibus, & me Notario publico, ad hæc vocatis, atque rogatis personaliter constituti supra nominati Domini Rodulphus della Porta principalis, nomine proprio, & C. Accursius de Accursiis Tutor, & respectiue pro tempore Curator aliorū filiorum, & cohæredum cum benefic. leg. & inuentarii dicti quondam Ioseph della Porta, in præsentia, & cum consensu dicti N. Curatoris, vt supra deputati presentis, & consentientis, atque auctoritatē pręstantis, & affirmantis cum iuramēto, tactis, &c. præstito se in hac re non habere aliquod propriū particulare interesse, & huiusmodi venditionem, (attenta causa superius narrata) non tendere in damnum dictorum hæredum. Volētes effectuare dictam vēditionem, pro dictis debitis soluendis asserentes à nemine inuenisse meliorem conditionem, quā à dictis magnifico D. Blasio Gallo, & D. Michaele Angelutio, spontè, &c. In primis idē D. Accursius Tutor, & Curator ad maiorem validitatem huius contractus, pro dictis minoribus renunciauit, cū dicto iuramento beneficio minoris ætatis, restitutionis in integrum, & omnibus legibus, & statutis, in fauorem minorum disponentibus, de quibus prius à Domino Collaterali certioratus fuit agens omnia, & singula in hoc Instrumento contenta tutorio, & curatorio nomine, non solū dictorū masculorum, sed etiam fœminarum, videlicet filiarum dicti quōdam Ioseph, quę pariter minores 10. annis existūt, quatenus tamē dictis filiabus, super dictas domos aliquod ius cōpetat, & nō aliter, & omnes pręnominati dictis nominibus, tā coniunctim, quam diuisim, spontè, &c. omni meliori modo, &c. saluo, & reseruato consensu dictorū Archipresbyteri, & Canonicorum collegiatę Ecclesiæ sanctæ Marię Rotundæ, ac iure directi dominii, & responsionis dictæ Ecclesiæ competen. & nō alias, aliter, nec alio modo, &c. supradictam Do-

maiori parte dictorum debitorum, alienare prędictam domum cum apotheca maxime quia nihil est in hæreditate, quod d stractũ sit minus damnosum, quã dicta domus, & volentes dictã domum alienare adhibuerint, & adhibendum curauerint pro omni meliori conditione inuenienda, tamen à nullo, nec parem, nec meliorem conditionem, seu maius pretium inuenerint, quam a prętato Domino Blasio Gallo, & D. Michaele Angelutio de Ferentillo, qui summam scutorum octingentorum monetæ, pro pretio dictæ domus cũ apotheca, & cum onere præfatæ responsionis 15. scut. dictis Archipresbytero, & Canonicis soluere parati existant, & subintrare in locum dictorum filiorum, quatenus tamen dicti D. Archipresbyter, & Canonici capitulariter consentiant, translationi & venditioni prædictæ ipsi Domino Blasio facienda, & mutationi de generatione dictorum filiorum Ioseph della Porta in generationem ipsius D. B. nunc ætatis annorum 60 in circa, & Camilli eius filiis legitimi, & naturalis annorum vndecim cõpletorum, & Iulii Galli Spoletani, fratris patruelis dicti D. B. ætatis 19 seu 20. annorum in circa, qui est solutus, & non habet filios, & Michaelis Angelutiis de F. ætatis annorum 15. in circa vxorati, sed nullos filios habẽtis. Ita quod ipse D Blasius, Camillus, & Iulius Galli, & Michael Angelutius habeatur loco primæ generationis, & successiuè filii legitimi, & naturales ex eis nascituri, habeantur pro secunda generatione, & nepotes pro tertia, & vlterius, qui extiterint ex tertia generatione duas personas, mares, vel fœminas, nominare possint, quæ tamen subrogatio, & mutatio fiat, vt Dominus Blasius, & sui hæredes & successores, durante tertia generatione huiusmodi libere de dicta domo, & apotheca disponere valeant, super qua venditione, translatione, & mutatione, iam requisiuerint dictos Archipresbyterum, & Canonicos, pro eorum in præmissis consensu habendo. Ipsi verò Domini Archipresbyter, & Canonici, licet mors & vita, tam iuuenum, quàm senum incerta sit, nihilominus ex eo, quod euidenter apparet, & iuxta ordinẽ naturæ talis mutatio tendit in vtilitatem dicti Capituli, seu Ecclesiæ, cum loco iuuenum, & puerorum subrogentur duo ferè senes. Ideo, saluo beneplacito Sedis Apostolicæ, consentire parati sint. Propterea volentes dictæ partes instrumẽtum super dicta venditione, & translatione celebrare, coram eodẽ magnifico Domino Collaterali Dominus N vnus ex Sanctissimi D. N. Papæ Cursoribus in scriptis retulit, & se ad instantiam Domini Rodulphi della Porta principalis, & Domini Accursi Tutoris, & respectiuè pro tempore Curatoris aliorũ filiorum, & hæredum, cum benefic. leg. & inuentar. dicti quõdam Ioseph della Porta, die, &c. huius mensis N. intimasse D. Bartholomæi parenti consanguineo, & D. Geruasio Melchiorio, affini filiorũ quondam Ioseph della Porta, qualiter dictus D. Rodulphus vnus ex dictis filiis, & maior natu, & dictus D. A. de A Tutor, & pro tẽpore Curator testamentarius dictorum filiorum minorum, pro soluendis paternis debitis vrgentibus, intendunt alienare, vendere, seu insolutum dare, domum, cum apothecam, sitam in via Peregrini, iuxta bona hęredum quõdam I & ab alio latere bona Domini D, seu alios veriores confines, in qua domo inhabitat dictus P. Inquilinus (saluo iure directi dominii, & cõsensu Canonicorum, & Capituli Beatæ Mariæ Rotundæ, qui dicuntur esse directi dominii) D Blasio Gallo Spoletano, creditori hęreditatis dicti, quondam Ioseph della Porta, & Michaeli Angelo de F. pro pretio scutorum octingentorum monetę soluen. seu compensan. respectiuè, cum debitis hæreditatis dicti eorum patris, & quod super huiusmodi venditione, seu datione insolutum celebrabitur Instrumentum in domo habitationis, R P. D. Episcopo Arminen. è conspectu Palatii residentiæ Oratoris suæ Catholicæ Maiestatis, & quod huiusmodi Instrumẽtum celebrabitur die Sabbathi, &c hora 20 seu coram primo, vel secundo Gollaterale. Ideo citasse eosdem ad Interessendum, & prestandum eorum consensum, pro validitate contractus faciendi, alias ad allegandum causam, quare pręmissa fieri non debeant, alias videndum dictum instrumentũ celebrari, in eorum absentia, cum auctoritate Curatoris per D. deputãdi, iuxta formam statutorum Vrbis, & alias omni meliori modo, &c Qua relatione sic facta, ibidem præsente, et principaliter constituti, dictus D Rodulphus della Porta principalis nomine proprio, D. Accursius de Accursiis Tutor, & respecto priuè tempore Curator

aliorum

aliorum filiorum, & cohæredum testibus & me Notario in dicto termino intimationis & citationis, vt supra factæ, ac sufficiēter expectatis dictis DD. Bartholomęo & Geruasio proximioribus, vt asseruerunt eorum consanguineis, & affinibus respectiuè, ac illis non comparentibus, neq; aliquid allegātibus in actis meis Notarij, & quia nullos alios habent consanguineos, in Vrbe ad consentiendum habiles, quam dictos Bartholomeū, & Geruasium, vt cum iuramento, tactis, &c. præstito affirmarunt. Quos amicabiliter etiam requisiuerint, & celebrationi huius cōtractus venditionis pro tam vrgēti, & necessaria causa interuenire vellent. Propterea ne vnquā de validitate cōtractus dubitari contingat, ad satisfaciendum statutis Vrbis, respectu dictorum minorum, aliquem eis Curatorem, in locum duorum proximiorum consanguineorum, quatenus, opus sit, ad omnem abundantiorem cautelam, deputari cū instantia postularunt, & cum eius consensu dictam venditionē domus, & apothecæ facere possint, ita vt vtile per inutile non vitietur, attēto quod dicti hęredes non habent in bonis, vnde possint cōsequi pecunias, ad effectum huiusmodi debita soluendi. Qui Dominus Collateralis auditis, & intellectis prēmissis, dictis Clementi, Carolo, & Octauio, presentibus, & petentibus in Curatorem ad hunc actum, in defectum, & locum dictorum consanguineorum, attenta eorum contumacia, quia non curarunt comparere, nec aliquid allegarunt, dedit, & deputauit N. presentem, & intelligentem, & onus huiusmodi acceptantem, dicens, & replicans eidem curator esto, eisdem minoribus ad hunc actum vtilia pro eis facito, & inutilia prætermittito, iuxta exigentiam facti, eosque illorum iura indefensos, & in defensa non derelinquito, caueto & alia facito, ad quæ teneris & debes. Qui N. Curator ita facere, & curare promisit, prout, & quemadmodum à Domino Collaterali demandatum fuit. Pro quo Curatore, & eius instantia, & requisitione M. sciens, &c. sponte, &c. ad faciendum rem gratam dicto Curatori, vt principalis, & insolidum accessit, erga eosdem minores. Quem M. presentem, &c. Idem Curator promisit releuare indemnem, & penitus sine damno cōseruare. Ita quod, &c. alias, & obligantes propterea idem Curator, & fideiussores seipsos, & suos hæredes, &c. & bona, &c. in forma Cameræ Apostolicæ, cum clausulis (citra tamen, & prēter constitutionem procuratorum) solitis, & consuetis, & ita tactis, &c. iurarunt. Et super præmissis dictus D Collateralis, ad postulationem partium, auctoritatem, & decretum interposuit.

Successiuè in eodem loco, & die coram magnifico D. Collaterali, vt supra, sedente pro Tribunali, ac Testibus, & me Notario publico, ad hæc vocatis, atque rogatis personaliter constituti supra nominati Domini Rodulphus della Porta principalis, nomine proprio, & C. Accursius de Accursiis Tutor, & respectiue pro tempore Curator aliorū filiorum, & cohæredum cum benefic. leg & inuentarii dicti quondam Ioseph della Porta, in præsentia, & cum consensu dicti N Curatoris, vt supra deputati presentis, & consentientis, atque auctoritatē prēstantis, & affirmantis cum iuramēto, tactis, &c. præstito se in hac re non habere aliquod propriū particulare interesse, & huiusmodi venditionem, (attenta causa superius narrata) non tendere in damnum dictorum hæredum. Volētes effectuare dictam vēditionem, pro dictis debitis soluendis asserentes à nemine inuenisse meliorem conditionem, quā à dictis magnifico D. Blasio Gallo, & D. Michaele Angelutio, spontè, &c. In primis idē D. Accursius Tutor, & Curator ad maiorem validitatem huius contractus, pro dictis minoribus renunciauit, cū dicto iuramento beneficio minoris ætatis, restitutionis in integrum, & omnibus legibus, & statutis, in fauorem minorum disponentibus, de quibus prius à Domino Collaterali certioratus fuit agens omnia, & singula in hoc instrumento contenta tutorio, & curatorio nomine, non solū dictorū masculorum, sed etiam fęminarum, videlicet filiarum dicti quōdam Ioseph, quę pariter minores 10. annis existūt, quatenus tamē dictis filiabus, super dictas domos aliquod ius cōpetat, & nō aliter, & omnes prēnominati dictis nominibus, tā coniunctim, quam diuisim, spontè, &c. omni meliori modo, &c. saluo, & reseruato consensu dictorū Archipresbyteri, & Canonicorum collegiatę Ecclesiæ sanctæ Marię Rotundæ, ac iure directi dominii, & responsionis dictæ Ecclesiæ competen & nō alias, aliter, nec alio modo, &c supradictam Do-

minum,

mum cum Apotheca, et suis membris, et pertinentiis vniuersis, ac melioramentis, vendiderunt, et titulo venditionis, et omni meliori modo, ac titulo, quo potuerût, dederunt, concesserunt, et transtulerunt dicto D. Blasio Gallo nobil. Spoletan in vrbe commoranti, et D. Michaeli Angelutio de F. presentibus ac suis hæredibus, et successoribus quibuscumq; ementibus, acceptantibus, et stipulantibus (solitis conditionibus, declarationis, et pactis infra dicendis et non aliter) subrogantes eosdem B. et M. et suos hæredes, et successores in omne ius, et locum ipsorum della Porta. Transferentes in eos omnia iura, omnesq; actiones vtiles, tam in supradicta domo, apotheca, et melioramentis, cõpeten. etc. Ad habendum, etc. constituentes, etc. ac specialiter et expresse consenserunt, quod D. Blasius pro se, et Camillo eius filio, et Iulio Gallo fratre patruele, et dicto D. Michaeli Angelutio de E. vsque in tertiam eorum generationem inclusiue, et cum facultate nominandi duas personas, vt supra narratum est, consequi possint mutationem, et translationem a dictis Dominis Archipresbytero, et Canonicis, adeo vt in futurum attendantur generationes ipsius D. Blasii, Camilli, Iulii et Michaelis, non autem ipsorum della Porta saluis pactis, declarationibus, et conditionibus infra dicendis. Dantes facultatem D. Blasio accipiendi dictæ domus, cum apotheca, et suis membris, et pertinentiis, corporalem possessionem, absque alicuius iudicis, etc. et donec, etc. constituerunt, etc.

Hanc autem vẽditionem, et alienationem, cum omnibus, et singulis in hoc Instrumento contentis, fecerunt pro precio scutorum 800. monetæ, ad iul. 10. pro scuto, ad effectum soluendi debita prænarrata pro concurrenti summa dicti pretii erga dictos B. et M. presentes, et acceptantes, vt supra. Quod pretium conuenerunt solui debere per DD. B. et M. ad omne placitum venditorum, præstito tamen prius consensu per dictos RR. Archipresbyterum, et Canonicos, et facta mutatione, et translatione de generationibus ipsorum della porta in generationes ipsius D. Camilli, Blasii Iulii, et Michaelis, ex expedito assensu, vel confirmatione Apostolica. Quibus expeditis ex dicto pretio cõpẽsa, debeant scuta 275. debita eadem Domino Blasio, ex causa superius narrata. Ea tamen, vt Domino Blasio, eiusque hæredibus, et successoribus primæua iura, et actiones firma et salua, et reseruata maneant, pro sua potioritate, et anterioritate, et maiori cautela, in euentum euictionis dictæ domus, in petitorio; vel possessorio iudicio vel cuiuscumq; litis, et molestiæ, si quę super dicta domo inferantur. Item solui debeât scuta 305. monetæ Domino Philippo Valentisco debita, ex causa fideiussionis factæ per eum, pro dicto quondam Ioseph, et solutioni subsecutæ, vt superius narratum est. Item scuta 100. dictę Dominæ Virginię, pro sua medietate dotis maternæ scut. 400 et reliqua scut. 20 pro complemẽto pretii dictæ domus, Antonio Antonino in computum scut. 25. per eum dicto Domino Ioseph mutuatorum, quatenus tamen dicto creditori, pro quacunq; euictione dictæ domus, et apothecæ, ac iurium in petitorio, et possessorio insolidum, pro summis, et ratis eisdem soluendis promittant, et de facien consentire omnes personas, et suscipiẽdo, et prosequendo quamcumque litem. Et insuper eorũ iura, et actiones prædicto Domino Blasio, pro sua maiori cautela, et potioritate, ac anterioritate trásferant, et cedant, et ex nunc, pro quando dictę solutiones factæ fuerint dicti venditores quietarunt Dominum Blasium, presentem, etc cum pacto, de nunquam amplius dictum pretium petendo. Et si plus dicto pretio dicta domus, et iure, valerent, totum illud plus remiserunt dictis B et M emptoribus presentibus, etc. item affirmarunt, et promiserunt de dicta domo, et suis membris ac iuribus nihil penitus fecisse, in præiudicium dictorum D. emptorum, et dictam domum, et iura nulli alteri vendidisse, donasse, permutasse, distraxisse, aut quouis modo alienasse, alienationis largissimo modo sumpto vocabulo Immo venditionem, alienationem et subrogationem huiusmodi esse, et semper fore bonas, etc. pone clausulas generales etc. Item declararunt, et conuenerunt, quod si non poterit obtineri translatio, et subrogato de vita, et generationibus ipsorum della Porta, in vitam, et generationes ipsius Blasii, et aliorum prænominatorum, quas mutationem, et translationem, et subrogationem ipsi venditores procurare, et obtinere promiserunt vna cum expeditione beneplaciti Apostolici, seù confirmationis Aposto-

Apostolicæ, intra quatuor menses proximos in tali casu in arbitrio, et facultate D. Blasij retinere dictam domum, iura, & melioramenta, ac de eis disponere, durante vita, ad tertiam generationem inclusiue dictorum della Porta, & vt vulgariter dicitur, correre il risico della vita de' detti figliuoli Gioseppe della Porta, & loro generatione infino alla terza inclusiuamente. Qua vita, & generationibus durantibus dictus Blasius, & sui hæredes, & successores dicta domo, cum apotheca, melioramentis & iuribus vti potiri, frui, & gaudere & de illis, vt de re propria emphyteorica, respectu vsus fructus, & vtilis dominij liberè disponere valeant prout possent ipsi della Porta, si venditionem hanc non fecissent. Et in omnem casum dicti venditores promiserunt consignare instrumentum confirmationis Apostolicæ, vna cum expeditione beneplaciti dicto Domino Blasio, &c.

Venditio ad vitam.

CVm alias A ad effectum soluēdi certum eius debitū, quod habebat cum N. vendiderit A. eius matri, domum magnam, positam in Vrbe, in Regione S. in platea D. cum suis iuribus, & cum duabus apothecis, sub eadem domo existentibus, prope portā domus, altera à dextris altera verò a sinistris, pro pretio scut. 6. m monetæ, cum pacto, vt semper, et quādocunque liceat D. venditori dictam domū pro eodem pretio redimere, & recuperare, vt asseruit latius contineri in instrumento, &c. nunc autem considerans sibi melius esse dictam domum, & apothecas recuperare, atque alteri, vel aliis vendere ad vitam vnius aut plurimum personarū, quia tum mors omnibus certa existat dicta domus & apothecæ deuoluentur ad ipsum A vel eius hæredes, absq; restitutione pretii, & cum P. inquilinus dictæ domus obtulerit soluere scuta 6. m. monetæ, si D. A. dictam domū, cum dictis duabus apothecis, ac reliquis omnibus pertinentiis vendere, & alienare voluerit, ad vitam ipsius P. & Q. suæ coniugis, & post eorum obitum, ad biennium superuiuente. R. filia bo. mem. N. quatenus eadem R. defunctis dicti coniugibus superstes foret, quam conditionem, & pretium oblatum ipse A. acceptare proposuerit, cum sua euidenti vtilitate, quia vbi nunc, & in futurum sine restitutione pretii, dictam domum, & apothecas recuperare non valebit vsq; e, si dictam venditionem fecerit ad vitam vt supra certus esse potest domum, & apothecas absque, restitutione pretij ad eum, vel eius hæredes redditura.

Hinc est, quod Anno &c. corā testibus & me Notario, &c. dictus A. effectuare volens tractatū habitum cum dicto P. super dicta venditione, spontè, etc. & omni meliori modo, &c dictā domum magnā sitam, vt præfertur in platea D. cum duabus apothecis, venditam Dominæ B. eius matri ex nunc, pro ex tunc, & è contra, cum illa redemerit, quā redemptionem, promisit omninò facere hinc ad diē, &c. & cum omnibus aliis apothecis, domibus, seu domunculis contiguis, mēbris, & pertinentiis suis è centro Terræ, vsq; ad Cœlum, cui domui à duobus lateribus sunt viæ publicę ante est dicta platea retro verò & c saluis aliis, si qui sint veriores confines, aut vocabula veriora vendidit, ac titulo perfectæ venditionis, dedit, concessit, transtulit, & assignauit eidem P. presenti, & ementi, & acceptanti, ad vitam suam, & Q. suæ coniugi, & ad duos annos immediatè sequentes post obitum dictorū coniugum superuiuente R. puella, nepote Dominę Q. ita vt dicta R. post obitum dictorum coniugum superuixerit duobus annis vel pro eo tempore, quo superuixerit, vsque, ad duos annos, quicumq; causam, & eius habentes ad P. dicta domo apothecis omnibus, ac pertinētiis suis, vti potiri, & gaudere valeant, hoc etiam adiecto pro maiori declaratione, vt præmoriente Domina Q. nihilominus ipse P. tota dicta domo, cum omnibus eius apothecis, & pertinentiis, durante vita sua, & pariter è contra præmoriente P. superstite Q. sua coniuge, tunc hæredes, & successores Domini P. vel quicumq; ab eo causam, & ius habituri, vltra dictos annos duos superuiuētę dicta B potiri, & gaudere valeat integra domo, apothecis, & pertinentiis suis vniuersis, quæ post obitum dictorum coniugum, & finitis duobus annis prædictis ad A venditorem, vel eius hæredes, & successores etiam cum omnibus melioramentis, si quæ per P. vel Q. ibi fieri contigerint, deuoluātur, & liceat eis propria auctoritate de facto, absque alicuius Iudicis, & Magistratus auctoritate, decreto, & mādato & absque vitio spolii nullitatis erat tentatorum apprehendere atque ad eorum

rum libitum disponere, ac saluis præmissis A.venditor transtulit, cessit, in & super dictis domo, apothecis,& pertinentijs suis D. P. vt supra, acceptanti omnia Iura, & omnes actiones &c. Ad habendum, vtendum, & possidendum, vendendum, donandum, vel permutandum, ac faciendum de domo, & apothecis, ac pertinentiis suis ad libitum voluntatis eiusdem P. durante vita sua,& dictæ suæ coniugis, & duobus annis vitæ dictæ R. ad maiorem peruixerit, vt supra, dictum est. Ponens D. P vt supra, acceptantem in omne ius locum, & priuilegiũ suum in vniuersum, ac transtulit, & eundem P. ad maiorem cautelam acceptantem ius, & facultatem redimendi, & recuperandi à Domina B. dictam domum, cum duabus apothecis, quatenus per ipsum D. A. non fuerit redempta hinc ad diem, & Constituens super prræmissis D.P.inceptantem procuratorem irreuocabilem, vt in rem propriã, ita vt dictis iuribus, & actionibus etiam facultate redimendi in iudicio, & extra, vti agere, excipere, ac experiri valeant, etiã directis actionibus, quemadmodum posset ipse A.ante venditionem, & cessionem huiusmodi,& vltimo ipse D.A. cumpelli possit ad faciendam redemptionem præfatam. Dans ex nunc facultatem D.P. accipiendi auctoritate propria de facto, absque alicuius Iudicis,&c.dictæ rei venditæ, corporalem possessionem. Et donec &c.constituit,&c. Hanc autem venditionem, cessionem, cum omnibus, & singulis in hoc instrumento contentis A fecit, & facit erga dictum P.vt supra,acceptantem, pro pretio scutorum 6. m.monetæ, iul.10. pro scuto, & aliorum scutorum 500. monetæ quæ scuta 500. in melioramentis, ad contentamentum, vel satisfactionem dicti emptoris idem emptor exponere teneatur; dicta verò 6. millia D. P. emptor soluere promisit, hinc ad diem 10. mens.M. proxim.venturi, & pro solutione facienda in dicto tempore dare cedulam bancariam, per totum mẽsem Decembris proximè vẽturi.data prius per D. vẽditorem, videlicet ante diem decem mens M. vel ante solutionem idoneã cautionem ad satisfactionem D.P. principali & insolidum obligata, pro quacumque euictione dictæ domus, apothecarum, & aliarum prefatarum domorum contiguarum, in omni iudicio petitorio, & possessorio, & quouis eorum insolidum, & pro obseruatione aliorum contentorum in hoc instrumento, vel simili summa scutorum 6 mil. per A.exposita in emptionem creditorum montium non vacabiliũ, aut censuum, vel aliorum bonorum stabilium in Vrbe, vel suo Territorio, quæ sint idonea, & secura, & in specie, vltra generalem obligationem infra dicendam, ad maiorem cautelam D emptoris, obligetur in actis mei Notarij, pro quacumq; euictione præfata loco fideiussionis,& pro obseruatione cõtentorum in hoc instrumento & ex nunc dicta bona, seu census, vel credita montium, emenda, si emi contingerint D.A.in specie, ita tamen. &c. obligauit, & hypothecauit D. P. presenti, & ad maiorem cautelam acceptanti, pro quacumq; dictarum domus, apothecarum,& aliorum, vt supra venditorum, euictione, in omni iudicio, &c. Et pro implemento, & obseruatione omniũ, & singulorum in hoc instrumento contentorum,& constituit dicta bona emenda tenere, ac possidere, nomine dicti P. & suorum, in euentum cuiuscumque euictionis præfatæ, salua obligatione personali, et reali aliorum bonorum ipsius A. præterea si dictæ domus, apothecæ, aliæque premisse plus valerent etc.(seque le clausulas generales in forma) Præterea conuenerunt, quod si D. P. vel Domina Q vltra scuta 500. quãcumque aliã summã exponere voluerint, aut erogauerint in melioramentis dictæ domus, omnia cedant solo, et ad beneficio D. A. et suorum hæredum absq; eo, quod ipse A.vel sui hẹredes, pro huiusmodi melioramentis, quantumuis notabilibus, quicquã restituere, aut persoluere teneatur. Itẽ in euentũ, in quem Sanctissimus D.N. Papa vel Reuerendissimus D Camerarius, aut Reuerenda Camera Apostolica, vel Domini Magistri Viarum, aut aliis, ad quos attinebit, faciant iectitum, pro aperienda, vel conficienda via iuxta dictam domum venditam, quæ via tenderet versus Ecclesiam S M.et dicta domus magna remaneret in insula, seu alio quouis modo, in tali casu D.A.venditor, vel sui hẹredes soluere teneatur totum illud, quod soluendũ erit causa huiusmodi iectitus ad D P. & habituros causa ab eo releuare indemnes, ac immunes conseruare à dicto iectitu,& quocumq; taxa, & solutio ne imponenda propter talem iectitum, quia sic

prima

principio actum, & conuentum fuit inter partes. Quæ omnia & singula præmissa, dictæ partes referendo singula singulis, congruo loco promiserunt adinuicem inuiolabiliter obseruare, atque adimplere, & nunquam sub quouis prætextu, iure, titulo, causa, & modo, in iudicio, vel extra, contrafacere, dicere opponere, vel venire; alias ad omnia damna, &c. teneri voluerunt ad inuicem vltra obseruationem, & adimplemētum huius contractus et contentorum in eo. Pro quibus, etc. Et insuper dictus A. etiam in specie, ita tamen, quod specialitas generalitati non deroget, nec è contra, sed ad maiorem cautelam emptoris omnem legitimam, trebellianicam, et falcidiam in bonis paternis, et omnia alia sibi competentia, etiam cum clausula, et effectu constituti obligarunt, etc.

Venditio Castri.

CVm fuerit, et sit prout infrascriptus Illustr D.P. asseruit, quod cum ipse esset verus, et legitimus debitor Illustrissimi D.M. pro residuo dotis Illustr. D.F. eiusdem Illustr. D. M. vxoris, et ipsius Illustr. D P. germanæ sororis, in sũma et quantitate 18200. prout latius publico Instrumento, etc ad quod, etc. Cumque dies solutionis pecuniarum huiusmodi iam diù cessisset, illasque non habens, per litteras cambij, sub die, etc. Cum maximo eius damno et interesse, et Ciuitate N. soluerit, seù solui fecerit eidem Illustr. D. M de mense N. per DD. N. et N. mercator, etc. ducatorum 13000. monetæ Neapolitan. restet que propterea idem Illust. D. P. eorundem mercatorum debitor in dicta summa 13000. ducat. Cumque etiam debitor remanserit, prout remanet de præsenti eiusdem Illustr. D. M. pro residuo dotis præfatæ in summa 5200. scutorum similium, pariterque fuerit, et sit debitor Illustr. D. N. in summa 4700 scut. causa, et occasione dotis, et aliorum iurium, et prout Instrumento, etc. Ad quod, etc. Cumque idem Illustr D.P. nõ habeat ad præsens manuales pecunias pro huiusmodi debitis persoluendis, sitque in varijs aliis debitis, et ex causa solutionum dotium præfatarum, et aliarum inuolutus, ex quibus etiam maximum damnum, et interesse patitur, ac persolui, nec minus vnde pecunia huiusmodi haberi possit modum reperire valens, nisi aliqua de bonis stabilibus vendat. Cumque nullam rem minus damnosam venalé habeat quam quoddam Castrum, vulgariter dictum Sancto P. ac quadam tenutam contiguam nuncupatam M. iuxta fines infrascriptos, ea quibus multos minores fructus, quam interesse, quod patitur ob solutionem debitorum præfatorum, percipit. Propterea ad alienationem dicti Castri, et tenutæ præfatæ neminem reperit, qui meliorem conditionem, et maius pretium obtulerit, quam C qui obtulit pro pretio Castri; et tenutæ præfatæ soluere contanti scuta 27000. hoc modo, videlicet, etc. Cognoscentesque idem Illustr. D. P. et eiusdem Agentes pretium huiusmodi fore iustum, et rationabile, venditionemque præfatam in eiusdem ipsius Illust. D.P. cedere vtilitatem, et propterea ad illa deuenire intendat. Idcircò principaliter constitutus idem P. coram eximio Ioan. D. A. Iudice Palatino, et primo Collaterali, ac Illustr. D Senatoris Locumtenente, seden. etc. ac, cum eiusdem decreto, etc. ac ad præsentia, etc. B, et B. auunculorum eiusdem Illustr. D, P. consanguineorum, et in gradu proximorum; prout medio iuramento asseruit, et se nullos alios proximos consanguineos ad præsens in Vrbe habere ad interessen et qui interesse possint huiusmodi instrumento, ibidem præsentium, etc. et medio iuramento tactis, etc. Asseren. se de huiusmodi negotio ad plenum informatos, et nullum in eodem habere interesse, et non esse in præiudicium eiusdem Illust. D.P. attentis præmissis; asseren. simili iuramento. Idem Illustr. D. P. se in 18. suæ ætatis anno constitutum, renuncian. nihilominus cum eodem iuramento suę minoris ætatis 20. seù 25 annorum priuilegio, ac restitutioni in integrũ beneficium, promittens cum simili iuramento dicto C. absenti, ac P. eiusdem procuratori, et Agenti, ac me Notario, etc. pręsentibus. etc. restitutionem aliquo vllo vnquam tempore quauis causa, et occasione aduersus supra, et infrascripta et incidenter non petere, et quod factus maior præsens instrumentum et contenta in eo ratificabit in forma iuris valida, ad omnem simplicem requisitionem dicti C. sponte, etc. ac omni meliori modo, etc. vendidit, etc. dicto C. absenti, ac dicto D. Procuratori, et Agenti, ac me Notario, et vt supra præsentibus idest dictum Castrum Sancti P. ac eius Territorium, quo ad ipsum Illust. D. P. spectat,

& pertinet, positum in Diœcesis T. extra portam Sancti L. necnon etiam dictam tenutam M. contiguam Territorio dicti Castri quibus ab eius lateribus, respectiuè est nuta Ciuitatis T præfatę, ac Castri V. & Castri I. & R & C. & P. ac M. & alios finis, &c. Cum potestate specificandi, &c. vel si qui, &c. librum, &c. cum omnibus eiusdem Castri habitationibus, Curia temporali, Iuribus, Forteliciis, palatiis, plateis, Domibus, & portis, & quicquid publici, et priuati intus, intra, & extra dictum Castrum, exceptus fructibus separatis a solo, & ad dictum Illustr. Dominum venditorem spectat & pertinet, ac spectare, & pertinere poterit, & potest, ac vtili, et directo dominio superioritate, potestate, arbitrio, iurisdictione ciuili, & criminali, ac mixta, priuilegijsque; indultis immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, ac iurisdicendi dicique faciendi facultate, necnon mero, et mixto imperio, et gladij potestate, iure vassaltio, et quocumque alio iure, ipsi Illustr. Domini venditori, super vassallis dicti Castri, et tenutæ, vt supra venditis, territoriis districtibus, et pertinentiis, agris, et campis, syluis, nemoribus paludibus, iuris, aquatis, fontibus pertinentiis, et herbosis, fructiferis, sterilibus, ac omnibus ipsius Castri, et tenutę ædificiis intus, et extra positis tabernis, hospitiis, datijs, collectis, gabellis doghanis, passagijs, custodis, vectigalibus, oneribus, exactionibus realibus, et personalibus, angariis, et perangariis, impositionibus censibus, responsionibus, pensionibus, fructibus, et redditibus, et prouentibus, emolumentis, et obuentionibus vniuersis terraticis, potestatibus, auxiliis, subsidiis, honorantiis, obedientiis, reuerentiis, honoribus, homagiis, et fidelitate, et quibuscumque aliis seruitiis, in persona, pecunia, rebus, et bonis quomodocumque et qualitercumque per vassallos, et alios, incolas, et habitatores dicti Castri, et tenutę, confinibus, territoriis, et districtus pręstari solitis, et debitis, ac debendis, iureq; piscandi, aucupandi, venandi, depascendi, aques vndecumque, deriuantes, hauriendi, et quolibet deducen. foueas lapidis, et arenæ instituen venas auri, et argenti, ęris, ferri, et cuiuscumque generis metalli, et sulphiris effudien. querendi, inueniendi, et lucri facien. ac ciuilium, et criminalium, seu mixtura causarum cognitione, et determinatione, ac cum iuribus, et aliis emolumentis ex eisdem causis ciuilibus, seu mixtis, quomodocumque prouenien ac vassallos, incolas, et habitatores, et alios dicti castri, et tenutę subditos, et delinquen. corrigen. puniendi, mulctandi, ac illos absoluen et remitten. ac iure præstandi, et alia faciendi, quæ ad dominum dicti castri, et tenutæ pro tempore existen. de iure, vel consuetudine spectant, et pertinent, et quæ ipse Ill. D. venditor, et sui prędecessores ante præsentem venditionem facere potuerunt, et etiam debuerunt ac cum aliis quibuscumque iuribus, iurisdictionibus, arbitramen. et potestatibus, ac dominum dicti castri, et tenutæ spectan. et pertinen. solitisque iurisdictionibus, quomodolibet concernen. ac eidem Ill. D. Venditori competen. et competituras, francum, liberum, et exemptum ab omni homagio, et iuramenti fidelitatis præstatione, superioris recognitione præterquam Papæ, et alia quauis seruitute, et in effectum omnia, et singula, quæ et pro se idem Ill. D. Venditor habet, et possidet, et habere, et possidere potest, et ad ipsum quomodolibet, et quocumque iure, et titulo spectant, et pertinent, ac spectare, et pertinere possunt, et in futurũ poterunt. Item omnia iuria, etc. Ita quod, nullo iure, etc. ad habendum, etc ponens, etc. constituens, etc. dans licentiam, etc. Et donec, etc. constituit, etc. Hanc autem venditionem, etc. sequere prout in venditione domus.

Recognitio in dominum castri, cum iuramento homagij.

IDem T. vice, et nomine A. sui patris animo, et intentione continuandi in apprehensione possessionis pręfatę, post visitationem Ecclesiæ dicti castri, et Missæ ibidem per Cappellanum, seu Rectorem eiusdem Ecclesiæ celebratæ auscultationem, rediit ad palatium dicti castri, comitantibus eum quamplurimis; in quo palatio, videlicet eius aula coram eodem T. connocato, et coadunato publico, et generali consilio Communitatis, et hominum dicti castri P. de mandato, et ordine Massariorum infra nominandorum, vt asseruerunt, vbi interuenerunt huiusmodi personæ, videlicet C. et M. in præsentiarum Massarii dicti castri, absente D. pariter Massario eorum collega vassalli, incolæ, et habitatores respectiue, vt dixerunt

Castri

castri præfati in nostrorum notariorum præfatorum insolidum rogatorum, ac testium,&c. personaliter constituti,afferentes plenam notitiam, & informationem supradictæ venditionis factæ à D B vt superius habetur, & certificari etiam pro nos notarios de venditione præfata,& cõtentis in ea, cum inde sequutis. Sponte, &c. totam dictam Communitatem castri,& hominum P.representare, & constituere affirmantes eorum, & totius dictæ Communitatis nominibus, vnanimiter, & omni meliori modo, &c. dictũ A emptorem, quamuis absentem, præfato tamen. T. eius filio presente, & pro eodem A. suo genitore,& illius hęredibus,& successoribus, vna nobiscum notariis insolidum, vt supra rogatis, cum declaratione infradicenda, acceptan. in dominum, & patronum, ac pro verò domino,et patrono dicti castri,iurisdictionis domini,tenutarum, pertinentiarum,et iurium suorum quorumcumque acceptauerunt, & recognouerunt,& se vti subditos, vassallos,habita totes dicti Castri,respectiuè dicto A. submiserunt, eidemq; A. eorum Domino verò, & eius hæredibus, & successoribus, et illorũ ordinationibus parere,debitamq; reuerentiam,obedientiam,& seruitia præstare, ac omnibus fideles esse promiserũt, & omnia facere, ac præstare, ad quę veri, & boni vassalli, et subditi ac habitatores,respectiuè erga eorum Dominos,tam de iure quam de consuetudine facere, et præstare tenentur. Et insuper in manibus dicti T. eidem presentis, et sedentis, et nomine dicti sui genitoris, vt supra acceptante,statutaq; dicti Castri per manibus tenentis, ad sancta Dei Euangelica, tactis scripturis in eodem libro statutorum,hoc magii, fidelitatis, et obedientiæ iuramentum pręstiterunt in hanc formam, videlicet. (*Iuramentum homagij*) Nos omnes pręfati super sancta Dei Euangelia iuramus, quod ab hac hora in posterum vsq; ad vltimum diem vitę nostrę fideles, et obedientes erimus dicto A.et suis hęredibus, et successoribus quibuscumque contra omnes personã, excepto Summo Romano Pontifice,et nunquam scienter erimus in consilio, vel auxilio, verbo vel in facto, propter quod dictus A.eiusque hęredes,et successores, vitam, vel membrum aliquod amittant, vel personam aliquam lęsionem, vel iniuriam, contumeliam accipiat, vel patiatur,aut honorem amittant, et sciuerimus aut audiuerimus aliquod istorum fieri, aut machinari contra ipsum A. illiusque hæredes. pro posse nostro vt id non fiat, impediemus, et si impedire nequiuerimus,quanto citius poterimus, eisdem nunciabimus,aut nunciari curabimus,et omne auxilium nostrum in fauorem eiusdem A. & suorum successorũ præstabimus, si contigerit ipsum A aut eius successores rem aliquam amittere iniusta,vel fortuito casu illam recuperare,et recuperatam restituere curabimus, et si sciuerimus, eosdem velle iuste aliquẽ offendere, et ab illis generaliter vel particulariter requisiti fuerimus, nostrum illis,et sicut poterimus,auxilium præstabimus,et si quidem in secreto nobis aliquid manifestauerint,illud sine eorũ licentia nomini pandemus, et si consilium nobis, super aliquo facto postulauerint,illud dabimus, consilium,quod nobis videbitur expedire et nũquam ex persona nostra, quicquam faciemus,scientes, quod in dicti D.A eiusque successorum iniuriam, vel contumeliam resultet. Ita nos Deus adiuuet. Quos vassallos subditos incolas, et habitatores respectiue præfatos, et præmissa omnia dictus T. nomine dicti sui patris acceptare declarauit et acceptat, illos scilicet, qui sunt verè vassalli, pro vassalli, et habitatore, qui non sunt verè vassalli, pro habitatoribus dicti Castri, ita gaudere debeant, videlicet ij, qui sunt verè vassalli, iure vassalliorum, et vassallag j, et habitatores, qui non sunt verè vassalli iure habitatorum tãtum, et prout prope diem ipsi A. euisque successoribus videbitur, et placebit, et non aliàs nec alio modo, de quo protestatus fuit expresse, cui D. T. vt supra presenti, et dicto nomine acceptanti, pręfati Massari dederunt, et consignarunt claues portę dicti Castri in signum recognitionis superioritatis dominii,et possessionis, quibus clauibus idem T acceptis, descendit ex palatio præfato, et vna cum dictis Massaris, et aliis hominibus atque habitãtibus dicti Castri supra nominatis et quamplurimi alii comitantibus eum, deambulauit per dictum Castrum et demum contulit se ad portam eiusdem Castri, illam claudendo, aperiendo in signum veræ possessionis dicti Castri, et pertinentiarum illius, quã à eto nomine adeptus fuit. [illegible] successiue [illegible]

possessionem certarum Terrarum, et iardini, prope muros dicti Castri existētium tanquam rerum pertinentium ad Dominum dicti Castri deambulando ibidem, ac de glebis Terræ, et frondibus, et ramis arborum colligendo, et sibi colligi, et porrigi faciendo, in signum possessionis præfatæ, et deinde rediens ad Palatium associatus, vt supra, consignauit dictis claues præfatis Massariis presentibus, et acceptantibus, ad effectum, vt illas teneant, et custodiant, durante eorum officio, et post modum, nomine præfati A. illas consignent aliis Massariis, qui successerint, vt moris est, et ita successiuis tēporibus nomine dicti A. eiusque hæredum, et successorum fieri debat, prout supradicti C. et M. massarii nomine dicti A. eiusq; hæredum, et successorum, et pro illis, vt veris Dominis, dictas claues tenere, custodire et curam, quæ ad eos spectet adhibere, et successiuè, vt supra consignare promiserunt, et ita tactis, etc. iurarunt, dictus verò L. nomine præfato declarant, et protestatus fuit, quod per eius à dicto Castro recessum, non intendit possessionem præfatam relaxare, amittere, vel derelinquere, sed omnem possessionem, ciuilem, et naturalem eisdem Castri, cum pertinentiis, et iuribus suis, retinere, continuare, et conseruare, omni meliori modo, etc. Super quibus, etc. actum in dicto Castro P. et extra illud, ac in Palatio præfato respectiue, etc.

Reuocatio Vicarij, & deputatio alterius.

DEinde præfatus T. dicto nomine reuocauit Vicarium, alias per dictum S. deputatum, videlicet N. auferens ab eo omnes iurisdictionem, et auctoritatem illi concessam; et successiue vti volēs iurisdictione, ac iure dominii, et possessionis adeptæ præfatum N. presentem, et acceptantem deputauit in Vicarium dicti Castri ad beneplacitū ipsius T, nomine præfato tradendo, et consignando eidem Vicario librum statutorum dicti Castri, concedendo etiam iurisdictionem, facultatem, et auctoritatem opportunas, et dictus N. ita deputatus nomine præfati A huiusmodi suum officium Vicarii, bene, probe, et fideliter exercere, et omnia, et singula, quæ suo officio incumbūt, curare promisit, et ita iurauit tactis, etc. Super quibus, etc. Actum in Palatio dicti Castri, etc.

Venditio vtilis dominij extensa.

IN nomine Domini Amen. Hoc publico Instrumento cunctis vbiq; pateat, et sit notum, qualiter cum sit, quod D. Io. et D. Catherina quondam M. coniuges, die 26. Aprilis 1542. seu alio veriori tempore conduxerint, et acceperint à quondam M. et L. domū cum suis pertinentiis, positam Romæ in Regione P. in opposito palatii, etc. cum domui ante, et retro sunt viæ publicæ, ad vno vero latere tunc erant bona Monasterii S. M. et ab alio latere bona quond. D. G. Aduocati Cōcistorialis dum viuebat, in emphyteosim ad tertiam generationem masculinam, pro annuo cēsu, vel responsionē 80. ducat. de carlenis monetæ veteris, ad carlenos 10 pro ducat. soluēdorum de semestri in semestre, in principio tamen semestri pro rata, et prima solutio fieri debere prima die Septembris nunc subsequentis, vt latius dicitur contineri in Instrumento confecto pro quond. N. ad quod, quatenus opus sit relatio habeatur, quàm domum cum omnibus suis pertinentiis, dicti coniuges possederunt, et possiderunt; cuius domus proprietas, videlicet directū dominium, dum dicta respōsione, vt dicitur peruenerit in excellētem artium, et medicinæ Doctorem D. A. et quia dicti coniuges, qui sunt in senectute constituti, et non habent alios filios; cupientes eorum subuētionibus, vtilitati, et commoditati, omni meliori modo, quo possunt prouidere, dictam domum, respectu vtilis dominii, et melioramenta quæcumque, ac eorum iura vendere deliberarunt Hinc est, quod anno à natiuitate, etc. coram testibus, et me Notario publico ad hæc vocatis, atq; rogati, personaliter constitutus præfatus D. Io. C spōte sua, certaq; scientiam, deliberata volūtate, tam nomine suo proprio, quam D. Catherinæ suæ vxoris, pro qua de rato, ratihabitione in forma iur. valida promisit, et illā ratificaturā intra triduum proximum, dum solemnitatibus opportunis, etiam iuxta formam statutorū Vrbis, ad abundantiorem cautelam, et dictis nominibus, tam coniunctim, quam diuisum, et omni meliori modo. In primis saluo, et reseruato consensu, directo domino, et dicta annua responsione duc. 80. dq carl. monetæ veteris soluenda directo Domino, et nō alias, aliter, nec alio modo, dictam domum terraneam, solaratam, et tectatam, cum suis iuri-

iuribus, membris, pertinentiis, respectu vtilis dominii,& melioramentorum ipsorum coniugum, confinatam à parte anteriori, iuxta viam publicam de S. nuncupatam; a parte posteriori viam L. ab vno latere bona A. & ab alio latere bona magistri E sutoris vestiarii, vel si qui sunt plures, aut veriores confines, vendidit, cessit, concessit,& liberè transtulit,& assignauit domini A B,& soc. mercatoribus Floren. Ro. Cur. sed videlicet D. B. præsenti, ac pro dicta societate fundaci sub dictis nominibus nuper instituta, & erecta, ementi &vna mecum notario publico acceptanti ac stipulan. Ad habendum, possidendum, fruendum, facien. & disponendum, quemadmodum facere,& disponere possent ipsi Io. & Catherina coniuges eorum generatione durante. Transferens, & cedens dictis A. B. & soc. omnia sua, & dictæ suæ vxoris iura,& actiones super dicta domo, & melioramentis, ponens dictus emptores in omne ius locum,& priuilegium ipsorum coniugum. Constituensq. dictos emptores desuper procuratores irreuocabiles, cum iuramento vt, in rem propriam ita quod ex nunc,&in posterum dicti emptores pro dictis iuribus, dictisq. actionibus eorum proprio nomine agant, petant, exigant, excipiant; recipiant, atque defendant, eisq. libere vtantur, fruantur, & experiātur in iudicio & extera vtilibus,& directis actionibus ad eorum velle, quemadmodum vti, agere, & experiri poterat dictus de Io. vna cum dicta sua vxore ante venditionem, & translationem huiusmodi. Dans facultatem, & licentiam præfatis emptoribus accipiendi realem,& corporalem possessionem dictæ domus, cum suis pertinen & meliorementis nomine dictorum emptorum tenere, ac possidere constituit, & recognouit. Hanc autem venditionem, & alienationem fecit pro prætio scut. 150 monetæ iuliorum decem pro scuto, soluendorum per dictos emptores vnica vice tantum, post obitum vtriusque dictorum coniugum, eorundem coniugum, hæredibus, vel cui, aut quibus ipsi insimul concordanter Io. & Catherina coniuges per contractum inter viuos, vel in vltima voluntate solui mandabant, vel donabunt,& assignabunt, vel vltimus eorundem coniugum, qui superstiterit, solui mandabit, donabit, vel assignabit dicta scuta 150. soluenda post sequutam mortem vtriusque ipsorum coniugum, & non antea Pro qua solutione facienda D. B. dedit, ac dimisit ad maiorem cautelam dictorum coniugum cedulam ipsorum mercatorum formatam, de consensu venditoris præfati, tenoris huiusmodi videlicet Noi A.&.B. &c Item pro pretio scut. 50 monetæ similium soluendorum annuatim & in principio cuiuslibet anni præfatis coningibus, durante vita ipsorum coniugum, prout D B. emptor nomine dictæ societate fundaciariæ soluere promisit dicto A Io præsenti,& accipienti pro se, ac dicta Cat. sua vxore, durante vita sua, & dictæ suæ vxoris & elterius eorum, qui superstes erit, libere, & omni penitus iuris & facti exceptione remota. Et vltra præmissa suscepit onus in se, dicto nomine dictam annuam responsionem ducat 40 de carl persoluēdi directo dominio ab hodie in posterum, ita quod præfati coniuges; occasione solutionis dictæ annuæ responsionis in futurum decurrendæ nullum dānum neque molestiam patientur alias teneri voluit ad omnia damna, impensas,& interesse nomina dictæ societatis fundaci. Et dictus D. Io. venditor dictis nominibus principaliter, & insolidum affirmauit, & promisso dicto D B emptori, dicto nomine, vt supra acceptan & stipulan. dictam domum, & melioramenta, iura sua per ipsos coniuges nulli alteri esse translata, cessa, data, donata, permutata, & quouis modo alienata, etiam alienationis largissimo modo sumpto vocabulo, & de dicta domo melioramentis, & iuribus nihil omnino factum esse per ipsos coniuges in præiudicium dictorum emptorum, vel huius contractus ex dato, facto tantum ipsorum coniugum, & cuiusq; ipsorum,& non alias aliter, nec alio modo, alias ad omnia damna, expensas,& interesse teneri voluit,& ad suscipiendum in se,& prosequen. & terminan quascumque lites,& molestias in quacunque instantia, & in quouis iudicio petitorio, & possessorio sumptibus ipsorum coniugum, quatenus dictæ lites ex dato, vel facto ipsorum coniugum, vel alterius eorum peruenient, & non alias, aliter nec alio modo, & pariter ad quacumque euictionem generalem, & particularem dictorum iurium, & domus in omni iudicio petitorio, & possessorio,& quouis eorum insolidum, si ex dato, vel facto, vt supra, talis euictio proueniret

niret, & non alias, aliter nec alio modo, & ad omnia damna, impensas, & interesse ex dato, vel facto, vt supra teneri voluit, principaliter, & insolidum erga dictos emptores.

Item declararunt, & conuenerunt, saluis præmissis, quod si contigerit iudicialiter egi contra moderunm habitatorem in dicta domo pro euacuatione ipsius domus, quod ipsi coniuges non teneantur aliquid expendere, vel contribuire in expensis, vel aliud curare teneatur, sed tantum præstare debeant, quod nil penitus fecerunt de ipsorum iuribus in præiudicium huius contractus, & dictorũ emptorum, quia sic actum fuit. Et promisit D. lo. omnes pẽsiones dictę domus hactenus decursas persoluisse, & quod propterea dicti emptores non patiantur aliquod damnum, vel molestiã, & dictus D. B. promisit nomine dictę societatis fundaci soluere dicta scuta 50. isto primo anno in præsentiarum, ad omne placitum D. lo. & successiuè quolibet anno, & in principio anni duran. vita, & supra, dictorum coniugũ. Quæ omnia, & singula præmissa dictę partes nominibus præfatis promiserunt adinuicẽ semper habere rata, & grata, valida, & firma, & nunquam sub quouis prętextu, iure, titulo, causa, & modo in iudicio, vel extra contrafacere, opponere, aut venire, alia ad omnia damna, & impensas, & interesse vicissim teneri voluerunt. Et insuper ad obseruationem contractus cõpelli possint. Pro quibus omnibus, & singulis præmissis semper, & perpetuò firmiter tenendis, & præstandis, atq; inuiolabiliter obseruandis, referendo singula singulis congruo loco respectiuè, vt supra D. Io. C. venditor dictis nominibus se, ac dictam suam Vxorem, pro qua de rato promisit, ac suos, & illius hæredes, & pariter sua, & illius bona, & iura quacumq; præsentia, & futura: dictus verò D. B. præfatã societatem fundaciarum sub dictis nominibus cantantem, & suos, & dictorum sociorum hęredes, & successores, ac sua, & illorũ, ac societatis bona, & iura quęcumq; præsentia, & futura obligarunt, & hypothecarunt in forma Cameræ Apostolicæ, cum solitis, & cõsuetis clausulis & cautelis, citra tamen, & præter constitutionem procuratorũ quandocumq; extenden. per eum notarium qui requisitus fuerit, etiam absque aliqua partium citatione, Iudicis decreto, & alia solemnitate adhibenda, & absq; alio ministerio. Et pro maiori cautela renunciarunt cuius appellationi, &c. iurarunt super quibus, &c. Actum, etc. pręsentibus, &c.

Venditio viæ.

D Titius spontè, &c. per se suosq; hęredes, &c. vendidit, dedit, & concessit D Sempronio ibi de præsenti, ementi, & recipiẽti pro se, & suis hęredibus, & successoribus vniuersi in oliueto, & per oliuetũ ipsius Titij, situm in territorio, &c. iuxta, &c. viam eundi, & redeundi latitudinis palmorũ sex de canna, quantum extenditur supradictũ oliuetum per longum ad vineam ipsius Sempronij emptoris, sitam in supradicto territorio, & loco iuxta oliuetũ supradicti Titij venditoris ab vna parte, et ab altera parte bona, etc. ita quod ipse Sempronius emptor, eiusque hæredes, et successores, et alij omnes, quos ipse emptor, et sui voluerint deinceps in perpetuum per supradictum oliuetum, scilicet per illos sex palmos terræ dicti oliueti possint libere ire, et redire ad vineam supradictam, ac ad eum liberũ habeant accessum, regressum quoties, et quando voluerint, tam cum bestijs quam cum quibuscumq; alijs rebus, dans, et cõcedens dictus venditor eidem emptori et suis prædictis plenum ius dictæ viæ, conditioni, et seruituti perpetuo subiiciẽs supradictos palmos sex terræ per latitudinem, et longitudinem quantum extenditur dictum oliuetum. Hanc autem venditionẽ vię idem Titius facit eidem D. Sempronio pro pretio, et nomine pretii scutorum tot, quę in mei notarii, et testium infrascriptorum præsentia, habuit, et recepit ab eodem Sempronio præsente, et soluere in prompta, et numerata pecunia in tot paulis, et testonibus argenteis; quos idem Titius ad se traxit, et de eis se bene contentum vocauit, exceptioni, etc. ad maiorem tamen cautelam renunciauit, etc. et si plus dicta res vendita valeat, aut valebit pro tẽpore pretio pędicto, id dictus venditor eidẽ emptori præsẽti, etc. donauit, et remisit donationis titulo irreuocabiliter inter viuos, ob multa grata vtilia, fructuosa et accepta seruitia, quę se ab eodẽ emptore multipliciter, et diuersimode recepisse, et habuisse cõfessus fuit. Quos palmos sex terræ, vt supra venditos cõstituit se dictus venditor præcario iure, et nomine ipsius empto-

emptoris tenere, & possidere, donec dictus emptor possessionem exinde apprehenderit corporalem: quam intrandi, & apprehendendi deinceps sine strepitu, & figura iudicij, & absque decreto, seu iussu curiæ prætoris. Iudicis, seu magistratus cuiuscumque licentia, idem venditor eidem emptori plenam, & liberam licentiam concessit

Reliqua extende, prout in aliis venditionum instrumentis, mutatis mutandis, &c.

Venditio rubrorum duorum millium grani.

MAgnificus D. A. affictuarius status Castrensis, Rongiglioni, & Comitatus Aluiani, asserens habere in statu Castrensi, & in diuersis locis dicti status quatuor millia rubra grani in circa, sponte, &c. ex d. grano, vendidit, &c rubra duo millia.

Magnifico D. B. Genuensi Romanam Curiā sequenti, præsenti ementi, &c. cum pacto, & facultate, videlicet quod ipse D. B per se, vel eius ministrum, ordinem ab eo habiturū, eligere possit dicta rubra duo millia grani ex dicti quatuor millibus intra quindecim dies proximos, & nō postea, ita quod elapsis quindecim diebus, & tali electione minime facta, præfatus Dominus A dimissit, ac relictis pro dicto D B dictis rubris duobus millibus, de residua quantitate grani præfati liberè disponere possit, firma huiusmodi venditione, quod ad præfata rubra duomillia grani remanente, ad habendum, &c. Ponens, Constituens, &c. Hanc venditionem, cum omnibus in præsenti instrumento contentis, facit, ad rationem, & pro pretio Iuliorum quadraginta octo pro quolibet rubro mēsurando, quod pretium grani præfati D. B. soluere, seu solui facere promisit, hic Romæ, libere, &c. venditori præfato statim factā cōsignatione & pro eo rata, quæ dietim consignabatur modo infra dicendo, prout ipse D. A. venditor eius expensis in loco solito Caricamenti Montis alti, granum præfatum ab omni tracta, & expensis liberum, & expeditum consignare, seu cousignari facere promisit, ipsi D. B. sine ipsius agenti, vel cui D. Bartholomeus consignari ordinabit. alias ad omnia damna, &c. præfato D. B. teneri voluit.

Pactis etiam inter præfatas partes, expresse conuentis, quod ipse, D. B. totam dictam quantitatem grani sibi, vt supra venditam, leuari facere teneatur, hinc, & per totum mensem Martij, proxime venturi, & casu quo per ipsum staret, quo minus dictum granum cōsignetur, & leuetur elapso dicto mense Martij, ab inde imposterum tota ea quantitas grani præfati, quæ accepta, & leuata non fuerit, remaneat, ac stet omni periculo, risico, & fortuna ipsius D. B. sed pro fossis, & granarijs, in quibus dictus granum existet, & remanebit nihil pensionis soluere teneatur. Item conuenerunt, quod idem D. B. teneatur etiam vt promisit pretium totius quantitatis grani præfati venditi, quæ per totum dictum mensem Martij leuata non fuerit, soluere pretium, ad rationem, vt supra conuentum, & per totum mensem Aprilis proximè venturi dicto venditori hic Romæ libere, &c. sed si ante finem mensis Aprilis dictum granum leuauerit pro ea rata, quam acceperit, & leuauerint pretium soluere teneatur, vt supra, statim, cum leuauerit.

Quam venditionem dictus D. A. promisit D. B. emptori præfato esse bonam, validam, & bene factam, & ei licuisse eam facere, ac licere, & ita manutenere promisit: alias ad omnia damna, &c. teneri voluit. Quę omnia, & singula partes præfatæ dictis nominibus attendere, adimplere, & obseruare promiserunt; numquam sub quouis prætextu in iudicio, vel extra contrafacere, dicere, vel venire: alias ad omnia damna, &c. teneri ad inuicem voluerunt, &c pro quibus omnibus, &c.

Venditio Aromatarie.

IN præsentia, &c. nostrorum M: & N. notariorum, &c. insolidum, &c. personaliter constitutus D. Ludouicus de Montedorta, diœcesis Nauariēsis, Aromatarius ad plateam nuncupatam de Sciarra Romæ in Regione Triuij, sponte, &c. ac omni meliori modo, &c. vendidit, &c. D. Curio Borloni Tudertino D. Gulielmi filio præsenti, &c. suā Aromatariam, existen, in apotheca d. omus D. Io Francisci Garimberti, quam apothecam, cum pertinentijs illius, ipse D Ludouicus retinet in conductam, videlicet omnes medelas, vnguenta, species, aromata, vasa & instrumenta, terrea, lignea, ferrea, ramina, & alterius cuiusuis generis metalli, & alias quacumque bona, & res, & massaritias ad dictam Aromatariam spectantia, & pertinentia, & quæ

& quæ inesse reperientur, & tempore consignationis clauiũ apothecę eiusdem Aromatariæ, vt inferius dicetur. Item vendidit, & cessit eidem D. Curio presenti, &c. omnia sua credita, & nomina debitorum, vsq; tamen ad summam scutorum quadrigentorum quinquaginta trium monetæ, vt ita dicam brutti, & non altera; descripta & annotata in libris dictę Aromatariæ, à die 7. Aprilis 1577. vsque ad diem consignationis dictarum clauium. Item omnia iura, &c. Ponens, &c. constituens, &c. eundem emptorẽ præsentem, &c. procuratorem irreuocabilem, vt rem propriam, ad habendũ, &c. Hanc autem venditionem, &c fecit præfatus D. Ludouicus eidem D. Curio presenti, &c. pro pretio, pactis, & conuentionibus infrascriptis, videlicet in primis cõnenerunt quod eligi debeat duos homines periti in arte Aromatarię; prout ipse D. Ludouicus vẽditor elegit in suum pretium D. Iulianum Damianum Rom. Aromatarium ad sanctum Marcellum, & dictus D. Curius emptor in suum peritum elegit D. Petrum Furnum Bononien. Aromatarium ad turrim sanguineam. Qui periti habent potestatem, prout eis ipsæ partes contulerunt, ponderandi & extimãdi dicta bona Aromatarię iuxta stylũ, & consuetudinem Vrbis, quãdo vendũtur Aromatariæ, & similiter calculandi, & summandi dicta credita, & ex singulis creditis, exceptis saldis deducẽditaram, eiusdem peritis electis visam, & cetera alia faciendi, in præmissis necessaria, & opportuna, & in euentum, quod essent ipsi periti discordes, in omnibus, & singulis præmissis in eo, quod discordarent, habent facultatem eligendi tertiam peritum, ipsis electis visũ, qui solus in eo, quod ipsi electi essent discordes habeat eandem facultatem, & potestatem quorum peritorum electorum, & tertii respectiue, eligendi, relationi, &c. medio iuramento stare promiserunt, & non reclamare, &c. sub 3000 scut. auri in auro, pœna, pro alia parte, &c. nobis notariis &c. rata semper manente dicta æstimatione, & relatione, & voluerunt quod dicta æstimatio, & relatio fiat, & fieri debeat, intra 10. dies prox. absq; vllo penitus actu iudicario, etiam partibus absentibus, & tamen vocatis, & totũ id, ad quod dicta bona ponderanda, & æstimãda iuxta estimationem præfatam, vt supra fiendam, ascendent, & similiter totum id, ad quod dicti credita similiter deducta tara, vt supra ascendet, sit, & censeatur pretium dictæ Aromatariæ, & creditorum venditorũ & cessorũ respectiuę, ad cuius quidem pretii bonum computum, ipse D. Ludouicus coram nobis, &c. ac testibus habuit in tanta moneta argentea ab eodem D. Curio emptore presente, &c. & pro eo, à domino Meliore Guidotto Florentino, ibidem presente, & soluente, & afferente soluere de suis propriis pecuniis, scuta quinquaginta monetæ, quæ ad se traxit, & exceptioni &c. ceterisq; renunciauit, &c. per pactum &c. residuum verò, ipse emptor soluere, &c. promisit eidẽ D. Ludouico venditori præsenti, hoc modo videlicet alia scut. 150. monetę ipsi D. Ludouico, antequam ipse D. Ludouicus consignet claues dictę apothecæ, ex ea discedat. Et quia ipse D. Ludouicus est debitor quibusdam mercatoribus, de quibus in libris dicti D. Ludouici, in quantitate scutorum 200. monetæ vel circa, propterea conuenerunt ipsæ partes, quod ipse emptor teneatur, vnum de duobus facere, antequam ipse D. Ludouicus cõsignet dictas claues, & ex aromataria præfata discedat, hoc est, vel se concordare cum dictis mercatoribus, & efficere, vt dicti mercatore acceptent ipsum Dominum Curium in debitorem, & liberent dictum D. Ludouicum ab huiusmodi debito, vel teneatur dicta alia scuta 200. soluere ipsi D. Ludouico ad effectum, vt ipse D. Ludouicus possit dicta debita extinguere, & dictis mercatoribus satisfacere, prout ipse Curius emptor, alterum de duobus facere promisit, &c hoc tamẽ declarato, quod si sũmæ debitæ nõ ascenderent ad dicta scuta 200. teneatur ipse emptor supplementum soluere eidẽ venditori, & hoc dicitur in casum, in quem ipsi creditores liberarent dictum D. Ludouicum reliquum verò dicti pretii ipse emptor soluere promisit eidem vẽditori presenti, &c. sit, scilicet singulo anno, & in fine cuiuslibet anni scuta 110. monetæ iul. 10. pro scuto in bona moneta, vsq; ad integram satisfactionem dicti pretii, incipiendo à die cõsignationis dictarum clauium, absque aliqua exceptione, &c. quas quidem claues, & bona Aromatariæ, & libros creditorum prædictorum, vt supra venditorum, & cessarum respectiuè, idem D. Ludouicus consignare promisit, &c.

eidem

eidem D. Curio emptori, præsenti, &c statim facta ponderatione, & descriptione dictorum bonorum, & creditorum, & solutis ipsi D. Ludouico dicti prius scut. 150. vt supra, liberè promisit, & etiam adimpleto per ipsum emptorem altero ex duobus, vt supra dictum est videlicet, vel liberato ipso D Ludou co à debito dicto Mercatorum, vel pariter ipsi D. Ludouico solutis etiam alijs scut. 200. vt supra clarius expræssum est, absque aliqua exceptione, &c. Item dictus D Ludouicus asserens se conduxisse dictam apothecam, cum pertinentiis a supradicto domino Ioanne Francisco Garimberto per septem annos, inceptos die primo Aprilis 1577. & pro annua pensione scutorum 40 monetæ & cum pactis, & conuentionibus, de quibus in instrumento rogato per D. Dominicum Petaccham publicum notarium, ad quod, &c. sponte, &c. cessit, &c. idem D. Curio presenti, &c. omnia iura, &c. sibi competentia super dicta conditionibus pactis, &c. apothecæ, pro tempore futuro, à die consignationis dictarum clauium computando, cum eisdem conditionibus, pactis, & conuentionibus, & obligationibus, de quibus in dicto instrumento locationis, & quibus ipse conduxit, & de quibus omnibus ipse D. Curius asseruit habuisse, & habere notitiam, & certam scientiam. Et hanc iurium conditionis apothecę cum pertinētiis cessionem fecim ipse D. Ludouicus, quia ipse D Curius promisit eidem D. Ludouicus presenti, &c. ipsum D. Ludouicum, & suos &c. ab omnibus, & singulis pensionibus decurrēdis à die prima Octobris prox. in posterū supradictæ apothecæ, cum pertinentiis, & ab omnibus aliis, & singulis contentis, respectu temporis futuri, in dicto instrumento locationis apothecæ inter ipsum D. Ludouicum, & dominum dictę apothecæ indemnes, &c. penitus conseruare, &c. Ita quod &c. et ex nunc ipse D. Curius sponte, etc et recognouit in dominum, et patronū dictæ domus, et apothecæ eundem D Io. Franciscum absentem nobis notariis, etc. presentibus, et promisit, etc eidem, et suis, etc. dictas pensiones, vt supra decurrendas, et suis debitis temporibus soluere, et omnia alia attendere, et adimplere, ac obseruare, ad quæ ipse D. Ludouicus tenetur, absq; aliqua exceptione, etc. Item, etiam hanc iurium cessionem fecit dictus dominus Ludouicus, quia etiam ipse dominus Curius, vt dicitur per bona vscita promisit soluere eidem D. Ludouico præsenti scut 18 monetæ iul decem pro scuto, et alia scut. 2 similia, pro melioramentis in dicta apotheca factis, quæ tamen D. apothecæ non tenetur bona facere; et quoniam dictus D. Ludouicus asseruit soluisse pensionem dictæ apothecæ, et pertinentiarum illius pro semestri incepto die prima Aprilis proximi præteriti, propterea etiam ipse D. Curius promisit restituere eidem D. Ludouico ratam pensionis dicti semestris, pro rata temporis à die consignationis dictarum clauium, vsque ad finem semestris præfati, et dictas summas promisit soluere, statim facta pondoratione præfata, absque aliqua exceptione, etc. Et pro omnibus, et singulis solutionibus, et aliis promissionibus, et obligationibus supra, et infrascriptis promisit, etc. ipse D. Curius facere consentire, et principaliter, et insolidum obligare ad fauorem dicti D. Ludouici, et suorum dictum D. Guglielmum suum patrem, in valida, et probanti forma, intra tres menses proximos hodie, etc. absque aliqua exceptione, etc. et conuenerunt, quod ipse dominus Curius interim, et donec ipsi d. Ludouico integre de toto pretio prædicto, et aliis summis præfatis satisfactum fuerit, non possit ipse emptor dictam aromatariam aliis cedere, vendere, nec aliter alienare, sed remaneat expresse obligata, et hypothecata specialiter ipsi D. Ludouico, et suis pro satisfactionem præmissarū omnium pecuniarū, et quod dominium non censeatur trāslatum in ipsum emptorem, sed penes ipsum venditorem remanere, vsque ad integram satisfactionem omnium, et singulorum præmissorum, et ita asseruerunt conuenire ipsi contrahentes inter se à principio huius contractus, Ita tamen quod hæc specialis hypotheca obligationi generali infrascriptæ non præiudicet, nec è contra. Et saluis præmissis, dictus D. Ludouicus promisit, etc. eidem D Curio præsenti, etc de euictione dictæ Aromatariæ, et bonorum eiusdem, vt supra venditionem, et etiam iurium conductionis præfatæ supradictæ domus, apothecæ, vt supra cessorum, informa, etc. et facere consentire, etc. litem non inferre, etc. in se suscipere, etc.

&c. Quo verò ad omnia debitorum, vt supra cessa Idem D. Ludouicus promisit, illa esse vera et exigibilia, alias teneri voluit, respectu nex gibil. si, ad illa bona facien. prout bona facere promisit eidem Domino Curio in futuris solutionibus, per eundem D Curium, vt supra faciendis si tamen, et quatenus fact: prius a dicto D. Curio diligentijs, contra tales debitores morosos, seu retinentes, vsque ad relaxationem mandati, et illius executionem, & subhastationem, ac etiam vlteriores, aliquod apparuerit prius, vel post impedimentum, ab alijs creditoribus ipsorum debitorum, illarum aut aliquod aliud, quo seu quibus stant. bus, exequutio realis, aut personalis fieri non possit, circa quod, stetur relationi, seu simplici dicto exequutoris, quo casu, ad vlteriores faciendas diligentias, Idem D Curius non teneatur, et adita fidei præfata, ac constito de dicto impedimento illato à dictis aliis creditoribus, in singulis huiusmodi euentum, idem D Ludouicus teneatur bona facere, vt supra, ita tamen, quod si intra annum à die consignationis clauium, vt supra prox. dictus Curius diligentias præfatas non procurauerit, ipse D. Ludouicus non teneatur amplius, elapso dicto anno, ad manutenen. dicta credita pro exigibilibus sed remaneant ex tunc in antea commodo, incommodo ipsius Curij, quia sic actum, etc. et vt magis cautum sit ipsi emptori, dictus D Ludouicus promisit eidem Curio, presenti, etc. omnibus, et singulis præmissis facere consentire, etc. D. Iuliam de Petrucij Romanam suam Vxorem, cum solemnitatibus requisitis, ad simplicem requisitionem dicti D. Curij, absque aliqua exceptione, etc. Quæ omnia, etc. alias, etc. vltra præmissa, ad omnia damna, etc. In forma, quia sic actum etc. Pro quibus, etc. in for. obligarunt, etc. sese, etc. omnia bona, etc. in forma Cameræ, etc. cum clausulis, etc. citra, etc. Renunciando appellationi, etc. consenten. in mandatum, vnica citatione præceden. iurarunt, etc. rogarunt, etc. Actum Romæ, in domo mei Curtij, in Regione Pineæ, præsentibus, etc. D. Iulio Mancino Romano, et D. Nicolao Triach Firmano Aromatario Testibus, etc.

Venditio immobilium facta per executores.

CVm in vltimo testamento die, etc. per bo. me. Ioannem, etc. dum viueret Romæ degentem (vt infra nominandi domini venditores asseruerunt) condito apud acta D. N notarii Capitol. ui D Vincentio, etc eius germano fratre vniuersali hærede instituto, sexq; deputatis executoribus, ita vt si in vno loco reperientur tres illorum omnia exequi possent, idem testatur omnia bona sua extra Ciuitatem, et territorium Lucæ cōsistentia vendi ordinauerit, pretiumq; illorum in bonis stabilibus in Ciuitate, aut territorio Lucano inuestiri, et ad hunc effectum deponi, sed non vltra scuta mille pro qualibet persona vt tutius deponerentur, vt quanto citius commode fieri posset præmissa expedire, etiam rogando executores, vt omnem quem possent maiorem pro executione præsentium diligentiam adhiberēt. Vnde infranominādi domini executores, vna cū Procuratore præfati hæredis omnem exactam, et maiorem, quam potuerunt circa venditionem domorum infra dicendarum pro beneficio, et vtilitate hæreditatis præfatæ adhibuerint, et adhiberi curauerunt, nullo tamen inuenerunt, qui meliorem faciliorem, aut partem conditionem, et maius pretium obtulerit, quā infra nominandi coniuges obtulerunt.

Hinc est, quod die: etc. in mei, etc. testiumque, etc. magnificus D. Vincentius, D. Laurentius, etc. D. Claudius, etc. tres executores testamenti bo. me. Ioannis, antedicti, habentes facultatem, vt præfertur, bona hæreditatis præfatę vendendi, affirmantes alios tres executores extra Vrbem, eiusque territorium commorari: sponte, etc dicto executorio nomine cū pactis, modis, et declarationibus infra dicēdis, et D. Antonius olim Vincentij Vanelli, et ciuis Lucanus, ac Gener. et procurator dicti magnifici Vincentij olim Bartholomæi Pacini fratris germani, et vniuersalis hæredis dicti D. Ioannis Pacini, constitutus ad vendendum, cedendum, et transferen. omnia, et singula bona mobilia, et immobilia dicti Constituen. hæreditatisq; præfatæ vbiq; sita, pro pretio beneuiso procuratori, et alia expediendum, latius contenta in instrumento mandati per D N. notarium publicum Lucæ confecto in actis mei notarii diebus elapsi produ-

producto, cuius tenor inferius infertur, agens, & agere declarans omnia contenta in hoc instrumento nomine dicti sui principalis, tam vt hæredis, & bonorum possessoris hæreditati præfatæ, quam simplici particulari, & proprio nomine illius, insolidum, pro quo etiam de rato, & rata habitationi in forma iuris valida, & omni, in hoc instrumento contenta ratificaturum & plenissime confirmaturum, & instrumentum validę ratificationis apud dicta mei notarii, vel in manibus alterius coniugum infranominãdorum, ad eorum maiorem, cautelam consignare promisit, hic Romæ liber, &c. intra duos menses ab hodie proximos, alias ipse Antonius de suo proprio, vt principalis, principaliter, & insolidum etiam vltra obseruationem omnium contẽtorum in hoc instrumento, ad omnia damna, &c. teneri voluit erga dictos coniuges infranominandos, ita vt sub promissione facti alieni, & quamuis omnia possibilia fecerit, se tamen excusare nullo modo possit, cum huiusmodi promissione, sponte, &c tam coniunctim, quam diuisim à dictis DD. executoribus, & ipsi domini executores, tam cõiunctim, quam diuisim à dicto procuratore, omnibus alijs melioribus, &c. potuerunt, & possunt, duas domos insimul iunctas in Vrbe, sitas in regione Arenula in via Iulia, quibus ab vno latere sunt bona &c. saluis alijs si qui, &c. liberas ab omni censu canone, & respõsione, fideicommisso, seruitute, & quocumque onere, pleno iure dominij, vel quasi, ad hæreditatem, & D. Vincentium hæredem vniuersalem præfati testatoris spectantes, & pertinentes, vt D. Antonius procurator dicto nomine affirmauit, cum omnibus, & singulis membris, adiacentiis, introitibus, exitibus, & pertinentiis suis vniuersis, à centro terræ, vsq; ad cælũ, vendiderunt, ac titulo simplicis, perfectę, & perpetuæ vẽditionis, iure proprio, & in perpetuum dederunt, tradiderunt, cederunt concesserũt, mandarunt transtulerunt, & assignarunt.

D Octauiæ, &c. de Mariottis, &c. vxori, quamuis absenti, nihilominus, ipsi D. Maritto presenti, & pro eadem D. Octauia, illiusq; hęredibus, & successoribus, & pro se ipso, respecto suis iuris dotalis, dictas domos, cum earum iuribus, & pertinentiis, profundo dotali, ex pecuniis dotalibus eiusdem suæ vxoris, emere declaranti, ementi, acquirenti, & vna mecum notario acceptanti ac stipulan. ad habendum, &c. transferentes & cedentes in eandem D. Octauiam, & illius hæredes, ac successores, & D Mariottum vti maritum acceptantem, vt supra, omnia iura, omnesque actiones, &c. contra quoscumq; super dictis, domibus, illarumq; membris, & pertinentiis dicto hæredi, & hęreditati competentia, & competitura nullo iure, nullaque actione ipsis venditoribus dictis nominibus, ac hæredi, & hæreditati præfatæ de cetero reseruatis, nisi facultate, & iuribus infra dicendis, videlicet, vt in euẽtum litis; molestiæ, causæ, aut controuersiæ, inferendæ super dictis domibus, aut quacumque illarum parte, vel euictionis vniuersalis, aut particularis, liceat Domino Vincentio Pacino, illiusque hæredibus, & successoribus quibuscumq; agere, vel expediri, tam coniunctim cum dictis cõiugibus, eorumque successoribus, quàm separatim, & de per se, contra quoscumq; auctores pręfati bo. me. D Ioannis Pacini, & illorum fideiussores, & bona quæcumque obligata, vt suscipiant in se litem, defendat, prosequantur, faciant consentire omnes personas, & satisfaciant de omni euictione, damnis, impensis, & interesse d. coniugibus, & hæredibus, & successoribus D. Octauiæ, vel illis, quidamnum, impensas vel interesse, propter lites, causas, controuersias, vel euictiones huiusmodi passi fuerint pro indemnitate ipsius Pacini, & hæreditatis præfatæ, & ad istud officium censeantur, et sint dicto D. Vincentio Pacino, eiusq; hæredibus actiones et iura opportuna reseruata. Sed propterea dicti coniuges, eorumque successores non impediantur etiam agere, prosequi, expedire contra eosdem auctores, et quoscumque alios, et eorum bona tam in genere, quam in specie obligata, obligan. atque obligatos, obligandos, tam vigore aliorum instrumentorum respectiue, et tam coniunctim, quam diuisim et insolidum itaquod vna via electa, numquam eis præiudicetur quin ad alteram viam, et remedium redire possint. Sed immo liceat eis vitiare semper, vsque ad integram consequutionem, et satisfactionem omnium damnorum, impensarum, et interesse, atq; adimplementi presentis contractus, et per vnam ex dictis partibu altera non impediatur, præsertim quia teně

tendunt ad eiusdem finem,& cum tali reseruatione. & declaratione ad effectum præfatum domini venditores posuerũt di ctos coniuges in omne ius, locum,& priuilegium vniuersum dicti D. Vincentii Pacini,& hereditatis præfatæ, constituentes,&c.dantes licentiam, & facultatem dictis coniugibus, & cuilibet eorum corporalem possessionem dictarum domorum apprehendendi, etiam propria auctoritate de facto,absque alicuius Iudicis, & Curię licentia decreto,auctoritate, vel mandato, ac retinendi, & continuandi,et libere disponendi,et donec,etc. constituerunt,etc et insuper dictis respectiuè nominibus executorio et procuratorio promiserũt inducere,et immittere ipsos coniuges in earũdem domorum corporalem et liberam possessionem.

Et hanc venditione, cum omnibus et singulis in hoc Instrumento contentis, dicti executoresexecutorio nomine, et D. Antonio procurator, dicto nomine, fecerunt,et faciunt erga D. Octauiam absentem et dominũ Mariottum presentem,et modo quo supra,vna mecum notario acceptan pro pretio scutorum 1240. monetæ,quæ 1240. scuta habuerunt, et acperunt in vna Cedula bancharia magnificorum dominorum N. N. et sociorum mer. Rom Cur sequentium, in fauorem D. Octauiæ facta, et nunc in mei notarii, vt testium præsentia, per dominum Mariottum vti maritum, procuratorem,et administratorem subscripta, et assignata domini venditoribus, de quo pretio mediante dicta cedula banchària, insolidum acceptata, se contentos, dictis nominibus à præfatis coniugibus vocarunt, et sibi sati. factum esse affirmarunt, renunciantes exceptioni, non habit dicti pretii, non numerati, et omnibus aliis exception bus, si quibus mediantibus contra præmissa,et infradicẽda venire possent, et Dominam Octauiam absentem D. Mariottum præsentem, et vna mecum notario pro se, dictaque sua vxore, ac sui, et illorum hæredibus acceptantem,et quietarunt absoluerunt,et in perpetuum liberarunt; cum pacto de nunquam amplius dictum pretium petẽdo, et si plus dicto pretio domus præfatæ valerent, totum illud plus condonarunt, et remiserunt dicto emptori, vt supra acceptan. quib si eis facere placuit, et placet, dictis nominibus, dictumque pretium acceptumpro ad implementum voluntatis testatoris præfati, pro maiori securitate dictorum coniugum, promiserunt deponere apud personas idoneas in Ciuitate Lucana, videlicet scuta mille apud vnum,et reliqua ducentum quadraginta apud aliam personam in dicta Ciuitate,ad effectum inuestiendi in tot bonis stabilibus, vel in ipsa Ciuitate, vel in eius Territorio. prout etiam inuestire promiserunt,quam primum, commode fieri poterit, et interim depositum leuari, et amoueri non possit, nisi pecuniæ inuestiantur, et ad talem effectum, et non aliter: de quo deposito promiserunt D. Mariottò, vel apud acta notarii dare fidem, siue per acta publici notarii siue per scripturam priuatam intra duos menses proximos ex qua constet depositum esse factum, ad effectum inuestiendi, vt supra,quod depositum fieri debeat, et remaneat omni periculo,et fortuna hæreditatis præfatæ, ac D. Vincentii Pacini hæredis præfati, absque eo quod præfatis coniuges ex tali depositum damnum aut periculum patiantur, vel substineant Item D. Antonius procurator affirmauit, et promisit dictas domos,cum pertinentiis præfatis liberas, vt supradictum est spectantes,et pertinentiis pleno iure dominii, vel quasi ad hæreditatem, et D. Vincentium Pacinum hæredem vniuersalem præfati D Ioannis Pacini, sibi dicto nomine, ac præfatis DD. executoribus vendere, et alienare licuisse,atque licere. Item non fuisse alicui venditas, datas, donatas, permutatas, distractas, hypothecatas aut quomodolibet alienata, etiam alienationis largissime modo sumpto vocabulo, et de illis nec in toto nec in parte quicquam factum fuisse, in præiudiciũ præsentis contractus, et dictorum coniugum Immo hanc venditionem esse, ac sẽper fore bonam valida,bene. ac valida factam et in eam, et tamquam talem facere consentire,omnes personas,et c. ius habentes, aut habere prætendentes super domibus præfatis, et quacunque illarum parte, ac omnem solam,et simplicem,et à extraiudicialem interpellationem,aut requisitionem,per dictos coniuges,aut alterum eorum,et successiue per hæredes, aut successores D.Octauiæ faciendam Item promisit omnes lites, causas, controuersias,et

mo

molestias,si quę super dictis domibus,aut altera earum, vel quacumq, illarum parte moueantur,suscipere in dictum D.Vincentium, illius hæredes, & successores, in omni iudicio petitorio,et possessorio,et in quacumque instantia, et parte iudicii, susceptasq; prosequi, terminare,ac finire, suis proprijs sumptibus, procuratoribus, et aduocatis etiam absq;cura,interuentu, & impensa dictorum coniugum,& successorum præfatorum quinimo ipsos coniuges ac ipsius D. Octauiæ hæredes, ac successore quoscumque semper, & perpetuo defendere,liberare,& eximere ab omni lite, causa, controuersia, molestia, & molestâte persona,& in ipsi domibus,earumq: possessione conseruare promisit, alias in omnes, & singulos casus,& euentus, contrarios præmissis,aut inobseruationis omnium,& singulorum premisso.um,ad omnem euictionem dictarum domorum generalem, & particularem in forma iuris valida,& in Vrbe consueta,& tam in petitorio,quam possessorio iudicio, & eorum altero insolidum, & ad reficiendum omnia damna, impensas, & interesse, tam in iudicio,quam extra iudicium, etiam viatici eundi Lucam, vel aliam Ciuitatem, & locum,& ibi commorandi, & successiue redeundi, quatenus dictis coniugibus vel eorum successoribus occurat Id facere,pro consequenda satisfactione premissorum,vel cõseqnendo implemento contentorum in hoc instrumento, teneri voluit ergâ dictos emptores; ita vt sub prætextu quod per impedimentum,Iniuriam, vel iniustitiam iudicantium,aut alia quouis modo ipse venditor excusari non possit, item consensit, & conuenit, quod in omnibus, & singulis præmissis, & in hoc instrumento cõtentis dictis coniuges eorumq; respectiue successores non teneantur ad aliquam solemnem intimationem litis faciẽdam,sed quomodolibet simplex notificatio etiam extraiudicialis, & siue aliqua solemnitate, forma, iuris, statutorum,& consuetudine adhibita,D.Vincentio Pacino,aut ipsi D.Antonio Procuratori,& fideiussori, vt infra accessuro, vel alicui alterius, eorum hæredi, aut alicui ex DD. executoribus testamenti, vt supra, etiam vendentibus,facta sufficiat.quia sic actum,&c. Ad quæ omnia,& singula præmissa,& in hoc instrumento contenta, videlicet ad omnia,quæ ipsi domini executores,vt supra personaliter constituti,obligare possint hæredes, & hæreditatem testatoris præfati,vigore cuiuscunque facultatis competentis, & meliori modo quo cõpetit ex testamento antedicto eandem hereditatem,heredes,& bona hereditaria quęcumq; nomine executorio,& non aliter obligarunt,ergà dictos coniuges,videlicet D.Mariottum presentẽ, & acceptantem vt supra,& sub declaratione,atq; conditione appositis, & ipsi DD executores nihil omninò propriis nominibus,aut de eorũ proprio facere, vel præstare teneantur, quia sic etiã à principio actũ, & conuentum fuit inter ipsas partes,dictus verò Dominus Antonius Procurator dicto nomine,& cum dicta promissione rati, & ratificationis præstandæ vt supra,vt emptoribus magis cautum sit, promisit efficere atq; curare,quod in instrumento emptionis bonorum stabilium,faciendæ in dicta Ciuitate, vel territorio Lucano, exprimetur: & specificab tur,emptionẽ fieri,quoad hanc ratam scutor. 1240. monetæ ex pretio dictarum domorum venditarũ ex pecuniis dotalibus D Octauiæ antedictę. Itẽ apponetur conditio,& preambula hypotheca per venditorem ipsorũ bonorum, & per emptorem in ipso actu,& celebratione contractus venditionis in fauorẽ D. Octauiæ, videlicet vt eadem bona sint, & perpetuo remaneant etiã in specie. Ita tamen, &c. vltra generalem,obligationẽ, & fideiussores hypotecata,& effecta D octauiæ suisq. hæredibus & successoribus,etiã vti empta de suis pecuniis,& dicto D Mariotto,vti marito pro quacumq; euictione generali, & particulari domorum præfatarum in omni iudicio, siue petitorio,siue possessorio euictio sequatur,& pro defensionæ Dominæ Octauiæ, ac suorũ in quibus bonis,& hypotheca D.Octauiæ,& sui præferantur omnibus quãtumuis priuilegiatis, & nulli alteri,etiã ex causa de præterito,etiam quantumq; pia, et priuilegiata ius aliquod acquiratur, neque acquiri possit,in præiudicium D.Octauiæ, et suorum successorum, qui si eueniret euictio domorum, præfatarum, aut cuiuscumque partis illarum in quouis iudicio,siue petitorio, siue possessorio, libere, et licite possint absq; vitio spolii,nullitatis, attentatorum,et absq;al cuius iudicis,vel Curiæ licentia, decreto, auctoritate, vel mandato quinimo propria auctoritate, de facto etiam

etiam vi, si vi resisteretur, dictorum bonorum stabilium corporalem possessionem per se, vel alios apprahendere, vsufructuare, & retinere, loco rei euictæ, pro eo rata, et absq; eo, quod fructus in sortem cōputentur, et cōtinuare valeant, donec rei euictæ valorem cum damnis, impensis, interesse passis, consequuti non fuerint, saluis nihilominus, expresse reseruatis omnibus aliis actionibus, realibus, personalibus, & iuribus quibuscumq; dominis Octauio, & suis præfatis, qui huiusmodi iuribus & actionibus, pro satisfactione cōsequenda possint agere, & experiri non obstante dicta possessione bonorū stabilium accepta quinimo etiam remediis quibuscumq; ad inuicem contrarijs, vno & eodem tempore, vel diuerso tempore, in vim præsentis instrumenti, & aliorum quorumcumq; instrumētorum, & iuriū, contra quoscumq; obligatos, & eorum bona quomodolibet hypothecata & hypothecanda, vti, agere, excipere, experiri, ac variare, semper, vsq; ad integram satisfactionem assequutam, & pro tali effectu, tam venditores, quam emptor dictorum bonorum stabiliū, constituent se dicta bona tenere, & possidere vice, & nomine D Octauiæ, suorumq; successorum, & cōstitutum huiusmodi nullo vnquam tēpore terminetur. Et promisit etiam D. Antonius, quod depositarii dicti pretii domorum, quicumq; fuerint, idonei tamen obligabuntur, siue per acta publica, siue per cedulas priuatas, huiusmodi pecunias in depositum tenere, ac successiue persoluere, & consignare venditori, aut venditoribus dictorum bonorum stabilium, & in ipso actu venditionis, & non aliis personis, de quo deposito, & huiusmodi obligatione depositariorū promisit dare fidem, aut per scripturam publicam, aut priuatam, per testes recognitam intra duos mēses, ab hodie proximos apud acta mei notarii, vel in manibus alterius dictorum coniugum, hic Romæ, & successiue quando pretium fuerit inuestitum in dictis bonis stabilibus, intra mēsem à die inuestituræ proximū dare, atq; consignare publicum instrumentū, vel fidem inuestituræ, cū cautelis præfatis, apud acta mei notarii, vel in manibus alterius cōiugum præfatorum absq; illorum impensa, cura, & periculo; sed immo impensis, cura, & periculo Domini Vincentii Pacini, & ipsius procuratoris, quia sic actum, &c.

Et vltra præmissa. vt emptoribus magis cautum sit, item D. Antonius sciens, se non teneri, sed teneri volens contēplatione D. Vincentii præfati eius soceri, & pro adimplemento cōuentionum, cum D. Marioto factarum sponte; &c. nomine suo proprio, & particulari pro se, suisq; &c. vt Principalis, principaliter, & insolidum, & omni meliori modo, &c. huc venditioni domorum, & contractui, omnibusq; & singulis præmissis, pro validitate ipsius venditionis, & omnium contentorum in hoc instrumento. Itē faciendo consentire omnes personas, lite, & causa quacumq; incipienda, prosequenda defensione emptorū, & pro quacumq; euictione domorum, iuriū, & pertinentiarum venditorum, generali, & particulari, in omni iudicio petitorio, & possessorio, & eorum quomodolibet insolidum, refectione damnorum impensarum, & interesse, consignatione fidei depositi, & inuestituræ pretii, modo, & forma iam dictis faciendæ. Et pro omnibus, & singulis in hoc instrumento contentis præstandis, obseruandis, & adimplendis, erga dictos emptores, accessit constituendo se in omnibus, & per omnia vt principalem venditorem, & insolidum obseruatorem, & promissorem D Mariotto, vt supra præsenti, & acceptan. Item D. Antonius, tam eodem suo proprio nomine principaliter, & insolidum, quam procuratorio dicti eius soceri, teneri voluit ad restituendum, & deponēdum pretium dictarum domorum in manibus D. Mariotti, vel penes famosum mercat. in Vrbe facultatibus idoneum, periculo tamen suo, & dicti eius soceri pro cautione emptorum in euentum, in quem dicta fides depositi, cum instrumēto ratificationis dicti Pacini, intra dictos, duos mēses proximos, aut successiue dicta fides inuestiturę, pretii modo, & forma præmissis faciendæ, consignata non fuerit intra dictos duos alios menses; quod in eadem inuestitura seruatæ nō fuerint conuentiones ante dictę, penes quem mer. dictum prętium in depositū remaneat, donec ex parte D. Pacini fuerint adimpleta præmissa, quia ita conuentum fuit inter ipsas partes. Quæ omnia, & singula premissa idem magnifici DD executore, dicto executorio nomine, sub declaratione, modo, & forma præfatis, & D. Antonius procurator, & vti principalis, & insolidum, proprio suo nomi-

nomine semper, & perpetuo rata, grata, valida, & firma tenere, habere, & inuiolabiliter obseruare promiserunt erga dictos coniuges, & nunquam sub quouis prætextu, iure, titulo, causa, & modo in iudicio, vel extra contrafacere, opponere, dicere, vel venire: alias vltra obseruationem, ad omnia damna, &c. teneri voluerunt, de quibus, &c. Pro quibus, &c. obseruandis, & de nunquam contraueniendo magnifici D N. N. N. N. executores testamenti supradicti eodem executorio nomine, & non aliter, quam huiusmodi nominé dictam hæreditatem, & bona omnia, & singula mobilia, stabilia, & se mouentia, iuraque actiones, & debitorum nomina præsentia, & futura, illorumque exercitium videlicet hæreditatis præfatę D. Io: Pacini, dictus vero D. Antonius Vannellus procurator dicto procuratorio nomine, præfatum D. Vincentium Pacinum, vti hæredem præfati eius fratris, & vti tertiam personam, proprio illius, & particulari nomine principalem, eiusque hæredes, & successores. Item eiusdem bona omnia, & singula mobilia, stabilia, se mouentia: iuraq; actiones, & debitorum nomina præsentia, & futura, & illorum exercitium. Et insuper priuato, & particulari, & proprio ipsius Antonii nomine, vt principalis principaliter, & insolidum seipsum, eiusque hæredes, & successores, ac sua, & suorum omnia, & singula bona, mobilia, stabilia, semouentia, iuraque, actiones, & debitorum nomina, præsentia, & futura, & illorum exercitium in forma Cameræ Apostolicæ, cum submissionibus, procuratorum constitutionibus, renunciationibus, ceterisque omnibus clausulis, & cautelis dictæ formæ Cameræ Apostolicæ obligarunt, & hypothecarunt dicto D. Mariotto emptori dictis nominibus, vna mecum notario acceptanti, & ita iurarunt tactis, &c.

Venditio domus Pupillorum coram Iudice.

Coram magnifico D N. L V. D. N. sedente pro tribunali super quadam sede lignea, quam ad infrascripta tantum pro suis idoneis loco, & tribunali elegit, & deputauit, ac in mei, etc præsentia, & personaliter constituti D. Ioannes ætatis 15. annorum, & Claudius ætatis 14. in circa, vt D. Lucretia eorum mater asseruit; filii, & hæredes q. Petri, &c. cum præsentia, consensu, & auctoritate dictę D Lucretia eorum matris curatricis respectiuè, ac legitime administratricis eorumdem, & cum præsentia, & consensu D. Nicolai patrui dictorum Ioan. & Claudii, vt de tutela dixit constare per acta mei die, &c. exposuerunt dicto D Iudici, vt supra seden D. Ioan, & Claudium habere, & possidere iure hæreditatis paternæ in Vrbe vnam domum, sitam, &c. iuxta, & ruinosam, & male sitam, & constitutam, ex qua parum percipiunt, et quam si reparare vellent, magnas impensas eosdem pupillos subire oporteret: & nisi dicta domus celeriter reparetur, breuifunditus corrueret in maximum damnum, & præiudicium dictorũ pupillorum, & considerato dictis hæredibus magis exdedite, dictam domum vendere, & alienare, & illius pretium inuestire in aliqua alia re magis proficua, & fructuosa; quam sic eandem domum ruinam minantem retinere; decreuerunt vendere venerabili hospitali sancti Francisci, e quo seu eiusdem hospitalis Reuerendis prouisoribus bonam, & vtilem conductioné reperierunt, nam pro huiusmodi domo, quia est vicina quadam aliæ domui dicti hospitalis, seu est ex membris eius obtulerunt soluere scuta, &c. quam condictionem à nemine alio inuenire potuere, licet dictam domum venalem fecerunt per plures mẽses & super his exactam adhiberunt diligentiam, & quia intendunt validum venditionis instrumentum conficere, ne de illius iuribus quomodolibet hæsitate contingat, ad seruandum statuta, & nouas reformationes Vrbis, & constitutiones de contractibus minorum loquen. Sponte, etc. ipsi D, Ioannes, et Claudius pro se, &c. cum pręsentia, & auctoritate, ac voluntate dictę eorum matris, & curatricis, ac D. N eorum patrui, propinquorum dictorum pupillorum, et N. proximorum iurarunt tactis &c. præsentium, et consentientium affirmantiumq; cum supradicto iuramento in his nullum habere interesse, & ex causis super expressis hanc venditionem non tendere in pręiudicium dictorum venditorum, & dicta D. Lucretia mater, & curatrix eorundem vendiderunt, & titulo puræ & perfectæ venditionis, & alienationis dederunt, prefate venerabili hospitali, & pro eo Reuerendiss. D. D N. N. modernis dicti hospitalis prouisoribus, pręsentibus dictam domum, vt supra sitam,

tam, cum vniuersis membris, et pertinentiis suis, ad habendum, etc. et ex titulo, et causa huiusmodi cesserunt dicto venerabili hospitali omnia iura, etc. Ponentes, etc. Cetera extende prout in aliis formis mutatis mutandis.

Venditio scripturarum officii, cum locatione.

D. N cum officium Notariatus Curiæ N quod q d N dum viueret, obtinebat per obitum eiusdem D. N. vacans, à sanctissimo D. N propter nuper concessum extitit; quia ex decreto per Illustrissimum D. N. in admissione eiusdem D. N. ad dictum Notariatus officium facto, collegium Notariorum eiusdem Curiæ, pro scripturis officii præfati concordare debet, et propterea duc. 3. m. auri in auro de Camera pro earundem scripturarum pretio penes dictum Collegium soluere, et iam vigore bullæ fe. re. Pii Papæ Quarti sua plumbo expeditæ, sub datum xiv. Kal Iunii, Pontificatus sui anno quinto. Ita quod pro implemento supradicti decreti per acta mei notarii sub die, etc. præsentis mensis rogati. Vtque dictas scripturas, et illarum possessionem assequatur. Sponte, etc ex nunc, prout ex tunc, ad effectum prædictum, et alias omni meliori modo, etc. vendidit, etc. D. N. præsenti, etc. omnes, et singulas dicti officii Notariatus scripturas præteritas, præsentes, et futuras, iuraque et priuilegia Apostolica, pro illis, et illarum occasione concessa, omniaque iura, et emolumenta dicti officii pro concurrenti quantitate 3 m ducatorum præfatorum pretii, scripturarum præfatarum liberas, etc. ac liberam, etc. ab omni censu, easque, responsione, et alio quocumque onere, quauis causa per quacumque personam, Collegium, vel superiorem quomodolibet imposito. Item ex titulo, et causa venditionis huiusmodi cessit, etc. eidem N præsenti, omnia, et singula iura, etc ad habendum, etc. ponens, etc nullo iure, etc præterquam infrascripto redimendi, quomodolibet reseruatis, constituens, etc et donec, etc. Dans licentiam, etc. et donec, etc. Hanc autem venditionem, etc. idem N. fecit, et fecisse declarauit dicto N. vt supra præsenti, pro pretio, et nomine pretii duc 3 m auri in auro de Camera, quos idem manualiter, et in contanti in prompta pecunia ab eodem D. N. præsente, et exbursante habuit, et recepit ac ad se traxit, eosque pro numeratis habuit, et totidem esse confessus fuit, et de illis se bene contentum, etc. vocauit, etc. exceptioni, etc. ad cautelam, quatenus opus sit renunciauit, quietauit, etc cum pacto, etc. et si plus, etc. donauit, etc. quia sic sibi facere placuit, etc. ob amorem, etc. promisitque idem D. N. eundem D N. præsentem, etc. in pacifica, et quieta possessione, et quasi dictarum scripturarum, et iurium ac emolumentorum perceptione, pro dicta concurrenti quantitate 3. m. ducat manutenere, quodque dictæ scripturæ, ac officii prædicti fructus et emolumenta pro dicta concurrenti quantitate ad ipsum D. N. emptorem libere prouenient, et quod non sunt alioui obligatæ, nec de illis factus est contractus aliquis, nec distractus, vel aliquid aliud in præiudicium præsentis instrumenti, et in eo contentorum, dictiq; D N vel eius hæredum, et successorum quorumcumque venditionem, et alia præmissa, et in præsenti instrumento contenta facere, licuisse, et licere, fuisseque et semper fore bona, et valida, beneque et valide, ac legitime, facta et in ea tanquam talia facere consentire omnem personam, etc. ad omne beneplacitum dicti D. N. et suorum. Ita etiam quod factum alienum promittendo, etc. alias de proprio ad omnia damna, etc teneri voluit. Promisit etiam desuper litem non inferre, etc. quinimmo manutenere, etc. omnemq; litem, etc. quomodolibet tam in petitorio, quam possessorio, et interdicto Saluiano, ac alio quocumque iudicio, et qualibet illius parte, et instan. in se suscipere, etiam in negocio executiue post sententiam, nulla facta intimatione, ac prosequi, etc. suis propriis sumptibus, etc. et in omnem euentum contrarii, et contrauentionis, aut in obseruantiæ prædictorum, vel alicuius eorum, et quatenus et omnia, et singula plenariæ, vt supra, seruata non forent, voluit idem D. N teneri de euictione, etc. tam in petitorio, quam possessorio, et aliis præmissis ac ad duplum, etc. afferens, etc. ad omnia damna, etc. de quibus etc. absque, etc eatamen sub conditione, quod idem D. N. teneatur; prout sponte promisit, dictas scripturas in vna vel pluribus pro eodem met pretio ducat. 3. m. prædictorum retrouendere: dummodo in qualibet partita soluantur ad maius quingenti ducati simi-

similes,& preu'a intimatione 15. dierum ipsi D. N. facien. Præterea idem D. N. sponte, &c locauit dicto D. N præsenti, &c. omnes, singulas scripturas præfatas, præteritas, presentes, & futuras supradicti officij, ac illius emolumenta quæcunque ratione dictarum scripturarum, & pretij dictorum 3 m. ducat. vt supra sibi venditarum, necnon omnia iura,&c ad habẽdum, &c dans licentiam, &c & donec &c. Hanc autem locationem,&c fecit idẽ D N. supradicto, vt supra presenti, pro annuo affictu,& pretio ducat 2 o auri in auro de Camera similium liberorum,&c. ab omni impositione per Sanctissimũ D. N Papam sanctamq; Sedem Apostolicam quauis de causa facien. necnon ab omni onere census canone, responsione, expen. etiam exercitij dicti officij subministran. & quibusuis alijs cogitatis, & incogitatis oneribus. Quæ omnia,& singula onera, & alia idem D.N. de suo proprio sufferre teneatur, dictamq; locationem rescindi, reduci, aut ex dicto pretio affictus aliquid defalcari, vel dominus ab eodem D N. eiusq; successoribus per se, vel alios petere non possit, etiam in euentum belli pestis sedis vacantis, absentiæ Pontificis, & Curiæ, sterilitatis negotiorum incendij scripturarum, & alterius cuiusuis casus fortuiti, opinati, & inopinati Quæ omnia idem D N eiusque in dicto officio successores de eorum proprio sufferre debeant ex pacto expresso. Et quia sic actum, & conuentum extitit inter ipsos contrahentes. Quem quidem annuum affictum, siue pretium 240. ducat. auri in auro de Camera idem D. N. realiter, cum effectu soluere promisit dicto D N. præsentis &c. de mense in mensem, & in fine cuiuslibet mensis ratam partem videlicet ducat. 20. similes libere,&c. ipseque in tribus continuis solutionibus deficiens cogi possit pro affictu vnius anni videlicet ducat. 240. promisit etiam dictus D. N. dictas scripturas probe, diligenter, fideliter, & legaliter per se, & alios tenere, custodire, conseruare, gubernare, & exercere, & exerceri facere, & cum ea integritate, reputationeq; tam in causarum commissionũ distributionibus, quam alijs factis, & facien quibus decet virum probum, & integrum, manutenere, omnibus dolo, fraude, & machinatione cessantibus, postpositis omnibus suis risico, & periculo fortuna, & expen Hanc autem locationem partes ipsæ conuenerunt,& voluerunt durare ad duos annos proximos,& deinde ad beneplacitum ipsarum partium, cum disdicta trium mensium præceden. præterea supra dicti DD. contrahentes conuenerunt, quo idem D N durante locatione huiusmodi titulum dicti officij vendere, permutare, & cedere, transferre, alienare, vel resignare non possit, nisi prius requisito dicto D N. per decem dies ante, an velit dictum titulum pro eodem pretio, pro quo teneantur preferre dictum D N. vel personam ab eo nominandũ in assecutione tituli dicti officij, quodque nullius dicti officij emptor ad illud admitti possit, nec debeat, nisi dictas scripturas pro dictis ducatis 3. m. emat, illasque ipsi D. N vel eius hæredibus persoluat, & casu quo dictus D. N præ dictũ officium resignare, promisit quod resignatarius præsens instrumentum seruabit, & adimplebit, ac obseruare promittet, & se obligabit. Itaquod factum alienũ promitten. &c non excusetur alias de proprio, &c finita vero locatione huiusmodi promisit dictus D. N omnes, & singulas supradictas scripturas præteritas, presentes, & futuras integras, & liberas in manibus, & posse dicti D.N. vel eius hæredum consignare. Voluitque,& consensit, quod idem D. N. propria auctoritate illas asportare, ac dictum officium sub nomine dicti D N. & successorum ad commodum ipsius D. N per se, vel alium, seu alios, exercere, seu exerceri facere fructusque & emolumenta exigere, de illis quietare, illaque pro concurrenti quantitate retineri possit, & valeat, quia sic actum, &c. & huiusmodi locatione durante dictus D N. manuteneri, &c. in forma. Quæ omnia, &c. supradicti DD. Contrahentes respectiue attendere, &c. promiserunt, & non contrafacere, & sub vinculo iuramenti, per eorum quemlibet tactis, &c. præstiti & pœna refectionis omnium, & singulorum damnorum, &c. de quibus, &c. absq; &c. Pro quibus, &c.

Venditio domus, per publicum Consilium inclitt Populi Romani facta duo. bus notarijs insolidum vocatis.

IN D. Horatij, meique Gasparis insolidũ rogatorũ, testiumque, &c præsentia personaliter constituti Illustrissimi Domi-

legitimis, naturalibus: cumque ipsa D. Clarix coram a. Collaterali C. Capitolinæ in Rom. Curia Iudice ordinario tutelam, et curam dd. eius filiorum suscipere recusauerit, fuerit ibi incontinenti per eundem Iudicem datus, et deputatus tutor, et pro tempore curator dictis filiis tunc in ętate infantili constitutis D. Valerius N. eorundem patruus, qui acceptato huiusmodi onere inuentarium bonorum confecerit, et debitã cautionem pręstiterit, et apparentibus desuper instrumentis in actisque D Io. Grylli tunc d Curiæ Capitolinę notarii die 10 Iunii anni, etc. recipien et stipulan. prout ex illorum fide per D. Alexandrum Pallatum substitutum pro D. Francisco Gryllo fil. et successores D q Io. subscripta, et mihi, etc. tradita tenoris, et exemplanda in pede huius instrumenti. Et licet per plures annos ipse D. Valerius tutelam dictorum pupillorum eius nepotum administrauerit denique tamen die, etc. ex certis tunc expressis causis nonvolens amplius muneri huiusmodi incũbere, cum auctoritate, et decreto secundi Collateralis Cur. Capitolinæ tutelam præfatam renunciauerit, rationemque, et computa administrationis suæ reddiderit, et de omni reliquo per eum debito satisfactionẽ dictis pupillis dederit, et ibidẽ in continenti per eundem Iudicem d. D. Clarix data, et deputata fuit tutrix, et pro tempore curatrix præfatis eius filiis pupillis, quæ acceptata tutela, et cura huiusmo di debitam cautionẽ præstiterit, et deinde, etc. inuentarium confecerit in actis D N. prout similiter apparet ex alia fide renunciationis factę per D. Valerium, et deputationis d. D. Claricis cum obligatione per eam et per fideiussorem successiue factam, et confectione dicti inuẽtarii per eumdem D. N. notarium de premissis rogatum, subscriptum, et mihi notario tradita tenori exemplandi in pede huius instrumenti. Cumque inter alia bona hęreditatis d Io. aui paterni d. Valerii, et pro aui præfatorũ pupillorum deuenerũt ad ipsos pupillos, dictumq; D. Valerium eorum patruũ dictæ domus simul cũ uactæ per ipsos Valeriũ, et dd pupillos pro ind. uiso possessæ sitę in Vrbe, in regione, etc. vna si quidem maior cũ duabus apothecis subtus ipsam, et altera minor cum vna apotheca subtus eam sitæ in regione etc. in via, etc. e conspectu, etc. prope etc. confinatæ his finibus videlicet ab vno scilicet à parte superiori, etc.

Asserentes autem idem D. Valerius, et D. Clarix, quibus supra nominibus iamdudum considerasse, quod cum ædificia dd. domorum sint admodum vetusta, et quod non solum sæpius d. domus disloca tæ remanent, et continuos sumptus expostulant pro manutentionibus, et reaptationibus tectorum, lacunarum, aquę puctorum viarum, et aliorum, quæ cõtinuò accidunt in similibus ædibus, sed etiã de præsenti requirunt non modicam impensam pro reparatione domus maioris, in cuius pariete faciei anterioris iamdudum apparuerunt ab imo notabile scissuræ, quæ euidenter demonstrant fundamenta nõ leuiter labe facta, et vitiata existere, et ideo in ea parte indigere necessaria reaptatione, et reparatione, vltra alias restaurationes, et alia resarcimenta, quę in aliis partibus anterioribus dictarum domorũ fieri omnino oportent propter vetustatẽ prædictam Vnde si huiusmodi ædificia laborantia defectibus, periculis, et necessitatibus impensarum huiusmodi quanto citius vendantur, priusquam declinari cõtingat, in statum deteriorũ competerint ex diligentia sæpius factis redigi posse ex illis admodum concedens pretium, nõ quidem omnino ob illorum meritum, valorem, sed potius ob præstantiam lucri, in quo sitę sunt, et si domorum pretium, inuestiatur in aliis bonis quasi stabilibus, et securis, vt pote censibus, vel montibus, non vacabilibus, præter id quod exinde maior redditus percipietur, quam ex ipsis domibus absque subiectione aliquarũ impensarum proprietas eiusmodi cesuũ, vel montium quandocumq; opus fuerit inter ipsos pupillos æqui partiri, et distribui poterit multo commodius quã fieret de dictis domibus, quæ sine dubio minus commodam patiuntur diuisionem, et pręsertim etiam pro dotanda N. quæ ad præsens in ætate nubili reperitur, et pro qua nubenda multo facilius reperietur melior conditio cum dote constituta in re consistente in pecunia prompta, prout sunt loca montium, quam in stabilibus, et propterea pro tuenda indemnitate, et augenda vtilitate dd. pupillorum, qui non habent pecunias pro facien impensis reparationum præfatarum, et qui habent te-

O 2 nue

in tutricem, & curatricem præfatorũ eius filiorum ad hunc particularem actum omni meliori modo, &c.

Qui D. Iudex, vt supra sedens intellectis, & consideratis præmissis eandem D. Claricem presentem, & acceptantem cõfirmauit, & denuo etiam quatenus opus sit ad maiorem cautelam deputauit ad hunc actum alienationis, & alia infrascripta peragen. in tutricem, & curatricem prædictis suis filiis ad petitiones præfatas & ex officio, ac alias omni meliori modo &c. dicens, & replicans eidem D Clarici præsenti, & intelligenti esto tutrix, & curatrix dictorum suorum filiorum, vtilia pro ei facito, & curato ad quæ de iure teneris, & debes, quæ D. Clarix volens officium maternæ tutelæque curæ, & administrationis sibi demandatæ, exercere præmissis intellectis, sponte, &c. omni, &c promisit vtilia facere, & inutilia prætermittere, & alia facere curare pro præfatis suis filiis, quemadmodum sibi per dominum Iudicem, vt supra ordinatum fuit, & pro ipsa domina Clarice, eiusque requisitione ibidem præsens Dominus Camillus Maucius Florentinus pro præmissorum stipulatione, & validitate sciens, &c. sed, &c. sponte, &c. obligationi per eandem Dominam Claricem, vt supra factę ad fauorem pręfatorum eiusdem filiorum, me notario præsente, &c principaliter, insolidum accessit & adeiussit seipsum principalem promissorem dictorũ constituendo, quem sic promittentem, presentem, &c eadem D. Clarix tutrix, vel curatrix indemnem releuare, &c. promisit; itaquod, &c alias, &c. Pro quibus, &c tam ipsa D. Clarix, quam d. D. Camillus, &c eiusdem fideiussores insolidum sese hæredes, & successores, ac bona omnia, &c. in forma Cameræ Apostolicę cum solitis clausulis, &c obligarunt, & consentiet es, &c. renunciarunt, &c. & tactis, &c. iurarunt.

Quibus peractis ipsa D. Clarix Rutilantia de Atracinis mater, tutrix, et pro tempore curatrix præfatorum eius filiorum iamdudum, vt supra deputata, et nunc recenter confirmata vt supra agens infrascripta omnia, et singula vice, et nomine D D Io: Francisci in octauo, et Hort. in septimo eorum ætatis anni constitutorũ, et sic minime capaci, ætatis ad cõtrahendum, eius filiorum, cum decreto, et auctoritate supradicti D. Iudicis, vt supra pro tribunali sedentis, et in præsentia, et consensu D. D. N. N proximiorum consanguineorum præfatorum pupillorum, quibus ipsa Clarix, et D. Fausta eius filiacum iuramento tactis, e c ad sancta Dei Euangelia in manibus mei, etc. prestito affirmarunt ipsam Faustam, et eius fratres pręfatos non habere alios proximiores, excepto Domino Valerio habente interesse in huiusmodi venditione, qui consanguinei asserentes de omnibus supradictis, et infra dicen. optime informatos esse cum iuramento tactis, etc in manibus mei, etc. præstito, affirmarunt sese in hoc negotio nullum prorsus habere interesse, et hæc non tendere in fraudem, vel præiudicium ipsorum pupillorũ et pro certo tenere, et iudicare presentem alienationem credere in euidentem eorundem pupillorum vtilitatem, et ideo infrascriptis omnibus sponte, et libere cõsenserunt, necnon etiam ibidem constituta d D Fausta in decimoquinto suæ ætatis anno constituta agens ad infrascripta omnia, et singula pro seipsa principali nomine, et pro suis hæredibus, et successoribus, cum decreto, et auctoritate eiusdem D Iudicis, ac cum interuentu, et consensu d. D. Claricis eius matris, et curatricis, dictorumque consanguineorum, pari modo quo supra, dum iuramẽto tactis, etc. in manibus mei, etc. præstito, approbantium presentem alienationis contractum non esse in præiudicium ipsius puellæ minoris, quæ D. Fausta ac ipsa quoque D. Clarix ad maiorem actus validitatem, cum iuramento tactis, etc in manibus mei, etc. præstito renunciarunt, scilicet D Fausta ben minoris ætatis: est, in integrum, necnon leg. Iul de fund dot Authent. si qua mulier. benefic Seu. Consul. Vel statutis Vrbis, ceterisque legibus, et priuilegiis in fauorem minorum, et mulierum quomodolibet introductis, ipsa vero D. Clarix pro DD Ioan Francisco et Hortensio pupillis renũciauit benefici min ætatis restit. it. in integr statut. Vrbis, cæterisque Ill. et priuileg. in fauorem minorum quomodolibet introductis de quibus omnibus, eorumque vi et effectu ambæ mulieres prefatæ per ipsũ Dominũ Iudicem sufficienter certioratæ fuerunt, et simul etiam coram me notario, et testibus infrascriptis constitutus præfatus D.

Valerius Atracinus D. & possessor DD. domorum in communione, & pro indiviso cum dictis nepotibus, & sic agentes infra dicenda omnia, & singula, videlicet ipse D Valerius D. Clarix tutrix, & curatrix, vt supra, ac D. Fausta, quibus supra respectiuè nominibus, tam coniunctim, quam diuisim, & prout ad eo & quemlibet eorum spectat, & pertinet, cum promissione etiam, quam singuli insolidum fecerunt, & faciunt de rato, & quod ipsi D. Fausta, Ioann. Franciscus Hortensius ad maiorem cautelamquando peruenerunt ad legitimam ætatem valide, & sufficienter ratificabunt præsentem contractum, & omnia in eo contenta in actis mei, &c. ad omne placitum ipsius D. emptoris, &c. & suorum hæredum, etc. alias, &c. ita quod, &c. & cum huiusmodi promissione de rato, quæ in qualibet parte huius contractus reperita censeatur in executionem supradicti chirographi, cũ declaratione hinc inde inter ipsas partes adiecta, vt in omnibus ijs in quibus videretur, aut dici posset recessum à dicto chirographo, seu contrarium, vel dubium inter chirographum, & præsens instrumentum, seu pro eo omni tempore in omnibus, & per omnia stari debeat omnino dispositioni præsentis instrumenti quia sic actum, &c. sponte, & pro certa cuiuslibet ipsorum scientia, ac deliberata voluntate, & omni alio meliori modo, &c. ex nunc supradictas duas domos, vnam magnam, & alteram minorem, vt supra contiguas, & iuxta fines superius expressos confinatas; saluis tamen, aliis, si qui prædictis sint, vel esse possint plures, aut veriores confines, qui melius quandocunque specificari possint, cum supradictis tribus apothecis subtus ipsas domos existentibus, & cum dicta remissa pro curru, seu vehiculo, et cum stabulo subtus posteriorem partem D. domus maioris consistentibus, & cum suis introitibus anterioribus & posterioribus, cortilibus, cantinis, seu cellis vinarijs subterraneis, puteis, & cum tribus vasibus marmoreis existen. in cortili d. domus magnæ, cumq; omnibus appartamentis, & stantijs superioribus, & inferioribus, membrisque iuribus, & pertinentiis, & cum ceteris in ipsis tribus domibus intra fines prædictos circumcirca, intus, & subtus ipsas quomodolibet existentibus, & ad easdem domos tam de iure, quam ex vsu vel antiqua consuetudine quomodolibet spectan & pertinen. tam patentibus, quam occulti etiam sub solo latentibus ab imo ad summum, vt vulgo dicitur à centro terræ, vsque ad cælum nihilo penitus reseruato nisi dumtaxat infrascriptis tribus marmoreis designatis in calce præsentis instrumenti, quæ remanere declararunt ipsis vẽditoribus, nec non salua in primis, & reseruata ad fauorem ipsorum venditorũ speciali hipotheca, cum reseruatione dominii dd. domorum ac suorum iurium, ac pertinentiarũ, vsque ad integralem infradicendi pretii, satisfactionem, prout latius inferius explicabitur, & non alias &c. vendiderunt & titulo liberæ, & perfectæ venditionis iure proprio, & in perpetuũ dederunt, & concesserunt.

D. Baptistæ Maynardo Vrbeuetano q. Ant Vrbis incolę regionis Pontis præsenti, & pro se, suis hæredibus, & successoribus quibuscumque ementi, acceptanti, & vna mecum notario legitime stipulãti ad haben. &c. & ex titulo, et causa venditionis huiusmodi cesserunt, et transtulerunt D. emptori pro se, &c. omnia iura, &c. quæ quas, & quot DD. venditores quomodolibet habuerunt, & habent, seu habere possent nunc, & in futurum in, et super domibus earumque iuribus, & pertinentiis vt supra venditis contra quoscumque personas, etc. nullo iure, etc ponentes, etc. constituentes, etc. dantes, etc. licentiam, etc. earundem domorum apothecarum, aliarunque iurium suorum, membrorum, pertinentiarum, vt supra venditarum eidem D emptori possessionem accipien captamque, etc retinen. etc. continuandi propria auctoritate, etc conditione tamen, etc. et pacto expresse adiectis, vt emptor teneatur per biennium proximũ stare locationibus factis inquilinis dd. domorum, et apothecarum eo modo, et forma, quibus tales locationes factæ reperiuntur, et interim donec emptor de ante dicta possessione inuestitus non fuerit, dicti venditores constituerunt sese tenere, et possidere easdem domos, cum iuribus, et pertinentiis suis vice, et nomine eiusdem emptoris, et suorum hæredum, et successorum.

Hanc autem venditionem, et alienationem dd. domorum dd. vend tores, quibus supra respectiuè nominibus, fecerunt, et

& faciunt præfato D emptori stipulanti, & vt supra pro antedicto iam conuento pretio in totum scut 6 m. & 600. de iulijs decem pro quolibet scuto, soluen. ad effectum inuestiendi, vt infra dicetur in tot iulijs & teston bus argenteis hoc modo videlicet scut. 4 m & 600 de presenti, & reliqua 2 m. in terminis infra d. adhibita prius per emptorem poss ssione corporali domorũ prædictarum absq; impedimẽto leg timo, in quorum computum & diminutionem ipsi domini venditores confessi fuerunt habuisse, vt narratum fuit ab ipso D emptore pro arrha, & parte pretij dicti scuta mille quadringẽta monetę, cõtenta scilicet in supradicta cedula DD. da Guicciard nis consignata, & tradita in actu celebrationis præinserti chirographi, pro al js vero scut. 3200 pro complemento dd scut. 3600 in promptu de præsenti soluen vt supra d. Ioan. Baptista emptor consignauit præfatis venditoribus presentibus, & recipientibus coram domino Iudicie, meq; notario, & testibus infrascriptis, quas cedulas depositi, continentes in totum summam prædictam, vnam siquidem sac. Montis Pietatis, & depositorum Vrbis scuta 1600. monetæ, alterã vero D Philippi Guicciardini mercatorum Floren. continen. reliquam summam scut 1700. tenoris exemplandi in pede huius instrumenti, quauis cedula originales, ijdem venditores ex nunc pro quando, eff ctu soluta fuerint, secundum formam earundem cedularum vocarunt sese contentos, & satisfactos, & de illis in computum dicti debiti emptorem quietaru t, &c per pactum, &c.

Reliqua ve o seu 2 000. monetæ pro residuo, & finali complemento dicti pretij d. D. Io Bapt sta emptore soluere promisit præfatis vend toribus, & pro eis simili modo quo supra deponere penes d. sac. Montem Pietatis, ad effectum pariter inueſt en. iuxta formam eiusdem pacti infradicendi noc modo videlicet, mille per totum mensem Februarij anni Iubile proximi futuri, & reliqua scuta 1600. per totum alium mensem Februar j a'tera.us anni proximi sequentis 160. hic Romæ libere, &c alias, &c.

Et interim quia æquum non iudicatur, quod eodem tempore domibus, & pretio, emptor priuatur domini contrahentes conuenerunt ex pacto expresso, quod dictus emptor pro quantitate eiusmodi scutorum 2000 teneatur, prout promisit facere participes DD. Valerium, & præfatos eius nepotes venditores, & pro dictis nepotibus præfatam eorum matrem tutricem & curatricem omnium pensionum earundem. domorum proportionabiliter, & pro rata quam ratam ad effugiendum difficultates, & occasiones differentiarum D D contrahentes pro fructibus compensatiuis, & pro lucro cessante scilicet fructuum qui perciperentur ex censibus, in quibus implicari debent dictæ pecuniæ, & implicarentur si in promptu soluerentur, & omni alio meliori modo, &c. concorditer ex nunc liquidarerunt hoc modo, videlicet ab hodie, vsque in diem terminorum, vt supra præfixorum ad rationem scutorum 6 monetæ pro quolibet centenario, & anno pro rata, vt infra soluen. & à die lapsi termini, seu terminorum prædictorum in futurum non factis solutionibus supra promissis, & vsque in diem, quæ factæ, & effectualiter, & integre fuerint ad rationem scutorum sex cum dimidio alterius scuti pro quolibet centenario, & anno soluen. pro rata de semestre in semestre in fine cuiuslibet semestris in tot iuliis, & testonibus argenteis hic Romæ libere, &c alias, &c. & nihilominus et am, post lapsum terminorum prædictorum liceat DD. venditoribus quandocumque ipsius videbitur, cogere emptorem ad soluen summam principalem maturatam vna cum residuo dd. fructuum compensatiuorum: cum hoc tamen quod interim & quousque d. pretium cum dictis fructibus compensatiuis effectualiter, vt supra exbursatum integrè non fuerit, suprad cte domus, cum omnibus iuribus, membris, & pertinentiis suis remaneant semper ad fauorem venditorum, ac suorum hæredum, & successorum specialiter hypothecatæ, ita vt pro rata non soluta nunquam censeatur translatum dominium in emptorem, nec abdicatum ad ipsis venditoribus, sed eisdem expresse reseruatum, ita vt deficiente emptore a solutione, seu solutionibus antedictis tam pretii, quam fructuum prædictorum liceat ipsis venditoribus, & eorum hæredibus propria auctoritate, & de facto sine alicuius iudicis, vel alterius personæ licentia ad easdem domos, & earundem membra, & pertinen-

nentias liberum habere regressum, illarumque possessionem reassumere, & retinere, ac pensiones sequestrare, & exigere ipsasque domos, quoties opportuerit, locare, & etiam vendere pro quacumq; pretio, & quibusuis personis arbitrio, & arbitratu ipsorum venditorum pensionesque seu pretia huiusmodi exigere, & de exactis quoscumque quietare, & sibi propria auctoritate de quocumq; residuo debito satisfacere, & hoc semper intelligatur ad maiorem cautelam, sine præiudicio facultatis agendi contra emptorem, vel suo, hæredes & bona vigore generalis obligationis, immo cum potestate variandi, ita vt vna via electa, &c.

Et his saluis DD contrahentes in executioné principalis pacti & habiti in tractatu presentis venditione conuenerunt, vt dictum totum pretiũ scilicet, tam dicta scuta 4600. vt prefertur venditoribus in dictis duabus cedulis cõsignata, quam etiam reliqua scuta 2000. quæ vt supra soluenda remanere debeant omnino per ipsos venditores exponi, & inuestire in emptione tot censuum, cum bonis, & idoneis fideiussoribus bene assecuratorum in Vrbe, vel eius districtu, seu tot locorum montium non vocabilium ad electionem DD. venditorum, cum consensu tamen expresso dicti emptoris, vel suorum, hæredum, & successorum, qui census, & quæ loca montium possint per dictos venditores, & eorum hæredes, & successores quandocumq; ipsis videbitur in toto, vel pro parte vendi, & alienari ad effectum tamen côuertendi, & inuestiendi pretium de consensu emptoris, vt supra in emptionem bonorum stabilium in Vrbe, vel eius districtu, quoties aliqua opportuna, & vtilis occasio pro maiori beneficio dictorum pupillorum reperiatur, quo casu pretium debet deponi, prout infra dicetur, in casu verò redemptionis, seu extinctionis dd. censuum, vel montium, nunc, vel pro tempore de pecuniis, pretiis prædicti emen. pretium seu pretia eorundem, sub pœna nullitatis, ac malæ, reiterandæ solutionis, nullo modo solui possint, sed omnino debeant penes dictum Montis Pietatis, seu ipso non extante penes alium locum tutum, & securum in Vrbe, de communi contrahentium prædictorum consensu eligen &c. cum expressa tamen conditione, quod tale depositum nunquam amoueri possit, aut debeat, nisi duntaxat ad effectum reinuestiendi, & de consensu D. emptoris, vel suorum hæredum vt supra in emptionem aliorum similium censuum, montium, & aliorum bonorum stabilium.

Quæ quidem loca montium, census, seu stabilia nunc, aut quandocumque ex dicto pretio, toties, quoties occurrerit emenda, perpetuo manere debeant affecta, & hypothecata, aut in ipsis acquisitionibus obligari, & hypothecari debeant ad fauorem, & pro maiori securitate dicti emptoris, suorumque hæredum & successorũ in omnem casum euictionis generalis, vel particularis dictorum domorum, & suorum iurium, & pertinẽtiarum in omni iudicio petitorio, & possessorio, seu in casu non obseruationis ex venditorum parte omnium, & singulorum in hoc instrumento contentorum, seu in casum nullitatis, & inualiditatis eiusdem contractus ex quocumque capite, vel defectu, ita vt toties, quoties dicti casus contingerent, aut aliquis ipsorum contigerit & deficientibus dictis venditoribus, vel eorum hæredibus, & successoribus adimplere per eos adimplenda, liceat D. emptori vel eius hæredibus ad eiusmodi pretium vbicumq; pro tempore reperietur, seu ad dictos census, loca montium, vel stabilia, in quibus tale pretium nunc, vel pro tempore conuersum, & inuestitum reperietur liberum habere, & tam super illorum proprietate, quam super fructibus se releuare, & inuestire cum facultatibus amplissimis sequestrandi, necnon propria auctoritate, & de facto sine alicuius consensu, & etiam absque iudicis mandato, & sine aliquo vitio spolii, nullitatis, seu attentatorum, eorundem bonorum præfatorum possessionem, seu respectiue quasi possessionem, apprehendendi, & retinendi, & continuandi dictaque bona vsufructuandi loco rei euictæ, & vsque ad sublatam euictionem, quo casu fructus in sortem minime computentur, seu eadem bona retinendi insolutum, & satisfactionem, pro concurrenti quantitate rei euictæ, vel aliter impeditæ, seu ablatæ, vel si magis expedire videbitur venden. & distrahen. pro quocunq; pretio reperibili, & de pretio pro concurrenti quantitate sibi satisfacien. & omnia

dia alia remedia desuper opportuna, & proficua iure medio experiendi, & exequendi vsq; ad plenariam consecutionem omnium adimplendorum, & satisfaciendorum, & super præmissis. Ad maiorem cautelam DD. venditore deputarunt etiā, quatenus opus sit, D emptorem pro se, & sui hæredibus, &c. procuratorem irreuocabilem vt in rem propriam, cum omnibus facultatibus opportunis, ita etiam vt super d ctis censibus, montibus vel stabilibus nunc, vel pro tempore ex dicto pretio emendo, tanquam acquisitis de proprijsmet pecunijs dicti emptoris scilicet de pretio præfato semper ipse emptor, & sui præferantur omnibus alijs, & nemini vnquam in præiudicium illorum acquiri possit ius aliquod ex quauis causa quantumuis fauorabili & priuilegiata, secundario autem dicti census, & loca montium, aut alia stabilia ex dicto pretio, vt supra emenda, saluis semper supradictis debeant remanere effecta, & hypothecata ad fauorem D.Claricis, & aliorum interesse haben. pro concurrente quantitate suæ dotis scut. 2000. monetæ, & donat. propter nuptias olim assecuratorem super dictis domibus, ita & taliter, vt huiusmodi hypotheca dotalis censeatur, & sit penitus translata ex dictis domibus, in, & super censibus, seu montibus, vel stabilibus ex dicto pretio emendis, salua nihilominus ad fauorem d. D Claricis, & semper remanente obligatione generali reliquorum bonorum mobilium, & stabilium d q Lucij eius mariti, & præfati D. Valerij illius fratris, iuxta formam instrumenti assecurationis eius dotis, ad quod, &c. si plus autem dd. domus valerent, &c. præfati venditores donarunt, &c renunciantes cum iuramento tactis, &c. leg. secundæ C. de resc. nd. vend. cum alijs similibus remedijs, de quibus per D. Iudicem certificati fuerunt, quia, sic actum, &c. & pro maiori præmissorum executione, & effectu conuentum fuit, quod in instrumento, & litteris patentibus, vel alijs scripturis conficien. &c. super emptionibus, & acquisitionibus præfatis fieri debeat expressa mentio, quod eiusmodi emptiones, & acquisitiones fiunt in executionem huius pacti; & præsentis contractus ibidem præcisæ citandi, ac du pecunijs pretij dictæ venditionis, & apponi debeant obligationes hypothecæ, pacta, & aliæ conditiones, & qualitates ipsis extensæ, quæ semper ad vnguem repeti, & seruari debeant in quibuscumque inuestituris de dicto pretio nunc, vel pro tempore facien & præmissa semper intelligantur ad maiorem cautelam sine præiudicio generalis obligationis, ita quod &c & cum potestate variandi, &c. Interea verò, & in futurum donec emptor vel sui hæredes pacifice possederint domos præfatas, ac donec non contingat casus euictionis, & alij casus superius expressi, dicta loca montium, census, & stabilia, ex dicto pretio, vt supra emenda, collocentur, & manere debeant, saluis semper omnibus, & singulis supradictis ad fauorem, & liberam fruitionem dd. venditorum, & suorum hæredum successorum quorumcumque.

Hoc tamen pacto expresse addito, & per solemnem stipulationem hinc inde interuenien firmato, quod liceat ipsis venditoribus de dictis censibus, siue montibus, vt præfertur, cum dicto pretio emendis disponere pro summa scutorum mille monetæ pro dotāda dicta D. Fausta adeo vt eueniente huiusmodi casu, possint equiualentem scut. mille monetæ de dictis censibus, vel montibus in dotem dare, cedere, & assignare pro dote, seu parte dotis ipsius D. Faustæ, seu montes, vel census præfatos ad eundem effectum vendere & alienare, & pretium redigen soluere, & consignare in dotem, vel pro parte dotis, vt supra, non obstan. hypothecis, & alijs conditionibus, quibus ipsi census, vel montis in dotem, dandi, vel pro dote distrahendi, vt supra affecti reperientur quæ hypothecę, & conditiones in tali casu, & pro dicta summa scut mille pro non appositis, ac pro nullis, & extinctis ad prædictum effectum habeantur; cum conditione tamen, & non alias, aliter, nec alio modo, quod futurus maritus D Faustę in actu consignationis sibi facien, dd. censum, vel montium aut pecuniarum ex illorum pretio redigendorum pro dicta summa scutorum mille teneatur illam super aliquo, seu aliquibus ex suis bonis stabilibus, assecurare valide, & sufficienter cum scientia d. emptoris, vel suorum hæredum, & amplius etiam teneatur tam ipse, quam D. Fausta, cum solemnitatibus requisitis in eodem actu cede-

cedere, & transferre eidem D. emptori, vel suis hæred.bus omnia iura, & actiones sibi occasione dictæ dotis quomodolibet competentia contra bona paterna, vel au.ta D. Faustæ, & contra quoscumque alios vel alia quæuis bona pro d cta dote quouis modo obligatos, & obligata: quæ quidem iura remaneant semper penes d. emptorem, vel suos hæredes salua integra, & illęsa pro maiori illorum cautela, ad effectum si quidem dd iuribus vtendi, prout opportuerit tam excipiendo, quam agendo in casu molestiæ, vel euictionis, aut in alis casibus superius expressis semper sine præiudicio iuris agendi vigore gene alis obligat onis immo cum potestate nominandi, vt supra, &c.

Declarantes domini contrahentes ex pacto ita conuento. etc vt per spatium vnius mensis ab hodie prox mi pro rata tum dd scuta 600. currere debeant pensiones dd. domorum ad ben. ficium dd. venditorum ad finem, vt interim possint dictas pecunias inuestire, & elapso dicto mense inuestitis, vel non inuestitis dictis pecuniis seu si ante lapsum d mensis contingat dictas pecunias inuestir, tunc statim a d ea die facti inuestimenti, & ab ea die qua incipient ad fauorem vẽditorum currere fructus talium inuestiturarum incipiant pensiones dd. domorum currere ad beneficium emptoris, & si venditores perciparent dictas pecunias anticipatas teneantur illas bonas facere prout promiserunt dicto emptorio presenti, &c. pro reliqua verò parte dicti pretij pensiones domorũ incipiant currere ad beneficium emptoris ab hodie quia sic actum, &c.

Præterea præfatus D Valerius, & D. d. Clarix tutrix, & curatrix nomine, vt supra, ac præfata D Fausta, & singulis insolidum promiserunt dd. domos cum iuribus, & pertinentiis suis ad ipsos DD. Valerium, & dictos suos nepotes iusso, & legitimo domioii titulo spectare, & pertinere, & sibi ipsis legitime licuisse illas vendere, & alienare, vt supra, esse liberas, immunes, exemptasq; penitus ab omni censu, canone resposione, recognitione, & alia quouis onere, & ab omni fi leicommisso purificato, vel purificando caducitate, deuolutione, prohibitione, & alia quouis sim li, vel dissimili vinculo, neminique in toto, vel in parte esse venditas, &c. aut alio quouis modo alienatas, & deniq; de dictis domibus non esse factum alium contractum, sine distractum, qui vnquam redũdare possit in præiudicium emptoris, vel suorum hær. & successorum alienationis, & distractus vocabulis latissimo modo sumptis excepta dumtaxat hypotheca dotis d. D. Claricis, quæ prout infra consentire intendit venditioni huiusmodi, sed presentem venditionem esse, & perpetuo fore bonam, validam, & bene valide, & legitime factam, & ideo in eam tanquam talem promiserunt quoties occurrerit facere consentire omnes personas, &c. super dictis domibus in toto, vel in parte lites si inferantur in seipsos suscipere, & susceptas prosequi, & penitus terminare, præterea cura, & impensa, ac cum proprijs procuratoribus, & aduocatis, al.jiq. defensionibus opportunis in quauis instantia, & parte litis toties quoties occurrerit, absque interuentu, aut alia cura, nec sumptu emptoris, vel suorum, &c ad omnẽ eorum simplicem requisitionem Alias si præmissa omnia & singula sicut asserta fuerunt vera non extiterint, aut sicut promissa sunt ieruata, & adimpleta inuiolabiliter non fuerint, seu nulla, vel inualida ex quocumque capite, vel defectu reddi contig rit domini venditores semper insolidum voluerunt erga emptorem presentem, & vt supra stipulantem teneri ad refectionem omnium damnorum, & cetera vltra precisam præmissorum obseruationem, ad quæ nihilominus præcise omninò cogi possint, & amplius si dictæ domus euincerentur in toto, vel in parte pariter insolidum teneri voluerunt de omni, & quacumq; dd. domorum, suorumq; iurium, & pertinentiarum euictione, iurisq; & facti defensione vniuersali, & particulari in iudicio petitorio, seu possessorio, aut mixto, necnon ad restitutionem pretij, & ad omnia damna, &c occasione dictæ euictionis quomodolibet passa, & incurla, de quibus, &c abique, &c. & hoc tam auocata, quam non auocata possessione, ita etiam sub prætextu, quod euictio sequuta fuerit per imprudentiam, aut imperitiam vel iniustitiã iudicis, aut superiorum, aut per quamuis in curiam partium nihilominus dicti venditores, vel sui hæredes nunqua excusari possint, quia ad præmi ssa præcise teneantur, quia sic actum, &c.

Declaratione etiam adiecta, quod quoties

ties in præmissis contingerit fieri aliquam litis intimationem, sufficiat ex parte emptoris, vel suorum hæredum quæcumque simplex denunciatio etiá d dim copi, ven ditorum absq;insertione libelli, et aliis solemnitatibus, et sic simpliciter facta perinde afficiat, et seruatis de iure, et stylo seruandis formiter, et solemniter facta esset, quia sic actum,etc. Quæ omnia, etc. dictæ partes adinuicem promiserunt perpetuo habere rata,etc.et contra non facere,etc pro se,etc.alias,etc (rato tamen, et firmo remanente contractu) teneri vicissim voluerunt ad omnia damna,etc.

Pro quibus omnibus, et singulis perpetuo firmiter, et inuiolabiliter obseruandis D.Valerius,necnon dicta Fausta cum solemnitatibus antedictis sese ipsos insolidum ipsorumque hær.et successf ac bona, etc. et præfata D. Claris tutorio, et curatorio nomine, vt supra præfatos Io. Franciscum,et N.eius filius pupillos illorumq; hæredes,et successores,ac omnia bona, etc.et è conuerso, etc. D.Baptista emptor seipsum,ipsiusque hæredes, et successores, ac bona omnia,etc.in forma Cameræ,etc. cum solitis submiss. et renunciationibus, et cautelis,etc respectiue obligarunt,consenserunt, etc. hic inde relaxationi mandati exequutiui vnica precedente citatione, et singulis tactis, etc. ad sancta Dei Euangelia iurarunt,etc.

Super quibus omnibus, et singulis tanquam rite, et legitime gestis ipse D. Collateralis,et Iudex,vt supra sedens,causa vt asseruit plene cognita, vt supra ad instan.dictæ D.Claricis, quo supra nomine petentis,et instantis pro dictis suis filijs,et pupillis,et ad instantiam d.D.Faustę suam dictamque sui officii auctoritatem ordinariam, et decretum interposuit supplens omnes defectus tam Iuris,quam facti, si qui in præmissis quouis modo interuenerint omni meliori modo,etc.Rogantes,et Act.etc.præsentibus,etc testibus,etc.

Emptio Castri,cum donatione alterius, insolutum partis pretij.

ILlustrissimus D. T. Santacrucius Dominus, et possessor Castri sancti G. nuncupati, siti in districtu Vrbes Tiburtinę diæcesis,cum eiusdem territorio, quod terminatur infrascriptis finibus sicut idem asseruit,videlicet iuxta ab vno agrũ Tiburtinum,ab alio tenutam sancti Victorini,Illustrissimorum DD.hæredum quõdam Ioannis Petri Draghi, Patritiorum Romanorum, ab alio tenutam nuncupatam sancti Ioannis in vocabulo Campi Horatii, vulgariter Comporaccio territorii terræ Poli,infrascripti D.emptores, et alio territorium, oppidi casæ Corpulæ, et ab alio territorium montis S.Mariæ, eiusdem D emptoris ab alio territorium Castri Guadagnoli pariter eiusdem D.emptoris,et ab alio territorium Castri Ciciliani ab alio territorium castri sancti Angeli serenissimorum DD,de Farnesiis, et ab alio tenutam villæ,seu casalis nuncupat. G.in dicti castri territorio existentis, quæ terminatur infra eosdem supra expressos cõfines,saluis semper aliis,si qui sunt,vel esse possunt ad castrum,et tenutam huiusmodi plures,aut veriores confines antiqui,vel moderni qui melius specificari, et per me notarium quandocunque addi possint. Volens modo ad infradicendam venditionẽ castri,et villæ prædictorum deuenire vigore si quidem infradictarum litterarũ Apostolicarum sanctissimi D N Clemẽtis Papę Octaui in forma breuis,sub datum Romæ apud sanctum Petrũ sub annulo Piscatoris die secunda Ianuarii proxime præteriti Pontificatus sui anno septimo, vt moris est expeditarum, et mihi Notario ad effectum inferendi in huiusmodi contractu originaliter consignatarum,tenoris infrascripti,videlicet Clemens,etc.

Sine quibus quidem facultatibus, & aliis contentis in dictis litteris Apostolicis ipse D.T.(sicut idem asseruit) non esse aliter,nec alio modo venditurus sponte igitur,certaque scientia,et deliberata voluntate,inhærendo licentiæ, facultati, derogationibus,alijsque concessionibus contentis in præinsertis litteris Apostolicis, et omni meliori modo via iure,causa, et form ,quibus validius,et efficacius potest, et debet, vendidit, et titulo liberæ et perfectæ venditionis,iure proprio, et in perpetuum dedit,concessit,et alienauit, cum reseruationibus tamen, pactisque & conuentionibus infrascriptis, quæ censeantur repetitæ,tam in principio medio, et fine, quam in qualibet parte præsentis contractus, Illustrissimo, et Excellentissimo D. L de C Baroni Romano, Duci Terræ Poli præsenti,et pro se,suisque hæredibus, & successoribus quibuscumque sequendo fidem dictarum litterarum Apostolicarum & il-

et illis inhærendo, et omni alio meliori modo, quibus melius potuit, et debuit ementi, et acceptanti, et vna mecum notario vti publica, et authentica persona legitime stipulanti supradictum castrum sancti G. simul cum dicta Villa G. et cum ædificiis in ea existentibus, iuribus, membris, et pertinentiis suis, aliisque, cum dicto castro venientibus latius infra explicandis, et cum recolectis frumentorum, ac omnibus generis bladorum, vt inferius explicabitur anni proxime præteriti, et cum aliis fructibus successiue perceptis vsque in hanc diem consignandis, prout D T. consignare promisit eidem D L. tempore traditionis corporalis possessionis castri, et villæ prædictorum libere, et integre iuxta listam per D. T. dandam, prout infradicetur, seu in locum eorum fructuum iam forsan venditorum consignare illorum pretium. Ad habendum, et tenendum, possidendum, vtendum, fruendum, et fructificandum; vendendum, dandum, donandum, pignorandum, et alienandum, ac de castro, tenuta, et aliis venditis cum eorundem iuribus, et pertinentiis faciendum, et disponendum ad ipsius D. L. emptoris libitum voluntatis, saluis tamen reseruationibus, et aliis infradicendis.

Et quia (vt asseruit) D. T. præsupposuit redditum, et prouentum dicti castri, et aliorum cum eo venditorum annatim ascendere saltem ad summam scutorum quatuor milliū monetæ, et afferentes DD. contrahentes concorditer, valutasse scutis centum monetæ qualibet scuta tria sinni, lia annui redditus, præfertur præsuppositi scutorum quatuor millium. Ideo prædictus D.T venditor huiusmodi venditionem facere declarauit, et fecit D.T. emptori præsenti, et stipulanti, vt supra pro pretio ad prædictam rationem scutorum centum monetæ pro quoslibet scutis tribus annui redditus prædicti castri liberis, et exemptis ab omnibus impensis, [illegible] declarationem faciendam per superintendentes factoribus, vt infra deputandum. Quod pretium stante præsupposito prædicti annui redditus scutorum quatuor millium ascendit, iuxta rationem prædictam ad summam scutorum centum triginta millium monetæ, saluis tamen pactis, et conditionibus suo loco inferius exprimendis, et non alias aliter nec alio modo.

In cuius quidem pretii computum, et diminutionem D. L. emptor inhærendo licentiæ, et facultati sibi concessis in præinsertis litteris Apostolicis. et cum reseruationibus, et pactis infradicendis omni meliori modo, via, iure, causa, et forma quibus validius, et efficacius potest, et debet ex nunc dictum eius castrum P. nūcupatum, situm, et confinatum, prout proxime dicetur, cum eius territorio Marchionatus, et cum aliis venientibus simul cum dicto castro latius infra exprimendi, necnon etiam cum fructibus infradicendis affictus, et banchi iustitiæ dicti castri P. à die 8 Augusti proximè præteriti citra decursis, et decurrendis ad vtilitatem, et beneficium D. T. venditoris, dedit, concessit, et assignauit iure proprio, et in perpetuum D. T. venditori, præsenti, et pro se suisq; hæredibus, et successoribus quibuscumque acceptanti, et vna mecum notario vti publica persona legitime stipulanti in solutum, et satisfactionem summæ scutorum triginta vnius millium octingentorum quinquaginta septem monetæ. Ista enim præcisa summa DD contrahentes affirmarunt concorditer valutasse, et valutare iustum, et integrum pretium eiusmodi castri, cum iuribus, et iurisdict oni bus, et pertinentiis suis quibuscumque, si quidem ad rationem scutorum centum monete pro quibuslibet scutis tribus cum dimidio alterius scuti annui redditus eiusdem castri P. ascenden sicut ambe partes pro liquido habere affirmauit ad scuta mille centum, et quindecim monetę quolibet anno prouenientium, scilicet pro summa annuorum scutorum m l- le quadraginta ex pensione moderni affictus eiusdem castri, et pro reliquis scutis septuaginta quinque ex emolumentis annuis banchi iustitię, ad hanc summam ex mutuo contrahentium consensu concorditer voluntatis. Quod quidem castrum P. situm est in prouincia Campaniæ Ferentinę diœc. et eiusdem territorium terminatur, sicut D. L. asseruit, iuxta territoria, oppidorum Sopini, Frusinoriens, Iuliani, Coccani, et al o, fines, salu s aliis confinibus si qui sint plures, aut præmissis veriores, qui pariter quandocumque melius specificare, et per me notarium addi possint, ad habendum, tenendū possidendum, vtendum, fruendum et fructi

ctificandum vendendum, donandum, & alienandum, hc de castro, & alijs cum eo insolutum datis, cum illorum iuribus, & pertinentijs faciendum, & disponendum ad ipsius D. T. insolutum acipientis libitum, voluntatis, saluis reseruationibus, & aliis infradicendis

Declarantes DD. contrahentes supradicta castra sancti G. & P. fuisse, & esse titulo venditionis, & respectiue dationis insolutum adinuicem inter eos, vt supra data, & alienata, cum omnibus, & singulis eorundem castrorum, districtibus, territoriis, tenimentis, dominio, superioritate, ac plena, omnimoda iurisdictione ciuili, & criminali, ac mero, & mixto imperio, & omnimoda gladii potestate, & exercitio, ac cum omni iure mulctandi, condemnandi, consignandi, absoluendi, & remittendi, cum bancho iustitiæ, pœnis, damnis datis, seruitiis realibus, et personalibus, et mixtis scandentiis, seu monitoriis iuxta solitam consuetudinem, seu statuta, aut constitutiones dictorum castrorum, et eorundem territorium, et cum aliis vassallagiis, et iuribus vassallorum, fœudis, subfœudis, et quorumcumque bonorum, solitis responsionibus, ac censibus, et bonis emphiteoticis, et feudalibus, ac iuribus vtilibus, directis, et mixtis datiis, et aliis exactionibus, ceterisque redditibus, prouentibus, emolumentis, et obuentionibus ordinariis, et extraordinariis, necnon palatio ante, et fortilitiis cuiuslibet castri prædicti, si qui sint, et prout extant, aliisque ædeficiis tam intus, quam extra ac cum hospitiis, seu tabernis, furnis, molendinis, vineis, hortis, cannetis, oliuetis, arboretis, prædiis, pratis, collibus, montibus, vallibus, planctis, et aliis terris cultis, et incultis, nemoribus, et aliis aquis, et aquarum deriuationibus, decursibus, et vsibus, piscatoribus, aucupiis, venationibus pascuis, et cum fodinis quorumcumque lapidum, metallorum, et aliorum mineralium, vel similium, aut dissimilium, et cum thesauris etiam absconditis, seu quæ fondinæ, vel si qui thesauri extant, et nunc, vel pro tempore extabunt, et detegentur, ac cum omnibus, et quibuscumque suis membris, adiacentiis, necnon iuribus, ingressibus, egressibus, et transitibus cæterisq, actionibus, vsibus, commoditatibus, aliisque annexis, et dependentiis, et cum cæteris omnibus pertinentiis tam intus, quam extra, et circa dicta castra, et eorum territorio consistentibus, et ad illa quomodolibet spectan. tam cognitis, et manifestis, quam etiam incognitis, et occultis, etiam si essent maiora expressis, et h c necessario exprimenda viuerent, et cum omni etiam iure reintegrandi, recuperandi, et vendicandi quecumque vsurpata, et occupata, seu alias tenta ad iura, et pertinent. as dictorum castrorum, et cuiuslibet eorum respectiue quomodolibet spectantia, quoties, et à quibus nunc, et pro tempore occurrent, et cum iuribus, etiam si qui extant patronatus, et presentandi ad quascumque Ecclesias, capellas, seu beneficia, et cum omnibus aliis iuribus, priuilegiis, honoribus, et dignitatibus, prærogatiuis, immunitatibus, exemptionibus, indultis, et facultatibus cōpræhensis sub quibusuis aliis denominationibus, titulis, et clausulis, et ex quibosuis causis, vel rationibus tam de iure, quam de consuetudine, vel stylo, et alias quomodolibet competentibus dictis castris, et cuiuslibet eorum territoriis, iurisdictionibus, dominiis, et pertinentiis, etiam si talia forent, quæ maiora, vel diuersa essent expressis, et specialem expressionem postularent, et quæ sub premissis, clausulis, et derogationibus minime comprehēderentur, et deniq; cum omnibus iis, quibus vsque in presentem diem D.T. venditor, et D.L. dans insolutum eorumque antecessores dicta castra respectiue habuerunt, et possederunt; et quæ eisdem competierunt, et competunt, aut competere potuerunt, aut possint, vel potuerunt de iure, vsu aut aliter quomodolibet nihilo penitus hinc inde excepto.

Et ex causa venditionis, et respectiue dationis insolutum prædictarum, ac iure, proprio, et in perpetuum, vt supra DD. contrahentes ex nunc saluis tamen reseruationibus, et pactis infrascripti cesserunt, et transtulerunt vnus alteri inuicem, et vicissim prout quemlibet tangit, omnia iura, omnesq, actiones, reales, personales, vtiles, et directis, tacitas, et expressas, hypothecarias, pignorantias, siue mixtas, et in remscriptas, officiumq, iudicis, et beneficium iuris quas, et quot ipsi, scilicet D.T. super eius castro insolutū, dato, et super eorundem castrorum, et villæ membris, et pertinentiis præfati, et ali-

quo

quo vnquam tempore quomodolibet respectiuè habuerunt,& habent,sibiq.competunt,& competere possunt,& poterunt in futurum contra quascumque personas Vniuersitates,Collegia,Capitula,& loca tam secularia,quam Ecclesiastica, nullũ ius,nullamq. prorsus actionem ex nunc, & in posterum sibi ipsis amplius quomodolibet reseruatis. Inde, & super prælatis venditis,& insolutum datis,sed omni penitus iure, & actione hinc inde inuicem transfusis, penitus translatis, vt supra solutis tamẽ dumtaxat mutuis releuationibus,& pactis infradicendis. Ponentes, & subrogantes sese ad inuicem, videlicet venditor ipsum C.emptorem in, & super castro, & villa venditis,ac eorundem iuribus,& pertinentijs; dictus autem D. emptor præfatum D Vẽditorem in,& super castro insolutum dato,& eiusdem iuribus,membris, & pertinentiis in vniuersum eorum respectiue ius locum,& priuilegium mutua hinc inde acceptilatione & stipulatione interueniente. Constituentes pari quoque modo sese inuicem super præmissis venditis, & insolutum datis respectiuè procuratores irreuocabiles etiã cum iuramento, vt infra præstito, vt in rem propriam,itaut ex nunc in posterum vterque ipsorum contrahentium, scilicet D.L emptor pro dictis iuribus dictisque actionibus castri sancti G. dictæq. villæ, ac aliorum venditorum. Prędictus vero D.T.venditor pro dictis iuribus, dictisq. actionibus castri P.vel aliorum simul cũ eo insolitum ei datorum eorum proprio nomine respectiuè agant,petant,exigant, excipiant,recipiant,& defendant, eisque libere vtantur,fruantur,& experiantur in iudicio,& extra iudicium vbilibet etiam directis actionibus ad placitum emptoris super rem vẽditam,prout & quemadmodum de eo facere,& disponere poterat D. venditor ante pręfatam venditionem, & similiter ad placitum venditoris,prout,et quemadmodum de ea facere,& disponere poterat præfatus emptor ante prętatam dationem in solutum.Amplius vero promiserunt inuicem, videlicet D.T venditor inducere, & immittere D.L.emptore, & corporalem possessionem castri sancti G & villæ G.& eorundem iurium,iurisdictionum, pertinentiarum, & pariter D.L.emptor inducere,& immittere D. T. venditorem in corporalem possessionem castri P.&eiusdem iurium, iurisdictione,et pertinentiarum,cũ interuentu hinc inde in actu traditionis eiusmodi possessionum debitæ recognitionis,ac iuramenti fidelitatis,& homagii faciendi, & respectiuã pręstandi,prout consuetum est in similibus per vassallos, & homines cuiuslibet castri libere omni cõtradictione,impedimento,& exceptione remotis, & nihilominus saluis præmissis ex nunc DD.contrahentes dederunt, & concesserunt sibi ipsis ad inuicem liberam,& absolutam facultatẽ scilicet D. T.præfato D. L capiendi corporalem possessionem castri sancti G.& villæ H & eorundem ciuium, iurisdictionum,& pertinentiarum & similiter D. L. eidem D. T. capiendi etiam possessionem castri P & eiusdem pertinentiarum,&hoc vtrumque propria auctoritate,& sine alicuius Iudicis vel curiæ licentia seu mandato,captamq & apprehensam hinc inde respectiue retinendi, & continuandi pro suisq.hęredibus, & successoribus iure proprio,& in perpetuum, & interim donec vnusquisque ipsorum contrahentium de sua possessione præfata inuest tus effectualiter non fuerit constituerunt sese vnius erga alterium scilicet T.T. tenere, & possidere castrum S.G.& villam N cum membris, & pertinentiis eorundem stice,& nomine D. N. et suorum hęredum,et successorum,et pariter D L. tenere, et possidere castrum P. cum membris,et pertinentiis suis,vice,et nomine D.T.et suorum hæredum,et successorum Mandantes ex nunc irreuocabiliter, videlicet D. Tarquinius officialibus, et vassallis, et hominibus, et aliis ad quos spectat castri P. quatenus ab hodie in posterũ, videlicet officiales, et vassalli castri sancti G.recognoscant D L emptorem pro suisq hæredibus, et successoriqus quibuscumque in eo rem verũ dominum, et patronum,illiq.pareant, et obediant, ac debitam obedientiam, & honorem exibeant, deq prouentibus, responsionibus,iuribus,et emolumenti debitis, et consuetis, ac de omnibus aliis, ac quæ tenentur suo loco,et tempore respondeãt ac solitum homagii,et fidelitatis iuramẽtum præstent. Officiales vero, et vassalli castri P.recognoscant ab hodie in posterum D T.pro se suisq. hæredibus, et successoribus quibuscumq in eorum verũ dominum,et patronum,illiq; pareant, et obe-

obediant, ac debitam obedientiam, & honorem exibeant, ac de prouentibus, responsionibus, iuribus, emolumentis debitis, & consuetis, ac de omnibus aliis, ad quæ tenentur suo loco, & tempore respondeant, ac solitum homagii, & fidelitatis iuramentum erga illum similiter prestāt quos quidem officiales, vassallos, & homines vtriusque castri ex nunc DD contrahentes, videlicet D.T illo, sancti G. & L. illos P. pro effectibus supra penitus eximerunt, & liberarunt ab omni vinculo obedientiæ, & ab omni debito iuramenti erga ipsos respectiuè præteriti.

Et huiusmodi dationem castri p. insolutum, & satisfactionem antedictæ summæ ad computum, & indictionem predictæ venditionis D.L emptor fecit, & facere declarauit hac, expressa conditione, & pacto per solemnem stipulationē hinc inde interuenientem, firmatis, nempe quod dictum castrum p. cum iuribus, & pertinentiis suis remaneant perpetuo affectum speciali hypoteca priuilegiata ad fauorem eiusdem D.L ac suorū hæredum & successorum pro maiori securitate in omnem causam cuiuscumque euictionis sibi, vt infra promissæ generalis, vel particularis ex quouis capite prouenientis in petitorio, vel possessorio dicti castri sancti G, & eius territorii, dictæque villæ H. & eorundem iurium, membrorum, & pertinentiarum, & aliorum, vt supra venditorum, aut in casum non obseruationis omnium, & singulorum ex parte D,T, venditoris in hoc instrumēto promissorum in toto, vel in parte, aut in casum nullitatis vel inualiditate dictæ venditiones ex quouis capite, vel defectu, aut in casum quod D L. vel sui hæredes, & successores impedirentur super libera possessione castri, & ville vēditorum ex quocūque pacto, vel defectu D T. venditoris, vel suorum auctorum in casibus in quibus D. T. voluit teneri de euictione, vt infra declarabitur, adeo vt euenientibus quandocumq. casibus prædictis, infradicendis, vel aliquo: seu aliquibus eorum, & deficiente D.T. vel suis hæredibus in adimplēdis promissis pro parte sua, dominium ipsius castri P. & suorum iurium, & pertinentiarum, non censeatur translatū in dictum D. L. neque censeatur ab ipso D.L. abdicatum sed eidem expresse reseruatum, prout ex nunc sibi, & suis hæredibus, & successoribus in dictis euentibus reseruati omni meliori modo, via, iure, causa, & forma, quibus validius, & efficacius potuit, & debuit, & propterea nulli alteri personæ seu personis vniuersitatibus, collegiis, & locis secularibus, vel Ecclesiasticis super dicto castro p. & pertinentiis suis, etiā ex quauis causa quantūuis fauorabili, & priuilegiata ius aliquod acquiri vnquā possit in præiudicium eiusdem D.L ac suorū hæredum, & successorum quibus in quolibet ex dictis casibus, & pro concurrenti rata, & quantitate liceat propria auctoritate etiam de facto, absque alicuius iudicis, vel Curiæ mandato auctoritate: vel decreto, & sine vitio spolii nullitatis, & attentatorum vel alio defectu dictorum castrorum p. cum eius territorii, & pertinentiis, & eorundem possessionem reassumere, ac illis vti, frui, & potiri, ac de eisdem disponere, quemadmodum ipse D. L. facere poterat ante celebrationem presentis contractus non obstante etiam quacūque suppositione, & subrogatione dicti castri P. in locum dicti castri sancti G facta in supradicto breui Apostolico, quæ supposito, & subrogatio in casibus prædictis pro infectis habeantur. Quia sic actum, & conuentum fuit inter DD. contrahentes ex pacto inter eos expresse habito, & solemni stipulatione hinc inde interueniente firmato.

Et conuerso pariter D. Tarquinius venditor declarauit venditionem predictam fecisse, & facere cum expressa conditione, & pacto per solemnem stipulationem hinc inde interuenientem firmitatis, scilicet quod castrum sancti G. & villa N. cū eorum membris, iuribus, & pertinentiis remaneant perpetuo affectu, & affecta speciali hypotheca priuilegiata ad fauorem ipsius D. T. & suorum hæredum, & successorum pro maiori securitate in omnem casum cuiuscumque euictionis generalis, & particularis ex quouis capite prouenientis in petitorio, vel possessorio dicti castri P. & eiusdem iurium, membrorum pertinentiarum, aut in defectum solutionis, seu solutionum, vt infra faciēdarum in toto, vel in parte debitorem D. vēditoris per ipsum d. emptorem, vt infra accollandorum ad computum pretii prefati aut in casum non obseruationis aliorum omnium, & singulorum ex parte dicti L. emptoris in hoc instrumento promi-

missorum,in toto,vel in parte , aut in casum nullitatis, vel inualiditatis dationis d.castri partiuæ insolutū vt supra,ex quouis capite,vel defectu, aut in casum quod D D.vel sui hæredes,& successores impedirentur super libera possessione d. castri P ex quacumque pacto,vel defectu D.L. vel suorum auctorum,seu in casum molestiæ,vel euictionis,aut cessationis solutionis fructuum census fortasse per D L.emptorem super castro , & villa emptis , vt supra imponendi , & vendendi ad fauoré D. T. quatenus scilicet contingat pecunias infradicendas partis dicti pretij , ad effectum inuestiendi,vt infra,deponédas, inuestiri in toto,vel in parte in emptioné talis census per D·L·imponendi,ita & taliter , vt euenientibus quandocumque casibus præfatis,seu aliquo, vel aliquibus eorum,& deficiente D.L. vel suis hæredibus in adimplendis promissis pro parte sua , dominium ipsius castri sancti G. & ville predictæ & suorum iurium , & pertinentiarum pro rata pretij non soluti & pro rata valoris castri P. in casibus prefatis, aut pro rata aliorum promissorum, & non satisfactorum , seu non obseruatorum nunquam censeatur translatum in ipsum D L.neque censeatur ad ip'o D. T. abdicatum, immo eidem expresse reseruatur, prout ex nunc sibi , & suis hæredibus , & successoribus in dictis euentibus reseruauit omni meliori modo,&c. Et propterea nulli alteri personæ , seu personis, vniuersitatibus, collegijs , & locis sæcularibus, vel ecclesiasticis super dicto castro sancti G. & villæ G. & villæ G. & pertinentiis suis,etiam ex quauis causa quantumuis fauorabili ,& priuilegiata ius aliquod acquiri vnquam possint in præiudicium eiusdem D·T·& suorum hæredum , & successorum tam respectiue contentorum in præsenti instruméto,quam instrumento super impositione census , quatenus imponi contingat,vt supra· Immo liceat eis in quolibet, ex dictis casibus , & pro concurrenti rata , & quantitate propria;eorū auctoritate, etiam de facto absque alicuius iudicis,& curiæ decreto auctoritate, vel mandato, & sine vitio spolij nullitatis, & attentorum , aut alio defectu dictum castrum sancti G. & villā H. cura eorumdem iuribus,membris,& pertinentiis illorum possessionem reassumere,ac illis vti, frui, & potiri , & de ijsdem disponere, sicuti D. T. facere poterat ante factam venditionem prædictam.

Cum hoc tamé,quod eiusmodi mutuæ reseruationes hypothecæ priuilegiatæ, & dominii, vt supra censeri debeant ad maiorem securitatem,sine preiudicio facultates agendi virtute generalium obligationum hiac inde , itaut semper pro euictione,& aliis casibus supra expressis ambæ partes respectiuè agere,& experiri possint vigore eiusdem obligationum contra personas , & quæcumque bona obligata , ita,& taliter, vt electa vna via, nunquam præiudicetur,quin dicti contrahentes, & quilibet eorum , prout cuilibet occurret possint,& libere valeant aliam viam assumere,& alteram relinquere, & ad relictā iterum redire, vel vtraque eodem tempore vti,& in ijs viis , remediis variare ad eorum libitum,vsque ad integralem consequutionem debitæ satisfactionis,seu debiti adimplementi omnium satisfaciédorum , seu respectiue adimplendorum . Quia sic actum,& conuentū fuit,vt supra.

Item computum,& diminutionem supradicti pretii,hoc est pro summa,& quātitate scutorumqua draginta trium millium noningentorum duorum, & baioccorum 25.monetæ L· emptos ita & pacto habito eum D T.venditore,& iuxta formam dicti breuis Apostolici,ex nunc,cum d. declaratione infrascripta, & non alias in se met ipsi empsit,& accollauit æquiualentem summam totidem debitorum , videlicet, pro summa scutorum quadraginta vnius millium ducentorum quinquaginta duorum , & iuliorum quinque , occasione sortis principalis tot annuorum censuū per bon me P.cardinalem sancta C. super dictis castro,& villa impositorum, & descriptorum in notula, de qua in folio per vtramque partem subscripto, & mihi notario consignato in pede presentis instrumenti exemplandi,& pro summa scutorū octingentorum sexaginta nouem,&ba occorum 25. occasione fructuum eorumdé censuum decursorum, & non solutorum, vsque in diem octauam Augusti proximè præteriti,&pro alia denique reliqua summa scutorum mille septingentorum octuaginta , occasione aliorum diuersorum debitorum eiusdem D. cardinalis, prout in notula supradicta,& ex causa accollationis huiusmodi D. L. emptor promisit soluere dictam summam scutorum

qua

quadraginta triũm millium nouingentorum duorum, et baiocchorũ 15. creditoribus dicti Cardinalis descriptis in notula præfata, et cuilibet eorum ratam, et quantitatem suam designatam in eadem notula ad effectum tamẽ,vt iura in eum, et suos transferantur, non autem extinguantur, prout infra dicetur, et soluere singulis creditoribus suo loco, et tẽpore census in futurum decurrendos incipiendo à dicta die octaua Augusti proxime præteriti, quinimo etiam D. L. promisit adimpiere erga dictos censuarios à dicta die octaua Augusti proxime in futurũ alia omnia singula ad quo tenebatur, et tenetur ipse D. T. vigore instrumentorum desuper celebratorum, et in dicta notula distinctę citatorũ, de quibus,et contentis in illis idem D. L. asseruit habere plenam certamq; scientiam,et propterea assumpsit in se totũ onus cõmodum, et incommodum præfatorum censum incipiendo, vt supra in futurum, et à præfatis cẽsibus tam respectu fructuum,incipiendo vt supra, et vt sequitur in futurum decurrendorum, quam etiam respectu aliorum ad quę tenetur in dictis instrumentis pręfatum D. T. eundem præsentem, et acceptantem, vt supra indemnem releuare, et penitus sine damno conseruar, ita vt à supradicta die 8. Augusti proxime præteriti in futurum ipse D. T causa, et occasione prefatorum censuum nullum amplius damnum,incommodum,vel molestiam patiatur, alias vltra præmissorum obseruationem, ad quã semper cogi possit teneri voluit ad liberandum ipsum D T. et suos hæredes ab omni molestia, et ad relectionem omnium damnorum,expensarum, et interesse per D. T. vel suos hæredes quocumq; modo patiendorum de quibus stare, et credere voluit simplici assertioni cum iuramento patientis damnum, ita tamen vt accollatio debitorum præfatarum,et promissiones factę in illa per D. Lathar. um locum habere debeant si, et quatenus D. L et sui hæredes non patiantur litem cum succumbentia,aut euictionem in iudicio petitorio,vel possessorio super dicto Castro sancti G. et Villa N. præterquam tamen occasione litium infra excipiendarum, et cum hoc,etiam quod D. L et sui hæredes et successores occasione dictæ accollationis non teneãtur nisi eo modo,quo tenetur erga dictos creditores D. T. hæres, vt ipse asseruit dicti D Cardinalis cum benef. legis,et inuentarii,nec à creditoribus censuũ præfatorum ad illorũ redemptionem D. L. cogi possit, aut compelli, nisi in illis casibus in quibus si posuisset cogi D. T. nec dictis creditoribus plus iuribus ratur, quam ante stipulationem præsentis instrumenti haberet quia sic actũ, etc. Pacto etiam præmissis adiecto vt volente D. L. emptore forsan deuenire ad solutionem sortis principalis dictorũ censuum, liceat ipsi D. L. ad eius maiorem cautelã (ita etiam ex nunc consentiente D. Tarquinio) acquirere à prædictis censuariis in actu solutionis, et pro rata, quam singuli receperint cessionem quorumcumq; suorum iurium, et actionum pro effectibus infradicendis quomodolibet competentium vigore dictorum instrumentorũ etiam prioratis, et potioritatis, quæ quidem iura cedenda nunquam censeantur præscripta,vel extincta,sed semper remaneant salua, integra, et illæsa penes D. L. et suos hæredes, et successores ad effectum illis vtendi quoties opus fuerit pro maiori securitate, tam excipiendo in casum superuiuentiæ alicuius litis, vel molestiæ inferendæ per quoscumq, habentes posterioro, vel deteriora iura pro illis repellendis, et excludendis, quam etiam agendo pro recuperandis pecuniiis, quæ importabunt dicta cessiones in casum litis molestiæ, vel euictionis prouenientis ab habente, seu habentibus priora, et potiora iura, salua semper facultate agendi vigore generalis obligationis infra dicendæ, et cum potestate variandi, ita vt vna via electa numquam præiudicetur, vt supra.

Amplius etiam in computum,et diminutionem supradicti pretii D. T. venditor, vti creditor supradicti D. Cardinalis sancta C. pro totidem per eum post obitum eiusdem Cardinalis pro illo solutis in diuersis partis, ascendentibus ad summam scutorum septem millium vigintiduorum moneta, prout in notula per eundem D. T mihi notario tradita teuoris exemplãdi in pede præsentis instrumẽti habuit, et recepit in prompta,et numerata pecunia à D. L. emptore,mediãte bancho magnifici D. Alexãdri Doni mercatoris Floren.

per manus eiusdem D. Alexandri præsentis, & effectualiter soluentis dicta scuta septem millia vigintiduo monetæ de Iuliis decem pro scuto; quæ ad se traxit, & tracta tot dem esse dixit, & pro ista summa cessit, & transtulit præfato D. L. præsenti & ad eius maiorem securitatem, & sine præiudicio aliorum remediorum, & generalis obligationis, & cum potestate variandi, vt supra acceptanti omnia iura, omnesque actiones reales personales, &c. sibi contra bona dicti Cardinalis sanctæ C. quomodolibet competentia vigore solutionum per eum factarum, prout in notula supradicta, ad habendum, vtendum, fruendum, tenendum experiendũ, & exercendum, tam excipiendo, quam agendo in casibus supradictis ad ipsos D. L. in omnibus, locum, & priuilegium suum: Constituens eundem procuratorem irreuocabilem; vt in rem propriã, ita vt ex nunc in posterum ipse D. L. & sui hæredes præfatis iuribus, & actionibus cessis eorum proprio nomine in casibus præfatis agant, petant, exigant, excipiãt, recipiant, & defendant, in iudicio compareant, & stent, illisque vtantur, & experiantur vtilibus, & directis actionibus, prout facere poterat D. T. ante cessionem præfatam, promittẽs de huiusmodi iuribus nihil fecisse quod vnquã verti possit in detrimentum præfatæ cessionis, & illam pro dato, & facto proprio semper fore bonã, & bene, & legitime factam: aliis in casum contrarii, & in casum quod dictum creditum non esset verũ, teneri voluit ad restitutionem dictarum pecuniarum, & ad damna, &c. Et qui dicta notula adhuc non fuit verificata, promisit D. T. illam infra annum proximum verificare, ostendendo, seu indicando notarios de cessionibus, rogatos, & dies, & annos illarum, alias pro rata nõ verificata teneri voluit ad illã inueniendũ pacti's, modis, & formis, quibus inueniendæ pecuniæ pretii castri venditi, iuxta formam, & continentiam præsentis instrumenti suo loco infra dicendo, & amplius ad effectum satisfaciendi creditoribus proprii D. D. venditoris, (iuxta formã dicti Breuis) descriptis in notula mihi notario pariter tradita tenoris exemplãdi in pede præsentis instrumenti D. L. de ordine eiusdem D. T. deposuit penes D. Alexandrum Donum præsentem, & recipientem scuta duo millia noningenta septuagintaocto ad effectũ consignãdi dictis creditoribus D. T. in notulæ præfata cõtentis factã legitima quietantia, & cessione iurium, quatenus creditores illa cedere contententur ad fauorem, & pro maiori securitate D. L. & suorum hæredum ad instar aliarum cessionum, de quibus supradictum fuit. Verum quia D. L. declarauit proxime dicta scuta decem millia, vt supra io promptu soluta prouenire ex pecuniis pretii infradictorum locorũ Montiũ, videlicet locorum viginti septem Montis religionis, vigintiquatuor Montis sancti Ioannis, nouem Montis sanitatis, viginti vnius Mõtis Pacis, & nouem Prouinciarũ tertiæ erectionis, & omnia prædicta loca montium, tanquam profecta in ipsum D. L. pro parte pretii tenutarum nuncupatarum Grippone, & Ribalducio per eum venditarum Illustrissimo, & Excellentissimo D. M. P. M. incisæ, & Normenti fuisse obnoxia, & affecta specialibus hypothecis infradicendis. Ideo idem D. L. declarauit dictum castrum sancti G. & villam N. cum illorum pertinentiis esse et fore hypothecatũ, et hypothecatum prout ex nunc denuo hypothecauit pro concurrenti ratæ valoris, et pretii dictorum Montium ad instar, et in locum illorũ, ac eo modo, et forma, prout obligata reperiebantur dicta loca Montium scilicet profundo dotali bo. me. Claricis Vrsinæ præfatæ vxoris D. L. ad fauorem eiusdem, et suorum dictæque C. filiorum, et successiue hæredum, et successorum dictorum, filiorum, necnon etiam ad maiorem securitatem dicti Domini Marchionis P. et suorũ hæredum, et successorum, et alias in omnibus, et per omnia, iuxta formã instrumenti dictæ venditionis præfatarum tenutarum per me notarium die 15. Iunii 1596. et iuxta formam alterius instrumenti obligationum nuper per eundem D. L. ad fauorem eiusdem D. Marchionis P. factæ pariter per me notarium die 5. præsentis mensis respectiue stipulatorum, ad quæ semper relationem haberi voluit.

Residuum verò supradicti pretii hoc est scuta quadraginta quattuor millia ducenta quadraginta, cum baiocchis 75. D. T. venditor ad effectum tamen infrascriptum corã me notario, et testibus infrascriptis

scriptis, habuit, & recepit à L. empto re, mediante si quidem bancho, ac per manus dicti D. Alexandri Doni Merc. Flor. præsentis, & in tot iulis, & testonibus argenteis soluentis, ac soluere declarantis de propriis pecuniis eiusdem D. L. mutuo, vt idem D. L. asseruit, ad hunc effectum habitis à supradicto D. Alexandro Dono præsente, & acceptante, quæ quidem scuta quadraginta quatuor millia ducenta quadraginta cum baiocchis septuaginta quinque ipse D. T. ad se traxit, & extracta totidem esse dixit, & illa ibidem, & in continenti dedit, & reliquit in depositum penes dictum D. Alexandrũ Domum præsentem, & recipientem ad prædictũ effectum; & cum conditione, vt de bácho, seu manibus eiusdem D. Alexandri amoueri non possint, nisi inuestiantur modo, & forma infrascriptis.

Conuenerunt enim DD. contrahentes ex pacto expresse, vt dicta scuta quadraginta quattuor millia ducenta quadraginta cum baiocchis 75. sic, vt prælertur ad effectũ inuestiendi depositata debeat per præfatum D. T. vel suos hæredes inuestiri, & erogari cum consensu tamen expresso D. L. vel suorum hæredum, & successorum in emptionem tot censuum, cum bonis, & idoneis cautionibus sufficienter assecuratorum, seu si D L pl cuerit in emptionem census per eumde n super castro & villa præfatis imponendi ad rationem septem cum dimidio pro quolibet centenario; & anno, & in reliquis seruata forma Bullæ Pij Papæ Quinti. Alioquin in emptionē locorum Montium non vacabilium, aut aliorum bonorum stabiliũ, quæ stabilia, & fundi dictorum censuum in statu Ecclesiastico immediate subiecto cõsistere debeant cum hoc tamen quod ad ipsum D. T. & suos hæredes semper spectet facultas eligendi in qua specie dictorum bonorum nempe censuum, seu montium, vel stabiliũ voluerit conu rti, & inuestiri pecunias præfatas, & tales emptiones fieri debeant suo nomine, & ad fauorem & vtilitatem eiusdem D. T. & suorum hæredum, cum qualitatibus tamen, & pactis infrascriptis, & accedente consensu D. L. vel suorum, vt supra Et in euentum, inquem D. L. aut sui, &c. nollet consentire inuestiturę pro D T. aut suos electæ, tunc facta eidem intimatione possint per D T. & suos d. ctę pecuniæ inuestiri cum decreto iudicis, seruatis tamen pactis modis, & formis in præsenti instrumento cõtentis.

Nã DD. contrahentes voluerunt quod eiusmodi census, loca montium, vel stabilia de antedictis pecuniis, nunc, & pro tempore emenda, seu emendi semper, & perpetuo stare, permanere debeant specialiter affecta, & hypotecata, respectiue affecti, & hypothecati ad fauorem D L. ac suorum hęredum, & successorum pro maiori eorum securitate, & in omnem casum euictionis generalis, & particularis in petitorio seu possessorio dicti castri sancti G & aliorum, vt supra venditorum, seu in casum, quod D. L. vel sui hæredes, & successores ex quocumque facto, vel defectu D Tarquinii venditoris, vel suorum auctorum in toto, vel in parte impedirẽtur super libera possessione dicti castri, & villæ venditorum (exceptis litibus infradicendis, pro quibus D T ad nihilum teneri voluit prout infradicetur) seu in casum non adimplemẽto promissorum ex parte D. T. in hoc contractu, aut in casum nullitatis, vel inualiditatis eiusdẽ contractus ex quocumque capite, vel defectu, ita vt in casibus prædictis, vel aliquo eorum liceat ipsi D. L. & suis hęredibus habere recursum, & se reualere, & inuestire pro concurrenti quantitate tam super pecuniis pro tẽpore inuestien. dis, vbique nunc, & pro tempore existentibus quam super montibus, censibus, vel stabilibus, in quibus tales pecuniæ pro tempore conuersæ, & implicatæ reperĩetur, & tam super illorum proprietate, & capitali, quam super fructibus, cum facultatibus amplissimis sequestrandi, necnon dictas pecunias, seu dicta bona ex illis pro tempore empta, & illorum possessionem propria auctoritate capiendi, retinendi, necnon vendendi, & distrahendi, & ex pretio redigendo sibi pro concurrenti quantitate satisfaciendi non solum prædictis, sed omnibus aliis melioribus remediis, & modis qui D. Lothario, & suis hæredibus, & successoribus magis expedire videbuntur; quo autem efficacius, & securius effectus promissorum sortiri debeat, conuentum fuit, quod instrumentis, seu literis patentibus, vel aliis scripturis pro tempore conficiendis super eiusmodi emptoribus censuum, montium, vel stabilium, vt supra emendorum fieri semper

debeat expressa mentio, quod tali bona emuntur de pecuniis partis pretii dictæ venditionis, & apponi idcirco debeant hypothecæ, & aliæ cōditionis requisitæ ad fauorē D L & suorū hæredum, & successorum iuxta formam præsentis instrumenti, quod ibidem citari debeat, ita & taliter, vt super dictis pecuniis, nec non super talibus montibus, censibus, vel stabilibus tanquam solutis, & respectiuè emptis, seu emendis per ipsum D Lotharium de parte dicti pretii affecta, qualitatibus & conditionibus prædictis, & infrascriptis nunquā acquiri possit ius aliquod alicui personæ seu, personis, Vniuersitatibus, Communitatibus, Capitulis, aut aliislocis ecclesiasticis, vel secularibus etiā ex quauis causa quantumuis fauorabili, & priuilegiata in præiudicium eiusdem D L. & suorum hæredum, & successorum; qui semper præferri debeat omnibus aliis & amplius etiam apponi debeat speciale pactum prout ex nunc DD. contrahentes solemni stipulatione hinc inde interueniente paciscuntur, quod nunquam tales census, montes, vel stabilia vendi, seu retrouendi, aut extingui possint, nisi intimato etiam D L. vel suis heredibus, & depositato pretio effectualiter, et integre modo, & formæ super expressis, ad effectum reinuestiendi in aliis similibus censibus, montibus, vel stabilibus cū iisdem consensu, qualitatibus, modisque, & formis supra expressis, quæ semper seruari ad vnguem præcisè debeant toties, quoties pecunias prædictas restitui, & iterum reinuestiri contingerit: aliàs omnis venditio retrouenditio, seu extinctio dictorū censuum, montium, vel stabiliū sint ipso iure, & facto nullæ, & nihilominus restituētes, vel aliter soluentes summas principales dictorum censuum, montium, vel stabiliūm nunquam censeantur liberati, nisi facto deposito effectuali cū qualitatibus supradictis, & præmissa omnia semper intelligentur ad maiorem cautelam D. L. & suorum, & citra præiudicium generalis obligationis, & cum potestate variandi vt supra.

Et stantibus præmissis D T. venditor de toto dicto pretio scutorum cētum triginta millium vocauit se à D L emptore præsente, et stipulante, vt supra bene contentum, & satisfactum, & propterea eundem D. emptorem quietauit, liberauit & absoluit hoc modo, videlicet de scutis quadraginta tribus millibus nouigentis duobus, & scut. 25. monetę pro quibus D. emptor accollauit in se totidem debita D. Cardinalis: prout supra diximus quietauit ex nunc, prout ex tunc, & pro quando facta fuerit effectualis solutio creditoribus accolauit, vt supra. necnon pro alia summa scutorum quadraginta quattuor millium ducentorum quadraginta, & baioc. 75. monetæ per D emptorem, vt supra incantanti solutorum, videlicet partim D T vti creditori dicti Cardinalis, & partim depositatorum in bancho D. Alexandri Doni in vna manu, ad effectum satisfaciendi propriis creditoribus eiusdem D. T. & in alia manu ad effectum inuestiendi, vt supra quietauit libere, & absolute & denique pro scutis 30. & vno millibus octingentis quinquaginta septem pro quibus datum fuit insolutum Castrum R. D. venditor quietauit per acceptilationem Castri insolutū habiti, namq; pro hac vltima partita, & sūma DD. contrahentes fecerunt sibi ipsius ad inuicem reciprocam compēsationem, & mutuam acceptilationem, & pro aquilianam stipulationem sese ad inuicem quietarunt, nempe D. T. de æquiualenti rata pretii dictæ venditionis, & D. L. de pretio, & valore castri insolutum dati, saluis semper reseruationibus, pactisque, & cautelis prædictis, & infradicendis.

Et quia in tractatu præsenti venditionis iam DD. contrahentes cogitarunt fieri etiam posse & redditus, & introitus dicti castri sancti G. & villæ N. cum aliis venditis, vel excedāt, & superent dictam summam scutorū quattuor millium, vel ad illam nō ascendant, & intentio vtriusque partis fuit, & est, vt pretium dictæ venditionis omnino esse debeat ad pondus, & mensuram redditus rei venditæ, iuxta rationem inter eos conuentam, & vt supra firmatam, nempe scutorum centum pro quibuslibet scutis tribus liberis, & franchis ab omnibus expensis annui reditus, iuxta tamen declarationem, vt infra per factores, & super intendentes faciendam. Ideo ad melius dignoscendam, & firmandam certitudinem veritatis pretii, volentes adhibere modum opportunum, pro habendi certiori veritate dictorum redditum conuenerunt concorditer pacto expresso, quod sumi de-

debeant pro modo infradicendo omnis castri, & villæ, & aliorum supra venditorum fructus, Instantes in spatio trium annorum, quibus tamen tribus annis cõpleantur tres recollectæ omnium fructuũ incipiendo a recollectis frumentorum, ac omnis generis bladorum annui proximè præteriti 1598. & vt sequitur finien. quæ quidem recollectæ frumentorum, & omnis generis bladorum, & quorumcunque aliorum fructuum dicti anni præteriti, vna cum omnibus aliis fructibus successiue recollectis vsque in hanc diem cedant in computum redditũum dictorũ trium annorum, & de illorum quantitate D. L. stare debeat notulæ, seu listae subscribendæ, & dandae pro D. T. quos tamen per ipsum D. L. facta diligenti extraiudiciali perquisitione vera esse reperietur, vel per D. V. simili modo verificabitur, quatenus ipse id verificare vellet, & nollet acquiescere diligentiis factis pro D. L. pro reliquo autem tempore dictorum trium annorum dicta lista attendi non debeat per ipsos contrahentes de præsenti quanto citius conduci, & retinere duos factores, seu ministros idoneos, & sufficientes scilicet vnus pro parte D. emptoris sumptu reddituum prædictorum castri, & villæ venditorum, qui sumptus non excedant summam quinquaginta scutorum monetę quolibet anno.

Prædicti vero duo factores continue debeant insimul concordite habitare, & residere in dicto castro sancti G. in vna, vel eadem mansione, ad effectum vt omnes redditus dicti castri, & villæ, ac suorum iurium, & pertinentiarum trãsire omnino debeant per manus illorum coniunctum, & propterea habeant facultatem liberam, & omnimodam, quam illis ex nunc ambæ partes concedunt, scilicet dandi terras ad laborandum, vendendi herbas, nec non lacandi, ac dandi ad cædendum, & vt vulgo dicitur a cete, & ad faciendum omnia alia necessaria pro bono euentu, & exitu domorum redditũum omni meliori modo, quo melius fieri poterit, & casu quo non reperirentur occasiones vendendi herbas, & dandi terras ad laborandum, seu vt dicitur a cete, liceat D. T. ipsas terras laborari facere pro aliis, & pro semetipso, iuxta solitum, arbitrio tertiis super intendentis supra eligendi, & herbas valutentur pro pretiis occursis in præteritis annis & iuxta solitum declarandum per eundem tertium, vt infra eligendum. In reliquis autem debeat penas sic habere, & tenere duos libros similes, & æquales scilicet separatim, vnum pro quolibet, & illorum potissima cura sit retinere bonum, fidele, & legale computum quolibet anno de omnibus, & singulis redditibus prædictis, qui ad manus ipsorum peruenerint suo loco, & tempore, & computa eius diligenter, & fideliter suis diebus distincte, punctualiter & minutim, iuxta puram veritatem, nihil penitus ommittẽdo, vel addendo, describere & adnotare in dictis libris, vnusquisque scilicet in suo libro, adhoc vt semper possint ipsi libri quoties opus fuerit inuicem conferri, & ex tali collatione veritas computorum concordare valeat, et huiusmodi redditus ita descripti debeant in fine cuiuslibet anni per eodem factores solidari, et valutarii iuxta stylum mercantilem qui consuetus est in casibus similium venditionum castrorum, et ita cõtinuare vsque ad extremum dicti triennii. Quo postea finito debeãt iidem factores omnes & singulas partitas et summas reddituum trium annorum prædictorum simul ponere, et insimul summare, et simul summatas diuidere, et distribuere in tres æquales partes, et summare vnam ex dictis tribus partibus, quæ tertia pars erit redditus vnius anni computando vnum annum cum alio scilicet fertilem cum sterili, et id totum in quod vt supra valutabitur tertia pars intelligatur, et sit communis, et verus valor annui redditus castri, et aliorum, vt supra venditorum, et iuxta talem valorem debeat præcise ad ęquati, et definiri pretium dictæ venditioni, et ad rationem, vt supra conuentam videlicet scutorum centum pro quibuslibet scutis tribus dicti redditus, vt supra tunc valutati, et ex nunc ambæ parte nominarunt, et elegerunt dictos factores scilicet D. T. pro parte sua S. S. de p. et D. L. pro parte sua L. C. de castro P et quoties euenerit casus mortis ipsorum, et aliorum factorum pro tempore nominandorum dictæ partes prout quamlibet tanget possint nominare alium, vel alios in locum defũcti, vel defunctorum. Quia sic actum, et conuentum fuit.

Et saluis præmissis ex adac D. D. con-

trahentes ad obulandum difficultatibus, & quibuscumque casibus discordiarum, quę oriri possent inter dictos factores, vt supra deputatos, elegerunt in tertium Illustriss. D.V. de V.D communem vtriusque partis confidentem amicum, quem voluerunt esse superintendentem dictorum factorum, & eidem propterea concesserunt, & concedunt omnimoda facultatem decidendi, & declarandi, & terminandi omnes difficultates, & differentias, & discordias, quæ in præmissis, & præmissorum occasione, quomodolibet occurrerint inter dictos factores toties, quoties opus fuerit: itaut in iis omnibus in quibus dicti factores inter sese super præmissis dissentient, & non concordabunt, & prædictus tertius, & superintendens possit, & debeat iura omnia, & singula, quæ excedunt facultates dictorum factorum iuxta formam superius traditam declarare, ordinare, & diffinire quid, & quomodo intelligendum, seu agendum, & exequendum sit totum, in quo dubium, seu discordatio orietur inter dictos factores, & supra. & iuxta talem ordinationem, & declarationem, seu terminationem, vel terminationes debeat fieri, & exequi totum quod faciendum & exequendum erit, absque vlla alia reuisiones, recursu, vel exceptione etiam partibus nõ vocatis, & additis, seu etiam ipsis vel aliqua eorum inuitis, & contradicentibus. Et in euentum mortuis dicti tertii, vel alterius, aut aliorum deputandorum toties quoties occurret, DD. contrahentes possint, & debeant nominare alium tertium in locum defuncti. Quia sic actum fuit.

Adeò vt, si valor dicti redditus modo quo supra liquidandus reperiretur excedere summã per dictum venditorẽ præsuppositam scutorum quatuor millium, vt supra, tali casu pretium dictæ venditionis scutorum centum triginta milliũ debeat pro rata augeri ad vtilitatem venditoris itaut D. emptor teneatur, prout promisit, soluere D venditori totum illud plus quod tale augumentum importabit ad dictam rationem scutorum centum quibuslibet scutis tribus augumenti dicti redditus, quod reperiret ex prędicta liquidatione redũdare supra summam scutor. quatuor milliũ, vna cum fructibus dicti augumenti ad eamdem rationem septem cum dimidio pro quolibet centenario, cum non sit æquum, quod interim D. L. èmptor gaudeat re, & pretio, & etiã quia D T si dictum augumentum modo reciperet totum integrum implicaret in emptionem census, aut locorum montium non vocabiliũ & solutionem prædictam facere ad omnem requisitionem eiusdem D. venditoris, vel in prompta pecunia, vel mediante insolutum datione, & assignatione æquiualentis census per D. emptorem super suis bonis stabilibus imponendi præuia licentia, seu approbatione Sanctissimi D N. Papæ respectu Bullæ Pii Quinti de modo creandi census editæ (ex eo quod in huiusmodi census nõ dabitur interuentus pretii in pecunia numerata) seu aliter prout inter ipsos contrahentes fuerit concordatum, quo quidem seu augumentũ, sit vt supra per emptorem supplendum venditori, vel in pecuniis, vel in datione seu assignatione cẽsus insolutum, debeat inuestiri, & permanere pro euictione vniuersali, & particulari dicti castri, & villæ, vt supra, pro occurrenti quantitate, & alias iuxta formã dicti breuis Apostolici, & ad instar aliarum inuestiturarũ faciendarum de pecuniis, vt supra ad effectũ inuestiendi depositariis.

Et conuerso autem in casum contrarii scilicet, casu quo valor dicti redditus, vt supra liquidandus reperiatur non ascendere ad summam, vt præfertur præsuppositã scutorum quatuor milium, tunc dictum pretiũ debeãt pro rata diminui ad vtilitatẽ emptoris pro toto eo quod valor dicti redditus, vt supra liquidandus minor esse reperiatur dicta summa scutorum quatuor millium, itaut D. venditor in casum quo pecuniæ, vt supra depositatæ, & inuestiendæ inuestiatur in emptionem census per D. L. emptorẽ imponendi, & vendendi teneatur prout promisit dicto casu deducere, & diminuere D. L. emptori præsenti, & stipulanti, vt supra de capitali, seu summa principali talis census totum illud, quod talis diminutio importabit ad eandem rationem scutorum centũ pro quibuslibet scutis tribus illius deficientiæ dicti, annui redditus, quæ ex supradicta liquidatione in fine dicti triẽnii facienda reperiretur ad esse infra, & subitus dictam summã scutorum quattuor millium, & pro tali rata diminuenda

da, sed diminuta non teneatur D L ad solutionem fructuum census, vt supra per ipsum imponendi; Quinimmo teneatur dictus D. venditor restituere eidem D. L. vel suis hæredibus omnes fructus talis ratæ, & partis diminutæ, vel diminuendæ perceptos in dicto triennio, & vsque in illam diem libere, &c. Ad hoc vt æqualitas inter ipsos contrahentes obseruetur, & teneatur etiam idem D.T. prout promisit consentire extinctioni æquiualentis partis supradicti census.

Interim verò conuentum fuit, quod donec perfecta non fuerit liquidatio dictorum redditum, vt supra D L ex fructibus census, vt supra imponédi, & vendendi qu tenus id contigat, non teneatur soluere D T. vel suis hæredibus singulis annis nisi duntaxat scuta mille, & quingenta in duabus paghis dicti census, & reliquam partem deponere in loco tuto, & securo ad effectum inuestiendi ad vtilitatem D.T.& postea consignandi, cui venerint, consignanda secundum quo firmata fuerit liquidatio præfata, vt supra, & iuxta illam in reliquis dictæ partes teneâtur vna alteri prout quamlibet tangit bonam tacere, & soluere, seu restituere totum, id, quod debebitur, quia sic actum, &c.

In euentum autem, quod in fine dicti triẽnii in liquidatione supradicta facienda occurreret, seu interueniret aliqua difficultas, seu differentia in aliqua parte, ita quod non esse clarum an, & in quanto deficeret, vel excederet introitus, seu redditus annus dicti castri, & villæ venditorum supra, vel respectiue infra summam, vt supra præsuppositã scutorum quatuor millium. tunc pro illa rata nõ liquida, & donec non fit clare liquidata infra annũ immediate cõputandũ à fine dicti triennii, non teneatur D. L. emptor soluere D venditori fructus dicti census, nisi pro medietate tantum, & aliam medietatem debeat depositare in loco tuto, & securo ad effectum, vt perfecta liquidatione cõsignetur, vel D. venditor, vel ipsi D emptori, secundum quod firmata, & stabilita dicta liquidatione appareb t redditum dicti castri, & villæ, vel deficere, vel excedere dictam summam redditus scutorum quatuor millium pro D. venditore præsuppositam: elapso autem dicto anno computando à fine dicti triennij si liquidatio dictorum reddituum perfecta non fuerit ex defectu D.L. fructus dicti census debeant deponi ad effectum consignandi cui veniunt.

Pacto insuper adiecto, solemni stipulatione vallato quod sit, & censeatur esse in potestate ipsorum contrahentium etiã ante finem dicti triennii, & quãdocumq; ipsis videbitur, & placuerit conuenire de certo, & determinato pretio castri sancti G. & villæ N. vt supra venditorum, absq; eo quod expectatur finis dicti triennii, & absque eo quod sit inspicienda, & attendenda summam quantitas fructuum & introitum per factores, vt supra deputatos recollecta, seu recolligenda ad pretiũ, in quo ipsi contrahentes conueniunt, & concordabunt censeatur, & si verum pretium ipsius castri, & aliorum, vt supra venditorũ, & illud debent attendi, perinde, ac si de illo à principio partes contrahentes conuenissent, & fuisset in præsenti instrumento specificatum firmis tamen, et illibatis remanẽtibus omnibus aliis in præsenti instrumento cõtentis, ac omnibus in præinserto breui Sanctissimi D. N. Clementis Papæ Octaui expressis. A quibus propterea ipsi cõtrahentes in aliquo recedere nõ intendunt, sed in omnibus, et per omnia illis inhærere volunt pro validitate omnium in hoc instrumento contentorum: quia sic expresse conuenerũt.

Si plus autem ante dicto pretio liquidando dictum castrum sancti G cum illius territorio, dominio, iurisdictione, et cum dicta villa N. cum omnibus membris, et pertinentiis valent, aut valerent, aut valere possent. Et si plus pretio, vt supra valutato, et cõcordato dictũ castrum P. cum illius territorio, dominio, iurisdictione, membrisque, et pertinentiis valeret, aut valere posset totum illud plus quantumcumq; fuerit siue minium siue maximũ, etiam si dimidiam partem iusti pretii cuiuslibet ex dictis castris, vel alterius eorum excedere, ex nunc DD. contrahentes vnus alteri ad inuicem, et viciffim respectiue prout quemlibet tangit, aut tangere posset de certa scientia, et liberata voluntate, ac principaliter et non incidenter gratiose remiserunt, et libere donauit etiam titulo donationis irreuocabilis inter viuos ob multũ amorem, quem semper in eos (asseruerunt) intime intercessisse, adhuc magis intercedere, et ex mera liberalitate, et quia

vtrique ipsorum ad inuicem ita de re sua propria disponere placuit, & placet omni alio meliori modo, via, iure, causa, & forma quibus validius, & efficacius potuerunt, & debuerunt, & quilibet eorum potest, & debet. Renunciantes hinc inde cum iuramento, quod vterque ipsorum in manibus mei notarii tactis scripturis ad sancta Dei Euangelia præstiterunt l. 2. C. de rescind. ven. & l. si vnquam C. de reuoc. donat. cum aliis similibus, de quibus per me Notarium certiores facti fuerunt. Ita tamen vt dictæ mutuæ donationes nunquam dici possint correspectiuę, sed quælibet de per se subsistat etiam si ex vna parte daretur excessiuitas dicti pretii, & ex altera nulla caderet excessiuitas & si vnus consequeretur effectum donationis, & aliter nullum effectum sortiri posset ex parte sua, quod ob cessantem causam excessiuitatis, quia sic actum, &c.

Præterea vero D. T. venditor affirmauit dictum castrum sancti G. & villam N. cum aliis, vt supra venditis ad ipsum pleno iure dominii spectare, et pertinere, et attenta dispositione breuis Apostolicis prælati, sibi legitime licuisse de præfatis alienationem huiusmodi facere, pariter D. L. emptor affirmauit dictum castrum P. ad ipsum pleno iure Dominii spectare, et pertinere, et sibi attento eodem breui legitime licuisse de præfato castro P. facere donationem, et alienationem insolutum, vt supra. Et amplius hinc inde inuicem promiserunt castra, et alia bona vendita, et respectiue insolutum data cũ omnibus illorum iuribus, membris, et pertinentiis esse allodialia penitus libera, franca, et exempta ab omni censu, canone, responsione, recognitione, superioritate seruitute, et alio quouis grauamine, et onere, exceptis, dumtaxat supradictis censibus per D. L. vt supra accollatis et generali superioritate Sedis Apostolicæ, et nihilominus quatenus vnquam detegeretur, seu detergerentur aliquod onus, seu onera similia expressa, vel dissimilia ea penitus statim tollere, et ab illis effectualiter omnino liberare, super quibus tale onus, vel onere detegentur libere, et sine vlla exceptione.

Promiserunt quoque, excepto fideicommisso, seu fideicommissis expressis, seu derogatis in dictis litteris Apostolicis, in reliquis ex neutra parte castra, et bona præfata esse subiecta alicui fideicommisso purificato, seu purificando caducitati, deuolutioni restitutioni, prohibitioni, aut alio simili, vel dissimili vinculo in toto vel parte, & nulli personę seu personis fuisse, nec esse vendita, insolutum data, cessa, concessa, donata, pignorata, aut alioquouismodo alienata, et de illis in toto, vel in parte non esse factũ alium contractum siue distractum, qui possit redũdare vllo vnquam tempore in damnum, vel preiudicium cuiuslibet ipsorum contrahentium respectiuè alienationis, et distractus vocabulis latissimo modo sumptis. Quinimmo promiserũt inuicem vt supra venditionam dictorum castri, et villæ, et respectiuè præfatam dationem castri P. insolutum, vt supra esse, et perpetuo fore bonas, et validas, ac pro talibus hinc inde inuicem defendere, et manutenere; Nec non promiserunt facere, consentire, videlicet D. T. Illustr. D. V. de L. eius V. præfatæ venditioni pro omni cuius, iure, et interesse etiam dotal, et alio quocumque, cum decreto iudicis, et aliis solemnitatibus iuxta formam statutorum Vrbis. Et D. L. facere consentire Illustrissimum, et Reuerendissimum D. C. de C. Episcopum A. eius germanum fratrem dationi dicti castri P. insolutũ, vt supra pro omni quocunque eius iure, et interesse; Et amplius etiam toties, quoties occurrerit promiserunt vnus alteri reciproce, prout quemlibet eorum tanget facere cõsentire omnes personas, vniuersitates, communitates, collegia, capitula, et alia loca secularia, vel ecclesiastica ius aliquo super præmissis venditis, et respectiue insolutum datis in toto, vel in parte habentes, vel habere prætendentes ad omnem simplicem requisitionem alterius partis: Et amplius etiam litem non inferre, nec inferenti quomodolibet consentire in omnem litem molestiam proquoscunq; quomodolibet super aliquo ex dicti bonis venditis, et respectiue insolutum datis inferendam in omni iudicio, et in quauis instantia, et parte litis, prout quemlibet ipsorum contrahentium tanget in omnẽ simplicem alterius partis requisitionem toties, quoties occurrerit in se suscipere et susceptas prosequi, et penitus terminare, et ab illis sese inuicem, et vicissim, prout ad quemlibet ipsorum spectabit, indemnes

ites releuare,& conseruare,&omnino,eximere,& liberare propria cura,& sumptibus, ac cum propriis procuratoribus, & aduocatis,aliisque defensionibus opportunis prout tanget quemlibet ipsorum contrahentium(salua semper manête in premissis omnibus, & singulis particulari conuentione inter ipsos contrahentes inferius apponenda circa lites infra specificatas)alias si præfata omnia, & singula sicut hic inde, vt supra respectiuè asserta sunt vera non fuerunt, aut sicut promissa hinc inde fuerunt,obseruata non fuerint, seu nulla,& inualida ex quocunq.capite, vel defectus redderentur, aut non subsisterent DD. contrahentes Inuicem vicissim respectiue vnus erga alterum, prout quemlibet eorum tanget teneri voluerũt ad omnia damna expensas, & interesse propterea quomodolibet patienda,& incurrenda,ratis nihilominus,& firmis manentibus promissionibus,obligationibus, & pactis supra contentis,ad quorum precisam obseruationem semper hic inde,ad inuicem prout quemlibet tãget,cogi possit. Et amplius quotiescumque prouenire aliqua euictio dicti castri P in quocunq; iudicio petitorio,&possessorio,aut mixto seu in toto,seu in parte ijdem DD. cõtrahentes vnus erga alterum vicissim, prout ad quemlibet ipsorũ spectabit teneri voluerunt, & se obligarunt de huiusmodi euictione,iurisque,& facti defensione totali & particulari in omni iudicio petitorio,& possessorio in forma iuris valida ad restitutionem pretii,& ad omnia damna expensas,& interesse propterea quomodo libet patienda,& incurrenda, de quibus stare hinc inde voluerunt simplici assertioni iuratæ damnum passi, absque alia probatione, vel Iudicis liquidatione, & hæc tam auocata,quam non auocata possessione, ita etiam vt neuter contrahentium excusari vllo vnquã tempore possit aduersus præcisam præmissorum obseruationem sub pretextu quod euictio secuta fuerit per imprudentiam,iniuriã,vel imperitiam,aut iniustitiam iudicis,vel superiorum aut sub alio quouis prætextu, quia sic pacti fuerunt.

Conuenientes etiam DD contrahentes ex pacto expresse habitos & solêni stipulatione hinc inde interueniente firmato, quod quotiescunq; inter ipsos contigerit fieri in præmissis,vel præmissorum occasione aliquam litis Intimationem sufficiat quæcunq;simplex intimatio etiam domi dimissa copia sine insertione libelli,vel alia solemnitate,& sic simpliciter facta per inde afficiat,ac & si personaliter,& formiter,ac seruatis de iure, & stylo seruandis solemniter facta fuisset.

Quia vero sicut asseritur superdicto Castro sancti G extant infradicendæ lites de quibus fit mêtio in prælnsertis litteris Apostolicis,propterea circa eiusmodi lite DD.contrahentes per pactum expressum solemni stipulatione hinc inde interueniente firmatum inuicem conuenerunt modo infrascripto,videlicet.

Quod in euentum in quem propter litem quæ super Castro sancti G & Villa, & Casale N.sacro Palatii Apostolici causarum Auditorio inter ipsum D.T ex vna & Illustrissimum,& Excellentissimum V D.B. ex altera parte diu ventilauit, & inqua nonnullas decisiones contra ipsum D.V D Asseruit fuisse obtentas contigeret quandocunque,quod Castrum sancti G. & Villa,seu Casale præfati quomodolibet euincerentur, tunc, & eo casu ipse D.T. pro se, & suis hæredibus teneatur, prout ex nunc teneri voluit, & se obligauit D.L præsenti, & stipulanti, vt supra de euictione Castri & Villæ præfatorum, & eorundem iurium,iurisdictionum mêbrorum,& pertinentiarum quantũcunq; tam si euictio sequatur in totum,quam in partem in omni iudicio petitorio,vel possessorio, aut mixto, nec non ad restitutionem pretii, & ad omnia damna, expensas, & interesse per dictum D. L. vel suos hæredes propterea quomodolibet patienda, de quibus stari debeat simplici assertioni iuratæ, vt supra.

Quo vero ad reliquas lites,vnam siquidem inter D T.ex vna, & Comunitatem & Homines dicti castri sancti G. ex altera parte, tam in tribunali Reuerendæ Cameræ Apostolicæ, quam coram quouis alio tribunali aut Iudice siue ordinario siue delegato,necnon inter eundem D.T. ex vna,& Comunitatem,& homines Castri sancti A.T.D. seu quasuis alias Vniuersitates,aut alios conuicinos inmateria confinium coram quocumq;vt suprapêdentes conuenerunt,quod castrum sancti G. & alia simul vendita transeant in D. emptorem cumhuiusmodi litibus talibus quales existunt, Quinimo casu quo D.L. suc-

succumbat huiusmodi litibus cum Communitate sancti Angeli, et aliis quibusuis Vniuersitatibus, aut conuicinis, vt supra, nihilominus soliti prouentus Hospitii, Piscariæ, Furnæ, Herbaicarum, et aliorum super quibus debeat computari in supradictis redditibus castri sancti G. attento, quod supradictus D. L. in vim præsentis conuentionis assumit in se omne periculum, et damnum, quod prouenire posset ex huiusmodi litibus, itaut pro illis D. T. vel sui hæredes ad nihilum tenrãtur, neq; etiam ad restitutionẽ, nec diminutionem ratæ pretii, quia sic actum, et expresse conuentum fuit. Pro lite autem quæ super dicto castro P in eodem palatii Apostolici Auditoris diu iam pependit cum N et L de C Baroncellis Ro dum vixerunt contra quos obtinuisse plures Rotales decisiones contitutũ fuit, quod in casum molestiæ D L vel sui hæredes teneatur, ab huiusmodi molestiis indemnem conseruare D. T et suos hæredes, et suscipere in se talem litem, illamq; prosequi, et terminare propria causa, et sumptu, absq; impensa, vel interuentu D. T vel suorum heredum ad omnẽ simplicem illorum requisitionẽ, et in casum euictionis teneantur prout ex nunc D. L. teneri voluit, et se obligauit de tale euictione generali, et particulari in quouis iudicio petitorio, et possessorio ad refectionem, et solutionem valoris dicti castri P. et ad omnia damna expensas, et interesse propria quolibet patienda, et incurrenda, ita tamen, vt per hanc specialitatem non derogetur generalitate de qua supra. Quia sic ambæ partes expresse conuenerunt.

Saluis autem semper manentibus, omnibus, et singulis superius depositis, et cõuentis DD. Contrahentes declararunt, et voluerũt dictum castrum P. datum insolutum, vt supra cum omnibus iuribus, iurisdictionibus, membris et pertinentiis; necnon cẽsus, loca Montium, seu stabilia de pecuniis pro parte dicti pretii ad effectu inuestiendi, vt supra depositatis nũc, vel pro tempore emenda perpetuo stare debebat in eius, et locum castri sancti G. et villæ seu casalis venditorum subrogata, et supposita primogenituræ fidei commisso alienandi prohibitiones, cæterisq; conditionibus, vinculis, et dispositionibus contentis in donatione, et testamẽtis prædicti Cardinalis sancta C. de quibus fit mẽtio in superius inserto Breui Apostolico, et alias in omnibus, et per omnia iuxta formam illius ad quod semper relatio habeatur.

Deinde ad cautelam D D. Contrahẽtes declararunt, quod per quascumq; cõditiones, vel alias superius apposita nunquam venditio prædicta intelligatur aut dici possit conditionalis sed cẽseatur semper, et si pura, et libera, et omninò perfecta, quia ita, ex pacto, expresso hinc inde solẽni stipulatione firmato, conuentũ fuit.

Quæ omnia, et singula præfati DD. Cõtrahentes inuicem, et vicissim, prout quemlibet eorum tangunt concernunt respectiue. Promiserunt perpetuo habere rata, grata, firma, et inuiolabiliter adimplere, et obseruare, et in nihilo prorsus contrafacere, opponere, dicere, vel venire per sese, vel alios directe, vel indirecte, tacite, vel expresse, quouis sub prætextu iure titulo siue causa, cogitata, vel incogitata, etiam in corpore iuris clausa, et quantumuis rationabilis, et iusta, et si de iure legitime possent, aut aliquis eorum posset Alias rato semper, et firmo manente contractu, et teneri inuicem voluerũt toties, quoties occurrerit, et prout quẽlibet eorum tanget, ad omnia, damna expensas, et interesse præmissorum occasione quomodolibet patienda, et incurrenda, de quibus stare debeat simplici assertioni cum iuramento damnum passi, absque alia probatione, et inuiolabili obseruatione,

Et pro præmissorum omnium, et singulorum perpetua, et inuiolabili obseruatione DD. Contrahentes saluis semper reseruationibus hypothecarũ speciarũ, et aliis particularibus supra appositis (taliter vt nunq; generalitas specialitati, nec specialitas generalitati doceret) inuicem vnus erga alterum, prout quemlibet eorũ tangit se ipsos eorumq; hæredes, et successores ac bona omnia tam mobilia, quam stabilia etiã iurisdictionalia, et alia quæcumq; iuraque, et actiones, et debitorum nomina vbiq; existentia præsentia, et futura obligarunt, et hypothecarunt respectiue in forma Cameræ Apostolicæ cum submissionibus, renunciationibus, aliisq; clausulis, et cautelis in eadem forma Cameræ Apostolicæ opponi solitis, et per me notarium quandocumq; extendendi; et quæ pro extensis habeantur. Consentientes ad inuicem toties quoties occurrerit de-

defectus obseruationis contentorum in hoc instrumento relaxationi mādati executiui, vnica præcedende citatione cum intimatione, et vnusquisque ipsorum contrahentium tactis in manibus mei notarii scripturis ad sancta Dei Euangelia iurarunt, etc.

Alia permutatio Domorum cum Iardino.

CVM sit, vt partes infranominandæ asseruerunt quod DD. Io. Iacobus locata Io. Paulus, Cæsar, Franciscus, Angelus, et Octauius, etc. germani fratres, regionis Transtiberinæ, filij legitimi, et naturales d. D Colę, etc. et D. Portiæ, et coniugum vna cum ipsa Portia, eorum matre nuptui reddiderint Felicē eorum germanam sororem, et filiam respectiuē dominæ Aurelię, etc. cum dote scutorum mille auri, et pro dote huiusmodi persoluenda ipsi fratres diuersa debita cō traxerint, et pro debitis iam contractis plures factæ fuerint societates ad ipsorū fratrum instantiam, super officio proxenetatus ripæ, quod obtinebat Dominus Ludouicus, etc quod officium simul, cum alijs officijs proxenetarum ripæ, vniuiq; officiorum pretio restituto, pro motum proprium à Sanctissimo Domino Nostro Papa suppressum fuerit, seu restitutum antiquis proxenetis, et sic ipso iure societates præfatæ finitæ sint, Vnde ipsi fratres alias contrahere societates, aut maius interesse coguntur subire ad effectum creditoribus, dictarum societatum satisfaciēdi, minusque damnosum existat aliqua ex eorum bonis vendere, quam interesse huiusmodi substinere, vel subire. Et quia Domina Portia, vt eius fundū dotale inæstimatum habet, & possidet Iardinū cum certis habitationibus in eo existentibus Romæ situm in cliuo, seu ad radices montis Ianiculi, vulgariter montorii nuncupati iuxta viam publicam ab vno, & ab aliis, &c. saluis ali s si qui, &c. ex quo Iardino cum dictis habitationibus annua pensio 35. scutorum monetę percipi consueuit quo considerato tempore quo in locatum aliquando remanet, & deductis impensis pro cōseruatione, vel vsu talis rei necessarię ad 30. scutorū summam annuatim, & forsan minus dedigetur: ipsi vero fratres, &c. habeant, & possideant pro indiuiso domos positas in eadem regione transtiberina in conspectu Ecclesiæ beatæ Marię continuatas ab vno letere iuxta bona, &c. saluis aliis si qui, &c. & volens conditionem dotalis fundi materni meliorem efficere, dictas domos, ex quibus annuam pensionem 41 scutorum monetę percipiunt cum dicto iardino, & habitationibus permutare, cum euidenti dominæ Portię vtilitate. Attento quod vltra maiorem pensionem dictarum domorū, quam iardini, dictæ domus bene fabricatæ sint, & in loco adeo locabit, vt raro, vel nunquā accidat eas in locatas remanere, qua permutatione facta dictum iardinū, cuius alienatio minus damnū affert, quā aliorum bonorū, vendere deliberarunt, & quamuis ipsa D. Portia, quia cum filiis cō trahit, & extra spem ad alia transeundi vota, & res agitur cum euidenti sui fundi dotalis ex huiusmodi permutatione meliori conditioni resultante, propterea contractum huiusmodi, sine aliqua iuris, & statutorum solemnitate forsan celebrari posset, nihilominus ad omnem ipsorum filiorum, & quorumcumque super dicto iardino cum eis contrahentium abundātiorem cautelam, & maiorem securitatē, & ne dictis filiis alienatio reddatur difficilis ob solemnitate prætermissas easdem solemnitates seruare proposuerit. Propterea die, &c.

Coram magnifico D. Io Francisco, &c. primo collaterali curiæ Capitolii, & Illu-D. Senatoris locūtenēte iudice ordinario, & competente in loco infradicen super sede lignea quem locum, & sedē pro suo iuridico loco, & congruo tribunali ad hūc actum agendum deputauit, pro tribunali sedente in meiq. &c.

Dicta D Portia, &c. quæ cum auctoritate præfati D. iudicis præsentia, & consensu magnificorum DD N N eius fratrum consobrinorum præsentium, tactis, &c. iurantium sua non interesse, ac præsentem permutationem non tendere in præiudicium, immo euidentem vtilitatem D. Portiæ quos offirmauit cum iuramento tactis, &c. esse sibi proximiores consanguineos exhabilibus, & non interessatis Et cum eodem iuramento ad maiorem actus validitatem renunciauit legi Iuliæ de fundo dotali auth. si qua mulier sea. con vell. & omnibus aliis legibus, a legum auxiliis, si quibus mediantibus cōtra

debeat expressa mentio, quod tali bona emuntur de pecuniis partis pretii dictæ venditionis, & apponi idcirco debeant hypothecæ, & aliæ cōditionis requisitæ ad fauorē D L & suorū hæredum, & successorum iuxta formam præsentis instrumenti, quod ibidem citari debeat, ita & taliter, vt super dictis pecuniis, nec non super talibus montibus, censibus, vel stabilibus tanquam solutis, & respectiue emptis, seu emendis per ipsum D Lotharium de parte dicti pretii affecta, qualitatibus & conditionibus prædictis, & infrascriptis nunquā acquiri possit ius aliquod alicui personæ, seu, personis, Vniuersitatibus Communitatibus, Capitulis, aut aliislocis ecclesiasticis, vel secularibus etiā ex quauis causa quantumuis fauorabili, & priuilegiata in præiudicium eiusdem D L. & suorum hæredum, & successorum; qui semper præferri debeat omnibus aliis & amplius etiam apponi debeat speciale pactum, prout ex nunc DD. contrahentes solemni stipulatione hinc inde interueniente paciscuntur, quod nunquam tales census, montes, vel stabilia vendi, seu retrouendi, aut extingui possint; nisi intimato etiam D L. vel suis hęredibus, & depositato pretio effectualiter, et integro modo, & forma super expressis, ad effectu reinuestiendi in aliis similibus censibus, montibus, vel stabilibus cū iisdem consensu, qualitatibus, modisque, & formis supra expressis, quæ semper seruari ad vnguem præcise debeant toties, quoties pecunias prædictas restitui, & iterum reinuestiri contingerit: aliàs omnis venditio retrouenditio, seu extinctio dictorū censuum, montium, vel stabiliū sint ipso iure, & facto nullæ, & nihilominus restituętes, vel aliter soluentes summas principales dictorum censuum, montium, vel stabiliū nunquam censeantur liberati, nisi facto deposito effectuali cū qualitatibus supradictis, & præmissa omnia semper intelligentur ad maiorem cautelam D. L. & suorum, & citra præiudicium generalis obligationis, & cum potestate variandi vt supra.

Et stantibus præmissis D T. venditor de toto dicto pretio scutorum cētum triginta millium vocauit se à D. L. emptore præsente, et stipulante, vt supra bene contentum, & satisfactum, & propterea eundem. D. emptorem quietauit, liberauit & absoluit hoc modo; videlicet de scutis quadraginta tribus millibus nouigentis duobus, & scut. 25. monetę pro quibus D. emptor accollauit in se totidem debita D. Cardinalis; prout supra diximus quietauit ex nunc, prout ex tunc, & pro quando facta fuerit effectualis solutio creditoribus accolauit, vt supra. necnon pro alia summa scutorum quadraginta quattuor millium ducentorum quadraginta, & baioc. 75. monetæ per D emptorem, vt supra incantanti solutorum, videlicet partim D T vti creditori dicti Cardinalis, & partim depositatorum in bancho D. Alexandri Doni in vna manu, ad effectum satisfaciendi propriis creditoribus eiusdem D. T. & in alia manu ad effectum inuestiendi, vt supra quietauit libere, & absolute & denique pro scutis 30. & vno millibus octingentis quinquaginta septem pro quibus datum fuit insolutum Castrum R. D. venditor quietauit per acceptilationem Castri insolutū habiti, namq; pro hac vltima partita, & sūma DD. contrahentes fecerunt sibi ipsius ad inuicem reciprocam compēsationem, & mutuam acceptilationem, & pro aquilianam stipulationem sese adinuicem quietarunt, nempe D. T. de æquiualenti rata pretii dictæ venditionis, & D. L. de pretio, & valore castri insolutum dati, saluis semper reseruationibus, pactisque, & cautelis prædictis, & infradicendis.

Et quia in tractatu præsenti venditionis iam DD. contrahentes cogitarunt fieri etiam posse & redditus, & introitus dicti castri sancti G. & villæ N. cum aliis venditis, vel excedāt, & superent dictam summam scutorū quattuor millium, vel ad illam nō ascendant, & intentio vtriusque partis fuit, & est, vt pretium dictæ venditionis omnino esse debeat ad pondus, & mensuram redditus rei venditæ, iuxta rationem inter eos conuentam, & vt supra firmatam, nempe scutorum centum pro quibuslibet scutis tribus liberis, & franchis ab omnibus expensis annui reditus, iuxta tamen declarationem, vt infra per factores, & super intendentes facien. Ideo an melius dignoscendam, & firmandam certitudinem verioris pretii, volentes adhibere modum opportunum, pro habendi certiori veritare dictorum reddituum conuenerunt concorditer pacto expresso, quod fumi-

de-

debeant pro modo infradicendo omnis castri, & villæ, & aliorum supra venditorum fructus, Instantes in spatio trium annorum, quibus tamen tribus annis cõpleantur tres recollectæ omnium fructuũ incipiendo a recollectis frumentorum, ac omnis generis bladorum anni proxi, me præteriti 1598. & vt sequitur finien. quæ quidem recollectæ frumentorum, & omnis generis bladorum, & quorumcunque aliorum fructuum dicti anni præteriti, vna cum omnibus aliis fructibus successiue recollectis vsque in hanc diem cedant in computum redditũum dictorũ trium annorum, & de illorum quantitate D. L. sta e debeat notulæ, seu listae subscribendæ, & dandae pro D T. quos tamen per ipsum D. L. facta diligenti extraiudiciali perquisitione vera esse reperietur, vel per D. V. simili modo verificabitur, quatenus ipse id verificare vellet, & nollet acquiescere diligentiis factis pro D. L. pro reliquo autem tempore dictorum trium annorum dicta lista attendi non debeat per ipsos contrahentes de præsenti quanto citius conduci, & retinere duos factores, seu ministros idoneos, & sufficientes scilicet vnus pro parte D. emptoris sumptu redditũum prædictorum castri, & villæ venditorum, qui sumptus non excedant summam quinquaginta scutorum monetę quolibet anno.

Prædicti vero duo factores continue debeant insimul concordite habitare, & residere in dicto castro sancti G. in vna, vel eadem mansione, ad effectum vt omnes redditus dicti castri, & villæ, ac suorum iurium, & pertinentiarum trãsire omnino debeant per manus illorum con iunctum, & propterea habeant facultatem liberam, & omnimodam, quam illis ex nunc ambæ partes concedunt, scilicet dandi terras ad laborandum, vendendi herbas, nec non lacandi, ac dandi ad cædendum, & vt vulgo dicitur a cete, & ad faciendum omnia alia necessaria pro bono euentu, & exitu domorum redditũum omni meliori modo, quo melius fieri poterit, & casu quo non reperirentur occasiones vendendi herbas, & dandi terras ad laborandum, seu vt dicitur a cete, liceat D. T. ipsas terras laborari facere pro aliis, & pro semetipso, iuxta solitum, arbitrio tertiis super intendentis supra eligendi, & herbas valutentur pro pretiis occursis in præteritis annis & iuxta solitum declarandum per eundem tertium, vt infra eligendum. In reliquis autem debeat penas se habere & tenere duos libros similes, & æquales scilicet separatim, vnum pro quolibet, & illorum potissima cura sit retinere bonum, fidele, & legale computum quolibet anno de omnibus, & singulis redditibus prædictis, qui ad minus ipsorum peruenerint suo loco, & tempore, & computa eius diligenter, & fideliter suis diebus distincte, punctualiter & menutim, iuxta puram veritatem, nihil penitus ommittẽdo, vel addendo, describere & adnotare in dictis libris, vnusquisque scilicet in suo libro, adhoc vt semper possint ipsi libri quoties opus fuerit inuicem conferri, & ex tali collatione veritas computorum concordare valeat, et huiusmodi redditus ita descripti debeant in fine cuiuslibet anni per eodem factores solidari, et valutarii iuxta stylum mercantilem qui consuetus est in casibus similium venditionum castrorum, et ita cõtinuare vsque ad extremum dicti triennii. Quo postea finito debeãt iidem factores omnes & singulas partitas et summas redditũum trium annorum prædictorum simul ponere, et insimul summare, et simul summatas diuidere, et distribuere in tres æquales partes, et summare vnam ex dictis tribus partibus, quæ tertia pars erit redditus vnius anni computando vnum annum cum alio scilicet tertilem cum sterili, et id totum in quod vt supra valutabitur tertia pars intelligatur, et sit communis, et verus valor annui redditus castri, et aliorum, vt supra venditorum, et iuxta talem valorem debeat præcise ad ęquari, et definiri pretium dictæ venditionis, et ad rationem, vt supra conuentam videlicet scutorum centum pro quibuslibet scutis tribus dicti redditus, vt supra tunc valutati, et ex nunc ambæ parte nominarunt, et elegerunt dictos factores scilicet D. T. pro parte sua S. S. de p. et D. L. pro parte sua L. C. de castro P et quoties euenerit casus mortis ipsorum, et aliorum factorum pro tempore nominandorum dictæ partes prout quamlibet tanget possint nominare alium, vel alios in locum defũcti, vel defunctorum. Quia sic actum, et conuentum fuit.

Et saluis præmissis ex adac D. D. contra-

trahentes ad obuiandum difficultatibus, & quibuscumque casibus discordiarum, quę oriri possent inter dictos factores, vt supra deputatos, elegerunt in tertium Illustriss. D.V. de V.D communem vtriusque partis confidentem amicum, quem voluerunt esse superintendentem dictorum factorum, & eidem propterea concesserunt, & concedunt omnimoda facultatem decidendi, & declarandi, & terminandi omnes difficultates, & differentias, & discordias, quæ in præmissis, & præmissorum occasione, quomodolibet occurrerint inter dictos factores toties, quoties opus fuerit: itaut in iis omnibus in quibus dicti factores inter sese super præmissis dissentient, & non concordabunt, & prædictus tertius, & superintendens possit, & debeat iura omnia, & singula, quæ excedunt facultates dictorum factorum iuxta formam superius traditam declarare, ordinare, & diffinire quid, & quomodo intelligendum, seu agendum, & exequendum sit totum, in quo dubium, seu discordatio orietur inter dictos factores, & supra. & iuxta talem ordinationem, & declarationem, seu terminationem, vel terminationes debeat fieri, & exequi totum quod faciendum & exequendum erit, absque vlla alia reuisiones, recursu, vel exceptione etiam partibus nō vocatis, & additis, seu etiam ipsis vel aliqua eorum inuitis, & contradicentibus. Et in euentum mortuis dicti tertii, vel alterius, aut aliorum deputandorum toties quoties occurret, DD. contrahentes possint, & debeant nominare alium tertium in locum defuncti. Quia sic actum fuit.

Adeò vt, si valor dicti redditus modo quo supra liquidandus reperiretur excedere summā per dictum venditorē pręsuppositam scutorum quatuor millium, vt supra, tali casūm pretium dictæ venditionis scutorum centum triginta milliū debeat pro rata augeri ad vtilitatem venditoris itaut D. emptor teneatur, prout promisit, soluere D venditori totum illud plus quod tale augumentum importabit ad dictam rationem scutorum centum quibuslibet scutis tribus augumenti dicti redditus, quod reperiret ex prędicta liquidatione redūdare supra summam scutor. quatuor milliū, vna cum fructibus dicti augumenti ad eamdem rationem septem cum dimidio pro quolibet centenario, cum non sit æquum, quod Interim D.L. ėmptor gaudeat re, & pretio, & etiā quia D T si dictum augumentum modo reciperet totum integrum implicaret in emptionem census, aut locorum montium non vocabiliū, & solutionem prædictam facere ad omnem requisitionem eiusdem D. venditoris vel in prompta pecunia, vel mediante insolutum datione, & assignatione æquiualentis census per D. emptorem super suis bonis stabilibus imponendi præuia licentia, seu approbatione Sanctissimi D N. Papæ respectu Bullæ Pii Quinti de modo creandi census editæ (ex eo quod in huiusmodi census nō dabitur interuentus pretii in pecunia numerata) seu aliter prout inter ipsos contrahentes fuerit concordatum, quo quidem seu augumentū, sit vt supra per emptorem supplendum venditori, vel in pecuniis, vel in datione seu assignatione cēsus insolutum, debeat inuestiri, & permanere pro euictione vniuersali, & particulari dicti castri, & villæ, vt supra, pro occurrenti quantitate, & alias iuxta formā dicti breuis Apostolici, & ad instar aliarum inuestiturarū faciendarum de pecuniis, vt supra ad effectū inuestiendi depositariis.

Et conuersò autem in casum contrarii scilicet, casu quo valor dicti redditus, vt supra liquidandus reperiatur non ascendere ad summam, vt præfertur præsuppositā scutorum quatuor milium, tunc dictum pretiū debeāt pro rata diminui ad vtilitatē emptoris pro toto eo quod valor dicti redditus, vt supra liquidandus minor esse reperiatur d. cta summa scutorum quatuor millium, itaut D. venditor in casum quo pecuniæ, vt supra depositatæ, & inuestiendæ inuestiātur in emptionem census per D. L. emptorē imponendi, & vendendi teneatur prout promisit dicto casu deducere, & diminuere D. L. emptori presenti, & stipulanti, vt supra de capitali, seu summa principali talis census totum illud, quod talis diminutio importabit ad eandem rationem scutorum centū pro quibuslibet scutis tribus illius deficientiæ dictis, annui redditus, quæ ex supradicta liquidatione in fine dicti triēnii facienda reperiretur ad esse infra, & subitus dictam summā scutorum quattuor millium, & pro tali rata diminuenda

da, sed diminuta non teneatur D L ad solutionem fructuum census, vt supra per ipsum imponendi; Quinimmo teneatur dictus D. venditor restituere eidem D. L. vel suis hæredibus omnes fructus talis ratæ, & partis diminutæ, vel diminuendæ perceptos in dicto triennio, & vsque in illam diem libere, &c. Ad hoc vt æqualitas inter ipsos contrahentes obseruetur, & teneatur etiam idem D.T. prout promisit consentire extinctioni æquiualentis partis supradicti census.

Interim verò conuentum fuit, quod donec perfecta non fuerit liquidatio dictorum redditum, vt supra D L ex fructibus census, vt supra imponẽdi, & vendendi qu tenus id contigat, non teneatur soluere D T. vel suis hæredibus singulis annis nisi duntaxat scuta mille, & quingenta in duabus paghis dicti census, & reliquam partem deponere in loco tuto, & securo ad effectum inuestiendi ad vtilitatem D.T.& postea consignandi, cui venerint, consignanda secundum quo firmata fuerit liquidatio præfata, vt supra, & iuxta illam in reliquis dictæ partes teneãtur vna alteri prout quamlibet tangit bonam tacere, & soluere, seu restituere totum, id, quod debebitur, quia sic actum, &c.

In euentum autem, quod in fine dicti triẽnii in liquidatione supradicta facienda occurreret, seu interueniret aliqua difficultas, seu differentia in aliqua parte, ita quod non esse clarum an, & in quanto deficeret, vel excederet introitus, seu redditus annus dicti castri, & villæ venditorum supra, vel respectiue infra summam, vt supra præsuppositã scutorum quatuor millium. tunc pro illa rata nõ liquida, & donec non sit clare liquidata infra annũ immediate cõputandũ à fine dicti triennii, non teneatur D. L. emptor soluere D venditori fructus dicti census, nisi pro medietate tantum, & aliam medietatem debeat depositare in loco tuto, & securo ad effectum, vt perfecta liquidatione cõsignetur, vel D. venditor, vel ipsi D emptori, secundum quod firmata, & stabilita dicta liquidatione appareb t redditum dicti castri, & villæ, vel desicere, vel excedere dictam summam redditus scutorum quatuor millium pro D. venditore præsuppositam: elapso autem dicto annõ computando à fine dicti triennij si liquidatio dictorum reddituum perfecta non fuerit ex defectu D.L. fructus dicti census debeant deponi ad effectum consignandi cui veniunt.

Pacto insuper adiecto, solemni stipulatione vallato quod sit, & censeatur esse in potestate ipsorum contrahentium etiã ante finem dicti triennii, & quãdocumq; ipsis videbitur, & placuerit conuenire de certo, & determinato pretio castri sancti G. & villæ N. vt supra venditorum, absq; eo quod expectatur finis dicti triennii, & absque eo quod sit inspicienda, & attendenda summam quantitas fructuum & introitum per factores, vt supra deputatos recollecta, seu recolligenda ad pretiũ, in quo ipsi contrahentes conueniunt, & concordabunt censeatur, & si verum pretium ipsius castri, & aliorum, vt supra venditorũ, & illud debent attendi, perinde, ac si de illo à principio partes contrahentes conuenissent, & fuisset in præsenti instrumento specificatum firmis tamen, et illibatis remanẽtibus omnibus aliis in præsenti instrumento cõtentis, ac omnibus in præinserto breui Sanctissimi D. N. Clementis Papæ Octaui expressis A quibus propterea ipsi cõtrahentes in aliquo recedere nõ intendunt, sed in omnibus, et per omnia illis inhęrere volunt pro validitate omnium in hoc instrumento contentorum: quia sic expresse conuenerũt.

Si plus autem ante dicto pretio liquidando dictũm castrum sancti G cum illius territorio, dominio, iurisdictione, et cum dicta villa N. cum omnibus membris, et pertinentiis valent, aut valerent, aut valere possent. Et si plus pretio, vt supra valutato, et cõcordato dictũ castrum P. cum illius territorio, dominio, iurisdictione, membrisque, et pertinentiis valeret, aut valere posset totum illud plus quantumcumq; fuerit siue minium siue maximũ, etiam si dimidiam partem iusti pretii cuiuslibet ex dictis castris, vel alterius eorum excedere, ex nunc DD. contrahentes vnus alteri ad inuicem, et vicissim respectiue prout quemlibet tangis, aut tangere posset de certa scientia, et liberata voluntate, ac principaliter et non incidenter gratiose remiserunt, et libere donauit etiam titulo donationis irreuocabilis inter viuos ob multũ amorem, quem semper in eos (asseruerunt) intime intercessisse, adhuc magis intercedere, et ex mera liberalitate, et quia

vtrique ipsorum ad inuicem ita de re sua propria disponere placuit, & placet omni alio meliori modo, via, iure, causa, & forma quibus validius, & efficacius potuerunt & debuerunt, & quilibet eorum potest, & debet. Renunciantes hinc inde cum iuramento, quod vterque ipsorum in manibus mei notarii tactis scripturis ad sancta Dei Euangelia præstiterunt l. 2. C. de rescind. ven. & l. si vnquam C. de reuoc. donat. cum aliis similibus, de quibus per me Notarium certiores facti fuerunt. Ita tamen vt dictæ mutuæ donationes nunquam dici possint correspectiuę, sed quælibet de per se subsistat etiam si ex vna parte daretur excessiuitas dicti pretii, & ex altera nulla caderet excessiuitas & si vnus consequeretur effectum donationis, & aliter nullum effectum sortiri posset ex parte sua, quod ob cessantem causam excessiuitatis, quia sic actum, &c.

Præterea vero D. T. venditor affirmauit dictum castrum sancti G. & villam N. cum aliis, vt supra venditis ad ipsum pleno iure dominii spectare, et pertinere, et attenta dispositione breuis Apostolicis prę fati, sibi legitime licuisse de præfatis alienationem huiusmodi facere, pariter D. L. emptor affirmauit dictum castrum P. ad ipsum pleno iure Dominii spectare, et pertinere, et sibi attento eodem breui legitime licuisse de præfato castro P. facere donationem, et alienationem insolutum, vt supra. Et amplius hinc inde inuicem promiserunt castra, et alia bona vendita, et respectiue insolutum data cũ omnibus illorum iuribus, membris, et pertinentiis esse allodiaha penitus libera, franca, et exempta ab omni censu, canone, responsione, recognitione, superioritate seruitute, et alio quouis grauamine, et onere, exceptis, dumtaxat supradictis censibus per D. L. vt supra accollatis et generali superioritate Sedis Apostolicæ, et nihilominus quatenus vnquam detegeretur, seu detergerentur aliquod onus, seu onera similia expressis, vel dissimilia ea penitus statim tollere, et ab illis effectualiter omnino liberare, super quibus tale onus, vel onere detegentur libere, et sine vlla exceptione.

Promiserunt quoque, excepto fideicommisso, seu fideicommissis expressis, seu derogatis in dictis litteris Apostolicis, in reliquis ex neutra parte castra, et bona præfata esse subiecta alicui fideicommisso purificato, seu purificando caducitati, d euolutioni restitutioni, prohibitioni, aut alio simili, vel dissimili vinculo in toto vel parte, & nulli personę seu personis fuisse, nec esse vendita, insolutum data, cessa, concessa, donata, pignorata, aut alioquouismodo alienata, et de illis in toto, vel in parte non esse factũ alium contractum siue distractum, quid possit redũdare vllo vnquam tempore in damnum, vel preiudicium cuiuslibet ipsorum contrahentium respectiuè alienationis, et distractus vocabulis latissimo modo sumptis. Quinimmo promiserũt inuicem vt supra venditionem dictorum castri, et villæ, et respectiuè præfatam dationem castri P. insolutum, vt supra esse, et perpetuo fore bonas, et validas, ac pro talibus hinc inde inuicem defendere, et manutenere; Nec non promiserunt facere, consentire, videlicet D. T. Illustr. D. V. de L. eius V. præfatæ venditioni pro omni cuius, iure, et interesse etiam dotal, et alio quocumque, cum decreto iudicis, et aliis solemnitatibus iuxta formam statutorum Vrbis. Et D. L. facere consentire Illustrissimum, et Reuerendissimum D. C. de C. Episcopum A. eius germanum fratrem datione dicti castri P. insolutũ, vt supra pro omni quocunque eius iure, et interesse; Et amplius etiam toties, quoties occurrerit promiserunt vnus alteri reciproce, prout quemlibet eorum tanget facere cõsentire omnes personas, vniuersitates, communitates, collegia, capitula, et alia loca secularia, vel ecclesiastica ius aliquo super præmissis venditis, et respectiue insolutum datis in toto, vel in parte habentes, vel habere prætendentes ad omnem simplicem requisitionem alterius partis: Et amplius etiam litem non inferre, nec inferenti quomodolibet consentire in omnem litem molestiam proquoscunq, quomodolibet super aliquo ex dicti bonis venditis, et respectiue insolutum datis inferendam in omni iudicio, et in quauis instantia, et parte litis, prout quemlibet ipsorum contrahentium tanget in omnę simplicem alterius partis requisitionem toties, quoties occurrerit in se suscipere et susceptas prosequi, et penitus terminare, et ab illis sese inuicem, et vicissim, prout ad quemlibet ipsorum spectabit, indemnes

nes releuare,& conseruare,&omnino eximere,& liberare propria cura,& sumptibus, ac cum propriis procuratoribus, & aduocatis,aliisque defensionibus opportunis prout tanget quemlibet ipsorum contrahentium(salua semper manente in premissis omnibus, & singulis particulari conuentione inter ipsos contrahentes inferius apponenda circa lites infra specificatas)alias si præfata omnia, & singula sicut hic inde, vt supra respectiuè asserta sunt vera non fuerunt, aut sicut promissa hinc inde fuerunt,obseruata non fuerint, seu nulla,& inualida ex quocunq.capite, vel defectus redderentur, aut non subsisterent DD. contrahentes inuicem vicissim respectiue vnus erga alterum, prout quemlibet eorum tanget teneri voluerũt ad omnia damna expensas, & interesse propterea quomodolibet patienda,& incurrenda,ratis nihilominus,& firmis manentibus promissionibus,obligationibus, & pactis supra contentis,ad quorum precisam obseruationem semper hic inde,ad inuicem prout quemlibet tãget cogi possit. Et amplius quotiescumque prouenire aliqua euictio dicti castri P in quocunq; iudicio petitorio,&possessorio,aut mixto seu in toto,seu in parte ijdem DD. cõtrahentes vnus erga alterum vicissim; prout ad quemlibet ipsorũ spectabit teneri voluerunt, & se obligarunt de huiusmodi euictione,iurisque,& facti defensione totali & particulari in omni iudicio petitorio,& possessorio in forma iuris valida ad restitutionem pretii,& ad omnia damna expensas,& interesse propterea quomodolibet patienda,& incurrenda, de quibus stare hinc inde voluerunt simplici assertioni iuratæ damnum passi, absque alia probatione, vel Iudicis liquidatione, & hæc tam auocata,quam non auocata possessione, ita etiam vt neuter contrahentium excusari vllo vnquã tempore possit aduersus præcisam præmissorum obseruationem sub prætextu quod euictio secuta fuerit per imprudentiam,iniuriã,vel imperitiam,aut iniustitiam iudicis,vel superiorum aut sub alio quouis prætextu, quia sic pacti fuerunt.

Conuenientes etiam DD contrahentes ex pacto expresse habitos & solẽni stipulatione hinc inde interueniente firmato, quod quotiescunq; inter ipsos cõtigerit fieri in præmissis,vel præmissorum occasione aliquam litis intimationem sufficiat quæcunq;simplex Intimatio etiam domi dimissa copia sine Insertione libelli,vel alia solemnitate,&sic simpliciter facta per inde afficiat,ac & si personaliter,& formiter,ac seruatis de iure, & stylo seruandis solemniter facta fuisset.

Quia vero sicut asseritur superdicto Castro sancti G. extant infradicendæ lites de quibus fit mẽtio In præinsertis litteris Apostolicis,propterea circa eiusmodi lite DD.contrahentes per pactum expressum solemni stipulatione hinc inde interueniente firmatum inuicem conuenerunt modo infrascripto, videlicet.

Quod in euentum in quem proprer litem quæ super Castro sancti G & Villa, & Casale N.sacro Palatii Apostolici causarum Auditorio inter ipsum D.T ex vna & Illustrissimum,& Excellentissimum V.D.B. ex altera parte diu ventilauit, & inqua nonnullas decisiones contra ipsum D.V D. Asseruit fuisse obtentas contigeret quandocunque,quod Castrum sancti G. & Villa,seu Casale præfati quomodolibet euincerentur, tunc, & eo casu ipse D.T. pro se, & suis hæredibus teneatur, prout ex nunc teneri voluit, & se obligauit D.L. præsenti, & stipulanti, vt supra de euictione Castri & Villæ præfatorum, & eorundem iurium,iurisdictionum membrorum,& pertinentiarum quantũcunq; tam si euictio sequatur in totum,quam in partem in omni iudicio petitorio,vel possessorio, aut mixto, nec non ad restitutionem pretii, & ad omnia damna, expensas, & interesse per dictum D. L. vel suos hæredes propterea quomodolibet patienda, de quibus stari debeat simplici assertioni iuratæ, vt supra.

Quo vero ad reliquas lites,vnam siquidem inter D T. ex vna, & Comunitatem & Homines dicti castri sancti G. ex altera parte, tam in tribunali Reuerendæ Cameræ Apostolicæ, quam coram quouis alio tribunali aut Iudice siue ordinario siue delegato,necnon inter eundem D.T. ex vna,& Comunitatem,& homines Castri sancti A.T.D. seu quasuis alias Vniuersitates,aut alios conuicinos in materia confinium coram quocumq;vt suprapẽdentes conuenerunt,quod castrum sancti G. & alia simul vendita transeant in D. emptorem cumhuiusmodi litibus talibus quales existunt, Quinimo casu quo D.L. suc-

succumbat huiusmodi litibus cum Communitate sancti Angeli, et aliis quibusuis Vniuersitatibus, aut conuicinis, vt supra, nihilominus soliti prouentus Hospitii, Piscariæ, Furnæ, Herbaicarum, et aliorum super quibus debeat computari in supradictis redditibus castri sancti G. attento, quod supradictus D. L. in vim præsentis conuentionis assumit in se omne periculum, et damnum, quod prouenire posset ex huiusmodi litibus, itaut pro illis D. T. vel sui hæredes ad nihilum teneatur, neq; etiam ad restitutionē, nec diminutionem ratæ pretii, quia sic actum, et expresse conuentum fuit. Pro lite autem quæ super dicto castro P. in eodem palatii Apostolici Auditoris diu iam pependit cum N. et E. de C. Baroncellis Ro. dum vixerunt contra quos obtinuisse plures Rotales decisiones conuentū fuit, quod in casum molestiæ D. L. vel sui hæredes teneatur, ab huiusmodi molestiis indemnem conseruare D. T. et suos hæredes, et suscipere in se talem litem, illamq; prosequi; et terminare propria curam, et sumptu, absq; impensa, vel interuentu D. T. vel suorum hæredum ad omnē simplicem illorum requisitionē, et in casum euictionis teneantur prout ex nunc D. L. teneri voluit, et se obligauit de tale euictione generali, et particulari in quouis iudicio petitorio, et possessorio ad refectionem, et solutionem valoris dicti castri P. et ad omnia damna expensas, et interesse propria quolibet patienda, et incurrenda, ita tamen, vt per hanc specialitatem non derogetur generalitate de qua supra. Quia sic ambæ partes expresse conuenerunt.

Saluis autem semper manentibus, omnibus, et singulis superius depositis, et cōuentis DD. Contrahentes declararunt, et voluerūt dictum castrum P. datum insolutum, vt supra cum omnibus iuribus, iurisdictionibus, membris et pertinentiis; necnon cēsus, loca Montium, seu stabilia de pecuniis pro parte dicti pretii ad effectu inuestiendi, vt supra depositatis nūc, vel pro tempore emenda perpetuo stare debebat in eius, et locum castri sancti G. et villæ seu casalis venditorum subrogata, et supposita primogenituræ fidei commisso alienandi prohibitione, cæterisq; conditionibus, vinculis, et dispositionibus contentis in donatione, et testamētis prædicti Cardinalis sanctæ C. de quibus fit mētio in superius inserto Breui Apostolico, et alias in omnibus, et per omnia iuxta formam illius ad quod semper relatio habeatur.

Deinde ad cautelam D D. Contrahētes declararunt, quod per quascumq; cōditiones, vel alias superius apposita nunquam venditio prædicta intelligatur aut dici possit conditionalis sed cēseatur semper, et si pura, et libera, et omninò perfecta, quia ita, ex pacto, expresso hinc inde solēni stipulatione firmato, conuentū fuit.

Quæ omnia, et singula præfati DD. Cōtrahentes inuicem, et vicissim, prout quemlibet eorum tangunt concernunt respectiue. Promiserunt perpetuo habere rata, grata, firma, et inuiolabiliter adimplere, et obseruare, et in nihilo prorsus contrafacere, opponere, dicere, vel venire per se se, vel alios directe, vel indirecte, tacite, vel expresse, quouis sub prætextu iure titulo siue causa, cogitata, vel incogitata, etiam in corpore iuris clausa, et quamtumuis rationabilis, et iusta, et si de iure legitime possent, aut aliquis eorum posset Alias rato semper, et firmo manente contractu, et teneri inuicem voluerūt toties, quoties occurrerit, et prout quēlibet eorum tanget, ad omnia, damna expensas, et interesse præmissorum occasione quomodolibet patienda, et incurrenda, de quibus stare debeat simplici assertioni cum iuramento damnum passi, absque alia probatione, et inuiolabili obseruatione,

Et pro præmissorum omnium, et singulorum perpetua, et inuiolabili obseruatione DD. Contrahentes saluis semper reseruationibus hypothecarū speciarū, et aliis particularibus supra appositis (taliter vt nunq; generalitas specialitati, nec specialitas generalitati doceret) inuicem vnus erga alterum, prout quemlibet eorū tangit se ipsos eorumq; hæredes, et successores ac bona omnia tam mobilia, quam stabilia etiā iurisdictionalia, et alia quæcumq; iuraque, et actiones, et debitorum nomina vbiq; existentia præsentia, et futura obligarunt, et hypothecarunt respectiue in forma Cameræ Apostolicæ cum submissionibus, renunciationibus, aliisq; clausulis, et cautelis in eadem forma Cameræ Apostolicæ opponi solitis, et per me notarium quandocumq; extendendi; et quæ pro extensis habeantur. Consentientes ad inuicem toties quoties occurrerit

de-

defectus obseruationis contentorum in hoc instrumento relaxationi mâdati executiui, vnica præcedende citatione cum intimatione, et vnusquisque ipsorum contrahentium tactis in manibus mei notarii scripturis ad sancta Dei Euangelia iurarunt, etc.

Alia permutatio Domorum cum Iardino.

CVM sit, vt partes infranominandæ asseruerunt quod DD. Io. Iacobus locata Io. Paulus, Cæsar, Franciscus, Angelus, et Octauius, etc. germani fratres, regionis Transtiberinæ, filij legitimi, et naturales d. D Colę, etc. et D. Portiæ, et coniugum vna cum ipsa Portia, eorum matre nuptui reddiderint Felicê eorum germanam sororem, et filiam respectiuê dominæ Aureliç, etc. cum dote scutorum mille auri, et pro dote huiusmodi persoluenda ipsi fratres diuersa debita cô traxerint, et pro debitis iam contractis plures factæ fuerint societates ad ipsorû fratrum instantiam, super officio proxenetatus ripæ, quod obtinebat Dominus Ludouicus, etc quod officium simul, cum alijs officijs proxenetarum ripæ, vniquiq; officialium pretio restituto, pro motum proprium à Sanctissimo Domino Nostro Papa suppressum fuerit, seu restitutum antiquis proxenetis, et sic ipso iure societates præfatæ finitæ sint, Vnde ipsi fratres alias contrahere societates, aut maius interesse coguntur subire ad effectum creditoribus, dictarum societatum satisfaciêdi, minusque damnosum existat aliqua ex eorum bonis vendere, quam interesse huiusmodi substinere, vel subire. Et quia Domina Portia, vt eius fundû dotale inæstimatum habet, & possidet Iardinû cum certis habitationibus in eo existentibus Romæ situm in cliuo, seu ad radices montis Ianiculi, vulgariter montorii nuncupati iuxta viam publicam ab vno, & ab aliis, &c. saluis ali s si qui, &c. ex quo Iardino cum dictis habitationibus annua pensio 35. scutorum monetę percipi consueuit quo considerato tempore quo inlocatum aliquando remanet, & deductis impensis pro côseruatione, vel vsu talis rei necessarię ad 30. scutorû summam annuatim, & forsan minus dedigetur: ipsi vero fratres, &c. habeant, & possideant pro indiuiso domos positas in eadem regione transtiberina in conspectu Ecclesiæ beatæ Mariç continatas ab vno letere iuxta bona, &c. saluis aliis si qui, &c. & volens conditionem dotalis fundi materni melio rem efficere, dictas domos, ex quibus annuam pensionem 41 scutorum monetę percipiunt cum dicto iardino, & habitationibus permutare, cum euidenti dominæ Portię vtilitate Attento quod vltra maiorem pensionem dictarum domorû, quam iardini, dictæ domus bene fabricatæ sint, & in loco adeo locabit, vt raro, vel nunquâ accidat eas in locatas remanere, qua permutatione facta dictum iardinû, cuius alienatio minus damnû affert, quâ aliorum bonorû, vendere deliberarunt, & quamuis ipsa D. Portia, quia cum filiis cô trahit, & extra spem ad alia transeundi vota, & res agitur cum euidenti sui fundi dotalis ex huiusmodi permutatione meliori conditioni resultante, propterea con tractum huiusmodi, sine aliqua iuris, & statutorum solemnitate forsan celebrari posset, nihilominus ad omnem ipsorum filiorum, & quorumcumque super dicto iardino cum eis contrahentium abundâtiorem cautelam, & maiorem securitatê, & ne dictis filiis alienatio reddatur difficilis ob solemnitate prætermissas easdem solemnitates seruare proposuerit; Propterea die, &c.

Coram magnifico D. Io Francisco, &c. primo collaterali curiæ Capitolii, & Illu. D. Senatoris locûtenête iudice ordinario, & competente in loco infradicen super sede lignea quem locum, & sedê pro suo iuridico loco, & congruo tribunali ad hûc actum agendum deputauit, pro tribunali sedente in meiq. &c.

Dicta D Portia, &c. quæ cum auctoritate præfati D. iudicis præsentia, & consensu magnificorum DD N N eius fratrum consobrinorum præsentium, tactis, &c. iurantium sua non interesse, ac præsentem permutationem non tendere in præiudicium, immo euidentem vtilitatem D. Portiæ quos affirmauit cum iuramento tactis, &c. esse sib. proximiores consanguineos exhabilibus, & non interessatis Et cum eodem iuramento ad maiorem actus validitatem renunciauit legi Iuliæ de fundo dotali auth. si qua mulier sea. con vell. & omnibus aliis legibus, & legum auxiliis, quibus mediantibus cô tra

tra præsentem contractum quouis modo venire posset, de quibus, & effectu prius à D. collaterali certiorata fuit, & cum huiusmodi renunciatione, ex vna prædicti DD Io. Iacobus Io; Baptista, Io. Paulus, Cæsar Franciscus, & Angelus, &c. germani fratres omnes ætatis legitimæ, vt affirmarunt, vt ex eorum aspectu ita esse apparebat, ex altera partibus nominibus propriis, & dicti Octauii eorum fratris minoris pro quo de rato, & ratihabitione in forma iuris valida, & eum ratificaturum præsens instrumentum, & omnia in eo contenta, cum ad ætatem legitimam peruenerint insolidum promiserunt alias de eorum proprio ad omnia damna, &c. erga dictam eorum matrem teneri voluerunt insolidumita, vt sub prætextu promissionis facti alieni, & licet possibilia fecerint, se tamẽ excusare nullo modo possit spõte, &c. per se, suisq. &c. & omni meliori modo, &c. dictas duas domos, & iardinũ cum dictis suis habitationibus permutarunt videlicet dicti fratres titulo, & causa meræ, & perfectę permutationis dederit, cesserunt, & assignarunt iure proprio in perpetuum dictis eorum domos. cum omnibus earum membris, & pertinentiis suis vt præfertur, sitas in conspectu collegiatę Ecclesiæ s. Mariæ in Transtiberim, iuxta supradictos confines, dominæ Portiæ eorum matri præsenti, ac pro se suisque, &c. acceptanti ad habendum, &c transferentes, & cedentes eidem D. Portiæ super illis omnia iura, &c ponentes, &c. constituentes, &c. dantes licentiam, &c. & donec, &c. constituerunt, &c. Et licet, sciant plus valere, quam dictorum iardinum, cũ suis habitationibus, & pertinentiis, nihilominus, totum illud plus, quantumcumq fit, donarunt, ac titulo donationis irreuocabilis inter viuos dederunt, & concesserunt eidem D. Portiæ, ob sincerum amorem quo illam prosequuntur, & quia sic, &c. Et vice versa dom na Portia cum dicta auctoritate, & consensu eodem titulo permutationis dictum eius iardinum, cũ suis habitationibus, & pertinentiis, quod, & quos ad eã pleno iure dominii, vel quasi pertinere, aspectare asseruit iure proprio & in perpetuum dedit cessit, concessit, & assignauit eisdem suis filiis præsentibus acceptan. dictis nominibus pro se & eo hæredibus, & successoribus, & quibuscunque ab ipsis causam habentibus & habituris trasferens, & cedens omnia iura omnesque actiones, &c ad habẽdum, &c. ponen, &c. constituens, &c. dans licentiã, &c. donec, &c. constituit, &c. affirmantes, & promittentes dictæ partes ad inuicem, dicta bona permutata esse libera, & immunia ab omni censu, canone, responsione fideicommisso, & alio quocunq. onere, & non esse alteri vendita, data, donata, permutata, distracta, aut quomodolibet alienata, etiam alienationis largissimo modo sumpto vacabulo. Et hanc permutationem facere licuisse, atque licere, & esse bene, ac valide factam, & in eam, tam quam talem facere consentire omnes personas, &c. ius habẽtes, &c. Item suscipere in se respectiuè, videlicet dicti fratres quo ad præfatas domos, D Portia vero quoad iardinum, habitationes antedictas, omnem litem, causam controuersiam & molestiam, si quæ moueantur, suscepta sque prosequi, &c. Et quælibet partium alteriam partem in re compermutata, & illius possessione conseruare ac defendere, liberare, & eximere ab omni lite, causa controuersia, molestia, & molestante persona alias dicti fratres eiusdẽ nominibus principaliter, & insolidum erga D Portiam præsentem, &c & ipsa D. Portia erga eius filios, vt supra acceptantes, de omni, & quacumque domorum, & respectiue iardini, & habitationum, ac iurium permutatorum euictione generali, & particulari in forma iuris valida, & in omni iudicio, tam petitorio, quam possessorio, & quocumque eorum insolidum, & ad duplum valoris rei euictæ iuxta consuetudinem vrbis, quam, &c. vicissim teneri voluerunt, & consenserunt, quod in omnibus, & singulis præmissis, neutra partium ad aliquam solemnem intimationem litis faciendam teneatur, sed quælibet simplex notificatio, etiam extraiudicialis, & sine aliqua solemnitate, & forma iuris seruata, etiam dimissa copia domi facta, sufficiat, quia sic actum, &c. Et insuper ipsa D. Portia vltra obligationem, & promissionem, vt præfertur factas, & illis saluis pro maiori securitate cuiuscunque futuri emptoris, vt facilior venditio dicti iardini, cum habitationibus reddatur, vt dicti eius filii eorum negocia facilius expedire valeant, pro omni quocunque ipsius D. Portiæ iure interesse, ac regressu ap ipsum iardinum, eiusque habitationes, & pertinen-

nentias quomodolibet competentibus,&c. quæ competere possent, aut poterunt, ex nunc in quamuis venditionem, & alienationem faciendam, per dictos eius filios, expresse,ac pure,libere,& simpliciter consensit,in fauorem emptoris, me notario pro eo,& eius hęredibus, & successoribus quibuscumque acceptãte,pro quibus,&c dicti compermutantes, dicti nominibus cum auctoritate, & consensu præfatis respectiue se ipsos,eorumq hæredes,&c. ac omnia,& singula bona,&c. vicissim,& respectiue vt supra,in forma camerę apostolicæ,cũ clausulis,&c.mutua acceptatione interueniẽte,ac me notario,&c pro omnibus,&c.stipulante,et acceptãte obligarũt, hypothecarunt,& ita iurarunt tactis,etc. super quibus omnibus,et singulis pręmissis dictus magnificus D primus collateralis,vt supra sedẽs,illis intellectis,cõsideratis,et cognita causa,eius auctoritate iudiciariam,qua fungitur,et decretum ad postulationem dictarum partium interposuit supplẽdo quoscumque defectus,si qui forsan interuenerunt,quantum sua potuit auctoritate supplere, et omni modo, etc. super quibus,etc. Actum,etc.

Datio insolutum.

CVM hoc sit quod de anno Domini MCCCCLXXII. et die 31. mensis Nouembris dicti anni.Petrus olim Symonis de Cederinis ciuis Florentinus fuerit confessus, et se publice recognouerit debitorem Iacobi Alfonsi de Strozi, ciui Florentini de summa, et quantitate florenorum trecentorum auri largorum occasione puri,et veri,et gratuiti mutui. Quos florens trecentos auri largos dictus Petrus eidem Iacobo reddere promisit inde ad vnum annũ,tunc proxime futurum,cũ pactis,modis,obligationibus, renunciationibus pœna,quarantigia,et aliis in d-instrumento mutui cõtẽtis,prout cõstare vidi publicum instrumẽtũ manu D. Symonis Grazin de Stagia,cuius, et notarii Florentini, sub dicta die, ad quod, et contenta in eo dicta partes se retulerunt et referunt. Vnde hodie hac præsenti suprascripta die d. Petrus volens eidem Iacobo de dicto suo credito satisfacere, et cum non habet in pecunia numerata vnde commode possit d.Iacobo satisfacere, nisi per bonorum infrascriptorum dationẽ insolutum per se et hęredes suos iure proprio, & in perpetuum dedit,tradidit aduocauit insolutum, & pagamento pro dicta estimatione dictorum florenorum trecentorum, largitorũ dicto Iacobo præsenti,& pro se, & suis hæredibus, & successoribus recipienti,& stipulãti infrascripta bona tamquam bona, & de bonis dicti Petri debitoris prędicti,videlicet vnum podere, &c (penes confines) &c, quod quidem podere,& bona d P & constituit teneri,&c vt supra in venditione, sed insertashoc pactum post promissionẽ defensionis.) Cum pacto apposito,& solẽni stipulatione vallato inter dictaspartes in præsenti contractu,& instrumento quod si vllo vnquam tempore cõtingerit in futurum dicta bona, vt supra,eidẽ Iacobo in solutum,& pagamentum data,& adiudicata,vel aliquod eorũ,vel aliquam eorum partem tolli euinci vel auocari dicto Iacobo,& eius hęredibus,& successoribus,liceat,& licitum sit eidem, Iacobo redire ad dicta sua iura dicti crediti,&ea petere consequi, & exigere à d Petro, & eius hæredibus,ac si præsens datio,& adiudicatio in solutum facta non esse. Et in omni casu euictionis prædictæ saluum, & integrum, & illesũ remaneat ius suum pro dictis florenis trecentis dicto Iacobo creditori,& eius hæredibus, & successoribus,&c.

Recessio à venditione.

INtroscriptę partes videlicet D.N.emptor,& M.venditor, sponte, &c. ex certis caussis animum eorum mouẽtibus de communi mutuo consensu,& concordia recesserunt ab infrascripta venditione & emptione respectiue absoluentes se in perpetuum,liberantes ab omnibus promissionibus, & obligationibus factis in hoc instrumento,& accessoris suis; & idẽ N.emptor retrocessit eidem M venditori præsenti, &c. dictam vineam cum pertinen.suis, & omne iure, & actiones habitas, & habita vigore, emptionis huiusmodi reponens, & reintegrans eundẽ M. ad dictam vineam cum pertinen. suis,& possessionem quoque perinde,ac si venditio facta non fuisset Et domum ambo cõsenserunt cassationi, & annullationi præsentis instromenti, cum omnibus dependen suis,& omnia pro cassis,& in perpetuum annullatis haberi voluerunt,& habent,& ita obseruare iurarunt, &c. super quibus,&c.Actum,&c.

Cessio

Cessio, seu indicatio bonorum.

A. Carceratus in carceribus N. ad instan. P. pro scutis N. non habens, vt asseruit pro nunc dicto creditori satisfacere, intellecto etiam decreto per R D. N. A. C. Locumtenentem die N. facto ad effectum suæ liberationis illi parendo, & satisfaciendo in mel, &c. ad testium, &c. præsentia medio iuramento, tactis, &c. dixit, & declarauit in Vrbe, nec extra, non habere alia bona, nec credita nisi infrascripta.

D N. debet sibi scuta N. saluo iure, &c. per tot, &c.

Item dixit habere infrascripta debita.

D. N. debet scuta N. pro, tot, &c.

Item dixit possidere petium terræ situm, &c. iuxta, &c.

Saluo iure addendi huic indicationi bonorū, si alia possidere reperietur, quæ quidem bona supra descripta, nec non omnia iura, &c sibi in illius competentia, & competentes, iuxta decretum domini, sicut præmittitur factum cessit, prout ex nunc, cedit in fauorem dicti Petri, ad cuius instan, est carceratus, nec non omnium aliorum eius creditorum diuidenda inter eos iuxta cuiusque prioritatem, & potioritatem arbitrio domini, ponens, &c. nullo iure, &c. constituens, &c. & promisit de dictis bonis, & iuribus cessis nihil esse factum in præiudicium præinsertis cessionis, alias, &c. iurauit, &c super quibus, &c.

De variarum Donationum formulis. Cap. IX.

Donatio facta vxori per virum.

N. Qui nuper emit ab E domum magnam cum omnibus apothecis, & domibus cōtinguis, & pertinentiis suis positam Romæ, &c ad vitam ipsius N & ad vitam A. suis vxoris, & post obitum eorundem coniugum ad duos annos casu superuiuat B neptis d, A. pro pretio scut. N. videlicet N. solui promissorum hinc ad diem N. mensis N. & reliquorū N. in melioramentis dictæ domus exponendorum, & cum pactis, & cautelis contentis in instrumento per me notariū celebrato, ad quod, &c. Cupiens, & eandē suam vxorem, non solum donec ipse N. vixerit, verum etiam post eius obitum præmoriatur eidem vxori, commode, ac honorifice substentari, sponte, &c. ac omnibus, &c. quibus validius potuit dictam domum magnam, cum omnibus apothecis domibusque, seu domunculis contiguis ac membris, & pertinentiis, iuribusq. vniuersis acquisitis ex dicta emptione, ac dependentibus ab eo, & cum omnibus meliorамentis faciendis per ipsum N. vel suos hæredes in dicta domo, vel suis pertinentiis, casu quo dicta sua vxor superuiuat ipsi N. & omnia sua iura, super præmissis donauit irrauocabiliter inter viuos eidem A. vxori suę præsenti, ac pro se, & quibuscumque ab ea causam habentibus acceptanti, & stipulanti, & dicto suo dilectissimo marito gratias agenti, ad habēdum, possidendum, vsufructuandum, gaudendum, & faciendum ad libitum voluntatis eiusdem A de dictis domibus, apothecis, melioramentis, & pertinentiis suis donec ipsa vixerit, in euentum in quem A. superueniat ipsi N. itaut eadem A. nec ratione melioramentorum, quicquā soluere teneatur: & transtulit, & cessit dictæ donatariæ, acceptanti vt supra, omnia iura: & actiones super dictis domibus, apothecis, & membris prędictis contra venditorem, & fideiussores, & alios quoscumque, & super quibuscumque bonis in genere, aut in specie obligatis, & obligandis Ponens A. in omne ius, locum, & priuilegium suum, & suorum hæredum vniuersorum, durante vita donatarię. si superuixerit proauratricem irreuocabilem vt in rē propriam, & dans facultatem accipiendi realem, & corporalem possessionem rerum donatarum, etiā propria auctoritate absque alicuius iudicis, &c Et ex nūc prout ex tunc, & e contra in euentum prædictum constituit se tenere, & possidere dictæ donatarię. Quam donationem irreuocabilem inter viuos fecit, & facit erga dictam suam vxorē, vt ea si superuixerit, possit se commodius, honorificentius substetare, & ex sincera beneuolentia quia illam prosequntur, & ex mera sua liberalitate, quia sic ei facere placuit, & placet de rebus, & iuribus suis. Quam donationem promisit semper habere ratam grata validam, & firmam, & nunquam sub pretextu superuenientiæ liberorum, vel ex capite ingratitudinis, aut alio quouis capite, & causa etiam in corpore iuris clausa, reuocare, aut rescindere, vel reuocationē tentare. Renunciando expresse, cum iuramen-

ramen.

ramento, tactis, & leg. fin. Cod. de reuocan. donation. ac omnibus legibus, disponentibus donationem inter virum, & vxorem non valere. Declarauit etiam donationem hãc inspecto valere bonorum, & fructuum ipsius donatoris (Dei gratia) sibi collatorum modicã esse, & quatenus etiam esset longe maior, tamen placuit sibi illam facere, ac ratam, & gratam habere omni tempore. Item quia facile potest euenire, maxime secundum cursum vel ordinem naturæ, vt dicta puella B, quæ nunc est annorum nouem in circa superuiuat ipsis coniugibus. Ideo in tali euentu etiã titulo donationis irreuocabilis inter viuos, dictas domos, & apothecas, cum earum pertinentiis ad habẽdum, vsufructuãdum, & gaudendum per duos annos vel pro eo tempore quo superuiuet eadem B. vsq; ad duos annos tantum, dedit, & donauit eidem B absenti, me notario publico pro ea stipulãte, & acceptante cum omnibus illis clausulis, & cautelis, vt supra factis, erga dominam A, quas pro repetitis haberi voluit, & habet Item dictus N. affirmauit, & promisit, de dictis rebus, & iuribus donatis nihil fecisse, & nihil facturum in præiudicium huius donationis seu donationum: alias erga donatarias etiã ad omnia damna, &c. teneri voluit. Et ad maiorem validitatem huius dispositionis, cõstituit procuratorẽ suum M. absentem, &c. ad ipsius N. nomine, ac pro eo donationes prædictas notificandum, publicandum, & insinuandum, coram quocumque, vel quibuscumq; DD. iudicibus in Rom. Curia, aut vbi opus erit, & auctoritatem iudicis interponi, ac in actis mei, vel alterius cuiuscumq; notarii redigi petendum, & omnia alia faciendum, & expediendum pro insinuatione huiusmodi necessaria, quomodolibet opportuna. Et generaliter, &c. promittens, &c. releuãs, &c. pro quibus, &c.

Alia donatio iocalium in fauorem vxoris.

N. Qui nuper in vxorem duxit A. cui vxori pro eius ornatu plures annulos gemmas, & alia pretiosa ex auro, atque argento facta parauit; considerans magis conuenire nobili, & liberali viro, ita efficere vt gẽmæ, & alia pretiosa huiusmodi vxori, quatenus ea superuiuerit, remaneãt quam permittere, vt per hæredes ipsius viri præmorientis, ab eadem coniuge repetantur: Considerans etiam quod, immodo inhumanum esse, vt nobilis mulier ornamentis eis datis priuetur, & spolietur. Ideo, & quia eãdem suã vxorem ex præstantibus moribus, & ingenio diligit affectione sincera, & singulari. Spõte sua, &c. & ex mera sua liberalitate, ac magnanimitate, & omnibus, &c. gẽmas, annulos monilia, et alia ex auro facta, et contexta, descripta, et contenta in nota inferius registranda. Quæ omnia declarat parasse causa ornatus dictæ suę vxoris et penes eam existere, donauit, ac titulo donationis irreuocabilis inter viuos dedit, cessit, transtulit, et assignauit, saluis conditione, modo, ac declaratione infradicendis, dictæ A. dilectissimæ vxori suæ, hinc absenti, me notario publico pro ea stipulante, et acceptante, ad habendum, possidendum, alienandum, faciendum et disponẽdum ad libitum voluntatis ipsius A. quatenus ipsa A superuiuat, eidem N. et non alias, aliter, nec alio modo, ponens eandem suam vxorem in omne ius, locũ, et priuilegium suum in, et super dictis rebus donatis. Quam donationem inter viuos facit erga dictam suam vxorem, cum omnibus in hoc instrumento contentis, sub conditione, modo, et declaratione huiusmodi adiectis, quod si A. donataria præmoriatur donatori, tunc res donatæ reuertãtur, deuoluantur, et deuolutæ sint et esse cẽseatur ad ipsum N. donatorem, et eius hæredes, et successores, qui etiam propria auctoritate de facto, et absq; alicuius iudicis, et curiæ decreto, licentia, et absque vitio spolii, et attentatorum possint libere, et licite res donatas, vbicumque fuerint, appræhendere, ac retinere, et de illis libere disponere, perinde ac si donatio huiusmodi facta non fuisset, et dominium rerum donatarũ ab ipso donatore abdicatum non esset. Si verò ipsa A superuixerit donatori, tunc ipsa donataria, et eius hæredes, et successores de rebus donatis ad eorum libitum disponere possint. Et salua, reseruataq; conditione prædicta, quæ habeatur pro repetita in omni parte huius instrumenti: promisit hanc donationem non reuocare, tam ex filiorum superuiuentia, quam alia quacumq; de causa, etiam in corpore iuris clausa. Et propterea specialiter, et expresse renũciauit cum iuramento tactis, etc l. si vnquam C. de reuoc. donat de cuius legis ef-

fectu

fectu certioratus extitit,& omnibus legibus disponentibus donationem inter virum & vxoré non valere, & omnibus iuribus si quibus mediantibus,contra donationem hác venire posset Declarauit etiã hanc donationem (respectu facultatem Dei omnipotentis gratia, a quo cuncta bona procedunt, ipsi donatori collatarũ) esse modicam,vel modiocrem; & quatenus magna dici,vel reuocari posset,tamẽ, voluit integrum effectum, & executioné sortiri, & perpetuum habere firmatis robur,sub conditione, renũciatione,ac modo prædictis Et quamuis existimet donationem rerum mobilium, quæ à traditione incipit, nõ indicere aliqua insinuatione. Nihilominus pro maiori validitate donationis,& ad tollendum omne dubiũ, citra, &c. sponte, &c. constituit, et fecit procuratorem suum M.absentem,&c ad ipsius donatoris nomine,& pro eo donationem præfatam, & omnia contenta in hoc instrumento coram quocumq; iudice,magistratu,& iudicibus ordinariis Ro. Cur ac vbi opus fuerit insinuandum,publicandum,notificandum,atq; insinuari, & in actis redigi petẽdum, auctoritatem desuper interponi, postulandum, & omnia procurandum, & expediendum pro insinuatione necessaria,& opportuna. Et generaliter, &c. Promittens habere ratum, &c. per dictum procuratorem gestum, & procuratum fuerit in dicta insinuatione facienda. Et nihilominus quatenus insinuatio prædicta nunquã fieret, vel minus legitime fieri contigeret, renunciat cum dicto iuramento legibus communibus, & municipalibus circa insinuationem donationum disponentibus, quia omninò voluit,hanc donationem effectum, & complementum sortiri. Et pro præmissis, &c. obseruandis, &c.

Donatio facta à muliere cum decreto Iudico.

Coram magnifico, etc. personaliter, constitutã honesta muliere D.E.eidemq; D.Iudici,vt supra pro tribunali sedenti exposuit,quod cum ipsa sit in senectute constituta, cursusque eius vitæ iam pene cõfectus,& absolutus existet,et nulli ei sint consanguinei, neque affines, qui ipsi E.circa eius personam,& quotidianas necessitates opem, & auxilium fere possint, & reminiscens DD. S. & I. à quibus, vt asseruit, plura beneficia, & honesta seruitia,necnon etiam alimenta victui,& vestitui necessaria recepit, ac in dies magis recipere, & consequi speraт; volensq; propterea, se erga eosdem coniuges gratam,& munificam reddere,beneficiaque beneficiis compensare, decreuit, infradicen puram,& simplicem donationem irreuocabilé,quæ dicitur inter viuos, & facere, & bona infrascripta eis irreuocabiliter donare,& cum ad præmissa nequeat deuenire obstan. sibi legibus, statutis, & nouis reformationibus Vrbis: ea propter petijt sibi quoad hunc actum, de aliquo curatore prouideri, asserens, medio iuramento tactis.&c.præstito se nullos habere in Vrbe affines, seu consanguineo; qui commode præmissis, & infrascriptis interuenire possint & confisa de probitate, & fide D N. ibidem præsentis, & esse volentis, per eundem D. Iudicem prædictũ N præsentem, & onus curæ huiusmodi in se sponte suscipientem, sibi quoad actut infrascriptos eligi, & deputari, qui D. Iudex prędictum N ibi præsentem, & esse volentem in curatorem eidem E.præsenti, & petenti elegit, & deijtauit, dicendo illiter. Esto curator, vtilia facias, & inutilia pretermittas, & dictam E indefensam non derelinquas,& reliqua facias, ad quæ de iure teneris.Qui D curator sic deputatus, promisit eidem. E præsenti pro ea vtilia facere,& inutilia prætermittere,ipsamq; indefensam non relinquere, & alia facere,ad quæ de iure tenetur; pro quo curatore, & eius precibus ibidem præsens M qui præmissis auditis, sciens, &c. sed, &c. sponte, &c dictæ promissioni per præfatum N.factæ,vti principalis, principaliter, & insolidum accessit, & principalem promissorem constituendo, quem D.M.sic fieri iubentem,& accedentem præsentem,&c prædictus curator indemnem,&c. releuare,etc. promisit, itaquod, etc. alias,etc. de quibus, etc. Pro quibus, etc.obseruan. prædicti curator,et fideiussor sese,hæredes, ac bona,etc. in forma Cameræ etc. obligarunt, etc. insol dum, etc. super quibus, etc Actum,etc præsentibus infrascriptis; testibus, etc.

Successiue prædicta E coram dicto magnifico D.Iudice, et me notario, ac testibus infrascriptis constituta, cum præsentia,cõsensu,verbo,voluntate,et auctoritate dicti D.eius curatori ibi præsentis consentien. eiusque liberum consensum pariter,

ter, & assensum præstanti, renunciando prius,& ante omnia,medio iuramento tactis,&c.præstito ben S C. Vell auth si qua mulier.l.Iul.de fund dot. non alienan ac omnibus aliis legibus,statutis,& nouis reformatianibus Vrbis,in fauorem mulierum editis,quemodolibet,vel edendisple ne de illis per eundem D.iudicem certio. rata,quid sint,&c.spõte,&c.omnibus,&c. donauit,&titulo puræ,liberæ,perfectæ,& irreuocabilis donationis, quæ fieri dicitur inter viuos irreuocabiliter dedit, cessit,transtulit, & concessit, cum reseruationibus,& condictionibus infra annotatis,& domino S.& I. eius vxori,ipsius donatricis filiæ,omnibusque, & singulis dictorum coniugum liberis, & filiis tam masculis,quã fœmininis,natis,& nascituris quomodolibet in futurũ legitimis tamen,& naturalibus,quamuis absentibus, dictis DD.S & I. pro se ipsis,& dictis eorum filiis natis,& nascituris,vna mecum notario,&c.stipulã.omnia,& singula eius bona mobilia,& immobilia præsentia, & futura,tam paterna,quã materna,seu fraterna,iura,& actiones quascunq sibi cõpeten . & quæ competere poterunt quomodolibet in futurum,ac credita,&nomina debitorum vbilibet sita,&existen et in specie,ac vltra generalem omnium bonorum suorum prædictorum donationẽ, si nulli titulo,&c.donauit.&c eiusdem DD. S & I ac filiis eorum supradictis absentibus,dictis DD S. & I. eorum seu earum parentibus,pro se ipsis & dictis filiis,vna mecum notario,&c stipulan omne id, & totum,quod ipsi donatrici per ipsius fratres debetur,ac quod ab eis cõsequi, aut prætendere,& quod sibi competere poterit,aut posset in ciuitate N tam ex hæreditate paterna,&materna,quam fraterna seu ex causa suæ dotis, aut alio quouis titulo,siue causa,ad habendum,&c transferens,&c.nullo iure,&c saluis infrascriptis reseruationibus ponens,&c. constituens, &c.dans licentiam,etc.et donec,etc. Hac autem donationem,etc. fecit,et facere dixit eadem D E.cum consensu præsentia, et auctoritate prædictis eisdem DD. S. et I.ac filiis,et filiabus eorum licet absentibus dictis DD S et I.pro se ipsis,et eisdem filiis,et filiabus,vna mecum notario præsentibus,et stipulan. vt supra,cum conditionibus, et reseruationibus infrascriptis videlicet quod reseruetur, et reseruata esse intelligatur ipsi D.E. donatrici, prout ipsa reseruauit sibi ex rebus,et bonis, iuribus,et actionibus hereditate. aut dote, vt supra donatis,et cessis, ius,et actionem agendi,et disponendi supra eisdem bonis iuribus,actionibus,et hæreditate,nomine proprio ipsius donatricis,eius vita durante, pro recuperatione dictorum bonorũ, et pecuniarum debitarum et quod etiam reseruetur, prout ipsa donatrix sibi reseruauit,ex eisdem boni, et iuribus,vt supra donatis,centum ducatos auri causa testandi,et vltimam suam voluntatem condendi,ita quod de dictis centum ducatis ipsa testari,ac testamentum condere, ac personæ,seu personis sibi donatrici beneuisis in vltimo testamento relinquere ac super dictis ducatis centum hæredem, seu hæredes,quos voluerit instituere libere,et licite possit,et valeat,qui quidẽ centũ ducati,in dicta donatione minime cõprehensi, et contenti,nec minus donati esse intelliguntur,aut cessi. Et quia versa vice,et ẽ contra supradicti S. et I. coniuges ambo inid nul,et insolidum,spõte,etc promiserunt,etc prædictæ D. E. donatrici præsenti,etc ipsam E. eius vita durante alere,et alimentare,ac ei alimenta necessaria,victumq et vestitum condecentribuere,et præstare,libere,etc Quam donationem,omniaq et singula alia præmissa eadem D E donatrix, ac suprad cti S. et I.tam pro seipsis, quam filiis, et filiabus suis natis,et nascituris,vt supra stipulan respectiue,rata,grata etc.habere, etc. promiserũt,etc et contra non facere etc. per se,vel alios,de iure vel de facto, directe vel indirecte,quouis quæsito co'o. e. Promisitq dicta D.donatrix donationem huiusmodi inter viuos nullo vnquam tẽpore aliqua ratione vel causa,etiam ingratitudinis, et etiam (quod Deus au rtat) eadem donatrix vergeret ac inop ã, vel alio quocumque modo,exceptis causis superius expressis,reuocare,ãnullare,infringere,vel irritare,seu reuocari, annullari. vel irritari facere, nec de præmissorũ et in præsenti instrumento contentorũ nullitate, aut inualiditate dicere, sub vinculo iuramenti, per eam tactis,etc præstiti, et pœna refectionis omnium damnorum etc.de quibus,etc abique,etc nec absolutionem a iuramẽto, aut beneficium restitutionis in integrum petere, sub petitis vti. Renuncians eadem donatrix, cum

præsentia, consensu, voluntate, decreto, & authoritate prędictis medio iuramēto tactis,&c.l. si vnquam C de reuocan,donationibus l.fi.C eod.titul. benef nequis amplius quem facere potest omnique iuri suæ dotis,& iurium dotalium,necnō ben.dicen.donationem propter ingratitudinem, vel immensitatem, aut religionis ingressum posse reuocari,ac iuri dicenti, donationem exceden. summas 500,ducatorum fine insinuatione coram iudice facta non valere,ac omnibus aliis legibus, &c.in fauorem mulierum, & donatorum quomodolibet introductis, vel introducen.Pro quibus,&c.prȩsentibus quinque testibus, qui se vna cum donatrice subscripserunt,vt infra videlicet,&c.

Donatio inter viuos.

D. P. prior prioratus sanctæ M. afferens,& ingenue recognoscens D. Galeottum eius germanum fratrem sibi in plurimis, & arduis suis necessitatibus plura, & immensa beneficia contulisse, & eundem ita beneuolum,& promptum reperisse,vt vbi se occasio præbuit,nec expensis, nec labori, quantumuis maximo pepercerit, itaquod vere fatetur se forc dicto G valde obnoxiums & obligatum, hæc itaque grata beneficia secum animo reuoluens, vt ille huiusmodi suæ gratitudinis aliquem fructum sortiatur, & vt commodius vitam suam,iuxta generis nobilitatem,ducere,& similia suam feminā, quæ iam nubilis sit,decentius nubere, ac filiis masculis, qui dant Domino, virtutū studiis incumbant, necessarias expensas facilius subministrare,& alias sibi,& omni familiæ suæ consulere possit,his, & aliis rationibus causis,quas hic pro expres. fis haberi voluit,motus,& inductus,sponte,&c.omnes,& singulos fructus; redditus,prouentus,iura obuentiones,& emolumenta talis predii, vel castri,sub reseruationibus,& conditionibus infrascript s & non alias,nec alio modo,douauit, & titulo puræ,perfectæ simplicis, & irreuocabilis donationis,quæ fit, & fieri dic tur inter viuos, dedit, concessit, & tradidit prædicto G.& eius germano,& vnico, & & dilectissimo fratri absenti, vt præsenti,me notorio,&c. ad huiusmodi fructus &c.In futurum percipien.decurren.& de ben.donec ipse dictum prædium obtinuerit,habendum,gaudendum,colligendum, percipiendum,necnon,& fructifican. ac in proprios vsus,& vtilitatem conuerten. prout dicto G libere videbitur,& placebit,& ex causa donationis huismodi cessit eidem omni a iura,&c.penens,&c.constituens, &c. Et huiusmodi donationem fecit,& factam esse voluit dicto G. fratri suo benemerito,absenti,&c.me notario, &c. ex causis, et rationibus supra allegatis,ad quarum tamen probationem eundem G.teneri voluit,sed donationem huiusmodi ex sola sua liberalitate sustineri, quia sic sibi benefacere,libere,et liberaliter placuit,et placet. Promittens de fructibus donatis nihil fecisse, nec esse factū neq,fiet in futurum in prȩiudicium præmissorum,aut alicuius eorum;et eandem donationem perpetuo seruare ratam,gratam,validam,et firmam,et in nullo contrafacere, et minusq. reuocare nec reuocari facere,seu annullare, aut infringere vel modo aliquo inualidare quouis præ textu,et causa etiam in corpore iuris clausa,etiam si de iure posset. Renunciando desuper cum iuramēto tactis,etc.quibuscumque legibus,et fauoribus,quibus me, diantibus contra præmissa quomodolibet,seu iuuare posset,et specialiter iuri dicenti,generalem renunciationem non valere,nisi præcesserit specialis,et expressa, Volens propterea præsentē donationē, et omnia et singula in præsenti instrumēto contenta valere,& tenere,non tantū modo, et forma præmissis, sed omni alio de iure meliori,ad sensum sapientis,quam tamen donationem factā esse voluit, sub reseruationibus, et conditionibus infra. scriptis,et nō alias,nec alio modo.Voluit enim prædictum G-donatarium nō teneri,etc Pro quibus, et præsentibus quinque testibus,qui se propriis manibus,vna cum donatore subscribant,et.

Donatio causa mortis.

D. A. sanus (Dei gratia) corpore, mente,sensu,et intellectu, sciens se esse mortalem, et hac lege natum, vt aliquando moriatur, et quodnihi l est certius morte, et eius hora nihi incertius.Volens de bonis suis, sibi à Deo collatis,dum mens sana est in corpore sano, prouidere, ne post eius mortem aliquod scādalum oriatur, spōte,etc. omnia,et singula bona mobilia,et inmobilia, ac se mouētia,res iura, nomina debitorū creditorum

torum,& alia quæcumq; quouis nomine nuncupata, præsentia,& futura,quæ tempore mortis suæ reperiuntur,ipsum habere in Vrbe Roma tantum, donauit titulo donationis causa mortis,& post mortem suam valituræ, D. B. eius germano fratri absenti, me notario, &c. motus etiam amore, & dilectione, quibus ipsum prosequitur summopere,& in memoriam,ac gratitudinem plurium beneficiorum ab eo receptorum, & ob maximam spem, quam quasi probatam habet, maiora in dies magis prosequendi, ob fraternam,& mutuam dilectionem inter eos contractam, & quia sic sibi de bonis, & rebus suis benefacere placuit, & placet. Et valere voluit, & vult iure donationis causa mortis, & alia de iure meliori Super quibus, &c. præsentibus quinque testibus subscriptis cum donatore.

Donatio erga filium naturalem.

CVm nuper tractaretur matrimonium inter nobilem puellam N. ex vna,& P. filium legitimatum G. ex altera partibus, per aliquos dubitatum fuit, dictum G. fecisse donationem omnium suorum bonorum in fauorem A.& quia hoc veritate caret,& ne ex falso rumore D.P. præiudicium, vel impedimentum in suis rebus, & negocijs inferatur, & ad tollendum penitus omne debitum.

Propterea anno,&c coram testibus, & me notario,etc. constituti dictus G sponte sua,&c. declarauit,& affirmauit, etiam cum iuramento tactis,etc. præstito,se nũ. quam fecisse aliquam donationem generalem, vel particularem neq; inter viuos, neq; causa mortis dicto A nec alijs quibusuis personis, immo nec aliqua alienationem fecisse suorum bonorum vniuersalem, & particularem, dictus vero A pariter cum iuramento tactis, &c. præstito ne domino P præfato aliquod præiudicium generetur,vt per acta publica veritas elucescat, affirmat, & declarat non fuisse per dictum G. sibi factam aliquam donationem bonorum vniuersalem, vel particularẽ, inter viuos,vel causa mortis, quã ipse sciat Insuper quatenus vnquam aliqua alienatio, vel donatio in eius fauorem,per dictum G. facta appareret vel quatenus fieri contigeret de quibuscumque bonis in genere,vel in specie siue inter viuos, siue causa mortis,ex nunc omnia,& singula bona quæcumq; sint,si quæ sibi donata sint vel donari,seu quouis modo alienari contigerint in ipsum A. per dictum G. prout ex tunc,& ẽ contra donat, & titulo donationis irreuocabilis inter viuos,dat, cedit,& transfert in perpetuum dicto P. filio dicti G. auctoritate Apostolica legitimato, absenti,me notario publico pro eodẽ P. & illius hæredibus & successoribus quibuscumq; acceptante,& stipulan.ad habendum,&c Trãsferens ex nunc,prout ex tunc & ẽ cõtra. In dictũ P.omnia sua iura,& actiones super præmissis,si quæ cõpetant,& competere poterunt in futurũ in bonis dicti G. vt supra præsentis, & consentientis. Ponens D.P. in locum,&c. constituens,&c. propriam et dictam declarationem et attestationem, ipse A. fecit pro pura, & sincera veritate, & ad tollendum penitus omne dubium quibuscumq; personis. Et dictam donationem irreuocabilem inter viuos,in euentũ in quem aliqua sibi donatio,seu alienatio bonorũ dicti G facta esset, vel fieri contigeret, fecit, & facit in fauorem dicti P.ac eius hæredum & successorum,quia eundem P tanquam filiũ, sincero,& perfecto amore semper dilexi, et diligit ob excellẽtem indolem,sublime ingenium, optimos mores, ac singulares tam corporis, quam animi dotes,quibus D. P. præfatus Dei omnipotentis gratia ornatus extitit,et promisit D A donationem huiusmodi perpetuo ratã gratam, & validam semper tenere habere, & inuiolabiliter obseruare, & nunquam contrafacere, vel venire,in iudicio, vel extra, per se vel alio. Pro quibus, &c. & ita de nouo iurauit ad sancta Dei Euangelia, et declarauit etiam sciuisse & scire dictum P. esse legitimatum auctoritate Apostolica, et habilem ad omnia iura legitima, et tam D.G. sui patris, & aliorum parentum agnatorum, cognatorum et aliorum quorumcumque successiones, hæreditates, legata, libertatem honores, dignitatis prærogatus ecclesiasticas, & seculare officia publica, et priuata statusque, et actus quoscumq; legitimos, tamquam si de legitimo thoro procreatus esset, non obstan. constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, legibus quoq; Imperialibus ac prouincialibus, sinodalibus, et municipalibus, statutis et consuetudinibus, priuilegiis, et indultis, quauis auctoritate roboratis,cæterisque in contrarium

tulum facientibus, quibuscumque, vt latius in litteris patentibus dictæ legitimationis, auctoritate Apostolica, sub anno à Natiuitate Domini, etc. concessis, et expeditis continetur: quas idem G exhibuit, et per ipsum A. et me notarium coram testibus visas, et perlectas rehabuit, et penes se retinuit. Super quibus omnibus, et singulis præmissis dicti G et A à me notario vnum, vel plura instrumentum, et instrumenta publica ad perpetuam rei memoriam, fieri, et concedi postularunt. Actum Romæ, etc.

Donatio ad effectum nubendi.

A Cupiens (vt commune desiderium est) posteritati consulere, agnationem, et familiam non solum conseruare, verum etiam si fieri poterit. Deo fauente, ampliari, considerans etiam ex multiplicatione ingenuæ prolis, non modo familias, et ciuitates defendi, ampliari, et decorari, sed etiã vniuersæ Reipublicæ Christianæ maximum adiumentum afferri. Volens eodem tempore, et commodiori sustentationi domini B. eius ex germano fratre nepotis consulere, ac prudentem iurisconsultorum dispositionem imitari, quæ multis et priuilegijs, et fauoribus, ad matrimonium contrahendum liberos homines allicere studerunt. Asserensque habere et possidere, iure dominii temporalis, plura bona stabilia, et quantitates pecuniarum in oppido, seu ciuitate, et territorio T. et forsan alibi, et cum videat se in senectute, et in Ecclesiastica dignitate constitutum, dictum vero nepotem suum habilem ad matrimonium cõtrahendum, et sobolem procreandam, et quia eundem nepotem sincera affectione vti paterna prosequutus fuit, et prosequitur sponte sua, etc. ac omnibus, etc. quibus validius fieri potest, in, et super dictis bonis suis, eorumq; fructibus, redditibus, prouentibus, et emolumenta vniuersis annuam summam centum scut. monetæ in ciuitate N. cursum haben. donauit, et titulo donationis irreuocabilis inter viuos dedit, concessit, et assignauit cum declaratione, et conditione infradicendis dicto B. nepoti suo ex fratre hinc absenti me notario publico, pro eodem B. acceptan. et stipulan. durãte vita duntaxat eiusdem B. percipiendorum ab eodem donatario propria sua auctoritate singulis annis, donec vixerit, ex fructibus redd. et prouen dictorum bonorum, etiam absque alicuius iudicis curiæ, magistratus, & superioris auctoritate decreto, mandato, & absque alio ministerio adhibendo. Constitutus ex nunc dictos fructus redd. & prou. dictorum bonorum in posterum decurrendos pro concurrenti, & congrua summa dictorũ centum scut tenere, ac possidere nomine dicti donatarii, donec ipse donatarius huiusmodi annui redditus actualem possessionem, vel quasi adeptus non fuerit. Quem annuum redditum, vt supra datũ, dictus donatarius libere, ac licite percipere, & consequi valeat, incoando à prima die Ianuarii anni N prox venturi quatenus ante diẽ huiusmodi ipse donatarius matrimonium contraxerit, si vero postea vxorẽ acceperit, tunc à die contracti matrimonii perceptio dicti annui redditus donati, & facultas percipiendi præfato donatario competat, nam à tempore matrimonii contracti voluit donationẽ sortiri, & habere integrum effectum, & executionem. Hac etiam conditione, & declaratione adiecti, vt si contigerit ante, vel post matrimoniũ contractum quandocumq; aliquid committi, per dictum donatarium (quod Deus auertat) propter quod suis bonis priuandus veniret, vel priuaretur, aut si confiscaretur, tunc immo ex nunc prout ex tunc, & è contra donatio huiusmodi irrita sit, & nulla, nulliusque roboris, & momẽti, & dictus annuus redditus donatus spectet, & pertineat ab inde in posterum ad ipsum D donatorem si tunc viueret, alioquin ad hæredes, & successores suos, ad quos proprietas dictorum bonorum spectabit perinde ac si donatio huiusmodi nunquam facta fuisset, quia placuit, & placet ipsi D donatori hanc legem, et conditionem rei suæ adiicere, cum omnino intendat annuum redditum donatum pro commodiori sustẽtatione dicti sui nepotis inseruire, quatenus vxorem accipiat, & non excedere vitam neq; personam propriam eiusdem sui nepotis, et huiusmodi donationem vltra causas præfatas fecit ex beneuolentia sua erga suum nepotem, & demum ex mera sua liberalitate, ac magnanimitate, quia si dictus donatarius nupserit, vt supra de re sua ita sibi disponere placuit, et placet. Hæc etiam declaratione, & con

conditione appositis quod si donatarius antedictus ad eum statum peruenerit vt vxorem accipere non possit, tunc immo ex nunc, prout ex tunc, &c. contra donatio huiusmodi censeatur, & sit cassa, & nulla, & nullius efficaciæ, & perinde habeatur, ac si nunquam facta fuisset quia sit, & non aliter, nec alio modo donare placuit. Quam donationem saluis conditionibus, & declarationibus vt supra adiectis, promisit nunquam reuocare (durante vita dicti sui nepotis) ex quauis causa, etiam in corpore iuris clausa, vndecumque resultant, etiam si talis esset qua speciale, & indiuiduam expressionem postularent, & renunciauis ad maiorem firmitatem huius donationis omnibus legibus, & iuribus tam ciuilibus & canonicis, & quã municipalibus quarumcumque ciuitatum, regionum, & locorum, si quibus mediantibus contra donationem hanc venire possent durante vita donatarii, & renunciauit etiam cum iuramento tactis, &c. præstito legibus communibus, & municipalibus, circa insinuationem donationis disponentibus, nam pro insinuata haberi voluit, & habet & vltra renunciationẽ præfatam ad omnem abundantiorem cautelam circa reuocationem quorumcumq; suorum procuratorum constituit, & deputauis procuratorem suum, &c. N. ad huiusmodi donationem, & contenta in hoc instrumento coram quibuscumq; DD. iudicibus Ecclesiasticis, vel temporalibus in quacumq; ciuitate, prouincia, & in loco, & coram quocumq; tribunali, & magistratu semel, & pluries, toties quoties opus erit notificandum, publicandum, insinuandum, ac insinuari, & in actis publicis redigi, atq; auctoritatem iudicis, vel magistratus, & si opus fuit decretũ etiam interponi petendum, & omnia alia, singula seruandum, & seruari postulandum, & obtinendum, quæ pro validitate insinuationis necessaria fuerint, vel opportuna, etiam iuxta consuetudinem, vel morem loci, vel ciuitatis vbi contigerit insinuationem fieri antedictam, & completissimo, & libero mandato, vnum quoque, vel plures, &c. substituendum, &c. Et generaliter, &c. promittens, &c Et constituit etiam procuratorem irreuocabilem cum dicto iuramento, vt rem propriam dictum B. ad percipiendum, & consequendum auctoritate propria, vt supra eius vita durante singulis annis dictam summam scutorum centum dictæ monetæ, in, & super dictis fructibus, & prouen bonorum, &c. quos opus erit quietanti cum clausulis ad lites, & vnum quoq; vel plures procuratores substituendi, & reuocandi, tum simul, aut limitata potestate, & cum omnibus aliis facultatibus opportunis, contracto per eum matrimonio in sæculo, vt supra dictum est; & non aliter pro quibus, &c.

Donatio similis per matrem regæ filios.

ILlustrissima Domina A. vidua, & Baronissa Romana mater Illust. D. B. filiæ susceptę ex bo me. N. marito suo in expeditione contra Turcas in partibus orientalibus defuncto, desiderans non solũ vt beneuolam decet matrem, sed vt munificentissimam, magnanimã dominam conditionem, & statum dictæ suæ filiæ omni commodo, & honore, quo potest, decorare, & ampliare, præcipuæ curare, vt eadem filia cõmodissime nubat, postquam eius pater defunctus est, ad quem principaliter talis cura spectaret. Idcirco decreuisse asseruit, Deo fauente, dictam filiam nuptui tradere Illustrissimo D. C. filio primogenito bo. me. N. in bello Gallico contra hæreticos annis prę eritis defunctis, quia etiã tam proximiores consanguinei ex latere paterno dictæ suæ filiæ, quam ex latere materno, & pariter consanguinei Ill. D. C. huiusmodi voti, & desiderii existent considerantes conditionem hanc, & honorificam, & commodã esse pro vtraque parte, & quia huiusmodi sponsalia tempore congruo ad complementum deducentur, cum dote iuxta tractatum habitũ scut. 35 m. & eadem sua filia tantã dotem ex bonis paternis consequi non poterat. Ideo Illustrissima D. A. quæ felicem statum eiusdem suæ filię vti proprium esse desiderat de suis propriis bonis, & pecuniis vsque ad summam scutorum 35 m. supplere, vt comprehensa illa summa quæ assignabatur ex bonis paternis, tot dos ad præfatam summam scut. 35 m. perueniat, cum huiusmodi liberalitas nõ impediat ipsam illustrissimã D. A. honorifice, & commodissime viuere, ac iterum nubere, si nubere voluerit, cum

habeat in bonis vltra valorem milliũ scut. volens ideo suum liberale propositum executioni demandare, vt matrimonium dictæ suæ, cũ filio Ill. D. C. præfatum ad complementum debito tempore deducatur, & licet credat super huiusmodi liberalitate sua contractum validum celebrare posse, absque alia solemnitate adhibenda nihilominus vt omnes, quorum intererit etiam in eorum intentione omnino securi existant de huiusmodi promissione, & assignatione, vel supplemento dotis & neper suos hæredes, & successores in dubiũ reuocari possit, hoc instrumẽtum celebrãdum duxit sponte, &c. in primis declarauit, & affirmauit promissionem dicti supplementis dotis, & liberalitatem ipsius Illustrissimæ D A. quam vt præfertur facere intendit, attentis eius facultatibus non tendere in præiudicium suæ honorificæ sustentationis, & nihilominus ad maiorem actus validitatem renunciauit cum eodẽ iuramento præstito leg. Iul. de fund dot. S. C. Vell. & omnibus legibus, & statutis, & nouis reformationibus Vrbis in fauorem mulierum disponen. restitution. in integrum ex quocunque capite etiam ex illo si qua mihi iusta causa etiam videbitur vndecunque resultanti, de quibus omnibus, & eorum effectu prius certificata fuit, & omni meliori modo, &c per se, ac suos hæredes, & successores quoscumque saluis, & reseruatis conditione, & declaratione, & modis infradicen dictæ Ill. D. B. suæ filiæ absenti me notario pro ea, & eius hæredibus, & successoribus stipulante, & acceptãte: quatenus dicto Ill. C. C. nuptat, & tempore nuptiarum, & non alias aliter, nec allo modo soluere, atque consignare promisit ex causa dotis totam illam quantitatem, quę ab illa summa quæ de bonis paternis dictę suæ filiæ, aut a consanguineis paternis assignabitur defuerit vsque ad summam 35. scut. Iul x, pro scuto, libere omni penitus exceptione remota quod supplementum vsque ad talem summam eo casu, & salvis semper infradicen. & non alias donauit, & titulo donationis irreuocabilis inter viuos, dedit, assignauit, & concessit in perpetuum eidem suæ filiæ causa dotis, et pro supplemento dotali, etiam si ea summa, quę ea paternis bonis eidem suæ filiæ assignabitur mediocris, aut minima fuerit. Hac declaratione adiecta quod sit in arbitrio ipsius Illustrissimæ D A donatricis dictum supplementum quantum cumque fuerit, dare, atque assignare in pecunia numerata, vel in suis bonis stabilibus in solutum æstimatione communium peritorum, tunc eligendorum, pro quorum bonorum euictione in forma iuris valida teneri voluit erga dictum D. C. & Illu. D. C. eius maritum, & si ipsa Illustrissima D A. voluerit supplementum huiusmodi tradere, atque assignare in pecunis non possit compelli ad solutionem dictarum pecuniarum nisi dictæ pecuniæ, & supplementum in bonis stabilibus securis pro fundo dotaie eiusdem Illu. D. B, ac eius nomina inuestiantur. Et insuper etiam casu quo Illu. D. B, (quod Deus auertat) nõ nupserit dicto Ill. D. C sed alteri accedenti amen voto satisfactione, & consensu in scriptis ipsius Illustrissimæ D. A. & non alias aliter, nec alio modo voluit, & declarauit in tali casu promissionem, & donationem huiusmodi habere integrum effectum executionem, & complementum, modo firma, & conditione præmissis, & infradicendis, videlicet, quod in euentum mortis dictæ Ill. D. B. sine filiis ex dicto Illu. D. C. vt præfertur, Deo dante, futuro marito, vel altero quocumque suo viro si altero nupserit, tũc dictum supplementum donatum, siue in pecuniis, siue in bonis stabilibus consistat reuertatur, & deuoluatur ad ipsam Illustrissimam D. A. eiusq; hæredes, & successores totum integrum, absque aliqua diminutione Et non obstan statutis, & reformationibus, & consuetudinibus Vrbis super lucro dotium, & augumentum disponentibus, quæ in supplemẽto præfato nullo modo locum sibi vendicare declarauit, cum alias præsentem contractum non fecisset, neque faceret, qui propria auctoritate talem rem donatam, & bona in quibus pecuniæ donatæ fuerint erogatæ, ac illorum corporalem possessionem, etiam absque alicuius iudicis, & curię licentia, decreto, mandato, & absque vitio spolii, attentatorum, & alio defectu appræhendere ac retinere, & disponere valeant, quia placuit, & placet eidem Illustrissimæ D donatrici, hanc legem, & conditionem legi suæ adiicere. Qua conditione, aliisq. præmissis semper saluis, reseruatis voluit, & declarauit, vt dictus Ill. D. C. quatenus matrimonium contrahat cum dicta Ill D. B. & alius quicumque futurus maritus eiusdem

dem D. B. si alteri accedente expresse consensu Illustrissimæ D. donatricis nupserit, actionem habeat, & exercere possit pro effectuatione, ac executione huius instrumenti, & contentorum in eo, pro eo quod suas interest, attento quod fructus rei dotalis ad maritum spectant, & pertinent. Quam quidem donationum modo, & forma præmissis eadem Illustrissima D A. donatrix promisit semper. & perpetuo habere ratam, gratam, validam, & firmam, & numquam etiam sub prætextu superuiuentię filiorum ipsius A. nec alio quouis capite, vel causa etiam in corpore iuris clausa reuocare, aut reuocari tentari quinimo expresse renūciauit cum iuramento legi fin C. de rescind. donar. cum similibus, de quarum effectu prius certiorata fuit. Et quāuis existimet quia in fauorem filiæ, ac de re dotali agitur cōtractus huiusmodi celebrātur, non indigere donationem huiusmodi aliqua insinuatione, nihilominus ad maiorem actus validitatem constituit procuratorē &c. ad intimandum, &c. Pro quibus, &c.

Donatio generalis reseruato vsufructu vita durante.

M. Qui videns se nulla habere prolem, & diligens vti filium N. eius ex fratre nepotem naturalem propter bonam, quam in eo cognoscit, indolem, ac morum honestatem, vt idē N. eiusq; descendentes, ac hæredes, & successores commodius, & honorificentius valeant sustentari, consideransq; beneficiū in personam gratam bene collocatum fore, vtiq; mediantibus opibus eūdem N. vltra eius honorificam sustentationem, nobilitatem, & dotes animi possit cōmodius exercere cum res angusta domi multorū virtutibus obstet. Ideo erga eum liberalitatem suam inter viuos exercere volens, cum reseruationibus, declarationibus pactis, & modis infradicendis, quemadmodum super hoc mature deliberauit. Spontes, &c. omnia, & singula sua bona stabilia, mobilia, se mouentia, iura, actiones, & alia quacunque bona, tam præsentia, quam futura, & cuiuscunq; conditioni extiterint, & nunc existunt, etiam ea quæ specificam & indiuiduam expressionem postularent, quorum bonorum qualitates, valorem, & fines pro expressis, & specificatis haberi voluit, & habet, saluo tamen; & reseruato ipsi M. vsufructu, & administratione sua vita durante, & reseruata facultate, tam inter viuos quam vltima voluntate, de dicto vsufructu disponen. donauit, &c dicto N. eius, vt præfertur ex fratre nepoti, quamuis hinc absenti, nihilominus me notario publico vel publica persona pro eodem N. & illius hæredibus, & successoribus quibuscunque acceptante, & stipulan. ad habendum, possidendum, vtendum, fruendum, alienandum, & libere disponendum finito vsufructu, quemadmodum ipse donator ante donationem huiusmodi facere, ac disponere potuisset de bonis, et iuribus, vt supra donatis. Ponens, etc. constituens, etc. dansq; facultatem, etc. et donec, etc. constituit, etc. Hanc autem donationem irreuocabilem inter viuos idem N. fecit, et facit erga dictum N. donatarium ex beneuolentia, qua illum prosequitur, et ex mera eius liberalitate, etiam quod præfatus N. donatarius nulla omnino sanguinis cōiunctione ipsi donatori deuinctus esset, quia ipsi dictam liberalitatem donatorem, non solum modo, et forma præfatis, sed etiam omni alio meliori modo conferre placuit. Hac tamen conditione, et declaratione adiectis, quod per superuiuentiam liberorum ex legitimo matrimonio, vere, et non ficte procreandorum, si generari contigat ex corpore ipsius donatoris, tunc liceat ipsi donatori, ac suis hæredibus, et successoribus hanc donationem reuocare, immo habeatur pro reuocata, cassa irrita, et annullata, et nullius roboris, et momenti perinde, ac si facta non fuisset. Et pariter in euentum in quem dictus N. donatarius præmoriatur donatori, hæc donatio intelligatur, et sit eo ipso irrita cassa, et annullata, et non censeatur, neque censeri possit esse abdicatum dominium bonorum ab ipso M. immo in quouis dictorum euētuum donatio habeatur pro infecta, et nullius valoris perinde, ac si facta nunquam fuisset, quia placuit, et placet ipsi donatori hanc legem, et condictionem rebus imponere suis. Et quia sine illis hanc donationem minime fecisset, et saluis dictis duobus capitibus promisit hanc donationem numquam reuocare, etc. Et insuper ad abundantiorem cautelam, et maiorem validitatem huius donationis cōstituit procuratorem

torem,&c ad insinuandum,&c Pro quibus, &c.

Forma donationis inter viuos & primæ geniture.

Illustrissimus Domicellus. Rom. Prospiciens conseruationi nobilis agnationis de Sanctæ C. considerans, familias in earum nobilitate, ac dignitate potissimum opibus, & diuitiis conseruari, Quę si in plures partes diuidantur, Vtique decor, & splendor familiarum declinare solent, & quandoq; nobiles familiæ ld inopiam, & ignobilitatem redigũtur; Merito cupiẽs bona infradicenda in vna persona conseruari, & Deodante, ampliari: Sponte sua liberata voluntate, & certa scientia. In primis omni meliori modo, via, Iure, causa, & forma, quibus validius potuit titulo puræ, ac irreuocabilis donationis inter viuos, in perpetuum valituræ (ita vt nulla etiam ingratitudinis, aut alia quacumque de causa reuocari, aut rescindi possit) (reseruatis aliquibus conditionibus infradicendis) Donauit, dedit, cessit & concessit H.S. C. Illustrissimi Domini G. sui fratres filio, absenti, & deinde aliis infranominandis gradatim & ordine successiuo in hac donatione vocatis, & perpetuo in infinitum successuris, præsente D.G. Patre, ac legitimo administratore dicti H. & me notario pubiico, tamquam publica persona pro eodem H. & cæteris omnibus, & singulis donatariis, quorũ interest, aut quonis modis interesse poterit, stipulantibus, & acceptantibus bona valoris scutorum auri in auro quadraginta millium, collocata seu consistentia in bonis similibus, & in tot annis censibus, montibus, creditis, & eecunia numerata infradicendis; cum istis tamen conditionibus, ordinationibus, dispositionibus, & pactis in perpetuum duraturis, quod dicta bona cum eorum augumẽto, & fructibus, vt infra multiplicandis, sint, & pleno iure spectent ad dictum H. eius vita durante, & post H. mortem succedat in eiusdem bonis donatis, eorumq; augumentis, & fructibus mulplicandis, & amplhandis eiusdem H. filius primogenitus si sapererit; si autem defecerit, succedat eiusdem primogeniti filius, aut ex eo nepos primo genitus, pronepos, & alli descendentes, vnus post alium, de primogenito in primogenitum, seruato gradũ primogenituræ in perpetuum, etiã vltra decimum, & vigesimum gradum, & infinitum durãte linea legitima, & naturali dicti H. vt semper qui primogenitus erit, succedat; Et primogenitus intelligatur, etiam quãdo vnicus esset filius Quo primogenito, & eius linea masculina, & descendentibus ex ea masculis extantibus habilibus ad succedendum, iuxta dispositionem, & ordinationem domini donatoris vel extantibus, & postea quandocumq; deficientibus, & extinctis, tunc succedat secundo genitus ipsius H. vel eius filius, aut nepos vel pronepos; cum sua primogenitorum serie in perpetuũ, & infinitum, & si non extaret secundo genitus vel extaret, ac postea quandocũque deficeret, & pariter eius linea masculina legitima, et naturalis extingueretur, succedat tertio, genitus, et eius descendentes masculi, et inter eos qui primogenitus erit, et illis nõ extantibus, vel postea extinctis, succedãt aliis ex linea dicti H. qui primogeniti erunt gradatim, et ordine successiuo, vnus post alium in perpetuum, et infinitũ, durante linea prædicta, et ex ea extantibus masculis legitimis, et naturalibus, cõstante legitimo matrimonio, et de proprio corpore conceptis, et natis ex prosapia masculina nõ autẽ postea legitimatis, vel legitimis factis: Quos legitimos etiã legitimos effectos vna cũ filiabus feminis, et ex feminis descendentes, præterquã in euentũ defectus, vel extinctionis, agnationis, et familæ de S C vt infra dicetur, à donatione huiusmudi, ac bonis donatis penitus exclusit. Quas feminas earum dote accepta, vel accipienda, contentas esse voluit, vt infra dicetur, et D. N. prædicta linea masculina extincta, succedat F. H. frater Germanus, et illius descẽdentes masculi, ex linea masculina primogenituræ locum habentes gradatim, et ordine successiuo in perpetuũ, et in infinitum, quemadmodũ circa descendentes, et deinde illis, desicientibus vel extinctis succedãt alij filij domini G. et illorum descendentes eodẽ ordine primogenituræ seruato, donec aliquis ex descendentibus G. extiterit. Et si euenerit casu (quem Deus auertat) vt viuente adhuc D. G.; omnes eius descendentes ad hanc donationem cõsequendãm habiles deficerent, tunc ipse dominus G succedat: quo mortuo succedant aiii eiusdem D. filii, si quos postea susceperit, eorumq; descen-

ſcendentes gradatim, vt ſupra, eodē ſucceſſionis ordine ſemper intellecto,& ſeruato Quibus omnibus extinctis, ſuccedat H filius primogenitus F. Germani fratris donatoris. & ex eodem H deſcendentes maſculi, eodem ordine ſerie, & conditione primogeniturę, quibus de linea H. & F. diſpoſitum fuit,& illis deficientibus, vel extinctis, ſuccedant alij filij, vel deſcendentes ipſius F. & ſi F. illis ſuperuixerit ſuccedat ipſe F & aliis, filij & deſcendentes F. ſi quos poſtea ſuſcipere gradatim, & eodem primogenituræ; ac ſucceſſionis ordine ſeruato, donec aliquis ſupererit. Quibus omnibus extinctis, ſuccedat R. D O. frater quamuis in ſacris ordinibus cōſtitutus exiſtat Qui donec vixerit bonis donatis potiatur, & gaudeat. Et eo mortuo ſuccedat primogenitus de ſtirpe legitima maſculina V S: C qui fuit Illuſtriſſimi domini C P. frater. & omnes,alii deſcendentes gradatim eodem ordine ſucceſſiuo præfati in deſcendentibus domini G. & F ordinatum fuit.

Qua ſtirpe V extincta ſuccedat proles legitima I S. C. ipſius domini donatoris coætanei, ſemper eodem ordine ſeruato feminis vbiq; ſemper excluſis, declarans dominus donator in hac donatione, ac iure primogenituręvocare maſculos tantum & legitime genitos, & coniugatos vel qui nuptias legitime contrahere poſſent, aut poterunt, & à nuptiis Eccleſiaſtica ſanctione prohibiti non exiſtant; cum intendat per hanc donationem perpetuę poſteritati familiæ.S C. proſpicere, ad illam honeſtandam & propagandam. Et id, & feminas, & legitimas, & maſculos illegitime genitos & omnes, qui de iure canonico nuptias contrahere prohibentur ab hac donatione ſemper excluſos eſſe voluit, & declarauit præter R. D. D. præfatum, quem ſpeciali gratia,& dilectione proſequitur. Feminæ autem, & ſecundo geniti,aliiq; de familiis illorum ad quos hæc donatio peruentura ſit, donari ac reſpectiue iuuari debeant ex bonis proprijs eorum patrimonialibus,quibus nō extantibus nullo modo poſſit diminui peculium donatum,vel eius augumentum infra ordinandum; ſed de illis fructibus, qui ſecundum diſpoſitionē donatoris,vt infra percipi legitime poterūt, donari, ac iuuari poſſint, ſemper huius donationis forte,vel peculio vſque ad integram ſummam ducentorum millia ſcutorum, vt infra augendo præſeruato.

Omnibus autem maſculis de domo S. C extinctis, ſuccedat primus filius adoptatus,vel arrogatus ab illo ex donatariis de domo S. C. qui donatario vltimus erit in ſucceſſione præfata, & ſuccedat primogenitus filii adoptiui, vel arrogati,& deinde ſucceſſionis ſeruetur de primogenito in primogenitum in perpetuum, & in infinitum durante linea ſua maſculina legitima, & naturali, dummodo debitis cum ſolemnitatibus adoptio, vel arrogatio facta ſit.

Adoptiuis autem,& eorū deſcendentibus maſculis deficientibus, ſuccedat filiæ feminæ proximiores dicto donatori maiores natu de S.C.& deinde eorū filii maſculi primogeniti, & in perpetuum eorū linea maſculina legitima durante, inter quos pariter primogenituræ gradus,& ordo locum habeant; & ſeruari debeant in infinitum vt ſupra dūmodo adoptiui,eorumque ſucceſſores; & deſcendentes maſculi feminarū de familia, inſignia & cognomen domus S. C. perpetuo geſtent, et ferant. Excludatur tamen . . . . . donatoris à ſucceſſione prædicta, et ſi non nupta femina ſola de familia S C. ſupererit vel vna de pluribus paris gradus ætate proceſſerit,nubere debeat viro talia inſignia, nomenque ferenti, et ad poſteros tranſmittenti, et ita eius progenies cum eiſdem primogenituræ gradibus admittatur. Item ſi nulla femina ſupererit, vel ſi extiterit, ſed præfata non obſeruauerit, admittantur filii eiuſdē feminæ à ſucceſſionem ſi filius habuerit,alioquin admittantur filii alterius feminæ defunctę magis proximæ D donatori familiæ ſancta C. exceptis; et excluſis ſororibus præfatis et ſi plures in pari gradu fuerint, tūc ſuccedant nati ex femina prius genita, et inter præfatos filios ſemper primogenitus ad ſucceſſionē admittatur,et præferatur omnibus aliis,et ordo primogenituræ; ac ſucceſſionis, vt ſupra, ſeruetur, ità quod nomen,et inſignia pręfata geſtent,ſi quis prædictorū per menſem ceſſauerit à pręfatis inſignibus,et cognomine,cadat à iure ſuo, et à bonis donatis, et fit locus alteri ſucceſſori ordine ſuo, ſeruata ſemper obiectorum nominis, et inſigniū pœna ſi tali, femina iā nupta reperiebatur, ac virſiue filii parati erunt inſignia dictā, nomenq;

menq; ferre nihilominus admittatur, et innuptas precedat, sub eiusdem tamen pactis, et pœnis.

Item declarauit, quod si contingerit in aliqua successionum omnium prædictarum, id quod raro accidit, vt gemini vel plures vno partu editi masculi reperiantur, ita vt ignoraretur quis eorum prior in lucem exiisset in tali casu pater eorum declarare debeat quis eorum in successione præferendus sit, et patre non extante, vel non facta declaratione de functo tunc proximiorum declarationi stãdum sit, quis vnius de prædictis succedere habeat, ita vt proximioribus vnum forte aliter sentientem, vincant, ad hoc vt vnus solus non plures talium bonorum successor sit. Quo circa si sponte nollent per iudicem cogendi sint vnum non plures nominare, vel iudice non declarante sorti committatur.

Item vbi dixit quod vno moriẽte succedat alius gradatim, vt supra intelligendum sit, et locum habeat non solum in morte naturali, sed etiam ciuili, ac in priuatione, seu confiscatione bonorum cuiuscumq; donatarii, et donatariorum, ita vt si quis eorũ commiserit aliquod delictum (quod Deus auertat) ex quo suis bonis priuandus veniret, et priuaretur. Talis delinquens, aut delinquentes etiam per decem dies ante cogitationem delinquendi, et contingentiam subsequentem eo ipso intelligantur, et sint priuati: et exclusi prout ipsos ex nunc, prout ex tunc: et ẽ contra tanquã indignos, et inhabiles iure donationis, et bonis donatis eorumq; fructibus priuat, reiicit, et excludit; itaquod abinde in posterum intelligatur, et sit factus locus successioni in proprietate, et vsufructu pro alio immediate sequenti, Primogenito, et deinde aliis donatariis ordine præscripto ad successionem bonorum vocatis, tamquam si mors naturalis dicti ciuiliter mortui vel priuati euenisset, etiã absque aliqua declaratione, et sententia iudicis proterẽda, et si dicti ciuiliter mortui, vel priuati, ad ciuitatem, vel pristinũ statum, summi Pontificis benignitate, aut alterius auctoritatem habẽtis reintegrarentur, quia D. donator intendit adhærere benignitati, et dispositioni principis, mandat, vt statim eo ipso absque aliqua sententia, et declaratione iudicis proferẽdo intelligantur pariter, et sint restituti ad prædicta bona donata, ac iura donationis præterquam ad fructus illo medio tempore à donatario successore perceptos, ad vtendum, viuendum, et gaudendo sicuti ante mortem ciuilem, vel ante confiscationem bonorum vtebantur, et fruetur. Qui restituti corporalem possessionem bonorum propria auctoritate de facto, absque alicuius iudicis, et curiæ decreto, etc. et sine vitia spolii attentatorũ, et alio defectu apprehendere valeant, et hoc semper quotiescumque talis casus euenerit seruari perpetuo.

Præterea vt donatio, et dispositio sua huiusmodi semper, et omni tẽpore integrum effectũ sortiatur, et dicta bona cũ toto illorum augumento in familia, et de primogenito in primogenitum perpetuo & in infinitum, vt supra conseruatur. Et quia sic eidẽ donatori disponere placuit expresse prohibuit donatario prædicto, et omnibus, et singulis eius in futurum successoribus in perpetuum, ne possint nomine legitimæ, vel trebellianicæ, aut falcidiæ, vel aliquo necessitatis titulo, etiam dotis assignandæ, vel redendæ, ac se, vel alios ex captiuitate hostium, vel carcere redimendi, liberandi, aut morbo curandi, vel æris alieni dissoluendi, et quacumque alia priuilegiata, et necessaria vrgẽti causa, minimam partem bonorum donatorũ et illorũ augumenti diminuere vel alienare alienationis vocabulo latissime sumpto, sub pœna et quilibet (etiã de omniũ quorum interest consensu talia faciens, vel vt iacere liceat gratiã principis, etiam mors, proprio per se, vel per alios impetrans vel impetrata, seu concessa vtens) cedat ab omni successione, locum successori relinquens. Vltra quod alienatio, et quæcunq; obligatio irritæ sint, et nullæ, ac nullius, roboris et momenti, et has diminutiones, et quascũq; alienationes fieri omnino prohibuit, tam de sorte principali peculii præfati, quam de illius augumentis factis, vel faciẽdis, quæ augmẽta sint, et esse intelligantur eisdem conditionibus cum sorte alligata, et annexa.

Item dominus donator declarauit, et voluit, quod fructus dicti peculii donati debeat semper multiplicare in bonis fructus reddentibus ad minus quinque pro centenario, et anno, vel paulo minus, donec, et quosq; compleat sit summa valoris ducentorum millium scutorum, et nominis.

minis longum tempus multiplicationis, videantur declarauit, vt in dicta summa cōputari debeant cætera bona ipsius domini donatoris si quo ex testamento iam facto. vel faciendo donatario obuenient, & pariter computari debeat quicquid ei, dein donatario ex testamento, vel donatione domini G. sui patris obuenerint, esti mando stabilia V. ad rationem scutorum sex pro centenario, & anno, cum ista conditione quod pater declarat illa perpetuo fore applicanda primogenituræ prædictę cum pactis, & pœnis quibus cætera donationis bona subiecta, & applicata sunt & non aliter.

Et quia valor, seu lagia monetarum, & auri sæpe variare solent, præcepit, quando ementur aliqua stabilia, seu alia bona, quæ pro stabilibus habeantur, tunc aurum in auro describantur, nec vllo modo cum moneta permutetur, nisi forte pro modica summa; & in rationibus reddentis pariter aurum, & moneta pront erunt separatim describātur, & moneta ad aurum pro baiocchis centum quindecim redigi possit in summam colligendam.

Et quia maiores emptione paruis vtiliores esse solent, vt magna summa facilius, & citius cogi possit, permisit administratori annorū donatorum pro tempore existenti, vsque ad summam scutorum de moneta trium millium, nihil amplius super vita donatarii, vel alterius eius loco extantis collocare, si tamen ille bene valebit ita tamen quod pari possu tantudem mōtium stabilium ematur, & perfecta summa quinque, vel sex millium aureorum in aliquo tuto, censu, vel alia restabili collocetur at cū aliqua se præbuerit occasio alicuius casalis, vel prædii vrbani emendi, in quo magna summa opus sit, liceat etiam pecuniam sub annuo cēsu, vel in societatem officii mutuam sumere, vel per venditionem montium dictorum, vel alienationem, & extinctionē censuum prædictorū pro quantitate prædii sic emendi aut quocumq; alio modo, vel interesse licito pecuniam colligere, & bona prædicta obligare in quacumque forma valida, & quoscumque contractus cum clausulis, & cautelis consuetis, iuxta naturam contractus celebrare, emptio tamen, & alienatio prædictæ nō sine interuentu trium proximorum propinquiorū & decreto iudicis fiat, quod si foret is, super cuius vita aliquid emptum sit moriretur, non propterea summa sit ammissa, sed computetur in periculo ducētorum millium, sed de futuris fructibus tantundem longiore mora reponatur.

Declarat etiā dominus donator nunc prædictum H donatarium ætatis esse annorum ferè octo, & vt aliquid etiā fructum aliquando percipiat, vult, quod quando post mortem donatoris, vel etiā ante prædictus H. vel eo non viuente, eius successor præuenerit ad completam ætatem annorum decem, & octo, & non ante tunc pro honestiori, vel cōmodiori sui substentatione, possit percipere de annuis fructibus bonorum donatorū in annos singulos scuta mille ducenta monetę sed postquam compleuerit annum ætatis vigesimumquintum percipere possit annuatim, vsque ad summā scutorum triū millium monetæ sed hoc locum non habeat in dominis G.F. & O. suis fratribus, dum ipse donator vixerat. At postquam summa peculii perfecta erit, tunc possit successor impēdere in āno singulos dimidiam integrā omniū fructuum. Reliquū conseruare teneatur pro filiabus maritādis, & patrimonio secūdo genitis emēdo.

In stipendiis autem prædictis cōputari debeant fructus ædificiorum, & fundi, quæ infrascripto iudice annotati sunt, ita que si viuo, vel mortuo donatore nemo reperiretur, qui ea conduceret nihilominus ea summa videlicet, scutorum sexcētum quinquaginta monetæ computanda sit iisdem stipendiis, ita vt facile intelligāt quanti intersit vti commodis prædictorum V, habitando, & quanti interesset; si iis carerent, distincte præcipit omnibus successoribus prædictis, & vltra prædicta sibi decreta stipendia, nullum omnino nummum attingat, etiam occasione infidelitatis ministrorum, aut alia quacunque per se, vel alios excogitata causa, sub pœna priuationis ab omni spe, ac iure, & commodo successionis bonorum donatorum.

Declarauit etiam quoad pensiones ædificiorum, & fundi quolibet anno in fine anni idest die quarta Nouembris si se per soluendas ita intelligatur, quod si ante sex menses, idest ante diem quartā Maij donator decederet nihil omnino soluere teneatur, At si post diem quartam Maii quan-

quandocumq; decesserit totius anni pensio à suis hæredibus debeatur præterquã fundi, sed pro ædificiis dumtaxat item declarauit, quod postquam perfecta erit summa valoris aure orum ducentorum millium, vt supra possint disponi de illorum fructibus tamen, vt in præcedenti capite, scriptum est: sors autem ipsa, & caput integrum, & perpetuo alienabile, prout supradictum est, remanet cum omnibus suis conditionibus, & declarationibus supradictis, & si forte in dicta sorte reperietur aliquod membrum, siue prædium, cuius pretium tractu temporis, seu alio, quoquo modo cresceret, vel plus valeret, quod non propter hoc liceat illud plus alienare, sed remaneat illud membrum in alienabile, & ligatum, et in eodem pretio et statu quo à principio fuerat emptum et quæsitum.

Item expresse prohibuit ne quis ex tribus confratribus, videlicet C.F. et O. siue sit administrato, siue computorum reuisor, possit vllo vnquam tempore, vel prætextu, et causa de dicto peculio cadete pecuniam pro suo, domus vel suæ, vsu, ac necessitate, nisi vsq; ad summam suorum prælegatę rum paternorum, et ratam doti maternæ. Quæ summa singulis non excedat scuta de monta octo mille quingenta. Quam tamen pecuniam sumant ad rationem annorum censuum tũc currentiũ, datis idoneis fideiussoribus et data hypotheca fideicommisso minime subiecta. si quis cõtrafecerit, vel facere attētauerit, cadat ab officio administrationis, et reuisionis, et à spe successionis ipso facto.

Et hanc donationem cum omnibus in hoc instrumento contentis fecit cum reseruationibus, et conditionibus huiusmodi, quod si aliquo casu (quē Deus auertat) ipse veniret ad paupertatem, ita vt se nõ possit condecenter alere, tunc possit de dictis fructibus percipere vsque ad summam scutorum aureorum mille singulis annis, paupertate, durante non amplius.

Item quod pro quacumq; sua negociatione etiam magis vtili, quam necessaria possit mutuam pecuniam de prædicto peculio sumere vsq; ad summam scutorum aureorum decem millium, in vna, vel pluribus partitis, data tamen idonea cautione, et solutis fructibus ad rationē quinque pro centenario, et anno.

Reseruauit etiam sibi peculii prædicti administrationem, et multiplicationẽ per se, vel suos administratores, vel procuratores faciendam, dum vixerit necnon eosdem procuratores coniunctum, vel insolidum, vsq; ad finem eorum vitæ constituendi potestatem, cum pacto, tamen, quod viuēte donatore vel mortuo rationem singulis annis reddant coram G. et D. O fratribus donatoris, vel altero eorũ extincto coram F. fratre, ita vt manifesta liqueat rem bene fuisse gestam et quod possint dicti procuratores mortuo donatore remouerit, si corã duobus, vel tribus fratribus prædictis, vel post eorum mortem, et aliis proximioribus constabit, eos parum strenuæ, ac fideliter administrare. Quæ remotio fieri debeat ab ipso G et post eius mortem ab O. et post mortē O. à F vel alio proximiori consanguineo.

Declarans quod tota impensa dictorum administratorum volus siue pluriũ substitutorum non debeat excedere summam annuam scutorum centumquinquaginta præter impensas litium, itinerũ, et alias si quæ necessarias acciderint.

Præcepit etiam, et voluit quod supradicta fructuum multiplicatio, die quarta Nouembris proxime venturi hoc anno 1577. et non ante incipiat, et fieri debeat.

Super quibus omnibus, et singulis bonis donatis D donator omnia et singula sua iura, et actiones, etc donauit, dedit cessit et transtulit in dictum H filium D G. sui fratris, et successiue in alios donatarios gradutim, et ordine prædicto successurus ponens illos in omne ius, locum, et priuilegiũ suum vniuersum, constituens illos procuratores desuper irreuocabiles, vt in rem propriam. Et ex nunc D. donator constituit se etiam precario nomine tenere ac possidere omnia, et singula bona donata pro omnibus, et singulis donatariis vocatis ad successionem huius donationis donec possessione capiatur et quoad H. præfatam facultatē dedit D G eius patri, adiunctis D, P.P.S I.V.D et A, F. administrationibus insolidum ab ipso donatore special ter substitutis ad eius beneplacitũ, qui administratores ipsi donatuti etc. D, G. teneãtur ad omnem donatoris requisitionē reddere rationem, quos D. PP. et A. ad quemlibet eorum insolidum, ita tamen quod non sit melior conditio, etc deputauit, et fecit administratores, et procuratores ad regendum, administran-

ministrandum, & gubernandum bona prædicta fructus percipiendum, exigen. credita, & census prædictos, & alios quoscumq; emendos retrouendendum, & extinguendum et eorum pretia recipiendum, quietandum iura cedendum in fauorem soluentium pecunias, & fructus collocandum, in emptionem aliorum bonorum, & si opus erit pro facienda emptione bonorum stabilium pecunias mutuas, vel sub quocumq; contractu accipiendum, & personam contrahentes causas reddendum, et alia omnia, et singula expediendum, & exequendum pro effectuanda intentione ipsius domini donatoris seruata forma ordinationibus supradictæ, & si quæ lites occurrerint super illis concordandum, & transigendum, & contra quoscumq; iudicialiter agendum, et cum clausulis ad lites, & potestate substituendi, cum simili aut limitata facultate, & cum onere reddendi rationem administrationis per eos quibus administratoribus dedit, & concessit plenissimã, & liberam administrationem, ac plenissimum liberumq; mandatum, & generaliter, &c. promittens, etc. releuans, etc. salua, et reseruata facultate ipsi domino donatori eos remouendi, & alios arbitrio suo deputandi toties, quoties ei videbitur, cũ simili vel quacumq; limitata potestate, quia sic ei donatori placuit. & rebus, suis hanc legem, & conditionem adiicere. Quam donationem irreuocabilem inter viuos, cum omnibus aliis in hoc instrumento cõtentis, promisit semper, & perpetuo habere ratam, gratam, validam, & firmam, & nũquam reuocare, vel eius reuocationem tentare, sub quouis prætextu iure, titulo, & causa etiam in corpore iuris clausa, nec in iudicio, vel extra quicquam opponere alias vltra perpetuam obseruationem contractus huiusmodi ad omnia damna teneri voluit, & renunciauit cum iuramento, vt infra præst to leg. finali. C. de reuocan. donat. & omnibus aliis legibus & iuribus tã ciuilibus, & canonicis, quam municipalibus, si eis mediantibus contra donationem huiusmodi venire posset, & constituit etiam procuratores insolidum & notificãdum donationem huiusmodi, & omnia contenta in hoc instrumento corã quocumq; iudice ecclesiastico, vel seculari, & in quocumq; tribunali bis, aut pluris, & insinuari, ac in actis mei, alterius vel notauit, redigi, atq; auctoritaté interponi petendum, & omnia alia pro validitate insinuationis necessaria, & opportuna expediendum, et generaliter etc. promittens, etc.

Quæ quidem omnia, et singula D S: donator, et D G pro H. suo filio donatario, vel F. vel alio supra vocato modo, forma, & conditione supradictis sibi inuicem, et aliis respectiue, vt supra me notario publico stipulante; pro omnibus, et singulis, quorum interest, vel intererit perpetuo, inuiolabiliter obseruata promiserunt, referendo singula singulis cõgruo loco. Alias ad omnia damna, et expensas teneri voluerunt vltra perpetuam obseruationem omnium contentorum in hoc instrumento, quia sic actum, et conuentum fuit, etc.

Donatio inter viuos, remuneratoria seruiuorum.

D. Petrus, etc. afferens D. Io etc. plures, et diuersas lites, et causas ipsius D. Petri in diuersis tribunalibus Ros Cu coram diuersis iudicibus, et arbitri agitasse, et defendisse, et procurasse, ac alia quam plura negotio pertractasse, sibiq; diuersimode per annos 4. bene, fideliter, ac diligenter inseruisse, grataq; seruitia impendidisse, illumq; summopere defatigasse. Attendensque dignum esse mercenarium mercede sua, nullumque bonum irremuneratum remanere debere; cupiensq, et volens eundem D Io. saltem in aliqua parte recognoscere, deque tot laboribus, et seruitiis aliquantulum remunerare. Sponte, etc. pro se suisq; hæredibus donauit, ac titulo puræ, meræ, simplicis, perfectæ, et irreuocabilis donationis inter viuos, dici consuetæ, nullo iure, etc. reuocandi dedit etc. dicto D, Io. præsenti, etc. ponantur bona in forma, et alios fines, etc. saluo iure: etc. cum omnibus iuribus, etc Item ex titulo, et causa donationis huiusmodi cessit, dedit præsenti omnia iura. etc. Ad habendum, etc ponens, etc. nullo iure, etc. constituens, etc. et donec, etc. Dans licentiam, etc. Hanc autẽ donationem, et omnia, et singula in ea contenta, et infra contenta, fecit dictus D. Petrus supradicto D. Io. præsenti, etc. ob multa, et grata seruitia, ab eodem D Io accepta, et in ei recognitionem, et remunerationem seruitiorum et laborũ illius, ac etiam ob eius magnanimi-

nimitatem, & liberalitatem. Et quia sic sibi facere placuit, & beneuisum fuit, & placet. Voluit etiam quod idem D.Io. ex quauis causa nullo vnquam tempore nō teneatur docere de seruitiis, ac laboribus, de quibus supra, remittens eidem omnem probandi, & verificandi necessitatem etiā quod de iure ad ea probandum, & de eis docendum teneretur. promisitq eidem D Petrus dicta bona, vt supra donata, cum iuribus, & aliis, vt præmittitur, cessis, ad ipsum pleno iure dominii, vel quasi spectasse, & pertinuisse, sic fuisse, & esse ipsius libera nulli alii in totum, neque in partē vendita, cessa, &c. nec alicui fideicommissi misso, aut alteri vinculo, per quod præsens donatio, & instrumentum huiusmodi in totum, vel in partem annullari, inualidari, reuocari, aut quomodolibet rescindi posset, supposito, aut alias alienatasquo modolibet, alienationis largissimo modo vel vocabulo, sumpto nihilq. hactenus fuisse factum neque fiet in futurum, in præiudiciū donationis huiusmodi, ac dicti D.Io. & eius hæredum, & successorū, præsentisq. instrumenti, & in eo contentorum, & vt infra continendorum quorumcumque donationemq præfatam sibi facere licuisse, & licere, fuisseq. ac semper fore bonam, & validam beneq. & valide, ac legitime factam, & in eam tamquam talem facere consentire omnem personā, in, & super eis, & parte eorum, & aliis, vt supra donatis & cessis, vel eorum aliquod ius, aut interesse, aliquod habē. seu habere quomodolibet prætendentē, nunc, vel in futurū, ad omne beneplacitum, & simplicem, etiam extraiudicialem requisitionem dicti D Io. & suorum hæredum, & successorum, ita etiā, quod factum alienū promittendo, faciēd possibilia, per quamcunq: etiam exactissimam diligentiam, minime excusari possit, alias teneri voluit de suo proprio, principaliter, & insolidum etiam ad oīa damna, &c. de quibus, &c. desuperq. litem, &c. aliquo vnquam tempore non inferre, &c. nec inferen quomodolibet consentire. quinimo dictos D.Io. & suos manutenere in pacifica, & quieta possesione, & quasi bonorum superius donatorum, & fructuum eorundem perceptionis, auctorizateq defendere, & disbrigare ab omni molestia, & lite, ac persona, &c. ipsum, & suos desuper quomodolibet molestante, omnemq, litem, &c. desuper tam in petitorio, quam possessorio, vel vtroq. simul vel insolidū ac alio quocunq. iudicio, in qualibet illius parte, & instan. in se suscipere, ac perse, &c. propriis ipsius D. Petri sumptibus, & expen. ac procuratoribus, & aduocatis. Et nihilominus in omnem euentum contrarii, & contraueutionis, vel in obseruantiæ præmissorū omnium, & singula plenarie, vt supra seruata non fuerunt, voluit idē D. Petrus teneri, & obligatus esse de euictione, iurisq. & facti defensione vniuersali, & particulari, & ad duplum pretii, rei euictæ iuxta formam statutorum, & consuetudinem Vrbis afferens, &c. necnon ad refectionē omnium, & singulorum damnorum, &c. de quibus &c Præterea dictus, D. Petrus promisit donationem, & alia supradicta, ac in præsenti instrumento contenta, quæcunq. semper, & perpetuo rata, grata, valida, firma, & accepta habere, tenere, attendere, complere, firmiterq. & inuiolabiliter illa, & promissiones, & quæcumq; in præsenti instrumento contenta, & contas obseruare, & adimplere, ac vllo vnquam tempore in aliquo non contrafacere, dicere, opponere, vel venire, donationemq, & alia præfata non reuocare, neq de illorum, & præsentis instrumenti nullitate, & Inualiditate dicere, aut præsentis instrumenti recessionem petere, nec contra præmissa vel eorum aliqua actionem aliquam attentare, nec auxilium Principis inuocare, aut iudicis officium implorare, etiam ratione cuiusuis maximæ ingratitudinis vti donatæ, etiam superuiuentiæ filiorum, aut alio quouis capite, defectu, iure, prætextu, quæsito colore occasione, et causa cogitata, et incogitata, etiam in corpore iuris clausa; et hic non expressa, de iure, nec de facto etiā si de iure posset sub vinculo iuramenti, vt infra præstiti, et pœna refectionis omniū, et singulorum damnorum, etc. de quibus etc. Renunciauit insuper dictus D. Petrus medio iuramento, vt infra præstito, ben. leg. Si vnquam et l. fin. C. de reuocandis donationibus omnibusq aliis iuribus, legibus legum, auxiliis, et statutis reformationibus existentibus, defensionibus legū et statutorum dispositionibus, ac aliis quibus mediantibus donationem præfatam alia supradicta reuocare, annullare, inualidare, vel contra ea, et præsens instrumen-

mentum,in eoq.contenta, vel eorum aliquo facere,dicere venire, aut præsens instrumentum in totum, vel in partem rescindere posset; quorum omnium,& singulorum tenores,& dispositiones hic pro expressis habere voluit · ita quod de illis nullo vnquam tempore ignorantiam aliquam alienare,nec prætēdere possit, nec debeat, & ad maiorem corroborationem præmissorum omnium,& singulorum,& ne de illorum validitate aliquo vnquam tempore dubitari contingat,idem D.Petrus sponte,&c.procuratorem suum irreuocabilem,cum iuramento,vt infra præstito,D.N.absentem,&c.ad ipsius,&c nomine, & pro eo specialiter expresse corā quocumque iudice, & magistratu cōparen.& se præsentandum,donationemque & alia præmissa,& in præsenti instrumēto contenta,narrant exponendum, nunciandum,notificandum,& intimādum illaq.omnia,& singula cōfirmari,& approbari,& in actis publicis redigi,& registrari,ac pro leggittime narratis,& insinuatis haberi consensusq;& accensus, ac decreta quæcumque desuper opportuna,et requisita præstari,et interponi peten.et facien cum clausulis opportunis. Et generaliter,etc promittens,etc. Releuans, etc. Et promisit etiam idem donator absolutionem aliquam a iuramentis, pec cū in præsenti instrumento præstitis, non petere,nec impetrare, et etiam motu proprio sanctissimi D.N. papæ obtenta,sibiq con cessa,vti,nec se iuuare. Quinimmo illi, etiam medio iuramēto, vt infra præstito renunciauit illamq. pro nulla, et inualida haberi,ac maiorem præmissorum firmitatem, & efficaciam operari voluit. Pro quibus,etc.

Renunciatio,& donatio.

CORam magnifico D N.I.V.D secundo Gollaterali Curiæ Capitolii, et in Vrbe propterea iudice ordinario, sedēte pro tribunali, super quadā sede lignea quam in loco infrascripto, in quo conue. nit propter nobilitatem infrascriptæ mulieris,elegit,et deputauit pro suis cōgruis loco,et tribunali, quoad actum infrascriptum tantum peragendum In meiq. præsentia personaliter constituta D. Hortensia,etc. filia D. Marci Antonii, dubitans nisi prius seruetur forma statutorum, et nouarum almæ Vrbis reformationum actum infrascriptum rite, et recte facere nōn posse attento,quod est mulier,et careret, vt medio iuramento tactis, etc. asseruit,duobus proximioribus consanguineis, quorum consensus ad infrascripta iuxta statuta, et reformatione, præfatas, esset adhibendus : Ad quod dubium tollendum, et ne de viribus infrascripti instrumenti vllovnquam tempore dubitari contingat, sed et omnibus contra ipsius D. Hortensiæ bonam voluntatem promptumq et liberalem eiusdem animū erga D.Antonium aliquid faciendi perpetuis futuris temporibus,tollatur occasio, petiit,et obtinuit a dicto domino iudice,vt supra sedente,in defectum consanguineorum præfatorum, sibi quoad actum ifrascriptum tantum peragendum dari,et deputari in curatorem, et procuratorem D. Iacobū,ipsi D.Hortensiæ bene confidentem,præsentem,et acceptantem, asserentemq. etiam medio iuramento in dicto peragēdo actu nullū interesse habere,cui D.Iacobo idē D Iudex dixit, curator esto,vtilia caueto aliaq curator, pro dicta D Hortensia,ad quæ de Iure teneris,et sic idē curator facere promisit, et pro eo, quod sic faciet, ibidē præsens D Petrus buzzaia,qui præmissis intellectis,sciēs,etc spōte,etc dictæ promissioni accessit, et promisit,vt principalis,et insolidum,quē sic promittentem, idem curator indemnē releuare promisit,ita quod, etc. alias, etc. obligādo propterea eorum vterq; se etc et bona etc. in ampliori forma Cameræ Apostolicæ, cum de clausulis consuetis,iurarunt,etc super quibus,etc.

Successiue coram, etc. et vt supra.

D Hortensia suprascripta,asserens, & recognoscens se esse plene instructam,& certificatam, quod stante fideicommisso D. Martini ac existentibus etiam certis aliis fideicōmissis,et conuentionibus per alias diuersas personas suæ familiæ facti quas,et quę dixit pluribus vidisse, et sibi vulgari sermone lecta respectiue fuisse quod filiæ de eadem domo,et familia dotatæ,et dotibus earum satisfacta non possint in bonis, et hæreditatibus dominorum de dicta domo succedere, nihilominus si aliquod ius forsā super dictis bonis quouis iure, competeret sibi illud renunciare intendit,modo infrascripto,in fauorem dicti domini Antonii, Qua propter

sponte

sponte,&c. cum præsentia, consensu, verbo, & voluntate dicti curatoris, vt supra deputari, ac decreto, & auctoritate eisdē D. Iudicis, vt supra sedentis, confessa fuit & recognouit se cōdecenter, & iuxta nobilitatem, & qualitatem suam esse dotatam & de dote satisfactam a dicto D. Antonio in diuersis vicibus, & modis, prout de residuo dictæ dotis, & fructū eius dotalium, ac etiam dotis, & fructuum præfatorum D. Olympiæ ipsius D. Hortensiæ sororis, constat vltimo instrumento, rogato sub die, &c. per D. N. &c. notarium, ac etiam se esse integre satisfactam de dote D. Lucretiæ, &c eius dictæq; D. Olympiæ matris ac de omni, & toto eo, quod occasione eiusdem dotis eadem D. Lucretia petere potuisset, & nunc, vel in futurū sui hæredes quouis modo petere possent de quibus propterea omnibus dotibus, iuribus dotalibus, & fructibus illarum dicta D. Hortentia, tam nomine suo proprio & priuato, quam vice, & nomine D. Pauli Emilii, & Marci Antonii eius nepotū filiorum, & hæredū dictæ bo m. de Olympiæ promittens tamen citra personæ suæ & bonorum suorum obligationem respectiue supra, & infrascriptorum, factum suum proprium dumtaxat non cōcernétium, se facere, & curare, cum omni qua poterit diligentia, quod dicti d Paulus Emilius, & Mar. Antonius fratres de Martinenghis ratificabūt præsens instrumentum, & quæcumque in eo contenta, concernentia factum eorum, & eorū successorum infra tres menses proxime futuros & quomodolibet dictorum nominum in solidum, se bene contentam vocauit. exceptioni, &c. renunciauit, quietauit, &c. eundem d. M. Antonium absentem, me notario, &c. stipulan; Vnde tam occasione receptionis dictarum omnium dotium, & iurium, ac fructuum dotalium, quam etiam pro conseruatione domus, et familiæ suæ, etiam si non obstarent fideicommissa, & conuentiones præfatæ pro amore, & dilectione, quibus D. Hortensia prosequitur præfatum D. Antonium, & eius filios, de agnatione, & nobili familia de Columna, & vt bona in illa conseruentur, ac etiam tandem, quia sic sibi benefacere placuit & placet eadem domina Hortensia quibus supra nominibus, & eorum quilibet insolidum, cum præsentis, & voluntatibus præfatis, renunciauit, cessit, & transtulit eidem D Marco Antonio eiusque filiis hæredibus, & successoribus quibuscunque ac descendentibus vsq; in infinitum absentibus, me eodem notario, &c. vt supra stipulan. omne ius, omnemque actionem: tacitam, vel expressam, ipsi D. Hortensiæ, & bon. mem. D Olympiæ, seu eius hæredibus, quouis modo, iure, titulo, & successione, & causa, forsan competentia super quibusuis bonis, tam feudalibus, quam burgensaticis, fideicommissariis emphyteoticariis, & alio quouis nomine nuncupatis, siue fuerint, & sint mobilia, vel stabilia, aut cuiuscunq; alterius generis, autem supellectilium, & iocalium, ac ascendentium, & fratrum ipsius ita quod ipsa & dicti eius nepotes, hæredes dictæ D Olympiæ ex nunc in posterum nihil aliud occasione præfatorum petere possint. Immo ex nunc eadem D. Hortensia, quibus supra nominibus, & quolibet eorum insolidum firmis remnentibus præfatis, etiā quietauit eundē D. M. Antonium, de ipsius D. Hortensiæ, ac dictæ bo mem D. Olympiæ legitimis, & legitimarum supplem. nti omnibusq, & singulis aliis, quæ tam ipsa D. Hortensia quam dicti eius nepotes vti hæredes dictę bon me D. Olympiæ quomodolibet prætēdere possent ab ipso D. M. Antonio suisque præf tis, tam ex testamento, quā ab intestato, siue ex donationibus, tam inter viuos, quam causa mortis, ac vigore cuiusuis alterius contractus, siue testium depositione, ac alias quomodocunque, & quatercūque eidem d M. Antonio qui e tantiam generalem, & generalissimam fecit, & per aquilianam stipulationem præcedentem, & acceptilationem subsequentem. Reseruato tamen ipsis d Hortensiæ Paulo Emilio, & d. M. Antonio annuo cē. su scutorū, &c. imposito, & vendito pro satisfactione residui dictarum dotium, & fructuum dotalium in eorum fauorē per dictum D M Antonium super tenuta nūcupata castel Mathia, pro pretio scutorū prout instrumento rogato per d. &c. sub die, &c ac etiam reseruatis eisdem d. Hortensiæ & nepotibus omnibus iuribus sibi competentibus virtute eiusdem Census instrumenti Reseruataque etiam eidem d Hortēsiæ libera facultate, & potestate de omnibus suis bonis dotalibus, & etiam de illis quæ occasione dotis in-

ter

ternæ, sibi soluta fuerunt, nec non de qui buscumq; alijs bonis, ad quæ sibi actio cõ petat: seu competere posset; exceptis tamen, illis, vt supra renunciatis, & donatis vigore præsentis instrumenti eidem D. M. Antonio, disponendi, & faciendi, tam inter viuos, quam casu mortis, & alias quomodolibet ad eius libitum voluntatis. Et insuper si, & quatenus, opus sit, seu ad maiorem dicti D. Marci Antonii cautelam requiratur, eadem D. Hortensia nominibus, & cum præsentiis, & consensibus præfatis, tũ ex causis supra narratis, tũ etiã ex aliis animum suum ad supra, & infrascripta mouentibus, quæ hic pro expressis haberi voluit, donauit, & titulo donationis irreuocabili, quę dicitur inter viuos, liberaliter elargitur eidem D. M Antonio absenti, me notario, &c. stipulan. omne, & quodcunque ius, & omnem actionem, sibi, & nepotibus suis præfatis vti hæredibus dictæ D. Olypiæ quomodolibet competen. super dictis bonis feudalibus, burgensanticis, ad habendum &c Ponens, &c. Constituens, &c. Dans licentiam, &c Et donec, &c. Promittens insuper eadem D. Hortensia quibus supra nominibus, & quolibet eorum insolidum, donationem huiusmodi, & contẽta quæeunq. in præsenti instrumẽto semper & omni tempore habere rata grata, valida, & firma, ipsamque donationem non reuocare, nec reuocari facere, quauis causa, etiam ingratitudinis, vel alias quomodolibet in corpore iuris clausa, contraque præfata, vel præfatorum aliquod non dicere, facere, opponere, vel venire sub quouis colore, & prætextu, alias, &c. Et pro validitate præsentis donationis, & renunciationis, eadem D. Hortensia eisdem nominibus constituit, & fecit procuratorem irreuocabilem, etiam cum iuramento, quod tactis, &c præstitit, D. N. absentem, tamquam præsentem, solum, & insolidum, ad ipsius D. Constituentis, & dictorum eius nepotũ omnibus& pro eis, donationem huiusmodi, & quæcunque contenta in instrumento, cuicunque Rom. Cur. Iudici, & Tribunali intimandum, insinuandum, & notificandum, illamq; & illa admitti, & in actis publicis mei notarii describi, & registrari petendum, & obtinendum, aliaq; desuper necessaria, & opportuna petendum, & faciendum, cum facultatibus opportunis, & etiam potestate substituendi.

Et pro obseruatione omnium, & singulorum supradictorum, eadem D Hortensia, cum dictis consensibus, decreto, & voluntatibus, obligauit nomine proprio, & particulari, ac pro suo interesse seipsam, suosq. hæredes, successores, & bona, nomine vero alieno promisit de rato, ea citra tamen aliquam suam obligationem, quoad dictarum ratificationem, tamen dictos D. Paulum Emilium M. Antoniũ de Martinenghis, & eorum, & cuiuslibet eorum insolidum, hæredes successores, & bona, &c. in ampliori forma Cameræ Apostolicæ cum clausulis consuetis, & ita tactis, &c. iurauit, & medio dicto iuramento, eadem D. Hortensia renunciauit executioni supradictorum omniũ, sic vt supra non gestorum, ac simulati contractus, necnõ doli, mali, vis metus fraudi, & quibuscumq; exceptionibus, tam iuris, quã facti, si quibus forsan contra præmissa veniret, & vti posset. Nec non etiam ad certiorationem eiusdem D Iudicis eadem D. Hortensia, medio eidem iuramento, renunciauit pariter l. Iul. fund. dot. cæterisque legibus, legum auxiliis, statutis, vsibus, & consuetudinibus in fauorẽ mulierum quomodolibet introductis, & denique petitur à dicto D. Iudice ab ipsa D. Hortensia, vt pro præmissorum omniũ validitate, & maiori subsistentia, suum decretum, & auctoritatem, qua fungitur desuper interponat. Et tunc idem D. Iudex, vt supra sedens, auditis præfatis omnibus, & singulis visoq. bono animo eiusdem D. Hortensiæ, ac etiam quia dictus curator attestatus est, præfata non tendere in præiudicium dictæ D. Hortensiæ, ipsumq; desuper nullum habere interesse, causaq, cognita, suam, & sui officii qua fungitur auctoritatem pariter, & decretũ desuper interponen. duxit & solemniter interposuit, & quantum sua ordinaria, & iudiciaria auctoritate suppleri potest, omnes defectus, tam iuris, quam facti, si qui in præmissis forsan interuenerit, suppleuit omnimodo meliori. Super quibus, &c

Donatio iuris patronatus.

D. A. ad quem, vt asseruit ius patronatus, & præsentandi cappellanum ad cappellam sub inuocatione Sancti Andreę in Ecclesia sanctæ Mariæ Ciuitatis Florentiæ cuius fructus redditus, & pro-

R uentus

nentus xxiv. duc. etc. auri de Camera secundum communé valoré, vt asseruit non excedunt dum illius pro tépore vacatio cótingit pleno iure dominii, vel quasi spectat, et pertinet asserens nó habere filios neclegitimos successores, et núc adeo grauis sit annis, vt semper horam mortis attendat, nollens propterea, si ipsum interstatum dececere contingeret ius huiusdi ad alios extraneos deuenire, habeatq. D. B. eius consanguineum cui ob plurima sibi impensa grata seruitia plurimú reperitur obnoxius, et quem summa prosequitur dilectione, spóte, etc omni, etc reseruato, tamen Sanctissimi D. N. Papæ, et sanctæ sedis Apostolicæ beneplacito quatenus opus sit, et non alias, etc. donauit irreuocabiliter, et inter viuos dicto D. B. præsenti, et acceptanti pro se, etc. dictum ius patronatus, et præsentandi, et ex causa huiusmodi donationis cessit eidem omnia iura, etc. ad habendum, etc. ponens ec. constituens, et. dans licentiam, etc. et donec, etc. constituit, etc. Hanc autem iuris patronatus, et præsentandi donationem fecit, videlicet D. A eidem B. ex causis supradictis, et quia dictus B. est de domo, et familia ipsius donatoris, et vt propterea dictum iusa dicta familia, non abdicetur semper, et perpetuo si fieri possit remaneat in d eius familia, et quia etiam sic sibi, etc. promittens huiusmodi donationem, et in in ea contenta quecúque, semper, et perpetuo ratam, etc ac ratam, grata, firma habere, tenere, et obseruare, et nullo vnquam tempore quauis occasione, vel causa vitio ingratitudinis pau pertatis, et inopiæ, vel etiam quouis alio casu quantumuis inopinato nō reuocare. reliqua extende prout in aliis donationibus singula singulis congrue referendo, et debite adaptando.

Donatio bonorum pro maritandis puellis.

D. Bernardinus Tosanus Balneoregiensis, cosiderans quod licet ipse eius in eunte adolescentia ob rei familiaris angustiam propria industria victum querere cogeretur, Tamen ad præsens Dei Optimi Maximi, munere locuplex adeo factus, est quod commode ad victum necessaria parare potest, cogitans quoque diuitiarum ab eo quæsitarum se non plenum, et absolutum dominum, sed dispensatorem esse: multasq; puellas parentum Inopia in matrimonium collocari non valente alienæ libidini cedere, et proprio corpore quæstum facere coactas, esse, gratumq. Deo Opt. Max. obsequium, operamque nauare illo, qui similium pauperum puellarum, pudoris, modestiæ, verecundię, et honestatis conseruationi studentes eas, in matrimonium collocari mediante dotali subsidio procurant. Idcirco volens Deo gratum, ac piũ animum (vt decet) pręstare, omnesq; suas in dotandis pauperibus puellis erogare sponte, etc. ac omni meliori modo, etc. infrascripta sua bona, quæ singulatim specificantur.

Donauit, et donationis irreuocabilis, quæ fit, & fieri dicitur inter viuos titulo, dedit, cessit, atque concessit, ac transtulit, et mandauit venerabili societati misericordiæ Balneoregii, cum sodalitati, et illius sodalibus, inter quos a prima sua ætate fuit cooptatus cessit super dictis bonis ex titulo, et causa donationis huiusmodi omnia iura, etc. ponens, etc. Ad habendum, etc. constituens, etc. dans licentiam, etc. donec, etc. constituit, etc.

Lege, et conditione in præmissis adiecta, quod sodales statim, ac ipse D. Bernardus, et D Semidea Turchia sua dilectissima Vxor, quos Deus omnipotés diu columes seruet, esse desierint bona prædicta maius pretium offerenti venundare procurent, pretiumque ex inde redigendum deinde in die obitus donatoris erogent in dotandis tot puelis ex magis egē tibus dictę Ciuitatis Balneoregii, quarum singulis scuta triginta tempore, et in actu desponsitionis earum libere persoluantur. Quæ puellæ singulæ singulam paruam facem ex alba cera confectá gestantes dicta die obitus donatoris processionabiliter binæ binæ ad ven. Ecclesiam Beatæ Marię de Niue, vna cum dictæ sodalitatis sodalibus incedere, inibiq. Missam deuote audire precesque Deo Opt. Max offerre, ac eum precari pro salute animarum ipsius donatoris, et suorum progenitorum, nec non D Semideæ Turchiæ suæ dilectissimę vxoris, ac bon. me. Lucæ genitoris de Turchis, ac Baptistæ pariter de Turchis patrui dictæ D. Semideæ dictæ sodalitatis fundatorú. Quos sodales per viscera Christi rogauit, vt ipsius D. donatoris piam voluntatem exequi, vti dictum

ctum est non differerant. Quod si sodales prędictidispofita exequentur, idē premiū a domino Deo nostro consequantu, et si executioni demādare neglexerint pœna ipsis a Deo tradendam existiment, et in euentum, quod cōfraternitas nō exequeretur voluntatem donatoris, tunc apponatur pœna deuolutionis ad alium pium locum arbitrio donatoris.

Puellæ autem est dictum dotale subsidium recipiendæ, et cooptandæ esse debeant bonæ conditionis, et formæ, et illis pręferantur puello quouis modo attinētes coniugibus prædictis. Quibus puellis, et earum qualibet quandocumque ab hac vita migrantibus absq; filiis legitimis et naturalibus, aut coniugales leges violantibus, et impudicam vitam ducentibus, earum dotes ad dictum sodalitatem toties, quoties euentum prædictum reuertantur erogādæ in dotandis aliis puellis ordine, et lege prædicta seruatis. Quas omnes puellas ad dictum dotale subsidiū pro tempore cooptatas enixe in domino rogauit, vt quotidie preces in honorem Beatæ Mariæ Virginis, quam in præcipuo cultu, et veneratione habet ac sancti Bonauenturæ sui Præsedis, et custodis essundere, atque corona suffragium animæ ipsius donatoris fungi ne desinant. Quæ omnia, et c. pro quibus, etc.

Et licet plures, et diuersas, tam inter viuos, quam ex causa mortis donationū formulas in hoc præsenti libro scribere curaui tamen in facti contingētia aduertendum erit in hoc donationis articulo pro notarii, et aliorom ad eum recurrentium intelligentia, quod si donatarius erit spurius ei non potest, neq; per viam vltimæ voluntatis, neq; per viam contractus, seu donatoris aliquid dari, vel relinqui seu donari, licet donatio facta filio naturali valeat, vt est text. notab et ibi Doct. in l. omnes §. Lucius ff. de his quæ in fraudē cred. Donatio tamē facta filio spurio non valet, neque tenet, vt est tex notab. in l. prima C. de natur. lib. quem ad hoc notant ibi Bart Bald. et omnes, et est tex in authen et in corpore. vnde sumitur C. de incest. nup. vbi Bart. dignanter dicit, quod filii spuriisunt indigni omne substātia adeo quod eis nihil potest donari, nec in testamento relinqui ab eorum patre, ita declarat text. in corpore. Vnde sumitur dicta autehn, et gloss. ibi expresse dicit quod pater inter viuos nō potest donare filio spurio. Hinc dixit notab. Specul in tit. de success. ab intest. in l. fin. versic. sed cum dicatur, quod sicut per illicitus nōn potest filios exheredare, ita etiam nō potest eis donare, quia natus ex nefario coitu, seu incestuoso non est filius nominādus, nec alēdus §. fi. in autehen. quib mod nat effi. sui Et satio est, quia leges vitium paternum refrenandum esse existimarut l. fin. C. de natu lib. immo nec tales inter se possunt vendere. quia pręsumitur fraus et quod factum est nontenet, ita determinauit Specul in d. § fin. arg. l. dubiū ff. de leg. immo fortius quod si pater allenaret tertius talis spurius non potest emere ab eo, vt determinat. Bar. in l. si is qui contra gloss in leg. qui testa. ff. de prob. quia ex quo spurius reperitur possidere bona paterna pręsumitur fieri fraus legi lib. C. de t.it lib et maxime quando dictus spurius incōtinenti emeret, secundum veras, et cōmunes cōclusiones traditas per doct. in d l. si is qui Quæ omnia non ita procedunt in filio naturali, vt dixi ad hoc tamen, vt quis dicatur naturalis hæc tria copuletiua requiruntur. Primo quod si natus ex tali muliere cū quā possit esse matrimoniū. Secūdo, quod sit vnica. Tertio quod sit in domo retēta in schemate cōcubinę, more vxoris. §. si quis autem defunctus in authen quib mod nat, effi. sui cap solet 23. quæst. et cap. is qui non habet vxore, et cop. sequen. 34 dist.

De adoptionis, arrogationis, legitimationis, manumissionis, et emancipationis formulis. Capi X.

Adoptio filij cum decreto Iudicis.

Coram magnifico D. M. Iudice, in loco infrascripto super quadā sede lignea, per eum quoad infrascriptum actum peragendum, pro suis idaneo loco, et tribunali electa, et deputata, pro tribunali iudicialiter sedente N exposuit, et dixit se esse (sicut Deo placuit) orbatum, et carere filiis. qui secundum ius naturæ in bonis suis succedere habeant: cupiatq; indemnitati suæ prouidere, et super præmissis caute tractare et agere; tandem diutius per eum hoc considerato, modum infrascriptum tene-

ro, & facere, latius sibi esset iudicauit. Videlicet in adoptionem alicuius in filium cum adoptio secundum ius ciuile, legatis si actio ad solatium eorum, qui liberos non habent fere naturam imitans. Et propterea requisiuit D. N. eius germanum fratrem patrem N. eius filii naturalis tantum, vt vellet dictum eius filium naturalem, quem semper amore, dilectione, & beneuolentia, oo eius bonam indolem reuerentiam, & obedientiã, quibus semper in ipsum Nicolaum vsus fuit & de præsenti vtitur, prosequutus fuit, & prosequitur in eius filiũ adoptiuum cõncedere vellet; ad quod faciendũ semper promptum, & paratum se esse obtulit, & offert etiam, in maiori ipsi complacere sententiam suam, & voluntatem sequi. Ideo cum auctoritate dicti D. Iudicis, vt supra pro tribunali seden stante, vt asseruit voluntate, & consensu dicti N patris super adoptione huiusmodi facien. spõte &c. omnibus, &c. dictum D. N. ibidem præsentem, & acceptantem, ac præmissa quoad consensum, & volũtatẽ dicti eius patris veram esse afferentes, & attestantis, in filium adoptauit, & adoptat, ipsumque in, & tanquam filium adoptiuũ ac pro filio adoptiuo suscepit, & accepta uit ac suscipit, & acceptat cum plena, ampla, libera, & õnimoda potestate, & facultate etiam succeden in bonis suis quibus cumque præsentibus, & futuris ex testamento, & fine; ac si esset filius suus legitimus, & naturalis, ex legitimo matrimonio natus, de iure succedere posset, & deberet, eumque aliis etiam facultatibus, et auctoritatibus, similibus filiis adoptiuis dari, & concedi secundum leges ciuiles, aut alias solitis, & consuetis, promittens idem D. Nicalaus præmissa omnia, & singula semper, & omni tempore, rata, grata, valida, & firma habere, tenere, complere, & inuiolabiliter obseruare, alias teneri voluit ad omnia damna, &c; Et ita iurauit, &c. S per quibusquidem præmissis omnibus, & singulis, tamquam rite, & legitime gestis, idem Nicolaus petiit, per dictum Iudicẽ, vt supra pro tribunali sedentem, auctoritatem suam Iudiciariam seu magistratus, quibus in hac parte fungitur, pariter, & decretum interponi, & omnes defectus suppleri. Qui quidem D. Iudex, vt supra sedens, &c,

Adoptio filiæ.

CORam Magnifico D. N. primo Collaterali Curiæ Capitoli in Vrbe &c Constitutus D. Io. Baptista ciuis Romanus, & A eius vxor exposuerunt eidem D. Iudici, eos esse solatio filiorum destitutos, N prole omnino carere; sed tantum Cleopatram filiam D. E educatam per ipsos coniuges, & penes eos ab incunabulis, vsq. nunc, quæ est ętatis 12. annorum in circa ad instantiam dictę matris naturalis, pro filia eorum habere, tenere & reputare moti igitur ipsi coniuges amore, & dilectione paternis, quibus prosequuntur dictam Cleopatram, & quibus versa vice dicta Cleopatra gerit erga ipsos alienos; quod semper vocauit, & adhuc etiam vocat parentes, quasi aliter nõ agnoscens. dictam D. Isabellam eius matrem naturalem pro sua matre, quia apud illam educata non fuit, sed penes ipsam rarissime visa fuit, per eadem intendunt eam ipsi coniuges adoptare, & filiam eorum adoptiuam, & si fieri posset etiam legitimam, & naturalem recipere, tractare, & reputare, & si ad actum ipsius adoptionis, ad solatium eorum, qui filios non habent, & iure inuentum, deuenire. Idcirco hac die coram pręfato d. Iudice ordinario personaliter constituti ipsi coniuges, & dd. Cleopatra, & Isabella eius mater naturalis sponte, &c. omnibus, &c. dictam Cleopatram præsentem, & acceptantem, & esse volentem, cum præsentia, & expresso consensu dictæ d Isabellæ ipsi dd. Ioan. Baptista, & Amia vxor in filiam eorum primi gradus legitimam adoptauerunt, & acceptauerunt, suscipientes ibidem eandem D. Cleopatram præsentem, & consentientẽ & pariter ipsa d. Cleopatra ipsos coniuges per vnum, & naturalem amplexum cum brachiis signiũ verè purę, & naturalis filiationis respectiue singula singulis congrue referendo, & sic de cæteroipsa D. Cleopatra pro filia dictorum coniugũ, & ipsi coniuges pro parentibus dictæ Clopatræ habeantur, censeantur, tractẽtur, & reputetur, promittunt propterea ipsi coniuges dictæ D. Isabellæ, et Cleopatræ præsentibus, & acceptan habere, & sufferre, tatum pondus, et corã dictæ D. Cleopatræ prout decet habere probos parentes, erga suos filios, & non secus, ac si

ac si esset ab eis genita, & pro tali eam acceptarunt, & reputarunt, per præteritum, et tanto fortius acceptant, & reputant de præsenti, & sunt recepturi, & tractaturi in futurum. Et huiusmodi adoptionem semper, & perpetuo habere ratam, gratam, & firmam, attendereque, complere, et inuiolabiliter obseruare: in nulloque contrafacere, alias, &c. & præfatus dominus iudex, vt supra pro tribunali sedens; desuper requisitus, tam pro parte dictorum coniugum, quam dictæ D. Cleopatræ, & Isabellæ, auditis, et intellectis præmissis, & ad plenum cognitis omnibus, & singulis superius, coram eo deductis, narratis, & allegatis, præfatam adoptionem, & actum legitimum, ac omnia, & singula alia præfata approbauit, laudauit, & confirmauit, et suum desuper decretum, et auctoritatem, qua fungitur, interposuit: supplens omnes, & singulos tam iuris, quam facti defectus, si qui interuenerint in præmissis, quantum sua ordinaria auctoritate suppleri potest. Pro quibus omnibus, & singulis ita inuiolabiliter obseruandis, & non retractan. dictus Io. Baptista, & vxor, ac D. Isabella obligarunt sese, et eorum respectiue hæredes, successores, et bona, etc. in ampliori forma Cameræ Apostolicæ, cum clausulis consuetis: Iurarunt tactis, etc. et medio dicto iuramento dictæ mulieres renuntiarunt quibuscumque nullitatibus, et Inualiditatibus, si quę interuenerint in pręmissis, siue ex forma iuris, siue statutorum, et nouarum reformationum Almæ Vrbis, seu consuetudinis, etiam in solemnitatibus requisitæ, seruatæ, non extiterint, cæterisque aliis, etc. super quibus, etc.

Aliud arrogationis Instrumentum magis extensum.

IN Dei nomine, etc. Coram Ill. et eximio, etc ac in mei notarij, etc. dom. Titius Seii, qui exhibuit, et præsentauit dicto D. Iudici, vt supra pro tribunali sedenti, quandam supplicationem Sanct.ssimo D. N. Papæ porrectam, et manu eiusdem Sanctissimi Domini nostri Papę signatam, qua datur facultas eidem Titio sibi arragandi in filium Io. q. Martini pupillum, recepta ac eodem Titio idonea cautione, de bonis ipsius Ioãnis pupilli restituendis personis, ad quas de Iure ante arrogationem hanc spectabant, si in paterna arrogatione decesserit. Sub datum Romæ apud Sãctum Petrum Anno, etc. quam mihi notario, etc. Idem D. Iudex ea prius perlecta, diligenter inspecta tradidit, et consignauit, ad effectum illam inferendi, et in præsenti arrogationis Instrumento registrandi, prout per me notarium registrari iussit tenoris, etc. Beatissime Pater, etc Cuius quidem supplicationis, vigore idem D. Iudex illi vt tenetur parendo, præsentibus, et astantibus ibidem supradictis Titio petente, et vollente arrogare ipsum Ioannem, & Ioanne respondente, et volente arrogari à dicto Titio: interrogauit prædictum Titium, Ioannem, primo scilicet si sponte ipse Titius volebat arrogare dictum Ioannem, et respondit, quod sic, et interrogauit ipsum Ioannem, si volebat arrogari à dicto Titio, et similiter respondit quod sic. Qui quidem Titius coram eodem D. Iudice, etc. vigore dictæ supplicationis, et auctoritatis Apostolicę, recepit supradictum Ioannem in filium arrogatum, ac in eius paternam potestatem, filiationem, et familiam eundem Io. paterno suscepit affectu, cum omnibus bonis, et iuribus suis vniuersis. Et dictus Ioannes arrogationi paternæ ipsius Titii, vt supra voluntarie se submisit, qui Titius promisit eidem Ioanni, mihique notario tamquam personæ publicæ præsenti, et illius nomine recipienti, et stipulanti, omnia bona, quæ nunc habet restituere integra, arrogatione prædicta soluta, seu finita illis, ad quos ante arrogationem prędictam erant peruentura: pro quibus bonis restituendis ibidem præsens D. N. qui sciens, etc. sed sponte, etc. pro dicto Titio Arrogatore ad fauorem personarum ad quas bona supradicta ante arrogationẽm prędictam erant peruentura, scilicet si arrogatus in suo statu permansisset, accessit, et promisit vti principalis, principaliter, et insolidum, quem N. idem dominus Titius indemnem penitus, et sine damno releuare promisit, itaquod, etc. alias, etc. Super quibus omnibus ibidem dominus iudex, vt supra pro tribunali sedens, tam vigore suæ ordinariæ facultati, quam etiam potestatis delegatæ ex dicto rescripto Apostolico sibi concessæ, et sibi commis-

missæ suam, & dictę suæ curię auctoritatem pariter, & decretum interposuit, suppletis, &c. Super quibus, &c. actum, &c. presentibus testibus, &c.

Et licet circa hunc arrogationis articulum aliquid superius in primo libro dictum: explicatumque fuerit, tamen pro clariori notariorum intellectu, & vt ipsi magis tuti reddatur ad illius explicationem, hæc etiam pauca infrascripta illi addere visum est. Scilicet quod hi qui arrogantur sui iuris sis, vt instit. de adop. in princ. quodque maiores annorum sint septem, vt per Azzo. D. de adeo §. item in arrogatione. Arrogator verò grauis anni sit LX. ff. de adop. l. si pater §. in arrogatione, nisi propter infirmitatem generare non valeret, vel nisi esset coniuncta persona illa, quam vult arrogare, vel in d. §. in arrogat. an supradicta satis datio de bonis restituendis necessaria sit? dicendum erit quod sic, vt Instit de adop. § cum autem impubes ff. eo. l. non aliter, & C. eodem tit. l impuberem. Quę satisdatio durat quousque arrogatus perueniat ad paupertatem, vt ff. de adop. l. hæc autem, & instit. eo tit. §. cum autem, & licet quamplura alia de hac arrogationis materia dici posse videantur, tamen pro notariorum instructione hæc tantum dicta sufficiant.

Legitimatio.

Nicolaus scutifer Apostolicus, vniuersis, & singulis presens legitimationis instrumentum visuris, lecturis pariter, & audituris, salutem in Domino Noueritis quod fel re. Leo Papa X. de Reuerendissimorum DD. Cardinalium suorũ consilio pariter, & assensu ex certa sua scientia, & Apostolicæ suę potestatis plenitudine, ad Sedis Apostolicæ decus inter alia erex Collegium perpetuum virorum 14. Scutiferorum Apostolicorũ, quo ipso, quoad scutiferatus huiusmodi officia admissi fuerunt, inter alia in aula Lateranen. comites creauit, cum potestate extra Vrbem, in qua Romanus Pontifex cum sua curia pro tempore resederit, inter alia cum spurijs, bastardis mascribus, & aliis ex quouis illicito, damnato coitu procreatis, vt in parentum, & aliorum bonis, tam ex testamento, quam eb intestato succedete, & quoscumq; actus legitimos exercere, & ad quouis honores, dignitatis, & officia publica, & priuata assumi, illaq; agere in omnibus, & per omnia, ac si essent de legitimo matrimonio procreati, libere, & licite valeant disponendi à quibusuis statutis, & ordinationibus in contrariũ pro tempose editis etiã iuramento, & confirmatione Apostolica, & quauis firmitate alia roboratis, quoties eis placuerit (prout in literis Apostolicis, sub datum Romæ apud sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ, &c. 14. Calendis Augusti Pontificatus sui anno primo, latius continetur.) Nouerint etiam, quod postmodum Nos per fe. re. Clementem Papam VII. dicto Collegio scutiferorum Apostolicorum fauorabiliter aggregari fuimus, cum facultate gauden. et potien. omnibus aliis gratiis, priuilegiis, indultis, potestatibus, quibus cęteri illius Collegii homines ex institutione dicti Collegii, et alias de iure, et consuetudine potiuntur, et gaudent, ac potiri, et gaudere consueuerunt, prout in suppositum de super signata, sub Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1531. quinto idus Decembris Pontificatus sui anno nono. Sub sequenter pro parte pueri summæ spei indolis optimæ, N. filii naturalis, *N.* et *N.* matris, fuimus debita cũ instantia requisiti, vt si quem defectum natalium patitur genitus ex soluto, et soluta, vt eo defectu nõ obstan. in parentum, et aliorũ bonis tam ex testaméto quam ab intestato succedere, et quoscumq; actus legitimos exercere, et ad quouis honores, dignitates, et officia publica, et priuata assumi, illaq; gerere, et exercere in omnibus, et per omnia ac si esset de legitimo matrimonio procreatus, liberè, et licitè valeant disponere, quibuiuis statutis, ordinationibus in contrarium pro tempore editis, etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, derogare auctoritate Apostolica, qua fungimur in hac parte dignaremur. Et quia defectus, quem dictus A. patitur, suæ culpæ ascribi non potest, et sicut ex fide dignorum relatione accepimus, et ipsi vidimus et quæ de se dat indolis spe nimia, quæ puerum decent ingenium, et inde sperari potest vir probitate compescimus, vt sancta Mater Ecclesia, cuius auctoritate fungimur, nemini ad se recurrenti claudit gremium gratiarum, dignari, immo iustum

ftum putantes,ad illius intimationem , Nos dicto N exhibere benignos, cũ eodem N.vt in parentum, & aliorum bonis,tam ex testamento, quã ab intestato succedere,& quoscumq.actus legitimos exercere,& ad quosuis honores, dignitates,& officia præfata,& priuata assumi illaq.gerere in omnibus,ac per omnia, ac si de legitimo esset matrimonio procreatus,liberè,& licitè valeant dicti nostri officii auctoritate dispensandum duximus, prout dispensamus per præsentes constitutionibus, & ordination. In contrarium facien.etiam iuramento, & confirmatione Apostolica,vel quauis firmitate alia roboratis,nõ obstan.quibuscunq.Quibus omnibus,& singulis auctoritate præfata derogamus. In quorum,&c.

Manumissio.

B. Dominus, & Patronus C. alias B. nuncupatę de Africa suæ seruæ, seu mancipii quã annis retro elapsis asseruit,emisse Neapo i per manus D.M. certo conuento,&diffinito pretio,quod fuit pro eo manualiter exbursatum, & solutum venditori,prout asseruit constare in strumento,&c. ad quod, & quę serua , seu mãcipium tempore dictę emptionis vocabatur,vt dixit B. de Affrica. quæ de inceps,& successiuis temporibus, adhuc in seruitute existens,ad veram,& Catholicam Christi fidem fuit conuersa, & secundum ritum S.R.E. in sacro fonte Baptismatis extitit baptizata,& sic non vocatur in Christi fidem C. & proinde asseruit,eam à dicto tempore baptismatis citra,pro libera,&franca habuisse,& reputasse,ac tractasse. Consideras indecorum esse,& Christiano nomini non conuenire,& potissimum apud Christianos habere mancipium Christianum Et nihilominus quia de ipsa expressa datione libertatis,&affrancatione non constat,& ne propterea ipsi D. hoc possit quomodolibet stare,sed clare pateat,& profiteri possit,se Christianam,& liberam sponte, &c. hac præsenti die, &c præsente eadem D. tenore præsentis instrumenti,perpetuo valituri,pronunciauit, & declarauit eandẽ liberã,& francã,& penitus ab ipsius B.dominio,potestate,& iure patronatus, liberatã,& in suo libero arbitrio positam, & manumissam.Dans, & tradens ideo atq; cõced.eidem C. pręsenti, & vt apparuit intelligenti,pro se,& suis descen. vniuersis.libertatem purã, & liberã, secundũ m vsum, & consuetudine Ciuitatis Romanę,liberas,omnino,& eximens dimittẽs, & releuans ipsam, & descen suos quoscumq.à sua potestate,manus nexibus,& domino,ac ab omni conditione seruitute,& grauamine operis,& operarum quarumcumque impositione,nunc,& in perpetuum,& ab omni iure sui patronatus, & reuocatione in sua seruitute.quacunque ex causa.& remisit eidem C. præsenti pro se filius,& successoribus suis, omne ius patronatus ipsius, & restituit ipsam, & suos descenden.quoscumque natalibus antiquis, & iure ingenuitatis primeua, ac iuri naturali,primæuo,secũdum quod omnes homines liberi nascebantur nec erat manumissio introducta, cum tunc seruitus esset incognita.Et velut eam non teneri reddere rationem de his, quæ in seruitute,& tempore seruitutis gessit,etiã si illa connexa essent illis, quæ gereret in libertate. Deditque,& tribuit eidem C. præsenti pro se, & successoribus suis puram,& meram libertatem,& generalem administrationem rerum suarum. Ita quod sine obstaculo seruitutis, & manumissionis, vel aliæ conditionis, possit, & valeat ipsa C. manumissi emere, vendere, contrahere, testar, & omnia alia, & singula facere libere, & exercere, quæ quilibet Ingenuus Ciuis Ro liber homo, pater familia, & sui iuris facere posset. Quam manumissionem libertatis donationem, & omnia,& singula in præsenti instrumento contenta, promisit dictus B.perpetuo attendere, &c. alias teneri voluit eidem C.& suis,&c.ad omnia dãna, &c. Pro quibus, &c.

Emancipatio.

CVm naturalis affectio cupiat,et carnalis stimulus propulset,vt habeat homo suæ libertatis initium,quod natura cuiq. tribui,& quisq, obtentum validum retinere affectet,dum quis à primęuo naturæ beneficio,reputat se dotatũ ad eiusdem iuris primæuũ statum, & libertatis honorem festinat se redire, et in tantum quod nec paterna potestas, quæ interdũ in impietate consistit, nec dominicalis coetio,quæ in leui, & sana castigatione probatur,in filialem,seu seruilem subiectionem potest aliquo amore, seu instin-

ctu naturalis vinculis operari,quod dũ filius,vel seruus iugo,se onere alicuius seruituti reputat se se astrictæ,statim naturaliter primeuo libertatis iure altento: seipsum disperat,et contemnit, dũ illo se carcere præsentis Cumq; ex vtroq; iure tã canonico,quã ciuili sit introductæ quod filii ex iustis nuptiis progeniti paternæ subiiciantur potestati et per quoddã ius sit cautum, quod per quendam emancipationis modum valeant ipsi filii ab eisdem potestatis paternæ nexibus liberari.

Hinc igitur est,& fuit,quod hodie hac præsenti die N anno N &c. coram R. D. S. I. V. D. R. P. A.C. Apostolicæ locumtenente in domo suæ solitæ residentię su, per quadam sede lignea pro tribunali sedente in meiq; notarii publici testiumq. præsentia præsentes,& personaliter constituti A.& B. pater,et filius,et dixerunt exposuerũt,quod dictus B cult,et deside rat a dicto A patre suo emancipari, et ipse A.vult,et intendit eodem filium suum emancipare:et a suis paternis nexibus liberare.Et propterea ea, qua decuit reuerentia postularunt dicti pater,et filius per præfatũ R D.Locumtenentem decerni,et declarari huiusmodi emancipationem posse,et debere fieri,ipsamq auctoritate,& decreto eius curiæ roborari, & confirmari Et dictus R.D. Locumtenens vt supra,sedens,audita postulatione præfata,& eidem tamquam iuri, & rationi cõsonæ,annuens,attendẽsq; quod dictus B.filius est sufficientis ætatis,sapiens vtique,& discretus ad seipsum regendum,& gubernandum:prout ex relatione nõnullorum fide dignorum,plenã,& sufficientem habuit informationem, declarauit præfatam emancipationem posse,& debere fieri,& ipsam auctoritat.in ex decreto suo,& dictæ Curiæ causarum Cam.Apostolicæ roborari,& confirmari decreuit. Quibus ita peractis ibidem,& incontinẽ et coram præfato R.P.D Locumtenente, vt supra, adhuc pro tribunali seden. eisdemq; testibus infrascriptis præfatus A. dictum B,filium,suum ante ipsum genibus flexis existentem,& suas manus com plexas,tueiunctas inter manus ipsius A patris sui tenentem, & humiliter petentem,& requirentem,emancipaui,dimisit & a suis manibus,& potestate relaxauit & per emancipationis beneficiũ fecit,& constituit liberum sui iuris, & a sua paterna potestate penitus liberauit,dans,& concedens eidem virtute præsentis emãcipationis,plenam,liberam,& legitimam potestatem,licẽtiam,& auctoritatem de inceps contrahendi,emendi,vendendi, & quoscũque alios licitos contractus inien di,faciendi,& contrahendi,in quocumq; iudicio,tam in agendo,quã defenden & extraiudicium,standi,exprimendi,procuratores constituendi testamentum seu te stamenta, & alias quascumque vltimas voluntates faciendi, disponendi, & ordinandi, & omnes, & singulos alios actus siue contractus,& quæcumq; negotia,in iudicio,& extra peragendi, faciendi,& pertractandi,& exercendi, quos,& quæ quisque paterfamilias, & homo sui iuris existens,facere potest, & debet. Et insuperidem A.in præmium, & pro auxilio dictæ emancipationis,dicto suo filio præsente, & gratias referenti,dare, & realiter,& cum effectu tradere; & consignare promisit scuta mille de iul. x. pro scuto,partim in numerata pecunia, partimq.in tot mercimoniis, siue tantis vinis Græcis in Ripa Vrbis existen. & partim nominibus debitorum, & licitè, disponere,& se exercere. Successioné nihilominus ab intestato,dicto B. suo filio emancipatio in posterum reseruato:&præfata omnia,& singula attendere,& inuiolabiliter obseruare promisit. Et pro præmissis omnibus, &c. obligauit in forma Cameræ.&c Super quibus quidem emãcipatione,& omnibus,et singulis aliis præmissis,tamquã rite,&c.decretum iudicis &c.Et de,& super quibus,&c. actum,&c. præsentibus,&c.

Emancipatio cum decreto Iudicis.

Coram magnifico D.N.I,V.D & Reuerendissimi D N. Almæ Vrbis, & eius districtus generalis Gubernatoris,& iudicis ordinarii il ciuilibus causis Locumtenente in loco infrascripto,quem pro suo loco iuridico der acta infradicẽ. deputauit,super sedili ligneo pro tribunali sedente, & a me notario publico, & testibus infrascriptis,personaliter constitutus.

Sebastianus filius Iacobi Cota sponte, &c atque cum omni debita reuerẽtia pe tiit a dicto Iacobo suo patre,ibidem ante præsentia in dicti domini Iudicis existen

te,

te, et hæc intelligente se emancipari,et a sua manu, et sacris suæ paternæ potestatis nexibus liberari,eximi,et absolui, etiã omni meliori modo,etc. dictusq; Iacobus pater petitioni dicti suifilii,tamquã iustæ fauens, dictum Sebastianum suum filiũ petentem,et vt supra postulan.emancipauit,et a sua manu, et sacris suæ paternæ potesta.is nexibus liberauit ac penitus, omnino exemit,et absoluit. Ita quod ab hac hora imposterum, dictus Sebastianus suus filius possit,et valeat testari, iudicio interesse vendere contrahere, et pacisci, ac se suaq; bona obligare,et omnia,et singula alia facere,gerere,et exercere,procurare,et tractare,quæ quelibet liber homo pater familias,et sui iuris facere,et exercere potest. Quibus omnibus, et singulis supradictis tamquam rite, et recte factis tam dictus Iacobus pater quam præfatus Sebastianus filius.petierunt a dicto D.iudice,vt suam in præfatis auctoritatem iudiciariam, et decretum interponere, et omni modo meliori. Qui D. Iudex visis et auditis præfatis, atque illi assentiens, suam iudiciariam, atque officii qua fungitur auctoritatem,et decretum interposuit causa cognita,et ex certa sciẽtia:supplens omnes,et singulos tam iuris,quam facti defectus, si qui forsan in præmissis peragen,quomodolibet interuenerint etiam omni meliori modo,etc. super quibus,etc. præsentibus quatuor testibus.

Alia emancipatio simplex.

D N asserens inter cæteros, suos filios habere N. suum filium primogenitum in ætate 25. annorum, vel circa constitutum,natũ ex eo, et honesta muliere D N eius coniuge,in negocis,et diuersis mercaturis gerẽdis,curan.et exercen. iuxta suæ ętatis portionem satis instructum,et informatum,idoneum, sufficientem,aptum,et modestum, et sapientem ad seipsum regendum, et gubernandũ per Dei gratiã,et deuentũ esse ad notitia.n,quod ab aliquibus non du[illegible]tur,eum tamquam filium familias,et sub paterna potestate constitutum,nõ habere liberam exercendi,gubernan.et administran negocia,et mercaturas aliaq. sua negocia auctoritatem.Ad tollendam igitur omne dubium ad omnem alium bonum finem,et effectum,et etiã et dictus eius filius in rebus agendis callidior,et in aliis suis negociis sibi beneficiis, reddatur alacrior, sine vlla paternæ potestatis hæsitatione, & impedimento præcipuè, cum a dicto suo filio super hoc fuerit requisitus,et flagitatus pluries,vt asseruit, et propterea vt ad eius potestate, et nexibus liberetur spõte,etc. dictũ N. huius filiũ absentẽ,etc. et id ab eo sibi fieri petentẽ,requirentẽ,et instan. vt ipse pater dixit,emãcipauit,et emancipat, dimisit, et dimittit,et a suis manibus,et potestate relaxauit,et relaxat,et per emancipationis beneficium facit,et facit,ac constituit liberum, sui iuris,et a sua propria potestate penitus liberauit,et liberat; dans: et concedens etiam absenti,vt præsenti,me notario,etc.stipulan. etc. virtute præsentis emancipationis plenam,et liberã,et legitimam potestatem,licentiam,et auctoritatem deinceps contrahendi, emendi, vendendi, alios quoscũq; licitos contractus iniendi,faciẽdi,et cõtrahẽdi,in quocumq;iudicio, tam agen. quam defenden.et extra iudicium standi,et experiẽ. procuratores constituen.testan seu testamenta et alias quacumque vltimas voluntates facien. disponen. & ordinan. et omnes,et singulos alios actus seu contractus,et quacumq; negocia in iudicio, et extra peragen.facien.et exercen.quos,et quæ quisque paterfamilias, et homo sui iuris existens facere potest et debet, Super quibus,etc.

De processibus diuersarum prouisionem Apostolicarum.
Cap. XI.

Processus prouisionis.

REuerẽdo in Christo Patri,et Domino Dei,et Apostolicæ Sedis gratia, Episcopo N.eiusq.in spiritualibus,et temporalibus Vicario, seu officiali generali (*Et si in Bulla adfuerit clausula,* seu si venerabili fratri Episcopo, et dilectis filiis Capitulo, etc. *addendum erit*) Necnon venerabilibus,et circũspectis viris dominis Capitulo, et Canonicis Ecclesiæ N. omnibusque aliis,et singulis,quorum interest, intererit, aut interesse; quos infrascriptum tangit negocium,aut tãgere poterit quomodolibet in futurũ,quibuscunque nominibus censeantur,aut quacũque,præfulgeant dignitate BARTHOLOMEVS

LOMAEVS Ferratinus eadem gratia Episcopo Amerin. iudex & executor ad infrascripta vna cũ nonnullis aliis nostris in hac parte collegis sede Apostolica specialiter deputatus, salutem in Domino & nostris & huiusmodi, imò verius Apostolicis firmiter obedire mandatis Literas Sanctissimi in Cristi Patris, & domini Nostri Domini Clementis diuina prouidentia Papæ Octaui eius veris bullis plumbeis, vnam videlicet gratiosam: cũ filis sericis rubei, croceiq; colorum alteram verò executorialem, cũ cordula canape [*Si tamen esset vna Bulla gratiosa expedia t per Cameram Apostolicam, vel per viam secretam cum clausula executoriali quæ incipit* Quo circa, *oportet dicere*] eius vera quila plumbea cum filis sericeis, rubei croceique colorum, more Romanæ Curiæ impenden sanas siquidẽ & Integras non vitiatas, non cancellatas, neque in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio, & suspicione carẽtes, vt in eis prima facie apparebat nobis [*si principalis fuerit absens dicatur*] pro parte venerabilis viri domini N. rectoris parocchialis Ecclesiæ S. N. N. dioec. &c. principalis in subinsertis litteris Apostolicis principaliter nominatis: (*Si verò ipse principalis fuerit absens dicatur*) per venerabilem virum, &c nominatum coram Archiuii Rom. Curiæ scriptore, & testibus infrascriptis præsentata. Nos cum ea qua decuit reuerentia recepisse noueritis (*huiusmodi sub tenore* CLEMENS, &c. *et seruantur literæ Apostolicæ, & eius descriptis subiunge*) post quarum quidem literarum Apostolicarũ præsentationem & receptionem nobis, & per nos & præ. mittitur, factas fuimus pro parte dicti D. N. principalis, *aut si sit præsens*, per dictũ D. *N*. principalem, in præinsertis litteris Apostolicis principaliter nominat: debita cum instantia requisiti quatenus ad executionem dictarum Litterarum Apostolicarum, & contentorum in eisdem procedere dignaremur: iuxta traditam, seu directam per eas à sede Apostolica nobis formam. Nos igitur Bartholomeus Episcopus, Iudex, & executor præfatus attendentes requisitionem huiusmodi fore iustam, & rationi consonam, volentesq; mãdatum Apostolicarum nobis in hac parte directum reuerenter exequi, vt tenemur. Id circo auctoritate Apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte eundem D N. principalem in, et ad corporalem possessionem parochialis Ecclesiæ S. N. dioeces. &c. ipsi D. N. per præfatum D. nostrum papam collatæ, & annexæ, iuriumque pertinentiarum suarum quorumcumque posuimus et induximus, ponimusque, inducimus ac inuestimus præsentium per tenorem QVAE OMNIA, et singula, necnon præfatas litteras apostolicas, huncq; nostrum processum, ac omnia, et singula in eis contenta vobis omnibus, et singulis supradictis communiter, vel diuisim, ac vestrum cuilibet intimamus insinuamus et notificamus, ac de vestram, et cuiuslibet vestrum notitiam deducimus, et deduci volumus per præsentes. Vosque nihilominus, ei vestrum quemlibet primo, secundo, tertio, et peremptorie, cõmuniter, vel diuisim, ac vobis, et vestrum cuilibet insolidum in virtute sanctæ obedientiæ, et sub infrascriptis sententiarũ pœnis districte prçipiendo mandamus, quatenus infra sex dierum spatium post præsentationem, seu notificationem præsentium, et requisitionem vobis, seu cuilibet vestrum pro parte dicti domini *N*. principalis vigore præsentiũ desuper factas immediatè sequentes, quorum sex dierum duos pro primo, duos pro secundo, et reliquos duos dies vobis omnibus, et singulis pro tertio, et per emtorio termino, ac monitione canonica assignamus eundem dominum *N* principalem, vel procuratorem, seu eius nomine in corporalem, realem, et actualem possessionem parochiales Ecclesiæ, ac annexorum iuriumque, et pertinentiarum præfatorum auctoritate Apostolica ponatis, et iudicatis, ponique, et induci faciatis: ac inductum defendatis amoto exinde quolibet illicito detentore, quem in quantum possumus, amouemus, et amotum denunciamus, sibique de parochialis Ecclesiæ, et annexorum eorundem fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, obuentionibus, et emolumentis vniuersis, faciatis plenariæ, et integre responderi QVOD SI FORTE præmissa omnia, et singula non adimpleueritis, seu distuleritis contumaciter adimplere, mandatisque, et monitionibus nostris, immo verius Apostolicis non parueritis, realiter, et cum effectu Nos in

vos

vos omnes, & singulos supradictos, qui culpabiles fueritis in præmissis, & generaliter in contradictores quoslibet,& rebelles, ac impedientes ipsum D. N. principalem, vel procuratorem præfatum super præmissis, in aliquo,aut ipsum impedientibus dante auxilium consilium, vel fauorem publice,vel occulte, directe,aut indirecte,quouis quęsito colore,vel ingenio cuicumque dignitatis status gradus, ordinis, vel conditionis existant ex nunc prout ex tunc, & è contra, prædicte sex dierum canonica monitione pręmissa.In Capitula verò, Conuentu, & Collegia, quorumcumque in his forsan delinquentiũ & rebellium ecclesias, monasteria & cappellas, interdicti Ecclesias sententias ferimus, in his scriptis, etiam promulgamus. Vobis Reuerendo in Christo patri Domino Episcopo N. præfato dumtaxat excepto, cui ob reuerentiam vestræ pontificalis dignitatis, deferimus in hac parte; si ramẽ contra præmissa vel eorũ aliquod feceri is si fieri mandaueritis, per vos, submissam personam, publice, vel occulte, directe, aut indirecte, quouis sito colore, seu ingenio, ex nunc, prout ex tunc, & è cõuerso,præfata sex dierum canonica monitione præmissa,ingressum Ecclesiæ interdicimus.

Si autem huiusmodi interdictum, per alios sex dies præfatos immediate sequẽtes sustinueritis, vel simili canonica monitione præmissa suspendimus à diuinis. Verum si præfatis interdicti:& suspensionis sententias, post alios sex dies dictos duodecim immediate sequentes substinueritis vos, simili canonica monitione præmissa suspendimus à diuinis, Verum si præfatas interdicti, & suspensioni sẽntentias per alios sex dies dictos duodecim immediate sequentes; animo (quod absit) substinueri, indurato, vos prędicta sex dierum canonica monitione pręmissa in his scriptis excommunicationis sententia innodamus CAETER[illegible] cum ad executionem præmissorum vlterius faciendam, nequimus quoad præsens personaliter interesse, pluribus alijs arduis in Romana Curia legitime præpediti negociis. Vniuersis, & singulis Abbatibus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis Cantoribus Thesaurariis, ac tam, Cathedralium, & Metropolitanarum quam collegiatarum Canonicis, parochialiumque Ecclesiarum Rectoribus, Locaten. eorumdem, cęterisque presbyteris, clericis, notariis & tallionib. publicis ecclesiasticis,& sæcularibus per ciuitatẽ,& diœc. N. sic alius vos libet constitutis,& eorum cuilibet insolidum,super vlteriori executione mandati Apostolici,atque nostris facienda, tenore pręsentium plenarie committimus vices nostras donec eas ad nos specialiter, & expresse duxerimus reuocãda. Quos nos,& eorum quemlibet insolidum requirimus primo, secundo, tertio, & peremptorie communiter, vel diuisum ac eis, & eorum cuilibet in virtute sanctæ obedientię, & sub excommunicationis pęna, quam, nos in eos, & eorum quemlibet, nisi fecerint, quę mandamus, ferimus in his scriptis, districte pręcipiendo, mandantes, quatenus infra sex dierum spatium,post pręsentationem, seu notificationem præsentium, & requisitionem vobis, seu alteri vestrum pro parte dicti D. N. principalis desuper factas immediate sequentes. Quos sex dies ipsi, & eorum cuilibet pro omni dilatione terminoque peremptorio ac monitione canonica assignamus. Ita tamen, quod in his exequendis, alter alterum non expectet, nec vnus pro alio, seu per alium se excuset, ad vos omnes & singulos, quibus præsens noster processus dirigatur, personaque, & loca alia de quibus, vel quando, & quoties expediens fuerit,personaliter accedant, pręfatasq; littes Apostolicas, & hunc nostrum processu, ac omnia, & singula in eis contenta vobis omnibus, & singulis supradictis communiter, vel diuisim legant, intiment, insinuent, & fideliter publicare procurent, ac eundem D. N. principalem, vel procuratorem suum eius nomine in corporalem, realem, & actualem possessionem parochialis Ecclesiæ, & annexorum iuriumque, & pertinentiarum pręfatorum auctoritate Apostolica ponant & inducant ac poni,& induci faciãt amoto exinde quolibet illico detentore quem nos,in quantum possumus,amouemus,& amotum denunciamus. Sibiq; de parochiali Ecclesia, & annexorum eorũdem fructibus redditibus,prouentibus,iuribus obuentionibus, & emolumẽtis vniuersis,faciant plenariè, & integra responderi: ET GENERALITER omnia alia, & singula nobis in hac parte cõmissa,

sa, plenarie, & integre exequantur, iuxta dictarum, litterarũ Apostolicarũ, & prædicti nostri processus in formã, continentiam, & tenorem. Ita tamen quod dicti sub delegati nostri, vel quicumq; alius, siue allj nihil in præiudicium dicti D. N. principalis attentare valeant quomodolibet in præmissis, neque in processibus per nos habitis, aut sententijs lãtis, absoluendo, vel suspendendo aliquid immutare. Per processum autem nostrum nolumus, nec intendimus nostris in aliquo præiudicare collegis, quo minus ipse, vel eorum alter, seruato tamen hoc nostro processu huiusmodi negotio procedere valeant, prout ipsis, vel eorum alteri visum fuerit expedire. Præfatas quoq; litteras Apostolicas, & hunc nostrum processum volumus, penes dictum D. M. principalem, vel procuratorem non remanere; & non per vos, vt aliquem vestrum, seu quemcumque alium, ipsis inuitis & contra illorum voluntatem quomodolibet detineri. Contrarium, verò facientes præfatis nostris sententiis, quo vt in his scriptis latæ sunt, ipse facto volumus subiacere. Mandamus tamen copiam fieri de præmissis, tam petentibus, & habere debentibus, petentium quidem sumptibus, & expensis. Absolutionem verò omnium, & singulorum, qui præfatas nostras sentẽtias, aut earum aliquam incurrerint, siue incurrerit Nobis, vel superiori nostro tantũmodo reseruamus IN QVORVM omnium, & singulorum fidem, & testimonium præmissorum, præsentes litteras siue hoc præsens publicum instrumentum exinde fieri, & per Archiuij Romanæ Curiæ scriptorem infrascriptum subscribi, & publicari mãdauimus, sigilliq; dicti Archiuij iussimus, & fecimus appensione communiri. Datum, & actu Romæ in ædibus nostram solitæ residentiæ sub anno à Natiuitate Domini M. DC. Indictione xiij die vero N. mensis N. pontificatus prælibati Sanctissimi in Christo patris, & D N. D. Clementis diuina prouidentia Papæ viij. anno nono, præsentibus ibidem discretis viris dominis N. & N. dicti Archiuii scriptoribus testibus, ad præmissa vocatis specialiter, atque rogatis.

Si littere prouisionis fuerint expeditæ in forma trium Iudicium.

REVERENDO, &c. *vt in præcedenti* POST QVARVM, &c. *vsque,* & qua fungitur in hac parte parochialem Ecclesiam sancti N. diœces. &c. de qua in præinsertis literis fit mentio, quibusuis modis in eisdem literis per expressis vacantem, nobis non constito quod tempore Dat. dictarum litterarum esset in ea alicui specialiter ius quæsitum, cum omnibus iuribus, & pertinentiis suis eidem D. N. principali contulimus & assignauimus, ac conferimus, & assignamus per præsentes, ipsumq; D. N. principalem in corporalem possessionem dictæ Ecclesiæ, ac annexorum, iuriumque, & pertinentiarum suarum posuimus, & induximus, ponimusq; & inducimus, ac inuestimus de eisdem præsentium per tenorem. QVAE OMNIA, & singula, &c. *vt in præcedenti.*

Super prouisione vel Commenda Monasterij.

BARTHOLOMAEVS Ferratinus Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Amerin. iudex, & executor ad infrascripta, vna cum nonnullis aliis nostris in hac parte Collegis à Sede Apostolica specialiter deputatus, venerabilius, & religiosis viris dominis Conuentui, ac nobilibus, & discretis viris vassallis, & aliis subditis Monasterij N. ordinis N. N. diœces. &c. omnibusq; aliis, & singulis quorum interest, & dignitate, salutem, &c. mandatis, litteras, &c. sub tenore CLEMENS, &c. POST QVARVM QVIDEM litterarum, &c. fungimur in hac parte præfatas literas Apostolicas, &c. inuestimus de eisdem præsentium per tenorem, QVAE OMNIA, &c. assignamus eidem D. N. principalis in adipiscenda possessione, vel quasi regiminis & administrationis dicti Monasterii, ac alius bonorum auctoritate Apostolica vice nostra assistẽtes. Vos dom[i]ni Conuentus obedientiam, & reuerentiam debitas, & deuotas. Vosq. v[assa]lli, & alii subditi eiusdẽ monasterii. Ipsi D. N. principali consueta seruitia, & iura sibi à vobis debita, integra exhibeatis, & exhiberi faciatis, & quilibet vestrum, prout eum concernit, exhibet, & exhiberi faciat realiter, & cum effectu. QVOD SI FORTE, etc. promulgamus CAETERVM, etc. se excuset ad vos Dominos Conuentum, & vassallos, & alios subditos, omnesq; alios, & singulos

quibus

quibus noster præsens processus dirigitur necnon monasterium ipsum, personasq; & loca, de quibus, vbi, quãdo, & quoties expediens fuerit personaliter accedant, siue accedat, & præfatas litteras Apostolicas huncque nostrumprocessum, ac omnia & singula in eis contenta, vobis omnibus, & singulis supradict s communiter, vel diuisim intiment, & insinuent, & fideliter publicare procurent, ac eidem D.N. principali in adipiscenda possessione regiminis, & administrationis dicti monasterii, ac illius bonorum, auctoritate nostra Apostolica, assistant, & faciant eidem D N. principali à Conuentu obedientiam, & reuerentiam debitas, & deuotas, & à vassallis & aliis subditis præfatis consueta seruitia & iura sibi ab eis debita, integre, et realiter, et cum effectu exhiberi. ET GENERALITER, etc. IN QVORVM, etc.

Nota quod in processu Commendæ in forma rigorosa, idem seruatur, quod in processu prouisionis rigoroso: mutato tantum verbo prouidemus, *in verbum,* commendamus. *Vt infra.*

POSTQVARVMQVIDEM litterarum Apostolicarum, et auctoritate, qua fungimur in hac parte. Monasteriũ sancti N. N. diœces etc. de quo inpræinsertis literis Apostolicis fit mẽtio, per libera comendæ cessionem D.N. clerici vacãs, nobis cõ stito quo tempore datarum dictarum litterarum Apostolicarum nõ esset in dicto Monasterio alicui specialiter ius quæsito cum omnibus iuribus, et pertinentiis, ac annexis, eidem D. N. licet absenti, tanquam præsenti, et per eum quoad vixerit vna cum omnibus, et singulis beneficiis Ecclesiasticis, quæ obtinet, et in posterum obtinebit, tenendum, regendum, et gubernandum, et auctoritate Apostolica, nobis in hac parti, vt prætermittitur commissa: commendamus per præsentes. Ipsumque D.N principalem, in corporalem possessionem, etc.

Pro Prioratu mutato nomine Monasterij in Prioratus.

REVERENDO, etc. officiali generali necnon venerabilibus, et religiosis viris dominis Priori, et conuentui monasterii sancti N. ordinis N.N. diœces. etc necnon omnibus, et singulis vassallis et subditis eiusdẽ monasterij, omnibusq; aliis, quorum interest intererit, etc. POSTQVARVMQVIDEM, etc. auctoritate qua fungimur in hacparte, præfatu dominũ N principalẽ licet absentẽ, et personã D.O. procuratoris sui coram nobis, propterea personaliter constituti, et corporalem possessionem, seu quasi Abbatialis dignitatis, ac regimentis, et administrationis dicti monasterij, bonorumque & iurium vniuersorum eiusdem, per dictarum litterarum Apostolicarum traditionem, induximus, ac inuestiuimus, eumque de eo prouidimus præsentium per tenorem QVAE OMNIA, &c.

Processus regressus, per cessum, vel decessum.

VNIVERSIS, & singulis præsentes litteras siue hoc præsens publicum processus instrumentum inspecturis visuris, lecturis pariter, & auditurls, omnibusque aliis, & singulis, quorum, &c. BARTHOLOMAEVS, CLEMENS, & POSTQVARVMQVIDEM, &c. qua fungitur in hac parte, præfatas litteras Apostolica, & hunc nostrum processum ac omnia, & singula in eius contenta, vobis omnibus, & singulis supradictis intimamus, &c. vosque nihilominus, & vestrũ quemlibet tenorepræsentium requirimus &c. quatenus infra sex dierum spatium, &c. ac monitione canonica assignamus eundem D.N. principalem, vel procuratorem suum eius nomine facultate iuris regrediendi ad parochialem Ecclesiã S N. quam venerabilis vir D.N. dictæ Ecclesiæ rector ad præsens obtinet per cessum, & ex causa permutationis, vel decessum ipsius D.N. aut eodem Ecclesiam præfatam alias quomodolibet vel amittente. & illa alias quomodolibet vacante, &c. apud sedem Apostolicam, prout in dictis litteris plenius apparet, auctoritate sibi concessa & in euentum regressus huiusmodi in dictæ Ecclesiæ, & annexorum, iuriumque, & pertinentiarum omnium eiusdem, corporali reali, & actuali possessione, iuxta præinsertarum literarũ Apostolicarum, vim, formam continentiam, & tenorem pacifice frui, & gaudere faciatis, & permittatis & quilibet vestrum faciat, & permittat. INHIBENTES propterea omnibus & singulis supradictis, & aliis quibuscũq; dignitaris, status, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, sub infrascriptis sententiarum

rum pœnis,ne D N.principalem,vel procuratorem suum præfatum super præmissis,aut præmissorũ aliquo quomodolibet indebite molestetis,seu molestari permittatis,vel faciatis per vos,vel alium, seu alios,publice,vel occulte, directè, vel indirectè quouis colore, vel ingenio, sed omnibus, & per omnia huiusmodi præinsertis litteris Apostolicis,& præsenti nostro processui pareatis,& quilibet vestrum pareat cum effectu. QVOD SI FORTE , &c. CAETERVM cum ad executionem , &c. fideliter publicare procurent, ac eundem D.N. principalem, vel procuratorem suũ præfatum eius nomine facultate iuris regrediendi ad Ecclesiam huiusmodi; ac in euentũ illius ipsius Ecclesiæ,ac annexorũ, suriumq.&pertinentiarum omniũ eiusdẽ possessione pacifice,frui,& gaudere,auctoritate prædicta faciant,nec permittat eũdem D.N.principalem,vel procuratorem suum eius nomine,superillis per quoscũque quomodolibet indebite molestari,inquietari,vel perturbari,neq;inquirent,molestent , vel perturbent. ET GENERALITER,&c.IN QVORVM,&c.

Processus pensionis.

BArtholomæus Ferratinus Dei,& Apostolicæ sedis gratia, Episcopus Amerin.Iudex, & executor ad infrascripta , vna cũ nonnullis aliis nostris in hac parte collegis , à sede præfata specialiter deputatus , vel Macellus Lantes protonotarius Apostolicus in vtraque Signatura S.D. N. Papæ Referendarius , curiæque causarum Cameræ Apostolicæ generalis Auditor , & Archiuij Rom. Curiæ corrector,iudex,& executor ad infrascripta,&c. venerabili viro D.N. Rectori parochialis Ecclesiæ S. N.N.diœc.&c.& successoribus vestris ipsam,parochialem Ecclesiam pro tempore obtinentibus,omnibusq,& singulis, &c. *Si ignoretur nomen Rectoris vel beneficiati pensionem soluere habentis,* vniuersis,& singulis præsentes literas siue hoc præsens publicum processus instrumentũ respectũris, lectũris pariter, & adituris,ac illi,vel illis, quorum interest , &c. Literas sanctissimi, &c. CLEMENS , &c. POSTQVARVM , &c. & qua fungimus in hac parte , præfatas literas Apostolicas, huncq; nostrum processum,ac omnia,& singula in eis contenta , vobis omnibus,& singulis supradictis intimamus,&c.deduci volumus per præsentes Et nihilominus vos D. N rectorem , & successores vestros prædictos & vestrũ quemlibet insolidum , *vel si ignoretur nomen Rectoris* Et nihilominus nunc,& pro tempore existentem parochialis Ecclesiæ N. Rectorem,tenore præsentium requirimus,&mouemus primò,secundò,tertio,et peremptorio communiter,vel diuisim,ac vobis,&vestrum cuilibet insolidum in virtute sanctæ obedientię, ac sub sententiis , censuris,& pœnis in dictis literis Apostolicis contentis,quas in vos , & vestrum quemlibet.nisi feceritis,quæ in hac parte mandamus,incurrere volumus ipso facto prout quælibatus S.D.N Papa incurrere voluit, districtè percipiendo mandamus ; quatenus infra terminos in præinsertis literis Apostolicis contentos pensionem annuam L ducatorum,per præinsertas Apostolicas dicto D. N principali per præfatum S.D N. Papam super fructibus redd. & prouent.parochialis Ecclesię N. reseruatam, in loco, & terminis in eisdem literis Apostolicis expressis , vel saltem infra xxx.dies, quemlibet eorum immediate sequentes,quos vobis, & vestrum cuilibet pro omni dilatione, terminoq;peremptorio,ac monitione canonica assignamus eidem D.N. principali quoad vixerit, vel procuratori suo ab eo speciale mãdatum habenti, iuxta reseruationis constitutionis, & assignationis, ac decreti in eisdem literis Apostolicis appositis continentiam & tenorem efficaciter persoluatis , & vestrum quilibet persoluat:aut vos cum dicto D.N.principali, siue eius procuratori super hoc amicabiliter cõcorderis,& quilibet vestrum concordet. *Si in bulla adsit regressus additur.* Necnon eundem D. N. principalem in omnes,&singulos euetus in dictis literis Apostolicis expressos ; facultate iuris regrediendi , & in euentum regressus huiusmodi possessione d. parochialis Ecclesię,iuxta ipsarum litterarum formam,& tenorem, pacifice absque aliqua contradictione gaudere faciatis , & permittatis,ac vestrum quilibet faciat,& permittat. QVOD SI FORTE præmissa, &c. *vsque ad verba* . Interdicti Ecclesiastici , sententias ferimus in his scriptis,& etiam promulgamus. CETERVM cum ad executione,&c.*vsque ad verba* . Legant, intiment, insinuent , & fideliter publicare procurent,ac eidem D.N.principali quoad vixerit, vel procuratori suo

præ-

præfato pensionē annuam L. Ducat &c. in præinsertis literis Apostolicis contentam, & reseruatam. Iuxta præfati D. N. Papæ reseruationis, constitutionis assignationis, ac decreti, & indulti præfatorū continentiam, atque formam, iuris singulis in loco, & terminis in eisdem literis expressis, vel saltem infra xxx. dies ex tunc immediate sequentes per vos, vel alterum vestrum tunc debitam, realiter, & cum effectu quantum in eis est, vel fuerit faciant persolui *Si ad sit in bulla regressus* Ac eundem D. N. principalem facultate iuris regridiendi, & in euentum regressus huiusmodi, possessione dictæ Ecclesiæ pacifice frui, & gaudere, iuxta dictarum literarum, vim, formam, continentiam, & breuem. ET NIHILOMINVS quemlibet ex vobis dicto D. A. & successoribus vestris præfatis, qui in aliquo ex dictis terminis, vel saltem infra xxx. dies immediate sequenter, pensionem per vos, seu alterum vestrum tunc debitam huiusmodi non persoluisse cum effectu, aut vorsi dicto D. N principali, vel procuratore ad hoc ab eo specialiter cōstituto super hoc amicabiliter concodatum fuisser, & esse sententiamq excōmunicationis per præfatum D. N Papam, a qua vos, vel aliter vestrum, præterquam in mortis articulo absolui non poterit, latam propterea incurrisse: ipsis nostris subdelegatis, vel eorum alteri constiterit, quoties, & quando super hoc pro parte d D N principalis fuerint requisiti, vel aliquis eorum fuerit requisitus, tamdiu Dominicis, & aliis festiuis diebus in suis Ecclesiis, monasteriis, & cappellis, dum maiori inibi populi multitudo ad diuina conuenerit, excommunicatum publice nuncient, & faciant ab aliis nunciari, ac ab omnibus arctius euitari, donec, & quousque dicto D. N. principali, vel procuratori supradicto super hoc amicabiliter, concordatū, aut ipse ab huiusmodi excommunicationis sententia absolutionis beneficium meruetur obtinere. ET GENERALITER omnia & singula, &c. IN QVORVM omnium & singulorum præmissorum, &c. *ut in processu prouisionis.*

Secundi Libri Finis.

SALVSTII TIBERII A CORNETO.

Liber Tertius.

De varijs, & diuersis alijs vtriusque generis contractibus.

Aggregatio Societatis.

GVBERNATOR, Consiliarij, cæterique officiales venerabilis Societatis Sancti Ioannis Baptistæ Decollati, de Misericordia nuncupatæ, nationis Florentinorum de Vrbe vniuersis, & singulis Christi fidelibus præsentes nostras litteras inspecturis, visuris lecturis pariter etiam audituris sinceram in domino charitatem. Noueritis, quod nos post diuini officij celebrationem congregati, & coadunati in Oratorio nostro (vt moris est) ad requisitionem D. N. Pro curatoris N. prout de eius procurationis mandato constat publico instrumento rogato per D, N notarium publicum Apostolica, & Imperiali auctoritatibus in dicta terra N. sub die N. penes infrascriptū notarium, & secretarium nostrum dimisso considerantes, quod si fel. rec. Iulius Papa Tertius, ac Sanctissimus D. N Clemens diuina prouidentia Papa Octauus, diuersiq. alijs Romani Pōtifices erga nos exmera eorum benignitate sese liberales largitores gratiarum ostenderunt, nos quoq; merito erga alios liberales esse debemus ita quod aliæ christiolæ circa misericordiæ opera se pie studeant exercere *Vigore præsentarum* litterarum Apostolicarū sub plumbo, necnō etiam informa breuis respectiue sub annulo piscatoris expeditarum, ac facultatis nobis, & eidem nostræ Societati attributæ quæcunque priuilegia, gratias, indulgentias (non tamen manus adiutrices concernantes) facultates emptiones, & indulta non tamen prosequendi causas hic in Rom Cur. corā Auditore Cameræ, & liberandi aliqnem dānatum, & altera portatili concernen. nobis, & eidem nostræ Societati hactenus quomodolibet concessas, & concessa cum dicta confraternitate N. illiusque confratribus in omnibus, & per omnia iuxta præinsertarum litterarum tenorem, & formam, ac cum exemptionibus, gratiis, & priuilegiis (supradictis tamen exceptis, & reseruatis) communicauimus, & concessimus prout per præsentes communicamus, illasq; & illa eis liberaliter concedimus, & elargimus In quorū omniū, & singulorum fidem, robur, & testimoniū præmissorum, præsentes nostras fieri, & per infrascriptum notarium, publicū, & Secretarium nostrum ad hoc a nobis specialiter deputatum, de mandato nostro subscribi, sigilliq; eiusdem nostræ Societatis appēdendum muniri fecimus. Datum Romæ in eodem Oratorio nostro, sub anno à Natiuitate Domini, &c.

Forma instrumentis sententiæ, quod à notario conficitur.

IN nomine Domini Amen. Noueritis vniuersi, & singuli hoc præsens publicum sententiæ instrumentum inspecturi lecturi, & audituri, qualiter vertente nuper, seu alias lite, & causa coram eximio II. doctore N. admodum magnificæ ciuitatis Corneti hon. Commissario, & iudice ordinario, inter magnificum D. A actorem ex vna, & D. B. reum conuentum de, & super solutione summæ scutorum 100 per eundem B. eidem A debitorum pro pretio certæ quātitatis frumenti sibi venditi,

diti, mensurati, & traditi de anno proxime præterito ex eiusdē A. Puteo; rebusq; aliis in actis, & processu causæ, & causarum huiusmodi latiùs deductis partibus ex altera, & diuerso actus præuia libelli porrectione ex parte actoris, & rei respōsione, & hinc inde processum fuisset exhibitisq. & productis nonnullis positionibus & articulis, & testibus super eis, & tota causa legitimè examinatis, debitisq; præfixis terminis statutarijs, præcedenteq; (vt moris est) processus publicatione, cum assignatione consueti termini ad apponendū; Quo termino elapso, citato dictæ D. B. ad concludendum, cōcludiq. videndum, & audiendum sententiam pro die, & hora infrascriptis; demum idem magnificus D. Commissarius & Iudex ordinarius in loco solito, & cōsueto hac hora solita, & consueta ad iura reddendum, & causas audiendum pro tribunali sedens visis videndis, ac seruatis de iure seruādis suam in scriptis in causa, & causis prędictis tulit, & promulgauit sententiam diffinitiuā huiusmodi sub tenore videlicet; Christi nomine inuocato, &c. Lecta lata, & publicata fuit supradicta sententia per eundem magnificum D. Commissarium, vt supra pro tribunali sedentem in palatio solitæ residentiæ dicti magnifici D. Commissarij, ac Curiæ dictæ ciuitatis, sub anno à natiuitate Domini, &c. presentibus N. & N. testibus, &c.

Doctoratus.

IN nomine sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus sancti Amen. Hieronymus Botis Comes Palatinus, &c. Art med. Theologiæ doctor, primus olim Perusini Ginnasii Philosophus super ordinarius, &c. Vniuersis, & singulis presentes litteras, siue presens publicum Doctoratus instrumentū, & priuilegium visuris, lecturis pariter, & auditutis notū facimus, & attestamur, qualiter vocatis magnificis DD. F & N art & med doctoribus, vt magnificū D. B q. D B q D. A. & C. coniugum filium legitimum, & naturalem in art & med. & philosophiæ rigorose inquirerent, & examinarent. Qui quidem domini Doctores mandatis nostris obsequentes, datis dicto B. his punctis, videlicet primo Phys. t. 42. omnia autem contraria faciunt principia, &c. & primo Aphorismorum Aphorismo 7. ibi morbus peracutus est, &c. eodem B. super eis rigorose, & diligēter inquisito, & examinato, ita eum tam in legendo inferendo, sustinendo, quam etiā in alijs emergentibus quæstionibus, ac fortissimis, & subtilissimis argumentis contra eum summo cum studio factis respondisse, & replicasse valde diligenter, & subtiliter nobis iuxta eorum cōscientiam retulerunt, vt merito ad huiusmodi art. med. & philosophiæ doctoratus gradum tamquam idoneum, & sufficientem promoueri posset; ideo vigore indulti, nobis à Sede Apostolica concessi, hic causa breuitatis inserti omissi; quod tamen volumus inseri quandocunque posse, de eorundem DD. Doctorum vnanimi consilio, & assensu considerantes, quod ex aurosa literarum radice debes, & gloriose debeant recolligi fructus, ipsum B ad Nos reuocatum, & id postulan. ad gradum, & insignia Doctoratus huiusmodi ad laudem, & gloriā omnipotentis Dei, & gloriosissimæ eius Matris Marię Virginis omni meliori modo, quo magis, & validius potuimus & debuimus, ac possumus, & debemus, recepimus, & assumpsimus, ac aliorum Doctorum in artæ medicinæ, & philosophię numero, & actui aggregauimus, prout tenore presentiū recipimus assumimus, & aggregamus, Pronunciantes, decernētes, & declarātes ipsum B. art. med. & phylosophiæ doct. omnibus, & singulis priuilegijs, exemptionibus, prærogatiuis, libertatibus, immunitatibus, honoribus, concessionibus, fauoribus, & indultis, quibus ceteri Doctores vtuntur potiuntur, & gaudent, vti potiri & gaudere habere; sibique libros clausos, & apertos, biretem in capite, annulum in digito, osculum pacis ac sedem siue cathedram, omniaq; & singula doctoratus insignia sibi tradidimus, & cōcessimus, prout tradimus & concedimus per presentes In quorum omnium, & singulorū fidem, & testimonium præmissorum, presentes manu nostra propria subscriptas & sigilli nostri appensione munitas, fieri curauimus Datum, & actū Romæ in ædibus nostris sub anno, &c presentibus, &c. testibus, &c.

Notarius.

COllegium scriptorum Archidij Ro. Cur vniuersis, & singulis præsentes litte-

litteras seu præsens notariatus instrumẽtum inspecturis, lecturis, & audituris salutem in Domino sempiternam. Quia humanæ vitæ conditio cursum habet instabilem, & ea quæ per homines fiunt, vel temporum diuturnitate, vel memoriæ labilitate penitus deperirent; nisi vtriusque iuris prouidentia, naturali præuia ratione tabellionem, & notariorum per quos ea quæ gerentur documentis publicis quantum sint humana fragilitas, perpetuitati donarentur, officium inuenisset. Cum itaque discrettus vir Christoforus Castellettus ciuis Romanus nobis humiliter supplicauerit, quatenus ipsum auctoritate Apostolica nobis commissa, in publicum, & authẽticum tabellionem, notarium, & iudicem ordinarium, solitis cum facultatibus creare, & instituere; aliasque in præmissis opportune prouidere dignaremur: Nos itaque considerantes vitæ, ac morum honestatem, litterarum scientiam aliaq; virtutum merita, quibus dictus Christophorus experientia, & fide dignorum testimonio commẽdatur, eiusq; in hac parte supplicationibus inclinati ex indulto Sanctissimi D. N. Papæ, cuius in hac parte vices gerimus, & auctoritate nostri officii & ex cõsensu, & deliberatione R. P. D Hadriani Fusconii Episcopi Aquitanen dicti Archiuii magistrati Correctoris, & egregii viri D. Stephani Latini eiusdem Archiuii scriptoris, & Clerici per Nos in generali congregatione nostri Collegii deputati, eundem Christophorum præsentem in dicto archiuio genibus flexis constitutum, & per D. Fazzinum de Fazzinis examinatores, ad hoc per Nos electum, diligenter examinatum, ac habilem, & idoneum repertum, notarium publicum, & tabellionem, ac iudicem ordinarium, cum solitis facultatibus ordinauimus, creauimus, & instituimus; ipsumq; per pennam, & calamare, & aliã consueta insignia, de dictis officiis inuestiuimus, prout harum serie ordinamus, creamus, instituimus, ac etiam inuestimus, cum facultate per quascumque ciuitates, terras, oppida castra, villas, ac omnia loca S. R. E. mediate, vel immediate subiecta, & per quascumque mundi partes contractus, pacta, conuentiones actus iudicarios inter viuos, & causa mortis, donationes, testamenta, codicillos, & alias vltimas voluntates, ceteraq; instrumenta scribendi, et publicandi, & in actibus voluntariæ iurisdictionis auctoritates, & decreta interponen omniaq; alia, & singula palam, & publice facien. & exercen. quæ ad officiũ publici, & authẽtici notarii tabellionis, et iudicis ordinarii pertinere, & spectare dignoscuntur, & ad eundem Christophorum, tamquã ad notarium, & tabellionem publicum, seu personam authenticam publice recurratur, de ceterosq; instrumentis publicis per eũm cõficiendis stetur firmiter, & credatur, plenariaque fides in iudicio, & extra adhibeatur. Quibus peractis dictus Christophorus notarius creatus de dicto officio fideliter exercen. in manibus dictorum DD. correctoris, & clerici deputati, infrascriptum sub hac forma præstitit iurauerunt; videlicet, Ego Christophorus Castellettus ciuis Romanus ad hac hora fidelis ero, & obediens beatis Apostolis Petro, Paulo, & S. R. ac D. meo D. Gregorio XIII. & successoribus suis canonice intrantibus, non ero in auxilio, fauore, consilio, consensu, vel factum, vt vitã perdan, aut membrum, vel capiantur mala captione, cõsilium autem quod mihi per se, vel litteras, aut nuncium manifestabũt, ad eorum damnum scienter nemini pandam. Si verò aliquid ad mei notitiam deuenire contingat, quod in periculũ Rom. Pont. aut Ecclesiæ Rom. vergeret, seu graue damnũ illis immineret, illud pro posse meo impediam, & si hoc impedire non potero procurabo bona fide, id ad notitiã D. N. Papæ perferri. Pactumq; Rom. & Regalia sancti Petri, ac iura ipsius Ecclesiæ, et præsertim, si qua in ciuitate vnde oriundus sum, eadem Ecclesia habeat, iuuabo, & quantũ in me erit, contra omnes homines defendam Dominos meos Collegiũ, correctores, & scriptores Archiuii Rom. Cu. venerabor, & eorũ instituta, & priuilegia seruabo, & illa per quempiam verbo, vel facto, pro viribus violare non permittam; scripturas, quas in alma Vrbe, vel vbi Rom. Pont. cum sua Curia residere contigerit, conficiam, infra terminos in litteris fundationis dicti Collegii Archiuii compræhensos, ad Archiuium reportabo & in cæteris omnibus ordinationes dicti Collegii seruabo, tabellionatus officiũ fideliter exercebo, contractus, in quibus requiritur consensus partium fideliter faciã nihil addendo, vel minuendo, sine partium voluntate, quod substantiam

tiam contractus immunet. Si verò in conficiendo aliquo instrumentum, in quo vnius folius partis fit requirenda voluntas hoc ipsum faciam, eique nihil addam, vel minuam contra ipsius voluntatem, quod facti immunet substantiam. Instrumentum non conficiam de aliquo contractu, in quo sciam interuenire, seu intercedere vim, vel fraudem contractus in protocollum redigam, et postquam redigere malitiose non differam, contra voluntatem illius, vel illorum, cuius seu quorum est contractus, super eo quoque conficiam publicum instrumẽtum saluo meo iusto, et consueto salario. Ita me Deus addiuuet, et hæc sancta Dei Euãgelia. In quorum, etc. Datum, et actum Romæ in palatio Apostolico in Camera dicti Archiuii, sub anno à Natiuitate Domini 1575. indictione 3. die verò 29. mensis Augusti Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, et D N. Gregorii diuina prouidentia Papæ XIII anno quarto, præsentibus ibidem DD. Io. Baccodi, et Io. de Auilla dicti Archiuii scriptoribus testibus ad præmissa vocatis, etc. A. Aquinas corrector F. de Fazzinis: Stephanus Latinus.

Et quia ego Valerianus Caroflus, etc. Archiui, Rom Cur. scriptor de supradicto instrumento notariatus rogatus fui, Ideo illud subscripsi, et publicaui in fidem præmissorum requisitus.

Vicariatus.

R. P. D. A. electus M. confisus de scientia, fidelitate, probitate, et circumspectione, et in rebus agendis experientia Ven. D. N. olim officialis dictæ M. diœcesis, et nũc moderni Vicarii in dicto Episcopatu per eum iam deputari per litteras patentes, sponte, etc. de nouo, fecit, constituit, creauit, deputauit, et solẽniter ordinauit suum verũ, certum, legitimum et indubitatum vicarium, siue procuratorem, actorem, fauorem, negociorumq; infrascriptorum gestorem, ac nũcium specialem, et generalem, ita tamen, etc. eundem N. olim officialẽ, absentem, specialiter, et expresse ad ipsius, etc. dictam Episcopalem Ecclesiã M. et illius diœcesim membra, et pertinentias, castra, terras, villas, et alias quæcumque in spiritualibus, et temporalibus tenendum, et gubernandum illisq; de diuinis, et alia (prout decet) laudabiliter deseruien. et deseruari facien. in eisdem Ecclesia, ciuitate, et diœcesi, verbum Dei clero, et populo prædican. confessiones confiteri volentium audien. et cõfitentes pro quibusuis commissis in illis videlicet omnibus, et singulis casibus, in quibus ipse R. P. D. N. electus absoluere potest, absoluen et eis pœnitentias salutares iniungẽ ac sibi, et cum quibus videbitur in quibusuis casibus à iure præmissis, disperandum; litteras dimissorias, et commendatorias, et ad ordines etiam sacros à quocunque catholico Antistite gratiã, et communionem à Sede Apostolica habente, riteq; et canonice promoto, recipien. licentiam dandum, et concedendum, et ad ordines etiã sacros huiusmodi promoueri, ac beneficia Ecclesiastica obtinere volẽtes, examinan. et de eorum vita, et moribus inquiren. et se informan. admittendumq; sufficientes, et insufficientes repellen. dictamq; Ecclesiã et illius diœc. mẽbra, & pertinentias visitandum, et reforman et omnia, quæ ad huiusmodi visitationis officium pertinẽt, gerendum, et exercen. oppressiones, executiones indebitas, et quoslibet abusus tollendũ, et emendan contra quoscumq; suspectos de hæresi vsurarios, et quosuis alios tam Ecclesiasticos, quam laicos delinquentes, et criminosos cuiusuis gradus conditionis, et status fuerint inquirendũ et contumaces, iuxta eorum demerita, per priuationem beneficiorum, et bonorum tam ecclesiasticorum, quam patrimonialium, et aliorum quorumcumque, ac alias iuxta canonicas sanctiones, et prouinciales et sinodales constitutiones, puniendum, et corrigendum, priuandum, et suspendendum causas, lites controuersias, et quæstiones, tam matrimoniales, beneficiales, ciuiles, criminales, quam mixtas, ad forum dictæ mensæ Episcopalis, quouis modo spectantes, & pertinentes, cum omnibus singulis suis incidẽn. &c. audiendum, decidendum, cognoscendum & terminandum, sententias tam inter locutorias, quam diffinitiuas promulgandasque debitæ executioni demandan. Excõmunicationis, suspension. & interdicti, aliasq; Ecclesiasticas sententias censuras, & quasuis personas, vniuersitates & loco proferen. & infligen. easq; excommunican. aggrauan. & raggrauan. & auxilium brachij secularis inuocan.

ab excessibus, peccati omnibus criminibus, sententijs, censuris, & penis, quantum ad ipsum D. electum spectat, simpliciter, vel ad cautelam absoluen. & illas moderan. Apostolosque super quibus vis appellationibus dandum, & concedendum, & illis respondendum electiones, & postulationes quantumcumque personarum, ad quæcumq; beneficia examinan. sufficientes approbandum insufficientes reprobandum quocumque beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura ad dicti D. electi collationem, prouisionem presentationem, seu quamuis aliam dispositionem tam de iure, quam de consuetudine, et quacumque alia de causam ad dictum D. electum spectā qualitercumque vacantia, et vacatura personis idoneis conferendum, & de illis etiam prouidendum, atq; in illis beneficiis Rectores idoneos instituendum, & huiusmodi electiones, si videbitur approban. aut reproban. Rectores quoque, et Vicarios, ac alios officiales cum plenaria potestate recipiendum, et deputandum; eisque stipendia constituendum, & dum videbitur remouendum. Cum clausula ad lites, etc. Et generaliter omnia alia, & singula in præmissis, et circa ea necessaria, & opportuna, & quæ ipsemet A. electus facere, et facere posset, si in præmissis interesset, et quæ alii Vicarii generales facere, de administrare de iure, aut consuetudine consueuerunt, et possunt, etiam si talia forent, quę mandatum exigerent magis speciale, quam presentibus est expressum agendum, gerendum, exercendum, et procurandum. Promittens, etc. Releuans, etc.

Consensus mulieris, in venditione rei super qua habent interesse.

CVm sit quod D. F. de A. vnus ex filiis, et hæredibus bo. me. T. cum vixerat protonotarii Apostolici, mediante suo procuratore specialiter constituto ad effectum soluen. quandam compositionem scutor. 500. facta cum fisco, & curia propter vulnus, seu vulnera, & rixam cōmissam cum Locatenente Arcis F. & impensas propter factas, quam compositionem nisi integra persolueret vtiq; carceribus, in quibus diu ex huiusmodi causa, detentus fuit retrudi posset, et volens dictas impensas, et in dicta carceratione factas, seu debitu ex huiusmodi causa contractum persoluere, ideo vendiderit eius domum sitam in Vrbe, in Via P. quæ tendit ad Ecclesiam Sancti N. prope plateam P. e conspectus alterius domus maioris, iuxta viam, quæ tendit ad B. ab vno, et alio bono M et vias transuersales domino Cap. N. pro precio scutorum 900. partim solutorum, et partim soluen. In terminis desuper conuentis, cum pactis, et clausulis latius expressis in instrumento venditionis huiusmodi, die, etc. celebrato per me notarium. In quo instrumento conuentum fuit vt dictus emptor complementum pretii soluere non teneretur, nisi præstito consensu per D. I. germanum fratrem D. F. et per eorum sorore, et dominam C. filiam N. ratione legati ei facti per dictum bo. me. T. de summa scutorum 500. prout in eius testamento continetur, ac præstito consensu per Illustrissimum, et Reuerendissimum dominum Cardinalem M. fidei commissarium, seu etiam executorem dicti testamenti pro quocumque ipsorum iure, et actione competen. et competituris, et præstitis aliis consensibus per alio de quibus latius in dicto instrumēto venditionis apparet, et propterea dictus venditor, volēs adimplere pacta conuenta, vt possit consequi reliquum pretii dictæ domus interminis conuentis, requisiuerit dominum C. filiam M. præfati nunc ætatis annorū xv. et dictum eius patrem vti legitimum administratorem vt consentire vellent dictæ venditionis pro quocumq; iure ipsius C. ratione dicti legati scut. 500. Quia in euentum, in quem nubat, et tempore nuptiarum, iuxta formā dicti testamenti, obtulit, se paratum soluere legatum huiusmodi; Vltra quod ipsa C. poterit sibi iura sua: super aliis bonis præfati testatoris reseruare, in quibus est, et erit eidem C. abunde cautum, et pariter idem F. requisiuerit dominam Claram eius germanam sororem, vxorem dicti M. vt pro quocumq; suo iure, quod sibi ratione fideicōmissi paterni competere posset super huiusmodi domo vendita contentire vellet. Quæ domina Clara habens plenam notitiā de dictu testamento præterno, condito die, etc per N. tunc temporis nota-

notarium curiæ causarum Cameræ Apostolicæ, in quo licet idem testator disposuerit quod deficientibus suis legitimis filiis masculis hæredibus vniuersalibus, institutis sine filiis legitimis, et naturalibus aut legitimatis, bona deuolui, et pertinere ad ipsius testatoris, et quod prohibuerit dictis hæredibus, venditionem, donationẽ et alienationem bonorũ testatoris, tamẽ exceptuauerit, et reseruauerit casus legitimos, et à iure concessos, videlicet carcerationis, detentionis in manibus infideliũ, et aliam necessitatem, ideo, et quia intendit rem gratam facere dicto E. vt se possit liberare, solutione dictæ compositionis, et impensarũ, mediante conuentione pretii dictæ domus, et ne dictus eius frater à curia, et Fisco possit iterum molestari, vel carcerari, consentire proposuerit, prout etiam dictus M. eius maritus, tam quam pater, et legitimus administrator dictæ C. et ipsa quoque C. cum auctoritate, et consensu paterno, et aliis solemnitatibus opportunis consentire paratæ sint, attento quod iura ipsius C. respectu dicti legati super aliis bonis testatoris, vltra promissionem F. reseruare intendunt, et ibidem salua, et integra esse considerant. Hinc est, quod anno, etc. die, etc.

Coram magnifico, et Excellente I. V. D. L. M. Collaterali curiæ Capitolii, Vrbe Iudice ordinario, et competẽti pro tribunali sedente super sede lignea, in loco infradicendo, quem locum, et sedem, ad abundãtiorem cautelam pro suo iuridico et congruo tribunali, ac hunc actũ, et instrumentum celebran deputauit, ac testibus, et me notario personaliter cõstituta dictæ D. Clara d. A. vxor dicti M. in præsentia dicti eius mariti, ac D. C. dictorum coniugũ filia, et legataria, nunc ętatis annorum xv vt ipsa, et dicti eius parentes affirmarunt, in præsentia, et cum consensu, auctoritate d. M. sui genitoris affirmantes, præter dictum I. nullos habere consanguineos habiles ad præstandum consensum in hac re; Ideo volentes actũ omni meliori modo: quo possunt validè de celebrare, et ne propter dispositionem statutorum vrbis de validitate agendorũm dubitat contingat, propter defectum consanguineorum, ideo à predicto Collaterali aliquem curatorem, et confisæ de probitate domini A. ipsis DD. Claræ, et C. de defectum consanguineorum et quo, iurarunt non habere in Vrbe, deputari cum instantia postularunt, tam coniunctim, quam diuisim, et omni meliori modo. Qui D. Collateralis intellectis, et consideratis præmissis eundem A. præsentem, et onus huiusmodi acceptantem, ipsi Claræ, et C. præsentibus, et petentibus, dedit, et deputauit in curatorem, in locum, et defectum duorũ consanguineorum, iuxta formam statuto rum vrbis dicens, et replicans eidem A. curator est, et hunc actum supernarratum peragendum, vtilia facito, et inutilia prætermittito, ipsas Claram, et earum iura iudefensas, et indefensa non relinquito, et alia facito, ad quæ de iure teneri; Qui A. curator præmissis intellectis, ita facere, et curare promisit, quemadmodum sibi à Domino Collaterali demandatum fuit, et eo ibidem præsens, etc.

B. sciens, etc. sponte, etc. vt principalis principaliter, et insolidum accessit, et fideiussit erga dictas Claram, et C. præsentes, etc, quem B. accedentem, præsentes, etc. D. A curator promisit, releuare indemnem, ac penitus sine damno conseruare ita quod, etc. alias, etc. obligãtes propterea ijdem curator, et fideiussor insolidum se ipsos, eorumque hęredes, etc. ac bona omnia, et singula, præsentia, et futura, in forma iuris valida, et ita iurarunt tactis, etc.

Quo facto, coram eodem magnifico D. N. secundo Collaterali, et iudice, vt supra sedente predictæ DD. Clara, et C. in præsentia dicti D. M. mariti dictæ D. Claræ ac patris, et legitimi administratoris dictæ D. C. suę filię, atque presentia A. curatoris consanguineorum loco deputati, iurantium tactis, etc. se nullum proprium particulare habere in hac re, et huiusmodi cõsensum, attento, quod iura ipsius C. respectu dicti legati, super aliis bonis testatoris, vltra promissionem D. F. reseruare intendunt, non tendere in damnum ipsarum DD. Claræ, et C. sponte, etc. in primis, ad maiorem contractus validitatem, renunciarant cum iuramento tactis, etc l. iul. de fund. dot. ac omnibus legibus, et legum auxiliis et beneficio restitution. in integrum, et omnibus iuribus et statutis: si quibus mediantibus, contra huiusmodi contractum quouis modo venire possent, de quibus legibus iuri-

bus, ac statutis, & eorum effectu, prius domino Iudice informatæ extiterunt, et cum dicta renuciatione, ac omnibus melioribus modo, etc. cognitis, et consideratis, et bene intellectis, præsertim per D. laram, dispositionibus, et clausulis testamento dicto bo. me. T. et etiam certioratus ad plenum de dicta venditione in huiusmodi venditionem domus, factæ in dictum capitaneum N. pro omni, et quocumq; iure actiones, et interesse competentibus, et competituris eidē DD. Claræ, et C. pure, libere, et simpliciter consenserunt, et illa approbarunt, laudarunt et in omnibus et per omnia confirmarūt in quantum ad ipsas Claram, et C. attinet, et dictam alienationem, et præsentem consensum semper, et perpetuo ratā gratam, et firmam, ac ratum, gratum, et firmum habere, et tenere promiserunt, et nunquam, sub prætextu dicti legati scutorum 500. facti in fauorem dictæ C. et sub prætextu fideicōmissi paternī, et cuiuscumque iuris, concernentis ipsam D. Claram, tam de præsenti quam etiam in futurum, dictum capitaneu.n N. emptorē domus præfatæ eiusque hæredes, et successores in dicta domo, molestare in iudicio vel extra, etiā sub quouis prætextu iure, titulo, et causa, cognitis, et incognitis etiā hic non expressis, alias ad omnia damna impensas, et interesse teneri voluerunt, et al mine iudicij repelli possint: et hoc facerunt saluis, et reseruatis iuribus dicti legati eidem D. in, et super omnibus, et singulis alijs bonis hæreditatis dicti bo. me. T. testatoris super quibus bonis, asseruerunt, ipsam C. cautam esse, et vltra huiusmodi reseruationem, ibidem præsens dictus D. B. promisit eidem C. præsenti, et ad maiorem cautelam, cum dicto cōsensu acceptanti soluere dictum legatum, in euentum, et in tempore solutionis facien dæ iuxta formam dicti testamenti pater ni, et non aliter. Pro quibus, etc. super quibus omnibus, et singulis præmissis, tamquam rite, et legitime gestis, petierant à prædicto magnifico D. Iudice suam in præmissis, et sui officii auctoritatem, pari ter, et decretum interponi supplendo omnes defectus, qui forsan interuenerūt, omni meliori modo, etc. Qui magnificus D. Iudex sic, vt supra pro tribunali sedens, visis et intellectis præmissis, suū suiq offici auctoritatem, ac pariter decretum interponendum, duxit, et interposuit supplendo quoscumq; defectus si qui forsan interuenerint, quantum sua potuit auctoritate supplere, et omni meliori modo, etc super quibus, etc.

Ratificatio filij in patria potestate existentis.

Coram Illustrissimo, et Excellentissimo domino N. Duce, sedente in loco infradicendo, et testibus, ac me notario publico specialiter vocatis, et adhibitis personaliter constitutus.

Illustrissimus, et Excellentissimus DD. B. Princeps, habens plenam notitiam, vt asseruit de omnibus, et singulis gestis, et factis, causa quattuor consensum, in, et super prædio, seu casali N. constitutorum, et venditorum per Illustrissimum et Reuerendiss. D. F. sub diuersis diebus, et in fauorem dictarum personarum, pro pretio in totum scutorum sex millium auri in auro, seu valoris talis summæ in circa pro seruitio, et ad instantiam ipsius Illustrissimi, et Excellentissimi D. Principis, attento quod dictæ pecuniæ per magnificum D. L. procuratorem suum acceptæ fuerunt, et successiue iuxta ordinem ipsius Illustrissimi D. Principis transmissæ et remissæ Venetias; Et particulariter certioratus ad plenum de instrumēto Romæ celebrato ex actis D. C. notarii, publici huiusmodi tenoris videlicet (inferatur tenor instrumenti.) Volens adimplere promissionem facta per dictum magnificū L. sponte, etc. cum cōsensu, et auctoritate dicti Illustrissimi, et Excellentissimi Ducis debitoris sui, de præmissis ad plenum informati, et omni meliori modo, etc. dictum relatum instrumētum, cuius tenor superius insertus fuit, et omnia, et singula in ea contenta et omnia al a; et singula in actis C. præfati per D. L. gesta, cum toto negocio de quibus omnibus, et singulis dixit plenissime informatum se esse ratificat, acceptat, approbat ac in omnibus, et per omnia plenissime confirmat modis, et formis, prout in eodem instrumento continetur, ad cuius originale relationem habet, et illa omnia promisit adimplere, ac inuiolabiliter obseruare vt supra erga omnes, et singulos, quorum interest, aut interesse poterit hinc absentes, me notario publico, pro illis omnibus

bus, et singulis stipulante, et acceptante. Pro quibus,etc. obligauit,etc in forma Cameræ, etc. et ita obseruare iurauit, tactis,etc. et in verbo, ac fide Principis, superquibus omnibus et singulis præmissis, ad maiorem illorum validitatem, et ad postulationem dicti Illustrissimi D. Principis Illustrissimus, et Excellentissimus D. Dux præmissis intellectis, et cognitis, auctoritate suam et decretum interposuit, etiam suppleudo quoscumque defectus, si qui forsan interuenerint. Super quibus, etc.

Promissio inuestiendi pecunias, & donatio insolutum.

NQui erat legitimus debitor M. et B. in summa scutorum duorum millium monetę occasione pretii pecudum caprara, et bonum ipsi N. per P. et alios contutores, et curatores dictorũ, M et B. venditorum vt constaret asseruit ex instrumento publico, stipulato per L. notarium, et cancellarium C. de mense, etc. seu alio veriori tempore, ad quod instrumentum etc. qua ho lie, ad computum dicti pretii, soluit scuta mille, quæ fuerunt exposita in empt oné annui census scutorum 70 pro pret o scutorum mille constituti, et vendiui per N. et C. eius fratrem super eius cas. l. V. in fauorem dictorum M. et B vt constat ex instrumento cassationis, et venditionis dicti census per me notarium ce e rato, Ideo remanet debitor dictorum M et B. in summa scutorum mille monetę, sponte, etc promisit huiusmodi scuta milla inuestire, et collocare per totum mẽsem N. proxime venturum ad beneficiũ dictorum M et, B. pro eis in empt ionem in alterius annui census, super casalis eorundẽ DD N. et C ad rationem scut. septem pro centenario, prout alter census emptus fuit, vel in emptionem alterius census cum aliis personis, cum consensu tamen tutorum, et curatorum dictorum M. et B. quatenus ab aliis personis, quam ab N. et C. dictum censum ex dictis pecuniis emi cõtingat, et hæc omnia adimpiere per totum dictum mensem N prox venturum: Alioqui elapso dicto mense N. et promissione huiusmodi non adimpleta, ex nunc prout ex tunc, et è contra dedit, cessit, et assignauit insolutũ, pro dictis mille scutis eisdem M. et B, hinc absentibus me notario etc. medietatem annui census 100 scutorum monetæ, quę asseruit emisse ab vniuersitate C. super eius tenuta pretio scutor. duorum mill um de mense F. etc. seu alio veriori tempore in actis L. notarii publici, et Cácellarii dictæ Ciuitatis, et cũ declaratione quod fructus, et prouentus dicti census pro dicta medietate spectent, et pertineant ad prædictos M et B. in posterum incipiendo à Kalẽdis Octobris proximè venturi Ad habendum etc. Transferens super dicta medietate cẽsus in dicti M. et B. omnia iura, et actiones, etc. contra dictam venditionem et fideiussores, et quoscunq; aliis, ponens, in, et super dicta medietate census eodẽ M. et B. in omne ius, etc. Cõstituens, etc. Dans facultatem, et licentiam eisdem M. et B. accipiendi eiusdem census, pro dicta medietate, realem possessionem, vel quasi. Et donec, etc. constituit, etc. et hoc iacti ex causa prædicta, et insolutum vt su ra dictum est hoc pacto, et declaratione adiecta vel liceat semper, et omni tepore ipsi N et eius hæredibus, & successoribus quibuscunq; dictã medietatem cẽsus pro eodem met pretio scutorũ mille redimere; ac dicti M et B teneantur quandocunq; retrouendere, retrocedere D. N. et eius hæredibus pro dicto pretio, quam donationẽ in futurum D N. affirmauit, et promisit esse validam, et bene ac valide factam, et ei facere licuisse, atq; licere, et in eam tãquam talem facere consentire omnes personas, etc. ius habentes, aut habere prætendentes in et super dicto cẽsu etiam ad omnem simplicẽ extraiudicialem interpellationem, aut requisitionem per dictus M et B faciendam; et totum prędictum censum ad ipsum N spectare et pertinere pleno iure dominii, et nulli alteri vendidisse, donasse, permutasse, aut quouis modo alienasse, etiã alienationis largissime sumpto vocabulo, et nemini hypotecasse, et nihil omnino fecisse in pręiudicium huius contractus, et nihil se facturum; al as etiã ad omnia dãna, etc. teneri voluit, et promisit suscipere in se et omne litem, causam, controuersiam, et molestiam, si quæ inferantur super dicto censu susceptasq, prosequi, etc. ac eosdem M. et B super dicto annuo censu, quod medietatem, vt supra translatam et assignatam conseruare, ac defendere, et liberare ab omni lite, causa cõtrouersia, mo-

lestia, & molestante persona, alias ad omnem euictionem dicti cēsus vniuersalem & particularem respectu dictæ medietatis, in omni iudicio petitorio & possessorio, & quouis eorum insolidum teneri voluit erga dictos M. B. vltra obligationem vniuersitatis quorumcumque obligatorū in dicto censu, & insuper ad magis cauto reddendum eosdem M. & B. & principalis, & insolidum ad solutionem dictæ medietatis census de semestre in semestre pro rata iuxta formam instrumenti census prædicti se obligauit, me notario publico pro dictis M. & B. & eorum successoribus acceptante, & stipulante. Pro quibus, &c.

Prorogatio termini ad redimendam Tenutam.

MAgnificus D. Iulius Fulcus, qui alias fecit cedulam, ten. huiusmodi videlicet. Io Giulio Folco prometto all' Illustrissimo, & Eccellentissimo Sig. Paolo Giordano Orsino de retrouēderli la tenuta del bosco di Bacciano, che mi è stata venduta da sua Eccellenza mediāte il magnifico misser Riccardo Mazzotosto suo procuratore, per il medesimo prezzo, ogni volta che sua Eccellenza vorrà, de qui al mese di Settēbre mille cinquecento settanta, cioè 1570. & non più oltre: ita che passato detto mese di Settembre 1570. la presente resti di nessun momento, intendo perciò che s'io affittasse detta tenuta, S. Eccellenza sia obligata a osseruare il fitto & per fede hò scritto la presente, & prometto di farne instrumento publico ad ogni piacere di S. Eccellenza. Datum Romæ die xij Februarij 1568. Iulio Falco. In cuius D. Iulij fauorem die x, Decembris 1569. prædictus Illustrissimus, & Excellentissimus D. Paulus Iordanus venditionem dictæ tenutæ, ac aliorum xij. rubrorū, & vnius quarti rubri ratificauit, ac omne id quod plus valeret, prædicto D. Iulio, ex causis in instrumēto desuper celebrato per N. notarium donauit, prout in eodē instrumento contineri asseruit, sponte, &c. licet sciat non teneri nihilominus ad faciendam ei rem gratam, & ex eius mera liberalitate ac non intelligens donationi alijsq; præmissis, in eis fauorem factis, quouis modo renunciare, vel illis, aut aliquibus iuribus suis præiudicare; sed omnibus illis firmis tamen, contemplatione Serenissimi D Magni Ducis Hetruriæ requisitus, eius nomine per magnificum D. B. præsentem, & requirentem tempus in dicta cedula contentum, quod vsque ad finem huius mensis Settembris durat; prorogauit ad sexaginta dies inchoandos ab vltima die huius mēsis & vt sequitur finien. tantum, & non alias, nec vltra, nec alio modo, presente dicto B. & vna mecum notario publico, per eodem Illustrissimo D. P. eiusque successoribus acceptante, & stipulante, quo termino elapso, & dicta redemptione non facta, huiusmodi prorogatio, & presens instrumentum pro cassis, irritis, & non factis habeantur, & sint nullius robori, & momenti, perinde, ac si facto nomine fuissent: quia sic ei facere placuit, & ita iurauit tactis, &c. super quibus, &c.

Subrogatio termini in alium terminum, & cessio.

A. Quibus, &c. ad maiorem cautelam magnificorum N. & N. & sociorum Vrbis assignauit eisdē pro faciliori cōsecutione summæ debite per ipsum A. in specie ducatorum 502. debitos tunc eidem A. occasione termini festiuitatis Natiuitatis D. N. Iesu Christi tunc, proxime præteritæ, occasione annuæ pēsionis ducatorum 3. m. in, & super fructibus, &c. mensæ Archiepiscopalis T. in fauorem suum constitutæ, ac reseruatæ, auctoritate Apostolica: & assignauit etiam alios ducatos mille, pro termino festiuitatis Natiuitatis sancti Ioannis Baptistæ anni 1570. annuæ pensionis ducat 2. m. super mensæ Episcopalis Ispalen. fructibus, &c. sibi reseruatæ, prout latius in instrumēto celebrato per me notarium continetur, ad quod, &c. nunc ex causis animū suum mouentibus, spōte &c loco dicti termini pensionis Ispalēsis maturati, vt præfertur anno 1570. proxime preterito, subrogauit, & assignauit ducatos mille termini dictæ annuæ pēsionis Ispalē. maturati hoc anno 1571. in festiuitate sancti Ioan Baptistæ prox præterita dictis N. N. absentibus, presente B. eorum agente, & socio, & vna mecum notario, pro eis acceptante, & stipulante, citra tamē nouationem contentorum in dicto instrumento, & sine præiudicio iurium, dictis suis principalibus, & sibi competentium, & ad facien.

cien, rem gratam eidem A. retrouedente assignationem ducatorum mille alterius termini dictæ pẽsionis S. mutati in festiuitate Natiuitatis sancti Ioan Bapt.anni 1570.& insuper ad maiorem securitatem dictorum mercatorum,& vt facilius reliquum eorum crediti consequantur,quod reliquum sortis principalis est scutorum 600. monetæ attento quod pro aliis scutorũ a.m. 200, assignauit eisdem mercatoribus alios terminos pensionum suarũ & in relato instrumento continetur nũc assignat, & cedit eisdem mercatoribus ducatos 1500. debendos eidem A. occasione dictæ pensionis I. pro termino Festiuitatis Natiuitatis D. N. Iesu Christi prox. venturæ. Transferens in & super dictis terminis assignatis omnia iura, & actiones, &c. Ponens dictos mercatore, &c. constituens,&c. De quibus pecuniis assignatis ad manus dictorum mercatorum peruenerint,retentis per eos scu.600 monetæ presentis, in quibus restant creditores reliquam summam consignare teneantur ipsi A.& huiusmodi assignationem,& cessionem fecit ad maiorem cautelam dictorum mercatorum. Et insuper eorum contemplatione constituit, & fecit procuratores suos P. & Q. hinc absens, etc. et vnumquemq; ipsorum insolidum, ita tamen. &c, ad exigendum, percipiendum, et recuperandum dictas pecunias,vt præfertur assignatas occasione terminorum dictarum pensionum, vel habuisse confitendum ab illis, quibus opus erit, & omnes quos opus erit quietandum, etc. etiam in actis publicis, & cum omnibus aliis facultatibus opportunis. Et si necesse fuerit cum clausulis ad lites,et potestate substituendi, etc. Et generaliter,etc. promittẽs,etc. releuans,etc. De quibus pecuniis ordinauit,et mandauit eisdem procuratoribus vt sequantur dispositionem dictorum N N. et promisit etiam ad omne placitum dictorum mercatorum, deputare, et constituere quoscumq; alios procuratores,quos maluerint; vt facilius suo nomine A. consequantur dictas pecunias et saluis præmissis, declarauit, et voluit firmas remanere omnes conuentiones, et cautelas factas in dicto relato instrumento; vsque ad integram satisfactionem eorundem mercatorum: quas pro repetitis haberi voluit pro quibus, etc.

Cessio bonorum per professam.

CVm alias M. assignauerit, et constituerit pro dote dominæ V. suæ filiæ legitimæ, et naturalis, summã scutorum mille, in, et super vinea sita in monte Q. ac domo sita in via L.soluendorũ tempore nuptiarum, vt constare asseritur in instrumento per N.celebrato de anno, etc. et deinde præfatus M. præfatam vineam vẽdiderit C.et inter alia promiserit, quod præfata V. respectu dotis, vt præfertur, constitutæ consentiet,et sua iura,et actiones cedet in fauorẽ dicti C. emptoris, vt in alio instrumento,ex actis dicti N.die, etc.latius dicitur contineri, et quia præfata V.nunc in vigesimo anno suæ ætatis constituta, proposuit professionẽ religionis emittere in monasterio sanctæ A. Vrbis ordinis sancti B. et dictus eius pater, pro dote,seu eleemosina persoluerit scut. 500.et dederit etiam suppellectili,vestes, et alia necessaria pro ingressu dicti Monasterij,ac etiam putatus sit soluere annuatim scuta 18.dictæ V.seu monasterio prædicto durante vita eiusdem V. et cellam vt infra construere in dicto monasterio; quatenus dicta V. bonis,et successionibus paternis,et maternis cedat in fauorem ipsius patris,et P.N.fratris et filiorum eiusdem N hic est quod anno,etc.die etc,Coram magnifico,et R.D. R iud. Illustrissimi, et Reuerendiss. D Iacobi Sabelli S.R.E. Cardinalis Sanctissimi D.N. Papæ Vicarij Locũtenente in Ro Cur. Iudice ordinario,et competẽti,sedente,etc. principaliter constita dicta D. V. quæ nunc, et in futurum H. nuncupari intendit in vigesimo, vt asseruit ætatis anno cõstituta, quæ nondũ tamen professionem religionis emisit,in præsentia dicti M sui patris habens plenam notitiam, sic affirmauit, de dicta cõstitutione,et assignatione dotis mille scutorum, facta per dictum eius patrem in, et super vinea,et domo præfatis, et de venditione dictæ vineæ, ac promissione facta per dictũ eius genitorem in fauorem dicti C et quia ipsa contenta remansit,et remanet de summa scut.500. pro ea soluta dicto monasterio sancti A. et de annua summa scut.18.durante eius vita soluenda,et pro dicta constructione cellæ facienda. Ideo,et pro cõseruatione suæ domus et agnationis dictis bonis, et successioni paternis, et maternis cedere, intendat,sed quia nullos habet cõsanguineos

neos habiles ad intereſſen. et conſentien. contractui huiuſmodi celebrato, attento quod agitur de intereſſe prefati ſui genitoris,et N.ſui germani fratris,in quorum fauorem cedere,et renūciare intendit. Et ne propter eius minorem ętatem dubitari contingat de validitate contractus, aliquem ſibi curatorem etc.(pone deputationem curatoris, cum fideiuſſore, et obligatione in forma.)

Succeſſiue coram eodem R. D. R. Locumtenente, vt ſupra ſedente pro tribunali meq; notario, & teſtibus &c. perſonaliter conſtituta dicta V. quę nunc N. nuncupatur, & nuncupari intendit, in vigeſimo anno ſuæ ætatis conſtituta, vt medio iuramento tactis,&c. affirmauit, cum auctoritate præfati R. D. Locumtenentis,& cū conſenſu,& auctoritate pręfatis curatoris pręſentis,& auctoritatem, & conſenſum præſtantis,& cū iuramento tactis, & præſtito, affirmantis ſe non habere aliquod proprium particulare intereſſe in hoc negocio,& renunciationē, & ceſſionem ſupra narrata,& vt infra faciendas,non tenere in præiudicium eiuſdem V. ſeu N attento quod ſibi eſt abſde prouiſum, & prouidetur pro ingreſſu monaſterij, ſeu profeſſione religionis emittenda:in primis,ſpōte,&c.ad maiorem validitatem actus, renunciauit cum iuramento tactis, &c. beneficio minoris ætatis, reſtitutionis in integrum ex quocunq; capite cōpetentis,& competituræ l.lul de fund. doc.& omnibus iuribus, & ſtatutis in fauorē minorum,& mulierum diſponen.de quibus prius,& eorum effectu à dicto D.Locūtenente certiorata fuit,& omni meliori modo,&c Renūciauit,& ceſſit expreſſe omnibus,& ſingulis bonis, & ſucceſſioni paternis, maternisq; in fauorē dictorum D M.ſui patris abſentis,me notario,&c. & D N. ſui germani fratris pręſentis,& acceptantis pro ſeipſo ac ſuo genitore prædicto, ac ipſorum hæredibus,& ſucceſſoribus quibuſcunque,ac inſuper de cōſenſu dicti D.N, ita cōſentientis,nomine dicti ſui genitoris,ceſſit omnibus ſuis iuribus,& actionibus competētibus,& quomodolibet cōpetituris in,& ſuper vinea,cum domo,& aliis ſuis pertinentiis, ſita,&c. vendita in fauorem dicti C. emptoris dictæ vineæ, quamuis abſentis,me notario,&c Ponēs dictum C. &c.conſtituens,&c. Et huiuſmodi ceſſionem,& renūciationem fecit, attento quod pro ipſa D.V. ſeu N.ſoluta fuerunt dicto monaſterio, ſeu agentibus pro dicto monaſterio ſancti A. in quo, Deo dante, ipſa V de proximo intendit profeſſionem religionis emittere, ſcuta quingenta monetæ prout ibidem præſens venerabilis A.Abbatiſſa dicti monaſterii ſoluta fuiſſe affirmauit, pro dote, ſeu eleemoſyna dictæ V.futurę monialis vltra ſupellectilia, veſtes, & alia neceſſaria pro ingreſſu in dicto monaſterio, ipſi V.ſeu N.parata;de quibus ſcut.500. tam ipſa V.quam dicta venerabilis Abbatiſſa, cum auctoritate præfati R D. Locumtenentis præfatum M. abſentem, & D. N. præſentem &c.quietarunt.&c. exceptioni,etc. renunciarunt,cum pacto de nunquam amplius petendo. Et quia ipſe N. nomine dicti ſui patris,cum promiſſione rati,etc. futurum ſoluere promiſit annua ſcuta 18. monetæ dictæ V. vel pro ea dicto monaſterio quatenus ibi profeſſionem religionis emittat, videlicet de ſemeſtre in ſemeſtre, in fine ſemeſtris pro rata,durante,vita naturali prædictæ V. et non vltra. Et inſuper promiſit fabricare ſuis impenſis vnam cellam in dicto monaſterio ſancti A De quibus præmiſſis,& illis ſaluis, & reſeruatis eadem V cum auctoritate, et decreto iam dictis, pro omni, et toto eo quod ipſa in bonis, & ſucceſſione tam paternis, quam maternis petere,aut prætendere poſſet,vocauit ſe contentam, ac ſatiſfactam,et renunciauit non ſolum conſtitutioni, & aſſignationi dotis mille ſcut. ſuper dicta vinea, et domo, vt præfertur factis, verum etiā omnibus aliis iuribus, & actionibus ſibi nunc, et in poſterum ſuper dicta vinea, et domo, et aliis quibuſcumq; bonis, & ſucceſſionibus paternis, et maternis, competentibus, et competituris,etc.

Ceſſio per mulierem, ſeruata forma Regni Neapoli.

IN nomine Domini Amen. Anno ab eiuſdem Natiuitate,&c. Pontificatus etc. Anno N. regnante Sereniſſimo, et Catholico Principe D. D. Philippo ab Auſtria (Dei gratia) Caſtilliæ Aragonum huius Regni Siciliæ citra,et vltra Pharū, Hieruſalemq; Rege, hoc publico inſtrumento.

Nos

Nos R. pro tribunali sedentes super sedibus ligneis in loco infradict. ad quem locũ pro decoro seruãdo infranominandæ dominæ A. nosmet contulimus, quem locum, & sedes pro congruo, & iuridico loco, atq; tribunali ad hunc actum & negocium expedien. pro maiori validitate gerendorum deputamus, & ego F. publicus vbilibet per totum præfatum Regnum Siciliæ tali auctoritate notarius, & testes inscribendi ad hæc vocati specialiter, & rogati, declaramus, & attestamur quod hodierna die personaliter constituta supradicta A. Vidua relicta bonæ memoriæ S. de terra N. diœces. iurisdictionis, tutrix & pro tempore curatrix, atq; bonorum administratrix testamentaria dominę B suæ filię ex dicto quond. S suscepta infantis hæredis venerabilis eiusdemq; S. præsentibus N. ipsius socero, atque C eiusdem A. sorore, & N. ac P. & L. similiter post supradictos N. & R. proximioribus consanguineis nobis palem exposuerunt, quod cum alias C. perpetuus administrator Abbatiæ sancti P. M. diœcesis cum cõsensibus & assensibus sanctæ sedis Apostolicæ, & Serenissimi, atq; Catholici Hispaniarum Regis, locauerit in emphyteosim perpetuam dicto bo. me. S. quasdã salinas, iuxta Pharum Messinæ sitas pro annuo canone vaciarum 10. soluen. certis terminis, & cum pactis, conditionibus, promissionibus, obligationibus, & cautelis expressis in instrumento desuper per N. inter supradictas partes celebrato, ad quod relatio habeatur. Et cum d. salinæ sint subiectæ periculo deuolutionis, & caducitatis in euentum, in quẽ cessaretur in solutione dicti canonis, & requirant in partibus illis maximas impensas, & attenta magna copia illorum, qui alias ibidem salinas exercet & fabricant plus afferunt damni quam lucri, et sint magnæ curæ industriæ, atq; laboris, indigeantq; personali assistentia, atq; hominum cura, & diligentia, qui de eis certam experientiam habeant, & præsentia dominorũ suorum sit valde vtilis, & forsan necessaria, quod secus euenit dominæ A. & dominæ B. quæ non sunt habiles ad huiusmodi negocia, nec eas decet, minusq; vtile sit tum ob præmissa, & ob distantiam earundẽ salinarum ab earũ patria tum etiã ob certum dãnum, quod causa dictarum salinarũ annuatim recipere solent, & cõsiderauerint eis expedire, & magis proficuũ esse præfatas salinas, cũ omni onere, seruitute, et cura (reseruato cõsensu eiusdem D. perpetui administratoris d. Abbatiæ, & prædictorum salinarum, tamquam mẽbris eiusdem proprietarii, & S. Sedis Apostolicæ beneplacito, quatenus opus sit & regio assensu) cedere domino I. ipsarum mulierum cõsanguineo, cui non deficiunt, qui hic, et maioribus negociis vacare possint, quam ita retinere, et volẽs actum omni meliori modo, quo post valide celebrare, propterea cum præsentia prædictorũ N. aui paterni dictæ B. infantis, & R. ac A. & cõsensu, & auctoritate dictorum P. & L. proximiorum consanguineorum stante interesse prædictorum N. & R. patris, & fratris respectiuæ dicti D. I præsentium, & consensum præstantium, atq; affirmãtium cum iuramento tactis &c. præstito se non habere in hac re aliquod propriũ particulare interesse, & huiusmodi instrumẽtum cessionis actionis causis præenarratis (quas causas veras esse asseuerarũt) non tendere in damnum earundem mulierum, quos N. R. & N. dicta A. asseruit cum iuramento tactis, &c. præstito, esse proximiores consanguineos dictæ suæ filiæ infantis, sponte, &c. renunciando in primis cum eodẽ iuramento ad maiorẽ huius cõtractus firmitatem omnibus legibus, & statutis in fauorem mulierum dispoñe & respectu dicti B. beneficio minoris ætatis, & restitutionis in integrum ex quocumq; capite prouenien. de quibus prius à nobis supranominatis certiorata fuit, ac omnibus melioribus modo, &c. dicto tutorio, curatorio, & administratorio nomine, ac nomine suo proprio pro quoscumq; suo iure si quod ei competit, & cõpetere posset supradictas salinas simul iunctas, sitas iuxta Pharũ Messinæ, confinata ab vno iuxta, &c. saluis aliis, si qui sint plures, aut veriores confines superius expressis, cum omni iure fabricandi sal, ac iure deriuãdi, & recipiendi aquas, & pro fabricatione salis facienda, & pro dictis salinis exercẽdis, ac omnibus aliis iuris iurisdictionibus, & priuilegiis, honoribus, & oneribus, quibus ipsæ mulieres nunc vtuntur, & ipsæ earumque hæredes, & successores in futurũ quomodolibet vti, & frui posset, & dictis bo. me. dum vixit vsus fuit, & possidebat, ac

vti,

vsufrui potuisset (saluo, & reseruato, quatenus opus sit Sanctæ Sedis Apostolicæ beneplacito, & regio assensu & dicti C. administratoris perpetui consensu) & nō aliter, nec alio modo cessit, dedit, atque, concessit præfato domino L. dicti N filio licet absenti domino N eius in ac parte agenti præsenti, ac pro dicto L ac illius hæredibus, & successoribus quibuscumq; stipulanti, & acceptanti, & pro illo de rato, vt infra promittenti. Ponens dicto tutorio, curatorio, & administratorio, & proprio respectiue nominibus eundem I. & suos in nomine ius locum, et priuilegiū vniuersum ipsarum mulierū, constituensque eum procuratorem Irreuocabilē, vt in rem propriam, ea quod, &c Dans licentiam, &c Et donec, &c constituit, &c. Et hæc omnia facit, & facere dixit, ex causis superius narratis, & ad consulendum penitus indemnitati dictæ B, & rei suæ prouiden. quia ex maturo cōsilio negocij huiusmodi, peritum ita sibi suisse consultū attestata est, & quia è conuerso dictus N procurator eiusdem I Cessionarii, pro quo nihilominus de rato, & ratihabitione in forma iuris valida promisit, & illum hanc ratificaturum intra xv. dies proximos, alias etiam ad omnia damna, &c. teneri voluit, sponte, &c. promisit dictum canonem, seu respōsionem vnciarum 20. prefato C perpetuo administrator dictæ Abbatiæ, & præfatarum salinarum proprietario, & successori suo in Abbatia prefata, licet absentibus Nobis . . . & notario præsentibus, ac pro eo, & aliis futuris successoribus administrationibus dictę Abbatiæ stipulantibus, & acceptantibus, soluere realiter, & cum effectu, modis, & temporibus expressis in supra relato instrumento, libere omni penitus iuris, et facti exceptione remota. Insuperq; promisit procuratorio nomine quo supra, omnem curā, diligentiam, industriam, & operam, atque seruilia solita, & necessaria, etiam personalia adhiberi facere, pro manutentione dictarum salinarum, & vsu fabricationis salis, & facere, & curare, quod idem C administrator liberabit easdem mulieres, & suos à prestatione canonis huiusmodi, & ab omni alio onere, atque promissionibus per eos forsa, & dictū bo me. S. dū vixit quomodolibet huiusmodi rei causa facta intra dictum terminum xv. dierum, & alias ad obseruantiam instrumenti prefatæ perpetuæ emphyteosis, & etiam ad omnia damna, impensas, & interesse teneri voluit dicto procuratorio nomine. Quam quidem cessionem concessionem, & dationem salinarum, & promissionis respectiue vicissim factas, cū omnibus, & singulis in hoc instrumento contentis, prefata A. tutrix, curatrix, & administratrix eiusdem B & nomine suo pro quocumq; suo iure, ex vna, & prædictus N. procurator prefati I. ex altera, partibus, promiserunt ad inuicem semper & perpetuo habere ratas, gratas, validas, & firmas, & inuiolabiliter obseruare, & contra non facere, dicere, vel venire quouis quæsito colore, pretextu, Iure, titulo, causa, & modo etiam hic non expressis. Pro quibus omnibus, &c. præfata A. tutrix, & pro tempore curatrix dictæ B. & bonorum eiusdē administratrix seipsam dicto tutorio, & curatorio nominibus, & prefatam B. ac illius heredes, & successores, ac bona omnia, & singula quæcumq; præsentia, & futura tam feudalia quam burgensatica. Regio assensu respectu feudalium semper saluo, ac totam hæreditatem, & successionem dictiq, S. & seipsum eiusque hęredes, & bona pro quocunque suo iure ex vna, & dictus N. procurator dictum I. principalem suum, ac illius hæredes. & successores, ac bona omnia, et singula præsentia, et futura, ac etiam burgēsatica, et feudalia, dicto Regio assensu semper saluo respectu feudalium, et vsque ad ratificationem seipsum, et eius bona omnia, et singula quocunque presentia, et futura ex altera partibus obligarunt, et hypotecarunt ad inuicē in forma iuris valida, et iuxta laudabilem ritum magnæ Curiæ Vicariæ Neapolis, ac in forma Quarantigiæ, et Cameræ Apostolicę, cum solitis clausulis, citra tamē, et præter quorumcumque procuratorum constitutionem quotiescumq; opus fuerit latius extenden. quæ nihilominus pro extensis habeantur, et renunciarunt cuius appellationi, reclamationi, et recursui pro negocio suspensiuo executionis, præsentis instrumenti, et ita obseruare iurarunt tactis etc. et pro maiori validitate, et firmitate præmissorum prædictæ partes petierunt ad maiorem validitatem, et abundantiorem cautelam, ita quod vtile per inutile non vitietur, super præmissis auctoritatē et decretum interponi, et suppleri quoscumque

cumque

cumque defectum, si qui forsan interuenerint ex tunc. Ego A. iudex ordinarius, & competens vt supra pro tribunali sedens,& auditis,&intellectis præmissis, & illis attestatis, & causa cognita iudiciariam auctoritatem, qua fungor,& decretum super præmissis interponendum duxi,& interposui supplendo quoscumq; defectus, si qui forsan interuenerint,quãtum mea,potius auctoritate supplere. Super quibus, &c.

Subrogatio bonorum fideicommissariorum.

CVm sit quod Vniuersitas ciuitatis C. die, &c. in, & super eis molendinis in flumine M. accertis banditi imposuerit annuũ censum scut 480. aureorum eumq; vendiderit,& assignauerit insolutum magnifico D.A.V.pro summa,& pretio scut. sex milliũ etiam aureorum, cum facultate quandocumq; pro eodem pretio redimendi,ad computum scut.decem millium causa redemptionis tenutarũ A. & R. nuncupatarũ, quæ alias per venditionem prędictam bo.me. S.V. pro pretio scutorum sex milliũ venditæ fuerunt cum pacto de retrouendendo,quem annuum censuum die,&c.vendiderit bo. me.G. vt constare dicitur instrumento, &c. & postea die,&c. D A. præfatus in actis DD.N & N. notariorum insolidum rogatorum narrato quodã fideicommisso dicti bo.me. S aut sui,sui voluit, & disposuit in suo testamẽto,inter cętera eius palatium situm in ciuitate D. esse fideicõmissarium, vna cũ sex mille scutis aureis per eum in emptionem quarundam tenutarum dictæ Vniuersitatis expositis, et declarãs idem A.habuisse à dicta Vniuersitate scuta sex milliæ. Volensque dispositionẽ testatoris prædicti obseruare et adimplere, ac etiam per suos hęredes, et successores eandem voluntatẽ seruari. Declarauit, voluit et mandauit,quod sua tenuta,nũcupata il precoro delle vacche rosse, cum terris ibi circumuicinis ædificijs,vel domibus, et capannis in territorio C. prope portum & mare. Item eius quarta pars tenutæ Tarquiniæ,sitæ in eodem territorio,possessæ pro indiuiso cum Hospitalis S. Spiritus Vrbis, iuxta sua latera; sint fideicommissariæ pro summa currenti dictorum sex milliũ scutorum, & quod sui hæredes non possint, nec valeant eas alienare, vendere,vel detrahere, nisi prius dicta scuta sex millia, vt supra fideicommissaria in alia restabili fuerunt conuersa,& posita;quæ subiaceant supradicto fideicõmisso vna cum Palatio pręfato iuxta formam supranominati instrumenti, & voluntatis testatoris & voluit, vt instrumẽtum dictę suæ declarationis, & voluntatis obligaret seipsum & successores suos, quemadmodum obligaret, & ligaret si a præfato testatore factum fuisset. Et vltimo, loco pro vrgentibus rebus vendiderit quartam partem Tarquiniæ die &c. magnifico D.P vt constat ex instrumento, per me notarium celebrato; Et quia deuenit ad alienationem præfatam non prouiso hactenus fideicommissario de alia restabili,quę vna cum dicta tenuta prædij pro supplemẽto scutorum sex millium sufficeret. Et cupiens omniũ indemnitati prospicere,ac litibus,& controuersijs ouiare; quæ forsan inter fideicommissarios, & D P. emptorem,ac ipsum venditorẽ & fideiussores pręstitos,& omnium hæredes, & successores moueri, & intentari posset.

Hinc est quod anno,&c. Coram testibus, & me notario publico,ad hæc vocatis,& rogatis, personaliter ad constitutus præfatus Magnificus D.A.cupiens in tempus occurrere, ac tollere, occasionem litium, & consulere indemnitati,& securitati dicti emptoris quartæ partis Tarquiniæ:fideiussorumq;prꝍstitorum ac fideicommissariorum, & suæ, ac omnium quieti prouidere, & omni meliori modo &c. Pro dicta summa scut. sex millium aurei,quæ olim per dictum bo.me.S.eius Auum paternum,in emptionem tenutarum A. & R. dicte Vniuersitatis exposita fuerunt, & vna cum palatio, existente C. eius fideicõmisso iuxta formam sui testamenti, superius relati, & die,&c. aut alio tempore veriori per q.N. celebrati subiecta fuerunt,et pro quacumq; alia maiori summa,ac omni,& toto eo,quod fideicõmissarij dicti testatoris quouis modo petere,aut prætendere possent, vel poterunt ratione dicti fideicommissi,ad dicte declarationis, factæ per ipsum A. circa suppositionem quartæ partis tenute Tarquiniæ,de nouo subiecit,supposuit,& submisit dictam suam tenutam del Precaro cum terrenis, edificijs, membris, & pertinen-

tenimentis suis, posita dicto Territorio C. ...ta, &c. Item loco dictæ quartæ partis tenutæ Tarquiniæ, vt præfertur venditæ dicto P. subiecit, subrogauit & supposuit, ac submittit, & subrogat in perpetuum, & in infinitum dicto fideicommisso, iuxta forma testament supradicti C. (quod testamentum legisse affirmauit) bona infradicenda videlicet, &c Quorum bonorum valorem, vna cum dicta tenura precodij excedere asseruit dictam summam scutorum sex millium aurei. Transferens & cedens dictis fideicõmissarii absentibus, me notario publico pro illis, & omnibus quorum inter est, & interesse poterit in futurum stipulante, & acceptante omnia, & singula iura sua & actiones, &c. in, & super dicta tenuta precodii, & aliis bonis prędictis, vt supra suppositis, eorumque pertinentiis Ponens eosdem fideicommissarios, & successores vigore dicti fideicommissi in omne ius, locum, & priuilegium ipsius A. adeo vt dicti fideicommissarii habeant omne ius, facultatem, & auctoritatem super dictis bonis nunc suppositis, competentes ex dispositione testatoris præfati, etiam perinde, ac si bona huiusmodi fideicommisso, ac dispositioni suæ, loco dictorum sex millium scutorum aurei subiecta; & supposita fuissent in testamento præfato & quæcumque sua vltima voluntate. Ita quod dicta quarta pars tenutæ Tarquiniæ habeatur, & sit libera, & dictum instrumentum die, &c. per N. & N. notarios insolidum rogatos celebratum, quoad tenutam Tarquiniam habeatur, & sit cassum irritum, & nullum perinde, ac si celebratum non fuisset, liberãs penitus, & omnino dictam quartam partem T. à dicta suppositione cassansque, & annullans dictam suppositionem eiusdem T. ac illam, & declaratione, vt permittitur, factam, & instrumentum præfatum, & omnia in eo contenta, quæ voluit habere pro irritis cassis, & nullis etiam perinde, ac si nunquam facta fuisset. Et promisit, etiam dicta bona supposita esse libera, immunia, & exempta ab omni censu, canone, responsione, & à quocumq; onere nulliqe restitutioni esse obnoxia, vel sub iecta: & dictam suppositionem esse, ac semper fore bonam, validam, ac bene, & valide factam; & in eam tamquam talem promisit facere consentire omnes personas, &c. Et litem, & causam suscipere in omni iudicio, & quacumque parte iudicii, & susceptas prosequi, & terminare suis sumptibus, procuratoribus, & aduocatis, & defendere, ac liberare fideicommissarios ab omni lite, causa, & controuersia, & molestia; ad omnem euictionem dictorum bonorum vniuersalem, & particularem in formam iuris valida, & ad omnia damna, &c erga dictos fideicommissarios, & omnes quorum interest, &c. & pro maiori securitate D. P. promisit, quod fideiussores pręstiti, & obligauit in fauorem D. P. in venditione quartæ partis T. consentiens in præmissis, cum declaratione quod non intelligatur, nec si facta aliqua nouatio nec præiudicium aliquod illatum dicto emptori T. nec in aliquo derogatum cautelis factis per ipsum venditorem, & dictos fideiussores in fauorem dicti emptoris T. ac eius hęredum, & successorum, immo quod prę missa omnia, & singula intelligantur, & sint factam ad maiore cautela domini P. emptoris, & eius hæredum & successorum, et iura iuribus addendo. Quę omnia præmissa fecit, et facere dixit et declarauit, etiam ad maiorem securitatem domini P. emptoris præfati, quamuis hinc absentis, me notario publico acceptante, et stipulante, pro eo et eius hæredibus, et successoribus quibuscumque. Atque in prouidendum indemnitati, et securitati fideicommissariorum prædictorum, et omnium aliorum, quorum interest, et interesse quomodolibet poterit in futurũ. Et quia ea, quæ Sedis Apostolicæ munimine roborantur, maiorem solent firmitatem obtinere. Ideo, ac etiam ad maiorem cautelam supplicare intẽdit, et supplicat sanctissimo D. N. Papæ, pro perpetua confirmatione huius instrumenti, et contentorũ in eo cum suppletione quorumcumq; defectum, si qui interuenerint. Et consensit etiam, vt per quoscumque dicta confirmatio Apostolica impetrari possit, et præmissa omnia, et singula semper, et perpetuo rata, grata, valida, et firma tenere, habere, ac inuiolabiliter obseruare promisit, et numquam sub quouis textu, iure, titulo causa, et modo in iudicio vel extra contrafacere, dicere, aut reuocare opponere, aut venire per se, vel alios. Et pro præmissis omnibus, etc.

Transfe-

Translatio Census, & affrancatio Prædij.

Magnificus D. eques Bernardinus Iannsa de Balneoregio, asserens alias, in et super eius prædio sito, et posito in agro Balneoreglen. in contrata N. constituisse vnum annuum censum scutorum centum monetę iul. 10. pro scuto, illumq; vendidisse magnifico D. Bartholomæo de Christophori Physico de eodem loco, pro pretio scutorum mille similium, et alias prout latius constare dignoscitur instrumento desuper recepto à D. Saturno de Collesanctis notario publico de eodem loco sub die

ad quod quatenus oporteat cōdigna habeatur relatio; asserens quoq; se ad succurrēdum nonnullis suis vrgentibus necessitatibus decreuisse dictum prædium vendere ad fauorem magnifici domini Clementis de Ianis I.V.D. eodem loco, et sibi obstare onus dicti census cum intendat prædium ipsum liberum, et ab omni prorsus onere exemptum emere, volens ad mactis facilitan. dictam venditionem prædictum prędium ab onere dicti census affrancare, et eximere, illudq; liberum efficere, et ad hunc effectum dictū censum transferre super alio prædio inferius specifican. ad ipsum pariter, vt dixit spectan. Ideò spontè, etc. agens infradicta omnia, et singula cum presentia, consensu et voluntate D. Bartholomei de Christophoris antedicti presētis, ad infrascripta omnia, et singula (saluis tamen infrascriptis, et non alias, etc.) de quo expresse protestatus fuit, et potestatur consentientis ad facien. rem gratā dicti equiti Bernardino ac omnibus melioribus modo, etc. prædium antedictum ab onere dicti census, ac ab vlteriori illius solutione penitus, et omnino exemit, liberauit, et affrancauit, ac à dicto censu liberū, et francum effecit, ac esse voluit, ita vt dicto D. Bartholomæo, ac suis, etc. nulla super dicto prædio, ac eius iuribus, membris, et pertinentiis post hac competat ex causa dicti census, ius actio siue exactio sed di. ctum prædium, sit à dicto censu, et illius vlteriori solutione, ac ab omni obligatione, vinculo, et hypotheca liberū, francum, et exemptum, ac si nunquam desuper impositus, et cōstitutus fuisset, immo dictus D. Bartholomæus (infrascriptis tamen saluis) omni, et cuicunq; obligationi hypothecæ, actioni, et iuri sibi inde, et super dicto prędio ratione, et ex causa dicti census quomodolibet competen. expresse libere cessit, et renunciauit ad fauorem dicti equitis Bernardini pro scutis, etc. nullo iure, et nullaq; actione sibi desuper prēmissorum causa post hac reseruatis.

Et insuper dictus eques Bernardinus ad quē vt dixit, spectat, et pertinet aliud prędium maioris capacitatis, et idoneitatis supradicto affrancato prędio situm, et positum in eodem agro Balneoregien. in contrata N. confinatum, etc. vel si qui etc. liberum immune, ac exemptum ab omni alio censu, canone, liuello responsione, vinculo obligatione hypotheca, et restitutione, deuolutione, caducitate ac ab alio quocūq; onere, spōte vt supra dictum prędiū cum omnibus et quibuscumq; suis iuribus, et membris pertinentiis, ac adiacentiis vniuersis in locum supradicti affrancati prędii subrogauit: illudq; oneri dicti annui cēsus submisit et apposuit, et in eo dictum annuum censum transtulit, ac translatum esse voluit, ac si ab initio desuper dicta cēsus impositio, et constitutio facta fuisset sub eisdem pactis, clausulis, obligationibus, vinculis hypothecis, et cautelis, ac eisdem modo, et forma contentis, et expressis in prędicitato census instrumēto, quę omnia quatenus oporteat hic pro repetitis, ac sufficienter insertis expressis haberi voluit, et vult etiam, quod necessario de verbo, ad verbum inseri, repeti, et exprimi debuissent, et deberent in contrarium forsan facientibus quibuscūque, non obstantibus ibidem presente dicto Bartholomæo de Christophoris antedicto, ac prędicta omnia, et singula pro se, et suis hæredibus, et successoribus quibuscumque acceptan. sub expressa conditione, quę in qualibet huius instrumenti parte repetita censeatur, quod per prædicta non censeatur sibi factum, aut generatū aliquod præiudicium circa iura, et actiones sibi competentes, et competitura, ac competentia, et competitura vigore præcitati censualis instrument super aliis bonis dicti D Bernardini, nec minus facta aliqua innouatio, et noua cōuentio sed iura, et actiones sibi competen. censeantur, et sint, et esse debeant semper reseruatæ super prædio supra expresso, prędicto annuo

suo censu grauato, ac alijs bonis ipsius C. aernardini, quæ semper subiacent, et subijcere intelligantur eisdem obligatio-nibus, et hypothecis, quibus subiacebant ante præsentem translationem, et affrancatio nem modo, et forma, ac in omnibus et per omnia, prout in præcitato censuali instrumento cõtentis, et expressis. Quia sic actum, etc. Quæ omnia, etc. Pro quibus, etc.

Promissio conficiendi Campanam.

MAgister Horatius q Vincentij Censorij Romanus, habitator in burgo Pio, et in loco vbi dicitur, alla fondaria del Papa, Cãpanarius in eodem loco, Sponte, etc. in omnibus, etc. promisit R. D. Claudio Martino, vni ex duobus Rectoribus Ecclesiæ sancti Ludouici nationis Gallicanæ de Vrbe præsenti, etc. videlicet, che esso maestro Horatio Campanaro debba, si come promette fare vna campana per la detta Chiesa di S. Luigi, di peso di libre 2000 più, et meno secondo che riuscirà, purche non sia meno di 1800, ne meno sia più di 2200, libre, qual campana debba hauer in vn luogo l'arme de i Rè di Francia, in vn altro luogo la Madonna, et in vn'altro S Ludouico, et nell'altro S. Dionigi, con lettere in testa di detta campana, che dicano Ludouica da basso con lettere, che dicano R. P. D Seraphinus Oliuarius Rotæ Auditor, et Decanus Gallus, et R.D. Claudius Martinus Lotharingus Rectores.

Item che detto mastro Horatio debbia far detta campana di materia bona, et recipiente, at fatta che sarà detta campana si debbano chiamare doi periti da eleggersi vno per parte, li quali habbiano da vedere, et giudicare se detta campana farà ben fatta, et recipiente, et in euento che detti periti non fussero d'accordo, che in tal caso si debba chiamare per terzo vno della Compagnia, del Giesù ouero vno della Compagnia di S. Gio. de Fiorentini.

Item, che detto mastro Horatio sia tenuto si come promette dar finita detta cãpana nel modo, et forma, come di sopra fra termine di due mesi, da hoggi, etc.

Item, che per fare detta campana detto Signor Claudio Rettore sopradetto, promette dare al detto mastro Horatio bronzi di campane rotte, et altre materie di bronzo che sono in S. Luigi da pesarsi amicheuelmente, et communemente, et che tutto quel bronzo, et materia, che mancarà per compire detta campana fino al peso sopradetto di libre 2000. come di sopra, mettendolo detto mastro Horatio del suo, se gli debba pagare al prezzo, che correrà.

Itẽ, che per fattura, et mercede di detta campana, si debba pagare al detto mastro Horatio, nel modo, et tanto quanto hanno papato la natione di S Giouan de Fiorentini, et li soprastanti della Sapienza, per le campane, che, lui dice hauergli fatte, da pagarseli subito che sarà posta a detta campana nel campanile di detta Chiesa di San Luigi, et approuata da detti periti, come di sopra, si come detto Signor Claudio Rettore sopradetto in nome di detta Chiesa promette, e si obliga.

Item, che mancando detto mastro Horatio di fare quanto ha promesso, et nel modo, et tempo come di sopra, che in tal caso sia lecito à detti Rettori di S. Luigi far fare detta campana à chi parerà loro per quel prezzo che trouerãno, à tutte spese danni, et interessi di detto mastro Horatio.

Clausulæ opponen in instrumento Procuræ.

IN nomine Domini. Amen. Per hoc præsens publicum instrumẽtum cunctis vbiq; pateat euidente, et sic notum quod anno ab eisdem Domini Natiuitate millesimo quingentesimo septuagesimo indictione, etc, die vero, etc Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, et D. N. D N. diuina prouidentia Papæ, etc. anno eius, etc.

In mei notarij publici, testiumq; infra scriptorũ ad hæc specialiter vocatorum habitatorum, et rogatorum præsentia præsens, et personaliter constitutus N.

Principalis principaliter pro seipso.

Citra tamen quorumcumque suorum procuratorũ per eum hactenus quomodolibet constitutorum reuocationem.

In reuocationis Procuratoris.

Reuocando in primis, et ante omnia omnes, et quocunque procuratores per eum hactenus quomodolibet constitutos,

tos, & forsan ab eis substitutos.

Auferens eisdem omnem facultatem, & auctoritatem eis, & eorum cuilibet per eum quomodolibet concessam, & attributam.

Inhibens eisdem, & eorum cuilibet ne de cætero in eius negociis, sese quomodolibet intromittere audeant, sub pœna nullitatis omnium per eos agendorum.

Protestans expresse, quod sit aliquid per eosdem sic reuocatos procuratores in hac causa fieri contigerit, illud sit, & esse censeatur nullius efficaciæ, roboris, & momenti.

Sponte, & ex certa eius scientia, & spontanea, & deliberata voluntate.

Omnibus melioribus modo, via, iure, causa, & forma, quibus melius, validius, & efficacius de iure potuit, & debuit ac potest, & debet.

Fecit constituit, creauit nominauit, deputauit, & solemniter ordinauit suos veros, certos, legitimos, & indubitatos procuratores, actores, factores, negociorumq; infrascriptorum gestores, ac certos nuncios speciales, & generales.

Ita tamen quod specialitas generalitati non deroget, nec è contra, videlicet N. N.

Absentes, tanquam præsentes; & eorum quemlibet insolidum.

Ita tamen quod non sit melior conditio primitus occupantis, nec deterior subsequentis: sed quod vnus eorum inceperit, alter eorum prosequi, mediare terminare, pariter, & finire valeat specialiter, & expresse.

Ad ipsius domini constituentis nomine, & pro eo.

Exigendum, recipiendum & recuperandum.

Ac habuisse, recepisse confitendum.

Deq; exactis, receptis, & recuperatis.
Habuisseq; & recepisse confessis.

Quietandum, liberandum penitus, & absoluendum.

Cum pacto de rem semel habitam, receptam vlterius non petendo.

Prosequendum, deducendum, & pertractandum, pro earum prosecutione coram eisdem dominis iudicibus, & commissarijs tam ordinariis, quam extraordinarijs comparendum.

Iurandumq; in animam ipsius D. constituentes, & qualibet iuramenta desuper necessaria & opportuna præstandum.

Clausulas ad lites.

ET si necesse fuit pro præmissis omnibus, & singulis, & eorum occasione in quocumq; foro, siue iudicio, coram quibuscumque DD. iudicibus, & Commissariis, tam secularibus, quam Ecclesiasticis ordinariis, extraordinariis, delegatis, & subdelegatis, in quacumque Curia, & instantia comparendum, & agendum ec ipsum D constituétem, & eius iura, in omnibus, & per omnia defendendum, libellum, seu libello, & quascumque alias pensiones, summarias, & simplices, verbo, vel in scriptis dandum, offerendum, et recipiendum; darīq; offerri, et recipi videndum litem, seu lites contestandum, et contestari videndum. Calumniæ, et quodcumque alterius generis licitum, et honestum iuramentum in animam ipsius D. constituentis prestandum, et ex aduerso præstari videndum, ponendum, et articulandum, poniq; in articulari petendum, et videndum. Necnon ad omnes, et singulos actus, et terminos iudiciales tam substantiales, quam accidentales, et liti necessarios quauis Curia, tam ecclesiastica quam seculari procedendum, et procedi videndum et obseruandum sententiam, seu sententias, tam interlocutorias, quam diffinitiuas ferri petendum, et faciendum ac ab ea, vel eis, et a quocumq; alio grauamine ipsis illato, vel inferendo, prouocandum, et appellandum, Apostolisq; semel, vel pluries, debita cum instantia petendum, et obtinendum, appellationem, et appellationes huiusmodi intimandum, insinuandum, et notificandum, ipsasque ac nullitatis causas prosequendum, et pertractandum, ac eas ad Romanam Curiam si opus fuerit deuoluendum, et deuolui faciendum expen. damna, et interesse taxari petendum faciendum, et obtinendum, et super illis, si opus fuerit iurandum.

1. Vnum quoque, vel plures procuratorem, seu procuratores loco ipsius, ipsorum, cuiuslibet eorum, cum simili, aut limitata potestate substituen. eumque,

vel eos reuocandum, et onus procurationis huiusmodi in se reassumendum, toties quoties opus fuerit, et ipsis, seu eorum alteri videbitur expedire, præsenti procuratorio nihilominus in suo robore duraturo.

Et generaliter omnia alia, et singula faciendum, decidendum gerendum, exercendum, et procurandum, quæ in præmissis, et circa ea necessaria fuerint, seu quomodolibet opportuna, et quæ ipsemet D. constituẽs faceret, et facere posset, si præmissis omnibus, et singulis præsens, et personaliter interesset: etiam si talia forent, quæ mandatum exigerent magis speciale quã præsentibus est expressum.

Promittens insuper idem G. constituens mihi notario publico infrascripto, tanquam publicæ, et authenticæ personę solemniter stipulan. et recipien. vice et nomine omnium, et singulorum, quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum, se ratum, gratum, validum atq; firmum perpetuo habiturum totum id, et quicquid per dictos procuratores suos constitutos, et substituen. ab eis, et eorum quemlibet actum dictum, factum, gestum, procuratumue fuerit in præmissis, seu aliquo præmissorum.

Releuans nihilominus ex nunc, & releuare volens dictus D. constituens eosdem procuratores constitutos, & ab eis substituendos ab omni onere satisdandi, iudicioq; sisti, & iudicatum solui, cum omnibus, et singulis clausulis necessariis, & opportunis; sub hypotheca, et obligatione omnium, et singulorum bonorum suorum præsentium, et futurorum, ac qualibet alia iuris et acti renunciatione; ad hæc necessaria pariter, et cautela.

Super quibus omnibus, et singulis præmissis, idem D. constituens sibi a me notario publico infrascripto vnum vel plura, publicum, seu publica fieri petiit instrumentum, et instrumenta.

Actum Romæ in tali loco, etc.

Præsentibus ibidem N. N.

Testibus ad præmissa omnia, et singula habitis, vocatis specialiter, atque rogatis.

Quietandum.

Quietauit, liberauit penitus; et absoluit.

De quibus se bene contentum, solutum et satisfactum vocauit.

Exceptioniq; non habitorum, non receptorum, et non consignatorum.

Speiq; futuræ habitationis, et exceptionis eorundem expresse renunciauit.

Per pactum de rem semel habitã, etc.

Promittens huiusmodi quietantiam ratam, gratam, validam, atque firmam perpetuo habiturum, et contra non facere, dicere, vel opponere, atu venire per se nec alium, seu alios quouis quæsito colore vel ingenio.

Si fiat per Procuratorem.

Promittens idem D. N. procurator prædictas pecunias sibi dictis nominibus modo præmisso solutas fuisse, et esse semper bene, et legitime solutas et huiusmodi quietantiam esse, et semper fore bonam, et legitime factam.

Alias teneri voluit ad omnia damna, etc.

In substitut. Procurat.

Substituit, et in locum suum posuit; transferens propterea in eundem D. N. substitutum omnem facultatẽ, et auctoritatẽ, sibi vigore dicti mandati quomodolibet concessam, et attributam.

Protestans nihilominus, quod per quecumque actum seu quacumque comparitionem quem, vel quam in præmissis facere contingerit, nõ intendit propterea dictum D. N. substitutum reuocare, nisi de reuocatione ipsa expressam fecerit mentionem, super quibus, etc.

In Testamento.

Hanc autem dixit esse, et esse velle suam vltimam voluntatem, suumque vltimũ testamentum, quod, et quam valere voluit iure testamẽti nuncupatiui et si tali iure non valeret, valere voluit iure codicillorum, seu donationis causa mortis, et alterius cuiuscumque vltimæ voluntatis, quo, seu quibus melius valere poterit, et tenere omni meliori modo, etc.

Cassans irritans, et annullans idem D. N testator omne aliud testamentum: et donationem causa mortis, ac aliam quamcumque vltimam voluntatem per eum hactenus quomodocumq; sub quibuscunque verbis, etiam derogatoriis, factum, et factam.

Clausula in instrumento venditionis apponen.

Vendidit, cessit, concessit, dedit, tradidit et transtulit.

Præsenti, recipienti, et legitime stipulanti.

lanti pro se, suisque hæredibus, & successoribus.

Vel si qui alii sint, vel esse possint plures, vt veriores confines antiqui, vel moderni, & nomina, ac vocabula veriora ad dictas domo, spectan. & pertinen. liberas, & exemptas.

Ab omni onere seruitutis, redditus canonis census.

Cum omnibus, & singulis introitibus, & exitibus earum omnibusque earum iuribus, iurisdictionibus spectantibus, & pertinentibus, commoditatibus, & adiacentiis earum vniuersis, ad dictas domos vt supra venditas quomodolibet spectan. & pertinen. tam de consuetudine, quam de iure.

Ad habendum, tenendum possidendum vtendum, fruendum, & fructificandum, vendendum, donandum, pignorandum, & alienandum, ac de eis cum iuribus, & pertinentijs earum faciendum, & disponendum, ad ipsius N. emptoris libitum voluntatis.

Item, similiter titulo venditionis, ac iure proprio, & in perpetuum, vt supra dictus venditor.

Dedit, cessit, concessit transtulit, & donauit dicto emptori præsenti, & legitime stipulanti.

Omni. & singula iura, omnesq; actiones, reales, & personales, vtiles, & directas tacitas, & expressas hypotecarias, pignoratitias, siue mixtas, & in rem scriptas, & officium iudicis, & beneficium iuris. Quæ quas, & quod dictus N. aliquo vnquam tempore habuit, seu habet, & sibi competijt, & competit, aut competere potuit, seu potest, vel poterit quomodolibet in futurum, inde, & super dictis contra quascumque personas, vniuersitates, & loca.

Nullo iure, nullaq; actione sibi venditori, & suis hæredibus, & successoribus super eis quomodolibet de cætero reseruatis.

Ponens dictus N venditor eundem N. emptorem præsentem, & stipulantem in, de, & super dictis domibus cũ iuribus & pertinentijs earum, vt supra venditis, in locum ius, & priuilegiũ ipsius venditoris.

Et constituens eum super illis procuratorem irreuocabilem, vt in rem suam propriam super dictis iuribus, dictisque actionibus, eius proprio nomine agat, petat, exigat, excipiat, recipiat, & defendat, eisq; libere vtatur, fruatur, & experiatur in iudicio, & ex iudicium vbilibet, & directis actionibus, ad eius velle; quemadmodum D. venditor vti agere, petere & experiri poterat ante venditionem, & alienationem prædictam.

Dans, & concedens nihilominus venditor eidem emptori præsenti, & acceptanti, ac legitime stipulanti, vt supra plenam licentiam, liberamq; potestatem, & auctoritatem dicta domos, vt supra venditas, cum iuribus, membris, & pertinentiis earum possessionem realem corporalem, & naturalem illarum propria auctoritate ipsius emptoris & sine alicuius iudicis, vel curiæ licentia, decreto, vel mandato capiendi, & intrandi, apprehendendi, captamque, & appræhensam retinendi, & de eis faciendi, & disponendi ad ipsius emptoris libitum voluntatis.

Et donec dictus venditor inuestitus fuerit, ac dictarum domorum, & iurium vt supra venditorum, realem, & corporalem possessionem adeptus fuerit, interim dictus venditor nomine dicti emptoris, & pro eo, illam tenere, & possidere constituit, atque recognouit.

Hanc autem venditionẽ, donationem, cessionem, & concessionem, ac omnia, & singula supradicta, & quæ infra dicentur, fecit dictus venditor pro pretio, &c.

Quos prædictus emptor ibidem adhuc præsens, statim, in præsentia mei dicti notarij, & testium infrascriptorum, eidem D, venditori recipienti, & manualiter numeranti, tradidit, & consignauit.

De quibus se bene contentum, & solutum vocauit, & dixit, ac quatenus opus esset renunciauit.

Exceptioni non numeratæ pecuniæ doliq; mali, fraudis, metus, & in factum, conditionis indebitis, ob iniustam, & turpem causam, ac sine causa.

Speique futurę numerationis, et receptionis, omnibusq; alis exceptionibus, et defensionibus, iuris canonici, et ciuilis, ac statutis, priuilegiis, et consuetudinibus Vrbis factis, et fiendis; quibus contra prædicta, vel aliquod prædictorum facere dicere, vel venire posset, et quomodolibet se defendere, vel iuuare.

Renunciauit, et refutauit expresse, ac ex certa scientia.

Et plus dicto pretio N. dictum N. N. valent,

valent, valerent, et valere possent quomodolibet in futurum, totum illud plus siue sit supra, siue magna quantitas, etiam si quandocunque excederet, vltra dimidiam iusti pretii partem, dictus venditor illam, si sciret, aut crederet plus valere illud quod plus valeret, seu valerent, dicto D. emptori præsenti, & legitime stipulanti.

Donauit, et expresse titulo donationis inter viuos vendit, cessit, & concessit puræ meræ, nudæ, licitæ, & perfectæ, quia sibi facere placuit, et placet.

Facere consentire omnem personam adiacentem, vel aliquod ius habentem, vel habere quomodolibet prætendentem inde, et superdictæ N. ad omnem solam, et simplicem petitionem, requisitionem, et voluntatem dicti emptoris.

Quinimo ipsum D emptorem auctorizare, et disbrigare ab omni persona, vniuersitate, capitulo, siue loco litem, differentiam, seu controuersiam, et quæstionem quomodolibet mouente in iudicio, vel extra iudicium, iudiciumque in se suscipere, et illud prosequi, et finire, à principio, medio, vsque ad finem ipsius, dicti venditoris sumptibus, et expensis, et cum propriis ipsius procuratoribus, et aduocatis.

Nulli alteri personæ, loco vniuersitati, in totum, nec in partem fuerunt, et sunt venditæ, date, donatæ, cessæ, concessæ, pignoratæ, nec quomodolibet alienatæ, alienation. etiam largissimo modo sumpto vocabulo; nec de eius factus est, nec factus apparet, nec apparebit aliquis cõtractus, vel quasi contractus et distractus cum aliqua alia persona, in præiudicium dicti emptoris, et præsentis contractus venditionis.

Afferens, et affirmans talem vigere, et esse in Vrbe consuetudinem approbatam, quod duplum prædicta vel euictæ restituatur emptori, et ad refectionem, et restitutionem omnium, et singulorum damnorum, expẽsarum, et interesse, quomodolibet patiendorum, faciendorum, et incurrendorum per eum, occasionibus prædictis, in iudicio, et extra iudicium.

De quibus damnis, expensis, et interesse; et eorum quantitate, et numero dictus venditor stare, et credere voluit soli, et simplici verbo dicti emptoris, vel suorum successorum prædictorum, absque sacramento, et quauis alia probatione, et iudicio, seu extra fienda; ex nunc, prout ex tunc, et ex tunc, prout ex nunc, dictus N. venditor habere voluit, et promisit, pro plena, et sufficienti probatione; absque alterius onore probationis, iudicis taxatione, et arbitrio, seu arbitratu alicuius alterius boni viri, cæterisque aliis exceptionibus, et defensionibus iuris, et facti: quibus se quomodolibet defendere, et iuuare posset, renunciauit, et refutauit expresse, et ex eius certa scientia.

Pro quibus omnibus, et singulis obseruandis, plenarieque, et firmiter adimplendis, dictus venditor obligauit, et pignori posuit dicto emptori, et suis successoribus.

Omnia, et singula ipsius venditoris bona mobilia, et immobilia, præsentia, et futura.

Quæ quidem omnia, et singula supradicta promisit dictus venditor eidem emptori præsenti, et stipulanti, vt supra, semper, et perpetuo attendere, et obseruare, rataque, grata, et firma habere, et tenere: in nullo contrafacere, dicere, venire per se, vel per alium, seu alios ipsius nomine, et pro eo, aliqua ratione, iure, modo, titulo, ingenio, siue causa, seu obligatione bonorum suorum prædictorum.

Et ad maiorem cautelam omnium, et singulorum prædictorum, dictus venditor iurauit ad sancta Dei Euang. in manibus mei notarii infrascripti, tactis per eum scripturis sacrosanctis, contra prædicta omnia et singula nolle facere, dicere, vel venire, aliqua ratione, modo, titulo, siue causa; sed omnia, et singula semper, et inuiolabiliter obseruare.

Rogando me notarium infrascriptum, vt de prædictis omnibus, vnum vel plura conficerem instrumentum, et instrumenta, etc.

In locatione.

Locauit, et affictauit, et titulo locationis, et affictus, dedit cessit, et concessit.

Cum omnibus, et singulis fructibus, redditibus, prouentibus iuribus, obuentionibus

bus,& emolumentis,quocunque ratione, causa,titulo vel occasione.

Ad habendum, tenendum,vtendum, fruendum, & inhabitandum.

Omnia iura,omnesque actiones,& rationes vtiles,& directas,tacitas,& expressas,sibi D N.respectu dictę locationis, & affictus quomodolibet competentes, & competentia,competituras, & competitura.

Contra quasuis personas,vniuersitates & loca.

Ponēs dictus N.dictum N.in,& super dicta domo,respectu dictæ locationis in vniuersum ius, locum, & priuilegium suum.

Constituens desuper eum procuratorem suum irreuocabilem.

Ita quod ex nunc,& in posterū prædictis iuribus:&actionibus supra cessis,agat petat,exigat,& recipiat,eisque libere vtatur,& experiatur in iudicio,& extra,contra quascumque personas, vniuersitates, & loca,prout, & quemadmodum dictus N.vti agere, & experiri poterat, ante locationem, & affictum huiusmodi.

Dans, & concedens.

Plenam licentiam,& liberam voluntatem,& liberalem potestatem, dictae domus,respectu dictæ locationis, possessionem eius propria auctoritate, & sine alicuius iudicis licentia,vel mandato,capiēdi,& apprehendendi ad eius libitum voluntatis.

Et donec inuestitus fuerit possessionēque realem, & actualem adeptus fuerit.

Constituit se tenere, possidere, vice, & nomine dicti D. N.& suorum.

Hanc autem locationem,& affictū fecit,& facere dixit,&c.Et promisit, &c.

Cum iuribus, & pertinentijs, vt supra locatis,alteri personę minime locasse,nec alias de eo disposuisse.

Manutenere in eius pacifica possessione,& habitatione.

Eumq defendere,& disbrigare ab omni molestante persona,& lite.

Omnem litem,& molestiam in se spōte suscipere,ad solam, & simplicem denunciationem dicti N.& susceptam prosequi, mediare, terminare, & finire à principio,medio vsque ad finem,suis sumptibus,& expensis, ac cum propriis procuratoribus. & aduocatis. Et huiusmodi locatione promisit facere consentire omnem personam commune collegiū, vniuersitatem,& locum adiacentem,vel aliquod ius, & interesse habentem, seu habere quomodolibet prætendentem super dictadomo,vel aliqua eius parte,similiter ad omnem solam, & simplicem denunciationem dicti D.N.

Quæ omnia,& singula præmissa dictæ parte semper perpetuo,& omni tempore rata,grate,valida, & firma habere, tenere attendere, & inuiolabiliter obseruare & contra non facere, dicere opponere vel venire de iure, vel de facto per se,vel alium, seu alios quouis quæsito colere, vel ingenio,promiserunt.

Alias teneri voluerunt ad omnia damna expēsas,& interesse per eosquomodo libet patienda, sustinenda, & incurrenda.

De quibus quidē damnis,expensis, & interesse,stare,vel credere voluit soli, & simplici verbo,cum iuramento damnum passi,absque librorum, seu scripturarum productione taxationis. quod iuramentum haberi voluerunt pro plena,& sufficienti probatione.

Clausulæ in mutui depositi & alijs id generis obligationibus.

IN nomine Domini Amen. Per praesens publicum istrumentum cunctis pateat euidenter,& si notum,quod anno à Natiuitate eiusdem Domini Milesimo quingentesimo septuagesimo nono,indictione septima,die vero octaua mēsis Decembris,Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris,& D. N. D. Gregorii diuina prouidentia Papæ Decimi tertii Anno octauo. Vel sic.

Hoc publico instrumento,ad perpetuā rei memoriam,cunctis vbiq.pateat quod Anno,&c.

In mei,&c.in mei notarii publici, testiumq infrascriptorum ad hæc specialiter vocatorum, & rogatorum præsentia personaliter constitutus.

Non vi,&c. non vi dolo,metu, fraude, aut aliqua, & alia sinistra machinatione seductus,vel circumuentus, fede,&c.

Sponte,&c.sponte,& ex certa eius sciētia,liberaque, & spontanea voluntate,

Vel sic.

Sponte sua,& ex certa scientia,ac propria,& liberata voluntate.

Omni meliori modo,&c. omni meliori modo,via,iure,causa,& forma,quibus melius,validius,& efficacius potuit & debuit.

Præsente &c. præsente,ac pro se suisq. heredibus, & in futurum,successoribus quibuscumque solemniter,& legitime stipulante,& acceptante.

Absente, &c. absente me tamen notario publico infrascripto vt publica,& authentica persona pro eo,eiusque hæredibus quibuscumque solemniter,& legitime stipulante,& acceptante.

De quibus,&c. de quibus,se bene contentum quietum,& satisfactum vocauit, & de illis.

Quietauit,&c quietauit, liberauit, & penitus absoluit prædictum B præsentem & vt supra stipulantem.

Cum pacto,&c. cum pacto de rem semel habitam vlterius non petendo.

Exceptioni, &c. exceptioni non habitorum, non numeratorum, & non receptorum dictorum scutorum N.

Spei,&c. speiq. illorum futuræ numerationis,& receptionis expresse renunciauit,vel sic.

Exceptioni non numeratæ pecuniæ,& aliis quibusuis quibus mediantibus se iuuare posset expresse renunciauit.

In mei,&c. in mei notarii, & testium infrascriptorum præsentia.

Habuit,&c. habuit, accepit, & ad se traxit,&c.

Tracta,&c. tracta,totidem esse confessus fuit.

Vel sic in rebus,quæ venduntur,vt vestibus,pannis frumento,&c.

De quibus,&c. de quibus pannis, eorumq. pretio qualitate se.

Se bene contentum,&c. se bene contẽtum,vt supra.

Habuisse,&c. habuisse, recepisse,& sibi realiter consignatum fuisse.

Soluere,&c. soluere,ac realiter, & cum effectu restitueret. Et hoc intelligendum est in mutuo & commodata:etenim in cæteris obligationibus,illud verbum restituere non apponitur,sed dicitur tantum.

Soluere realiter, & cum effectu.

Libere,&c. libere omni penitus iuris,et facti exceptione remota. Vel sic.

Libere,omni mora, et contradictione iuris,et facti cessantibus.

Pro quibus,etc pro quibus omnibus,et singulis præmissis perpetuo,ac firmiter,et inuiolabiliter tenendis,complendis,obseruandis,et non contrauenendis.

Se,etc se ipsum,illiusq.

Hæredes,etc. hæredes, et in futurũ successores quoscumque.

Bona,etc suaq. et illorum bona omnia et singula,præsentia,et futura mobilia, et immobilia vbilibet existentia,iura,actiones,et debitorum nomina.

Cum solitis clausulis, etc. cum solitis clausulis,cum submissionibus,renũciationibus,aliisque clausulis, et cautelis in forma Cameræ Apostolicæ apponi,& de stylo Curiæ solitis,& consuetis.

Circa, &c. circa tamen, & præter procuratorum constitutionem.

Obligauit,&c obligauit,& expresse hypothecauit dicto B. creditori præsenti,& stipulanti,vt supra. Et quando vltra generalem obligationem additur obligatio alicuius rei specialis.

Itaquod,&c. itaquod specialitas,generalitati non deroget,nec è contra,vel.

Itaquod generi per speciem non derogetur nec è contra.

Cuius appellationi, &c. cuius appellationi,reclamationi,& recursui contra præmissa quomodolibet interponẽdis,ac præsentis instrumenti, contentorum in eo vim,effectum,& executionem, vtcumq. differentibus,retardantibus,aut alias,quomodolibet impedientibus.

Vel si obligatio stipulatur cum constitutione procuratoris.

Præsentem,&c. præsentem,& acceptãtem.

Ad hæc confitendum,&c. ad hæc confitendum,& confiteri videndum in quocumque iudicio comparendum,ac inibi, & extra eum,ipsius debitoris iura defendendum.

Consentiens, &c. consentiens in mandatum executiuum contra se,& eius hæredes, & bona relaxandum,& exequendum,vnica citatione præuia.

Si in præmissis,&c. si in præmissis, aut eorum aliquo defecerit,& per eum,vt supra promissa, & contenta non obseruauerit.

Absque,&c. absque vlla citatione, seu intimatione desuper faciendis.

Iurauit, &c. & ita tactis sacrosanctis

Dei

Dei scriptoris,in manibus mei notarii ad Sancta Dei Euangelia iurauit, Vel sic, si fuerit religiosus,vel prælatus.

Iurauit tacto pectori, &c. Et ita tacto pectore more religiosorũ, vel prælatorũ ad sancta Dei Euangelia iurauit,vel si fuerit miles alicuius religionis gestans crucem,seu habitum.

Iurauit tacta cruce,&c.Et ita tacta cruce,quam in pectore gestabat ad sancta Dei Euangelia, more religiosorum militum iurauit.

Vel sic si fuerit Hebræus.

Iurauit tacto calamo, &c. Et ita tacto calamo,in manibus mei notarii more Hebreorum iurauit.

Super quibus.&c. super quibus omnibus, & singulis præmissis,petitum fuit a me notario vnum,vel plura publica cõfici instrumenta.

Testibus, &c. testibus,ad hæc specialiter vocatis,& rogatis.

In accessionibus, & fideiussionibus.

SCiens,&c. sciens se ad hæc non teneri.

Sed, &c. sed teneri, & obligari volens.

Vt principalis,&c.vt principalis, principaliter,& insolidum.

Accessit,&c accessit,fideiussit, & promisit.

Ac sese principalem,&c.ac sese principalem,& insolidum debitorẽ & promissorem propterea in omnibus, & per omnia fecit,& constituit.

Indemnem,&c. indemnem,& penitus sine damno.

Releuare,&c releuare,& conseruare.

Ita quod,&c. itaquod nullum propterea damnum, aut molestiam patietur.

Alias,&c alias,ad omnia & singula dãna,expensas, & interesse, per dictum N. quomodolibet,propterea in iudicio, vel extra patienda, facienda incurrenda teneri voluit.

De quibus,&c.de quibus quidem damnis expensis,& interesse, stare,& credere voluit soli, & simplici verbo, cum iuramento,damnum passi.

Absque,&c.absque Iudicis taxatione, aut alia aliqua Iudiciali,& extraiudiciali taxatione.

In impositione, & venditione census.

IMposuit.&c. imposuit, constituit, & assignauit.

Impositum,&c. impositum, constitutum assignatum;

Vendidit, &c. extende, vt supra in venditione.

Omnia iura.&c transferens,& cedens dicto emptori præsenti, & stipulanti, vt supra,omnia,& singula iura, & actiones reales, & personales vtiles, directas, hypotecarias,in rem scriptas, officium Iudicis, & beneficium iuris, ipsi venditori competentia, & quæ competere potuerunt quomodolibet in futurum,super dicto annuo censu scutorum N. & dicta domo,super qua illa est assignatus,&iuribus supradictis,pro concurrenti quantitate eiusdem census,& pretii illius infradicendi contra quascumque personas communia,collegio,capitula,vniuersitates,& loca.

Ad habendum,&c ad habendũ,tenendum,possidendum seu quasi vtẽdum,fiuẽdum,percipiendum,fructificandum,vendendum,donandum,pignorandũ,et alienandum,ac de eodem censu,cum illis iuribus faciendum, et disponendum ad ipsius emptoris libitum,voluntatis.

Ponens,etc.ponens emptorem præsentem,vt supra stipulantem super dicto annuo censu,ac iuris præfatis,vt supra venditis,et cessis,et domo prædicta eidem censui subiecta pro concurrenti quantitate ipsius census,et illius pretii in locum ius, et priuilegium ipsius venditoris vniuersum.

Nullo iure,etc.nullo iure,nullaq actione sibi venditor, et suis hæredibus,et successoribus super illis quomodolibet decetero reseruatis in præiudicii supradicti census,et pretii illius.

Constituens,etc constituens ipsum super illis procuratorem,vt in rem propriã irreuocabilem,medio iuramẽto,vt infra præstito. Itaquod ex nunc, et non posterum dictus emptor prædictis iuribus, et actionibus,pro eadem tamen concurrẽti quantitate predicti census, et pretii eius proprio nomine agat,petat, exigat, recipiat,excipiat,et defendat,hisq. libere vtatur,fruatur,et experiatur in iudicio,et extra vtiliaet, etiam directis octionibus ad eius voluntatem,vt idem venditor agere

T 4 pete-

petere,et experiri poterat ante venditionem, et alienationem huiusmodi.

Dans licentiam,etc. dans,et concedens eidem emptori,vt supra præsenti, et stipulanti plenam licentiam,et liberam potestatem dicti annui census, et illius perceptionis,ac domus eodem cēsu,vt supra oneratæ cum iuribus,et pertinentiis prædictis possessionem,et quasi pro concurrēti rata census prædicti,et illius pretii propria ipsius emptori auctoritate,absque alicuius iudicis,vel curiæ licentia, decreto seu mandato intrandi,capiendi,et appræhendendi ac de illis faciendi,et disponendi ad ipsius emptoris libidum,et volūtatem.

Et donec,&c et donec censushuiusmodi ac domus cum iuribus,et pertinentiis prędictis realem,actualem,etcorporalem possessionem, seu quasi pro concurrenti rata prædicti census, et illius pretii adeptus fuerit,

Constituit,etc constituit se idē venditor tenere,et possidere,seu quasi annuum censum iuribus prædictis; necnon dictā domum,prætextu eiusdē uensus, et illius occasione,precario nomine eiusdem emptoris.

Hanc autem,etc. hanc autē impositionem,venditionem,cessionem,et cōcessionem,atq; omnia,et singula supradicta, et quæ infradicentur

Et si plus,etc.extēde vt supra in venditione.

Donauit,etc Cęteras clausulas eodem modo extēdes,quo superius in instrumēto venditionis extensas inuenies,

In locationem in emphytheosim.

Locauit,etc. locauit,ac perpetuam locationem affictum, et emphyteosim dedit,cessit,atq. concessit.

Omnia iura,etc. transferens,et cedens d.emphyteoticario omnia iura,omnesq; actiones,directis tamen exceptis, eidem A.super d predio quomodolibet cōpetentia,et quæ competere potuerūt in futurū contra quascunq. personas capitula,communia,collegia,siue loca,saluo semper,et reseruato sibi D A.commendatori,et suis in dicta commenda successoribus iure directi dominii.

Ad habendum,etc ad habendum,tenēdum,fruendum,vsufructuandū, colendū liberandum,cultiuādum possidendum faciendum,etdisponendum,prout,et quēadmodum de huiusmodi prædio emphyteotico de iure fieri, et disponi potest; et salua proprietate prædicta,durāte tempore concessionis huiusmodi. Vel sic prout et quemadmodū saluo prædicto directo dominio,idem commendator vti,frui, et gaudere ac disponere,vel alias facere poterat ante præsentem contractum.

Ponens, etc. ponens eundem emphyteoticarium in omne ius,locum,et priuilegium ipsius concedentis, et dictę suae Ecclesiæ: iure tamen directi dominii reseruato.

Constituens,etc,cōstituens eum super illis procuratorem irreuocabilem,medio iuramento, vt infra præstito.

Dans licentiam, etc. dans,et concedēs eidem plenam licentiam,& liberam potestatem dicti prædij, vt supra emphyteosim perpetuam concessi,cum iuribus prędictis corporalem,realem,& actualē possessionem,propria ipsius emphyteoticarii auctoritate,& absque alicuius iudicis,vel curiæ licētia,decreto,seu mandato,capiēdi intrandi,&appręhendendi,ac de eis,vt supra disponen.

Et donec,&c. & donec idem B. possessionemhuiusmodi realem,corporalem,& actualem adeptus fuerit.

Constituit,&c.constituit se idem A.cōmendator nomine ipsius B. præcario tenere,& conseruare,&c.

Forma extractionis reliquiarum.

R. D Don N. Cappellanus Ecclesiæ Annunciationis B.Mariæ Nationis Catalanorum ciuitatis Massanen.agēs in hac parte, & vti procurator RR. DD. N & N.Rectoris,seu Gubernatoris dictę ecclesiæ,quibus supplicationibus sanctissimus D.N. Clemens Papa licentiam cōcessit extrahendi nonnullas Sanctorū,& Sanctarum reliquias exmonasterio sācti Anastasii,alias Trium Fontium extra muros Vrbis pro illis deferēdis ad partes, & collocādis in dicta ecclesia,vt docuit per eandem supplicationē desuper expeditā sub datum Romæ apud Sanctum Petrū vndecimo Kalendas Septēbris anno eius Pontificatus septimo ab eodem Sanctissimo D N Papa subscriptum per hæc verba,videlicet fiat,vtpetiturH.hac manu Il

lustri-

lustrissimi, & Reuerendissimi D. Cardinalis de Monte Alto Monasterii Trium Fontium Commendatarii, vt in eius calce apparet subscriptas, per has litteras videlicet A. commendatarius quam facto coram R P.N. vicepriore dicti Monasterii, meq. notario, & testibus infrascriptis exhibuit, & deinde secum reportaut sponte, &c. requisiuit dictumR.P.N. vicepriorem vt sibi specialiter in dicta supplicatione nominato, & procuratori legitimo dictorũ DD Rector dictæ ecclesiæ Annunciationis in vim licentiæ prædictę, nonnullas sanctorum Reliquias in eorum Ecclesia existens, donaret ad effectum prædictum qui R P.N. dicta eius licentia prius diligenter visa, & superiorum suorum mandatis obedire paratus, obtulit se illas daturum, & accepto camiso, se illo induit, & accensis quamplurimis facibus in Capella Scalæ Cœli nuncupata ante Altare maius dictæ Capellæ, super quo sanctus Bernardinus celebrando meruit videre visionem Angelorum ascendentium, & descendentium per scalam Cœlum attingentem & portantium animas liberatorum a pœnis Purgatorii ad Gloriã Cœlestem, & genibus flexis cæpit decantare nonnullas preces, & successiue sic sacraveste indutus, cum multis luminaribus associatus ab alii, & nobis notario, & testibus infrascriptis processionaliter descendit subtus dictum Altare insigne, vbi est cœmeterium sanctorum Zenonis & sociorum eis decem millium ducentorum, & trium Martyrum, qui sub Imperio Neronis, vt aiunt Martyrum passi fuerunt v. Idus Iulij, vt in Martyrologio habetur apud aquas saluias, a quo loco non longe fuit decapitatus Beatus Paulus Apostolus, & è dicto Cœmeterium sãctorum Marryrum nonnullas illorum reliquias extraxit, & illa dicto A præsenti, humiliter & reuerenter recipienti donauit, vt de illis disponat modo, & forma prænarratis in dicta licentia; sicut dispo nere promisit, & sic tactis, &c. iurat, &c. super quibus, etc actum, &c.

Instrumentum executionis a tutela.

Coram magnifico D N pro tribunali sedente, &c. ac in mei notarii, &c. personaliter constitutus D. A. exponens eidem D. Iudici, vt supra pro tribunali sedenti diebus proximis elapsis q.D.B. dum in humanis agebat suum vltimum solemne & nuncupatiuum condidisse testamẽtum manu D.C. notarii publici, in quo sibi hæredem vniuersalem instituit Sempronium eius filium legitimum, & naturalem, & pupillari ætate constitutum; cui statuit, & deputauit tutorem ipsum A exponẽtem, & quia ipse exponens credit non teneri ad suspiciendam onus dictæ tutelæ; tum quia ipse reperitur grauatus pluribus filiis, filiabus, & reperitur occupatus gubernio, & administrationi castri, etc quod distat ab Vrbe, &c. vltra octuaginta milliaria, ideo iuxta terminum à iure præfixum ad se excusandum petiit per eundem d. iudicem, vt supra pro tribunali sedentem, interloquendo pronunciari eundem A. exponentem non teneri ad susceptionem dictæ tutelæ, & onus illius oneribus eximi, & liberari, ea, & illius oneribus eximi, & liberari, ad prædicta se admitti petit, suum, & dictę suæ curiæ officium desuper implorando, prout implorat, præmisso, & omni alio meliori modo, etc. quæ petito per eundem d. Iudicem, vt supra pro tribunali sedentem, si & inquantum de iure admittenda veni, admisit successiue super ea nonnullis testibus inductis, & de mandato ipsius iudicis D Polisena matre dicti Sempronii, et etiam ipso Sempronio legitime citatis: illisque (vt moris est) publicatis; demũ præmissa alia simili citatione, ad concludendum concludique videndum, et audiendum sententiam; videlicet d. iudex vt supra pro tribunali sedens, Christi nomine repetito, pronunciauit dictum A. absoluendum, & liberandũ fore, & esse ab onere tutelæ prædicti Sẽpronii pupilli, prout in sententia tenoris infrascripti, videlicet nos N &c lecta, lata, &c. sub anno, &c. præsentibus N & N. testibus, &c.

Si autem scire cupis, quæ, & quales dicantur causæ iustę ad obtinendam hanc excusationem, & liberationem tutela; & infra quantum tempus debent tut am iudice proponi, & an etiam per procuratorẽ fieri possit, & alia super præmissis requisita, recurrere ad summã Azonis, Specul. in toto titu'o de excu.tut & temporibus earum, & ibi per quire.

Con u. n-

Conuentionis super fabrica Domus.

D. Petrus Turinus magnificus D. Iulii Turini de Piscia filius, & procurator, vt asseruit pro quo de rato, & rati habitione in forma iuris valida, & de faciendo ratificare præsens instrumentum, & omnia & singula in præsenti instrumẽto contenta ac instrumentum ratificationis huiusmodi in authenticam forma in actis mei, etc. in termino vnius mensis proximi dare promisit, ita quod subprætextu promissionis dicti alieni, et faciẽdo possibilia tamen se excusare non possit, alias de suo proprio, et particulari, vt principalis insolidum ad obseruationẽ, et manutentionem omnium infradicendorum et ad omnia damna, etc. teneri voluit infrascriptæ parti, et dicto nomine ex vna, et Magister Petrus Antonius Michaelis Biregli de castro nouo Vulterræ murator in Vrbe principalis ex altera partibus sponte, etc. ad infrascriptas conuentiones deuenerunt. In primis dictus D. Petrus asserens ad præfatum D. Iulium eius patrem spectare, videlicet quendam situm, seu sodum, positum in Vrbe prope palatium, seu domum Magnifici D. Angeli Capranicæ ab vno latere, vinculo tamen inter medio; ab alio vero lateribus iuxta alias domos ipsius domini Iulii, dictum sodum, cum aliquibus ruinis in eo existentibus, eidem magistro Petro Antonio fabricandum concessit, et dedit, prout ipse Magister Petrus Antonius fabricare promisio in dicto sodo vnam domum cũ duabus apothecis, iuxta ordinem, et modulum à præfato D. Iulio, vel eius procuratore ipsi Petro Antonio dandum: Cum pactis huiusmodi inter ipsas partes expresse conuentis quod præfatus dominus Iulius, vel agentes pro eo curent apponi filum per magnificus viarum magistros, sine quo fabricari non posset: adeo vt ipse magister Petrus Antonius habet situm præfatum liberum, et expeditum ab omni impedimento, et impensis, et ab omni lite, et molestia, à qua uis persona inferren, si inferri contigerit, et quod præfatus D. Iulius eundem magistrũ Petrum Antonium ab omni molestia, damno, et impedimento, ac lite indemnem, et penitus sine damno releuare, et conseruare, ac liberare teneatur.

Item, quod ipse magister Petrus Antonius teneatur diligenter, vt decet, fabricam predictam, videlicet de tecto, mura, glie colle, e matonati, suis expensis, et operibus facere, ac perficere, in termino vnius anni proximi, saluo tamen, et excepto iusto impedimento, et si dictus Petrus Antonius cessauerit, et defecerit perficere, vt supra, tunc ipse D. Iulius expensis, damnis, et de interesse Petri Antonii fabricam supradictam fieri, et finiri facere possit, et ipse Petrus Antonius ad omnia damna, expensas, et interesse teneatur.

Item quod ruinæ, cum coodertoriis existentibus in dicto sodo, per duos communes amicos, seu personas communiter eligendas, vnum per vnam partem, et alium per aliam partem, depresenti æstimari debeant, cum perfecta fuerit, et valor illarũ ex pretio et æstimatione fabricæ supradictæ, deduci, ac defalcari debeat, et quod dictæ ruinæ sint ipsius, magistri Petri Antonii, et quod suis expensis amoueri faciat, etc.

Item, quod si excauando seu fodiendo in dicto sodo, ad effectum faciendi fundamenta, et cantinam, seu cantinas faciendi et demum, si in dicto loco inuenirentur aurum argentum, aut quodcunque aliud metallum, statuæ, aut columnæ marmoreæ, sint ipsius D. Iulii integraliter, et vlterius dictus Petrus Antonius præmissa excauari, et excauatas dare suis propriis expensis, teneatur. Sed si lapides marmos rei, treuertini, aut quicunque alii lapide cuiusuis generis, et speciei existentes, sint vt dicitur de lauoro, inuenti fuerint, sint ipsius magistri Petri Ant. etc.

Item, quod finita dicta fabrica in termino, vt supra conuento, debeat æstimari per duos peritos in arte, eligendos ab vtraque parte videlicet vnum pro vna, et alterum pro alia parte, qui periti si concordes non fuerint in æstimatione præfata, tertium eligere possint ad æstimationẽ præfatam dictæ fabricæ, cum omnibus expensis eiusdem faciendam, iuxta consuetudinem Vrbis.

Item, quod dictus magister Petrus Antonius teneatur exponere in fabrica supradicta vsque ad summam scutorũ quadringentorum, et si plus expedi opus fuerit, tunc pro eo pluri dictus dominus Iulius teneatur, et dubeat principaliter, et insolidum quascunque promissiones, et obligationes

ligationes facere pro dicto magistro petro Antonio penes quascunque personas, siue pecuniæ per viam impositionis, et venditionis alicuius annui census, siue per alium quemcumque modum accipiantur, ad effectum tamen fabricam supradictam perficiendi, et d pecunias in eadem fabrica exponendi, et non ad alium effectum; itaquod ipso magister petrus Antonius in termino quatuor annorum, à die quo fabrica supradicta perfecta fuerit eundem D. Iulium liberare, atque eximere promittat: et premissa per vtrumque ipsorum fiant, cum promissionibus, et obligationibus etiam in forma Cameræ Apostolicæ cum solitis clausulis, iuxta Curiæ stylum, et aliis cautionibus opportunis.

Item, quod predictus D Iulius precium dictæ fabricæ, iuxta estimationem faciendam, et tunc factam eidem magistro Petro Antonio soluere teneatur; et debeat in termino quatuor annorum, à die quo dicta estimatiò facta fuerit proximorum, hic Romæ, libere, etc.

Et quia non conuenit quod præfatus D. Iulius rem, et precium teneat, et ex dicta fabrica expensis, et operis Ipsius magistri Petri Antonii facta, fructus percipiant, et re aliena fruantur. Ideo conuenerunt partes prefatæ, quod pro rata fabricæ, vt supra faciendæ, et tunc factæ. Idem magister petr. Antonius pensionis domus et apothecarum prefatarum percipiat, habere, et percipere possit, et ipsi Petro Antonio reseruatę fint pro dicta rata, pro qua rata ad euitandum fastidia, et differentias, quę inter eos oriri possent, dictus D. Iulius nomine prefato voluit, et conuenit, quod idem magister Petrus Antonius habeat, et percipiat ex pensionibus domus, et apothecarum prefatarum ad rationem sex pro centenario quolibet precii, et estimationis eiusdem fabrice, percipiendorum de semestre in semestris, et in fine cuiuslibet semestris pro rata, et ex nunc, prout ex tunc; et e contra ipse D. Iulius pensiones dictę domus, et apothecarum eidem magistro Petro Antonio reseruatas esse voluit, assignauit, & cessit pro dicta rata sua, & ad rationem præfatam, ita vt ipse magister Petrus Antonius pro concurrenti quantitate, & rata, supradicta percipere atq. exigere, & de exectis quos opus fuerit quietare possit, & valeat, vsque quo ad ipsius Petri Antonii integralē satisfactionem non fuerit pro parte eiusdem D Iulii satisfactum aliunde. Ad quæ premissa peragendum eundem magistrū Petrum Antonium procuratorem irreuocabilem cum iuramento tactis, &c vt in re propriam constituit & effecit cum facultate etiam substituendi, et clausulis ad lites, et aliis facultatibus desuper opportunis, quæ facultas exigendi pensiones præfatas cesset; quotiescumque fuerit ipsi Pet. Antonio ex parte dicti D. Iulii satisfactum de dicta rata: & nihilominus pro maiori cautione dicti Magistri Petri Antonii, ipse D. Iulius dicto procuratorio nomine eidem Magistro Petro Antonio pensiones præfatas, vt principalis, & in solidum ad rationem, vt supra conuentum, soluere promisit hic Romæ, libere, &c. Pacto etiam ad ecto quod dictus D. Iulius tam in totum quam in partem, estimationem, & precium d fabricæ soluere possit, etiam ante finem dictorū quatuor annorum, & pro rata summæ solutæ, ac terminos perceptos, & facultas exigendi pensiones præfatas cessent, & dictus Petrus Antonius, ita vt supra, in totum, aut in partem estimationem prefatam recipere teneatur, dummodo vsque ad summā scutorum centum & non minus eidem Petro Antonio qualibet vice soluantur. Quę omnia, &c.

Pro quibus omnibus, & singulis premissis tenendis, complendis, & inuiolabiliter obseruandis, singula singulis congrue referendo præfatus D. Petrus Turinus dictum D. Iulium eius patrem, illiusque hæredes, &c. ac bona omnia, &c & vsque ad dictam ratificationem & instrumenti ratificationis huiusmodi exhibitionem, & dationem vt principalis principaliter, & insolidum seipsum, ac suos heredes, &c. & bona, &c. In forma Camerę Apostolicæ cum clausulis solitis ad inuicem obligarunt, &c. iurarunt que tactis, &c. Superquibus, &c. Actum Romæ in officio mei, &c. presentibus ibidem N. N. & N testibus, &c.

Visitatio Ecclesiæ:

ANte propositionem formę visitationis præmittendum est, quod visitatio Ecclesię, vel loci pij non potest fieri, nisi per Episcopum, vel ab eo substitutum Item sciendū est, quod visitatio quandoq; fit

sit in Ecclesia collegiata, quandoque in Ecclesia non collegiata, & quandoque in hospitali, & quandoque in monasterio monachorum, seu monialium.

Item nota, quod aliquæ Ecclesiæ habēt aliqua membra, videlicet Ecclesias tam curatas, quam non curatas, vel hospitalia. Et aduertatur, quod vbi fiat visitatio in aliqua Ecclesia collegiata, vel etiam simplici, quæ habeat aliqua membra, scilicet alias Ecclesias, vel hospitalia subiecta debet eo casu Episcopus interrogare prælatum, vel rectorem ipsius Ecclesiæ visitare tam in capite, quam in membris & vt infra.

Item nota, quod talis visitatio fit, & fieri consueuit per ipsum Episcopum mediā tibus duobus, scilicet visitatione per oculorum inspectionem, & per interrogationes quia superior debet videre ocultā fide Ecclesiā, & ornamenta eius paramenta, & alia localia, & reliquias, si quæ sint in ipsa Ecclesia, & exinde domos, & casamenta ipsius Ecclesiæ, indigent reparatione, aut in eis adsunt aliqua digna reformatione, vel suspectione. Et præmissis obseruatis debent postmodum congregare prælatum, & subdito, Ecclesię, & beneficiatos in ea, & ipsos interrogare super capitulis infrascriptis, incipiendo à prælato, & postea ad alios successiue per ordinem secundum gradus, & conditionis eorum prout viderit expedire, recepto tamen prius iuramento a quocumq; ex eis super veritate dicenda super interroganda. & si non fuerit Ecclesia colleggiata debet interrogare rectorem, vel ministrū ipsius, prout conuenerit conditioni ipsius iuxta tenorem capitulorum de quibus infra, prout ipsius visitanti videbitur expedire. Et si reperierit aliqua reformanda fore, vel aliqua addi debere, vel prouideri eo casu habitis sermonibus cum prælato, vt aliis, seu rectore, debet sese Episcopus ordinare aliqua statuta, vel reformationes, seu additiones, prout sibi videtur expedire pro vtilitate Ecclesiæ, & honore eius, & beneficiorum; mandauit præcicta obseruari debere, seu fieri præcepta, & monitiones, ac prohibitiones prout expedierit.

Sed aduertatur quod si Episcopus, vel alius visitator reperit aliquos delinquentes in aliquo delicto, & excessu enormi secreto, debet ipsum secrete sic delinquente vna cum notario monere, & percipere eidem vt prædicta euitet de quibus faciet fieri præceptum & monitionem per notarium, in scriptis, vt a exinde delinquērit possit punire ipsum. Sed si fuerit publicum delictum debet publice monere, & corrigere, & facere præceptum publice De aliis vero quæ non sint enormia debet fieri monitio generalis, & si sunt digna reformatione particulari fiant mon tiones, prouisiones, & prohibitiones necessariæ, & statuta casu quo expediat de quibus fiat scriptura per notarium Episcopi seu instrumentum publicum, prout expedierit.

Sed nota, quod licet capitula infrascripta sint generalia, ita quod in quacumq; Ecclesia, seu monasterio, vel hospitali possint fieri, tamen non debent fieri interrogationes, nisi expresse pertineant in Ecclesia visitata, seu monasterio, vel hospitali, & altera generalia, quæ communiter fiunt in Ecclesiis etiā subiicienter aliquæ particulares, quæ fieri debent in monasterio, & aliquæ in hospitali, & vt infra, super qua erit aduertendum per visi ante, quæ sint fiendæ, & quæ non.

Item nota; quod vbi Episcopus interrogat, debet notarius scribere responsiones post interogationes super omnibus interrogatis, & particulariter, & vt infra. Et vt de præmissis aliqua notitia detur, subiicietur forma de qua infra Sed antequam subiiciatur forma ipsius visitationis subiicietur forma iuramenti præstādi per prælatum, & alios beneficiatos Ecclesiæ, seu rectorem ipsius Ecclesiæ, seu absentē, vel priorem, vel Abatissam, vel ministrū, Et successiue subiicietur forma capitulorum super quibus erunt interrogandi ipsi visitati singula singulis referendo, et demum subiicietur forma ipsius visitationis.

Forma iuramenti præstandi per visitator

IN nomine Domini Amen &c. Reuerendo in Christo pater, & D D. Io. &c. Dei gratia Episcopus Plac. & Comes existens in cap. ecclesiæ Plac. monuit vener. D Iac. præpositum dictæ Ecclesiæ, quatenus statim, & incontinenti iurare debeat in manibus præfati D Episcopi ad sancta Dei Euangelia de dicendo, & quod dicat respondeat puram, & meram libertatem

tam

tam de seipso,quam de aliis, criminibus occultis,exceptis super omnibus,et singulis capitulis, siue articulis, de quibus infra,et de ijs de quibus fuerit interrogatus ad puram intentionem ipsius D Episcopi nulla admixta falsitate,criminibus occultis exceptis,remotis odio,amore et timore tam de se,quam de aliis, et sine aliqua terdiuersatione, seu palliatione, reuolutione verborum quod sit,et sensit de contentis in cap. infrascriptis, et circa ea. Qui D. Præpositus delato prius eidem iuramento per præfatum D. Episcopum, et ab eo omnibus corporaliter tactis scripturis, præstito, iurauit ad sancta Dei Euangelia se dicere, et respondere veritatem puram, et meram de omni eo quod sciuerit, vel sentient et interrogatus fuerit de, et super capitulis instascriptis, et contentis in eis et vnoquoque eorum remotis præmissis, et asque aliqua tergiuersatione, seu palliatione, vel reuolutione verborum. Et eodem modo iurabit quilibet digens, et beneficiatus in dicta Ecclesia, monasterio vel hospitali, mutatis mutandis.

Forma visitationis.

IN nomine Domini. Amen. etc. Hæc est visitatio generalis, quam Reu. in Christo pater, et D. D. Ioan. Dei, et Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Placentitinus, et Comes fecit, et facere intendit in Ecclesia maiori Plac. tam in capite, quam in membris ac ipsum Capitulum dictæ Ecclesiæ, et personas digentes in ipsa Ecclesia visitare, et secundum canonicas sanctiones corrigere, et reformare, quæ correctionis,et reformationis officio nouerit indigere tam in spiritualibus, quam in temporalibus super capitulis infrascriptis, seu articulis, et connexis, et dependentibus ab eisdem simul, et diuisim,et prout melius sibi videbitur expedire. Anno Domini currente Mcccclxxxix. Indictione vii. die xxii. Septembris.

Primo; quomodo, et qualiter diuinum officiũ in dicta ecclesia celebretur diurnum, et nocturnum diligere, et distincte, aut nimis cursorie.

Item si omnes, et singuli de dicta ecclesia sunt assidui perseuerantes, vel ne,et an omnes, an aliqui, ex eis, et qui.

Item si omnes surgunt ad Matutinum, an aliqui,et qui cessant surgere, et si officium fit ibi deuote, sine turpi deriso, & familiaritate.

Item, quot, & qui ex canonicis dictæ ecclesiæ sunt, & esse debeant presbyteri, & qui, & quod diaconi qui,& quot subdiaconi.

Item si quilibet ex canonicis dictæ ecclesiæ in suo ordine bene intersit in dicta ecclesia suo tempore,& quando debet in diuinis.

Item si mansionarij,& præbendarij dictę ecclesię bene resident continue in dicta ecclesia sicut debent, & si celebrant Missas, quas debent dicere, & si intersunt aliis diuinis officijs diurnis, & nocturnis.

Item si officia,& beneficia conferuntur, & collata sunt alicui super simoniam, vel alium illicitum modum.

Item si Eucharistia,reliquiæ,aut oleum pro infirmis reponitur in loco tuto,& sub clausura,ne manus sinistra ad eam attingere possit.

Item quomodo, & qualiter dicta ecclesia est ornata paramentis sufficientibus libris, calicibus,& aliis necessariis ad cultum diuinum celebrandum.

Item si præbendæ canonicales dictæ ecclesiæ sunt distinctæ, vel non.

Item si viuunt simul in eodem refectorio de eodem cibo, & potu,& si dormiũt in eodem dormitorio vel ne.

Item qualiter bona temporalia dictæ ecclesiæ tractantur,& distribuuntur,quæ proueniunt in communi dictæ ecclesiæ.

Item si quis deputatur massarius,& pro distributione ipsorum bonorum, & ipse massarius reddit fidelem rationem eius administrationis, & quoties, & quando, & cui reddit ipsam rationem

Item si dicta ecclesia est grauata oneribus debitorum, & cui & in quibus quãtitatibus,& ex quibus causis est obligata.

Item si inuestituræ,& locationes terrarum, domorum,& aliorum bonorum ipsius ecclesiæ fiunt fideliter, & sine fraude ecclesiæ, & per quem, seu quos.

Item si aliquæ terræ, possessiones, vel aliæ res temporales, aut libri paramenta, calices vel alia ornamenta dictæ ecclesiæ vel alia eius bona sunt illicite descripta, vel alienata,& cui, & pro quanto,& quæ sunt illa, & si per aliquos, & per quos detinentur occupata

Item si portæ,& ostia ecclesiæ,& domorum

rum canonicæ claudantur, & firmantur horis debitis, & si tempore debito remanent clausa, & firma.

Item si est aliquod porticum per quod intra mœnia canonicæ possit in honeste intrari, & exiri,

Item si sunt aliqui ex degentibus in ipsa ecclesia tenentes in domibus, vel cameris dictæ ecclesiæ filios proprios, & legitimos vel filias suspectas, & qui sunt illi.

Item si sint aliqui in dicta ecclesia portantes in se odium, vel rancorem, & qui sunt illi.

Item si præpositus bene, & charitatiue tractat canonicas, & beneficiatas personas & alios officiales dictæ ecclesiæ sicut debet.

Item si presbyteri dictæ ecclesiæ in consecrando corpus, & sanguinem Domini dicunt, & faciunt ea quæ debent, aut si aliquis in hoc deliniquit.

Itam si canonici beneficiati, & alii officiales dictæ ecclesiæ præstant debitam reuerentiam suo præposito.

Item si sciunt aliquem, vel aliquam in vicinia dictæ ecclesiæ, siue eius parochia hæreticum, vel hæreticam.

Item si sciunt aliquem, vel aliqnam in dicta parochia facientem aliquas incantationes, vel facturas, siue sacrilegia.

Item si vox, & fama laborat contra aliquem de dicta ecclesia de incontinentia furto, praua conuersatione, & inhonesta, ac turpi vita.

Item si omnes beneficiati dictæ ecclesiæ cedunt indecenti habitu, & tonsura clericali.

Item ad quam quantitatem ascendere possunt, redditus communis ecclesiæ

Item si sciunt, vel credunt aliqua corrigenda, vel reformāda in dicta ecclesia quæ spectent ad commodū, & vtilitatem communem, & bonnm statum ecclesiæ.

Item an ibi sit corpus Christi, & quod bis, vel semel in mense renouetur.

Item quod sit in debita forma, & non maculatum vel corrosum.

Itē in debito, & honorifico vase clauso.

Item an habeat corporale suppositū.

Item si indebito & honorifico, ac eminenti loco sit repositum, vbi si aliquod signum depictum ad ostendendum populo quod ibi sit corpus Christi.

Item si locus est bene clausus cum claui ad euitandum pericula.

Item si locus est humidus, & vbi alia animalia non possint Eucharistiam manducare.

Item an ibi vas condecens ad portandum infirmis corpus Christi.

Item an portetur deuote, & honorifice cum lumine, et campanella.

Item an ante locū vbi est corpus Christi, die noctuq; sit lumen, & an ibi sit crisma, et oleum cathecumenorum, et infirmorum.

Item an in loco tuo, clauso, et honorifico, et in vasculis signatis caute conseruetur ne spargatur, et ita quod cognoscantur vnum a reliquo.

Item, quod dicta olea non sint antiqua, sed aunuatim in Pascha renouata à suo diœcesano.

Item an antiqua comburantur in lampadibus.

Item quod non dentur quoquomodo pro medicina, vel alio maleficio.

Item si ibi sunt reliquiæ, an in vasas argenteas, vel alias honeste, et honorifice conseruentur.

Item quod in loco honesto, et tuto teneantur, vt non possint furari.

Item quod non extrahantur de vasis suis, neque vendantur.

Item quod ibi sint scriptæ super qualibet reliquia de nomine, et mambro illius sancti.

Item si de illis semel in anno fiat commemoratio populo signanter cum dictis vasis suis ostendatur.

Item, de bene aduertatur ne sub specie reliquiarum sanctorum, ostendatur ossa peccatorum mortuorum.

Item quod de illis non detur pro medicina, vel alio maleficio.

Item an ibi sint calices, et patenæ necessariæ.

Item, quod non sint fracti, vel al as maculati.

Item, quod sint de argento, et non de plumbo, vel ære.

Item, quod non sint ab ipso consecrati, vel benedicti.

Item, quod tute, et munde deseruetur.

Item an ibi sit crux pro processione, et mortuis sociandis.

Item an ibi sit thuribulum cum vasculo pro incenso.

Itē an ibi sit imago ad dandū pacem.

Item an ibi sint ampullæ pro admini-

stra-

strandum vinum, et aquam in Missam

Item an ibi sit parua campana ad portandum Corpus Christi, et lanterna, et clerici.

Item an candelabra pro altaribus, et ad tenedum lumen in eleuatione corporis Christi ibi sint.

Item an ibi sint paramenta necessaria pro clericis, et altaribus ibidem existentibus.

Item an munde, et tute conseruentur, ita quod non corrodantur à muribus.

Item an sint ab Episcopo benedicta.

Item an destructa paramenta reparentur, et non munda lauentur per clericos et non per mulieres vel laicos, quia efficiuntur profana.

Item an pro quolibet altari sit vnum pallium et demum tres toualiæ benedictæ ab Episcopo.

Item an ibi sint pallæ, et corporalia necessaria, et munda, et ab Episcopo benedicta, quæ de per se lauari debent in alio vase mundo à subdiaconibus, et superioribus.

Item an in quolibet calice sit panniculus ad tergendum post purificationem, et alius pannus ad inuoluendum calicem.

Item an ibi sit toualia ad inuoluendum patenam in Missa per subdiaconum.

Item an ibi sint libri necessarii, videlicet Missalia, liber Euangeliorum, liber epistolarum, breuiarium, antiphonarium libri lectionum, libri pro cathecumenis ad baptizandum, et liber ad communicandum, et vngendum infirmos, et pro commendatione animæ in extremo.

Itdm an bene custodiantur ne maculentur, et a muribus corrodantur.

Item an sit caduci, vel corrosi, aut alias maculati, quod legi non possint; et an bene ligati.

Item an vasa, et ornamenta supradicta conseruentur in sacristia, et in capsis bene clausis.

Item an ibi sit competens sacristia, in qua sit locus cum vase, et toualia ad lauandum manus ante introitum.

Item an in Ecclesia sint altaria necessaria, et ab Episcopis debite consecrata

Item an sint dotata, et per quem, et cuius valoris.

Item an sint pro maiori parte collapsa, et an lapis consecrationis sit fractus, vel commotus,

Item an munda custodiantur.

Item an quodlibet altare habeat aliquas imagines supra se.

Item an in Ecclesia sit.

Item an in medio Ecclesiæ sit crucifixus coram quo debent lampades ardere continuo,

Item an in ipsa Ecclesia sint imagines Virginis Mariæ, & patroni ad cuius honorem est dedicata.

Item an ibi sint campanæ necessariæ supra Ecclesiam.

Item an ibi sit fons baptismi lapideus, vbi sit aqua benedicta in sabbato sancto, vel in sabbato Pentecostes, quæ omnia fieri debent, prout in ordinario.

Itē an fons prædictus, semper sit clausus cum claui propter pericula euitanda.

Item an sit bene reparauit, ne aqua ibidem spargi possit.

Item an de ipsa aqua detur pro medicina, vel maleficio.

Item an tectum Ecclesiæ, vel parietes sint collapsi, vel ruinam minentur.

Item an prope hostia sint fontes lapidei cum aqua benedicta, & aspersorium, quæ omni die Dominico renouari debent prout in ordinario.

item an in Ecclesia seruentur frumentum, vina, lina, & similia, aut vasa profana, vel comestiones ibi fiant, seu contractus profani, aut tripudia, vel alia lasciuia.

item an in Ecclesiam ipsa sint ostia necessaria, & an tempore quo ibi non celebrantur diuina claudantur, & maxime tempore nocturno.

item an dicta Ecclesia sit aliquo modo polluta, vel violata, maxime per sepulturam alicuius excommunicati, vel interdicti.

item an cœmiterium dictæ Ecclesiæ sit vndique clausum, ne animalia illud ingrediantur.

item an ibidem mortui ordine debito, & cum officio, & orationibus ab Ecclesia denotatis seppelliant.

item an sibi sint aliquæ cruces sculptæ vel pictæ, vel aliquæ imagines Sanctorum.

item an ibi sina fererrum ad portandum corpora defunctorum.

item an si aliquo modus violatus, vel pollutus.

item an sciat dicere sine libro Gloria in excelsis,

excelsis Deo, & Credo. Suscipe Sancte Pater consequêter vnde, & minores cum sequentibus placet vbi, &c. Euangelium sancti Ioannis.

Item an sciant, quę sunt verba substantialia consecrationis corporis Christi, & sanguinis.

Item an deuote, & cum debita grauitate capite directo, & reuerenter celebret Missas, an verbo praecipitanter prolato.

Item an celebrauit vnquam, vel sciat aliquam celebrasse duas Missas in die absque paramenta requisitis, vel non lotis manibus, vel non ieiunus.

Item an omiserit per aliquam iniuriam vel malitiam consecrare hostiam, vel calicem, vel dixerit verba consecrationis hostiæ super calice, vel è contrario oblitus fuerit ponere ab eam in calicem, seu vinum, vel post consecrationem casu aliquo perdiderit hostiam, vel calicem effuderit.

Item an celebrauerit scienter coram excommunicato, vel in ecclesia ibi sepulco, vel quæ esset violata, seu interdicta.

Item an celebrauerit excommunicatus vel suspensus, vel interdictus.

Item an dederit vnquam Eucharistiam alicui excommunicato, vel alicui infirmo iam extra sensum posito, seu nauseam patienti propter catarrum, vel aliam infirmitatem, aut alicui publico peccatori, vt sunt vsurarii, concubinarii, & similes.

Item an celebrauerit in altari non consecrato, vel dirupto, siue tabula consecrata, vel totaliter facta, vel in calice non consecrato, aut aliis, & paramentis non benedictis.

Item quomodo portat sacramentum Eucharistiæ ad infirmos an indutus superpelicio, an cum lumine, & campanella, & capite discoperto, & in quo vasa illud portat.

Item an bene sciat exercere, & diligenter exerceat curam dictæ ecclesiæ, & animarum, & si bene legit, & quæ legerit competenter intelligat.

Item an sciat ordinarium officium diurnum, et nocturnum, & cantare, antiphonarium, & sacramentale.

Item quod sunt sacramenta ecclesię, & quæ sunt illa.

Item quæ sunt sacramenta necessaria, & quæ voluntaria, & quæ sacramenta possint iterari, & quæ nullo modo iterari debent, & aliquot de baptismo.

Item quæ sunt de substantia baptismi.

Item quos compatres excipiunt baptismo.

Item in aliquis in eius parochia sit nō baptizatus, aut qui longo tempore teneat filios sine baptismo.

Item an doceat parochianos suos formam baptizandi in casu necessitatis.

Item an moneat dictos parochianos ne teneant paruulos in lecto, sed potius in cuna.

Item an ipse sciat chrismate, vel non.

Item an vnquam chrismauerit aliquē, vel credat quod simpliciter sacerdos possit chrismare.

Item an moneat suos parochianos quod chrismate faciant eorum filios sicut debent.

De Ordine Sacro.

ITem an ipse sacerdos, vel in aliquo ordine constitutus habeat instrumenta ordinum suorum.

Item an fuerit promotus à suo Episcopo, vel de licentia ipsius, vel gradatim, an verò per saltum, vel indebita ætate, an verò ante ætatem, vel ab episcopo excommunicato, suspensio, vel interdicto: seu quod ipse tunc temporis esset excom municatis suspen. vel interdictus.

De confessione.

ITem an sciat audire confessiones, & quem ordinem seruat in eis audiendis, in dando pœnitentiam, & absolutionem.

Item an sciat discernere inter peccatum mortale, et veniale, & per quas regulas.

Item quot sunt peccata mortalia.

Item quot sunt præcepta legis.

Item quot sunt opera misericordiæ.

Item quot sunt dona Spiritus sancti.

Item quot sunt virtutes Theologicæ.

Item quot sunt virtutes Cardinales.

Item quot sunt articuli Fidei

Item an ipse confiteatur saltam semel in anno, & cui, & de cuius licentia.

Item an se impediat de casis reseruatis domino Episcopo, & an habeat cedulam dictorum casuum.

Item an aliquid petat propter confessionem

sionem,vel administrationem alicuius sacramenti,vel pro Ecclesiastica sepoltura.

Item an propter eius malitiam, vel negligentiam aliquis de sua Parochia decesserit sine sacramento.

De Matrimonio.

IDem, an habeat liberum benedicendi sponsas.

Item an benedicat secundas nuptias, eam respectu viri,quàm mulieris.

Item an moneat parochos suos,ne contrahant matrimonia clandestina, vel in gradu prohibito, vel tempore ab Ecclesia interdicto.

De extrema vnctione.

ITem,an habeat librum commendádi animas morientium.

Item an propter eius malitiam,vel negligentiam aliquis de sua parochia decesserit sine sacramento.

Item an infirmitate suorum parochiã eos visitet hortando, & mouendo quod confiteantur, & recipiant ecclesiastica sacramenta.

Item a quo tempore citra habuit, & possedit dictam Ecclesiam, & an habeat alia beneficia; quot, & qualia, & vbi ea habet.

Item an habeat titulos dictorum beneficiorum.

Item an habuit ipsam ecclesiam, vel aliquod de beneficiis prædictis per simoniam,vel per potentiam secularem,vel aliam voluntatem absque iusto titulo.

Item an continuo faciat residentiam in dicta sua ecclesia,

Itẽ quot cano. quot canonici, & quot capellæ,& cappellani,& quot clericatus, & clerici sunt in dicta ecclesia.

Item ad quẽ spectat collatio, seu præsentatio, & confirmatio dictorum canonica tuum,& cappellanum,& clerica tuũ & an habeat instrumenta fundationis,& creationis,seu institutionis dictarum capellarum,& beneficiorum, necnon iuriũ ipsorum.

Item an sciat aliquam ditinere capellã aliquam, seu aliud beneficium in dicta ecclesia sine iusto titulo.

Item an dicti cappellani, & beneficiati dicant missas debitas, & seruent onera sui beneficii in diebus quibus tenentur, & an ibi fiunt anniuersaria debita.

Item an ipse celebret Missas, vel celebrari faciat diebus dominicis, & aliis festiuitatibus de præcepto in dicta sua ecclesia.

Item an ibi pulsetur quotidie ad horas canonicas,& Aue Maria,sero, & mane.

Item an singulis diebus Dominicis in ipsa ecclesia benedicatur aqua, & cantetur Asperges me Domine,vel vide aquam &c.

Item an ipse habeat Breuiarium,& dicat officium diurnum,et nocturnum horis debitis.

Item an percipiat tot redditus dictæ ecclesiæ, quod inde possit commode sustentari,& quantum valet omnino in redditibus dicta ecclesia.

Item an ipsa vel alius alienauit aliquid vel pignorauerit de bonis mobilibus, vel immobilibus dictæ ecclesiæ, præsertim de ornamento sacristiæ.

Item an cofecerit inuentarium de omnibus bonis mobilibus,& immobilibus dictæ ecclesiæ,et illud episcopali curiæ præsentauerit,sicut tenetur.

Item an sciat aliquem capellanum,vel beneficiatum dictæ ecclesiæ alienasse,vel pignorasse aliquid de bonis capellæ,seu beneficii sui.

Item an sciat aliquem ipsorum esse malæ famæ,vel qui sit excõmunicatus,vel interdictus,vel suspensus,vel irregularis,vel scienter communicauerit in diuinis cum excommunicato.

Item an sciat super quibus crimin. sit diffamatus.

Item an sciat, quod aliquis eorũ exerceat negocia secularia; idest,aliquod officium laicale, vel artem clericis prohibitam;vel mercantias,vel vsuras, vel alios cõtractus illicitos,vel quod exigat gabellas,et dacia,siue alia onera secularia, vecum talibus habet societatem. vel qui sit lusor alicuius ludi prohibiti,vel qui sit ebriosus,vel qui frequentet tabernas, aut bararias seu lupunaria.

Item an aliquis eorũ incedat in habitu prohibito,et sine clerica vel non tonsuratus patentibus auribus,aut in veste superiori aperta ãte pectus,et a lateribus vel vestibus coloris prohibiti,aut deferat caligas solatas,siue corrigias fultas argento siue anulos in digitis.

Item an aliquis eorum teneat concubinam secum in domo, vel alibi, vel qui proprios illegitimos habeat in domo.

Item an aliquis eorum frequenter monasterio, vel aliquo modo peccet contra naturam.

Item an aliquis eorum sic blasphemator Dei, vel sanctorum, vel qui deferat arma offensibilia, & max. quãdo celebret diuina officia, vel se immiserit enormitatibus faciendo vniones amatorum, vel quæstiones, rixas, & insolutus in quibus fuerit vulneratus, vel occisus.

Itẽ an ibi sit aliquis qui habeat inimicitias cum suo parochiano, vel aliquis extraneus, vel qui sit scandolosus in populo vel rixosus, vel periurus, vel ebriosus, vel alias criminosus.

Item an ibi sit aliquis qui non sit assiduus in ecclesia sed potius vagabundus.

Item an ibi sit aliquis qui nõ obseruet constitutiones synodales, & metropolitanas, & edicta per Episcopos, & eorum vicarios facta.

De Parochianorum.

ITem an ibi sint adulteri nõ seruantes matrimonium institutum à Deo, vel qui coniugati propria auctoritate maneant separari.

Item an ibi sint fornicatores publice tenentes concubinas.

Item an ibi sint sodomitæ, vel coeuntes cum brutis.

Item an ibi sint sacrilegi, vel coeuntes cũ monialibus, vel aliis personis sacratis.

Item an ibi sint incestuosi coeuntes cũ consanguineis, vel affinibus, vel cũ patribus vel cum filiis, seu filiabus spiritualibus

Item an ibi sint aliqui raptores virginũ & violatores earum.

Item an ibi sint sacrilegi, & diuinatores, & incantatores.

Item an ibi sint aliqui quoquomodo committentes vsuram, vel facientes contractus illicitos, & prohibitos.

Item an ibi sint aliqui falsarii instrumẽtorum, vel bullarum, vel qui falsum dixerunt testimonium, vel alia periurii.

Item an ibi sint aliqui factores votorũ

Item an ibi sint aliqui verberantes patrem, & matrem.

Item an ibi sint aliqui quoquomodo excommunicati.

item an ibi sint aliqui sacrilegi verberantes clericos, vel furantes bona ecclesiarum vel violantes libertatem ecclesiasticam, vel ecclesiarum incendiarii, seu effractores earum.

item an ibi sint aliqui publici lusores, vel ibi sit locus deputatus ad ludendum;

item an ibi sint aliqui publici latrones & depopulatores agrorum.

item an ibi sint incendiarii voluntarii vel causantes, vel procurantes pro incendiis, aut alio modo, vel suffogantes alias aut suos filios, vel volũtarii pueros alienos

Item an ibi sint aliqui rixosi, & scandalosi in populo, cum discordia, vel guerra.

Item an ibi sint aliqui defraudantes iura, & bona ecclesiarum, seu Episcopi, & Episcopatus;

item quomodo visitant, & frequentãt ecclesiam, præsertim audiendo missas in diebus dominicis, & festiuitatibus de præcepto, & an tunc faciant Deo oblationes debitas;

Item quomodo obseruant præcepta legis, & alia mandata ecclesiæ, & suorũ superiorum maxi. custodiendo dies dominicos, & alias festiuitates ac ieiunãdo in quadragesima, & quatuor temporibus, & aliis vigiliis vel præcepto, in quibus omnino abstinere debent carnium, similium in diebus Veneris, & Sabbati.

item an suum creatorẽ habeat in reuerentia, & in deuotione.

itẽ an ibi sint aliqui suppressores pupillorũ, vel viduarũ, vel aliorũ miserabiliũ

item qui diebus Dominicis, & festiuis de præcepto vendant, & mercentur, aut alius opus prohibitum exerceat maxime faciendum baratariam, vel eã in suis domibus tenendo.

item, qui constitutus in sacris, vel facta professione alicuius religionis de facto cõtraxerit matrimoniũ, vel qui habeat duas vxores, vel qui contraxerit cum secunda adhuc viuente prima.

item si ibi sunt aliqui qui negligant adimplere voluntatem testatoris, maxime recusando velle soluere legata pia, & quãdo ipsi sunt executores vltimarum volũtatum ad pias causas, præsertim quando hæredes, & executores testamentorii sũt omnino negligentes, nequeãt diligenter videre testaméta, & omnia relicto ad pias causas neglectas & postergata describi faciant per notarium, & dent copiam, vt

exc-

exequantur.

item si de relictis ad pias causas non soluerint, quartam eam persoluere faciat secundum patriæ consuetudinem.

Pro Monasterio.

Fiunt quoque visitationes in monasterio tam monachorum, quam monialiũ in quibus possent fere omnes articuli suprascripti fieri mutatis mutandis, & ad di. possent etiam articuli infrascripti.

Primo si monachi, & conuersi dicti monasterii in receptione eorum faciunt aliquam professionem, vel promissionem, & quam, & cui.

item si Abbas & monachi dicti monasterii, profitentur, & obseruat aliquam ex regulis approbatis, & quam.

item quot monachi, & conuersi sunt nunc, & quot esse consueuerunt in ipso monasterio.

item si maior numerus monachorum posset esse, & commode viuere in dicto monasterio secundum facultatem, & redditus dicti monasterii.

Item ad quantum, & quem valorē possunt communiter ascēdere omni anno facultates, redditus d. monasterii.

item si Abbas prouidet monachis, & conuersis d. Monasterii in vestibus, & aliis necessariis, secundum facultates ipsiusmonasterii ac eis ministret.

item si aliquo anno superāt aliquĩ redditus, & quid fit de superfluo.

Item si in d monasterio fit aliqua hospitalitas, & quomodo, & qualiter hospites recipiunt ibidem.

item quot prioratus, & Ecclesias habet dictum monasterium sub se & qui.

item si ipsi prioratus dantur ad tempus vel ad vitam & sic conferuntur aliqui per simoniam, vel alium illicitum modum.

itē si sunt in dicto monasterio aliqui monachi, vel conuersi recepti per simoniam, vel per alium illicitum modum.

Possent quoq; fieri articuli, de quibus infra mutatis mutandis, prout expedierit.

Pro Hospitali.

Fit etiam visitatio in hospitalibus, quæ fieri potest super articulis infrascriptis.

Primo si fratres conuersi, & sorores dicti hospitalis quando recipiũtur, & in receptione, quæ fit de ipsis faciunt aliquam professionem seu promissionem, & quam & cui, & si rector, & fratres d. hospitalis profitentur, & obseruent aliquã regulam

item quot fratres, & sorores conuersi & conuersæ nunc sunt, & quot esse cōsueuerunt in d. hospitali.

item si in d hospitali est oratorium, & cœmeterium, & cuius auctoritate.

item quot lecti sunt in dicto hospitali, & quomodo sunt parati.

item si hospitale habet terras, possessiones, & bona alia & quomodo tractãtur ad præsens, & qualiter temporibus præteritis sunt tractata, & quantum habet in redditibus annuatim, & in quibus.

item si rector ministrat bona temporalia, & redditus hospitalis circa fratres, & infirmos hospitalis.

item si rector charitatiue tractat subditos, et familiares hospitalis, et si conuersi, et conuersæ præstant debitam reuerentiam, et audientiam rectori.

item si per ministrum, et fratres recipiuntur bene in hospitali pauperes infirmis, et peregrini; et solicitam curam habitator de ipsis habet.

item si aliquæ personæ sunt deputatæ ad seruiendum infirmis existentibus in hospitali.

item si quæstuarii reddunt rationē de eleemosynis et aliis quæ conferu ntur eis, et cui, et quando.

item si rector reddit rationem de prouentibus, et acquisitis hospitalis, et quam rationem, et quoties in anno, et quibus reddit.

item si hospitale grauatur onere debitorum, et in quāto, et in quibus, et quibus de causis.

item si hospitale habet aliquid quod per vim vel aliquo modo teneatur occupatum, et si sint aliqua bona, vel iura hospitalis illicite distracta, vel pignorata vel obligata, et cui, et pro quanto, et quibus de causis.

item si aliquæ inhonestates fiunt in ipso hospitali per rectorem, et conuérsos vel alias personas dicti hospitalis, et si in dicto hospitali sunt aliquæ personæ inhonestæ, et diffamatæ vitæ.

item si sciunt, vel credunt fore aliquid in dicto hospitali quod sit reformandum et quid. Receptis autem iuramentis,

responsionibus super articulis infrascriptis per ordinem Episcopus, vel visitator facta examinatione diligenti per se ipsum vel fore habito, & communicato consilio separatim statuit, & ordinat super defectibus, quos inuenit esse, ac correctione, & reformatione indigere statuta præcepta, monitiones, & inhabitationes tam vniuersaliter quam singulariter, prout competit ex ipsa visitatione fore statuendum, & ordinandum, quas monitiones, statuta, & reformationes in ea, & coram omnibus legi & publicari facit, & exinde fieri publicum instrumentum, quę omnia præcipit & mandat inuiolabiter obseruari. Reperit quando que etiam ex dicta visitatione aliquos deliquisse, vt de incontinentia aut retentione mulierum, vel filiorum, aut aliterquos non in publico, sed interse & ipsum, & præsente notario corrigit, monet, & inhibet, prout sibi videtur expedire, & facti qualitas exigit, mandans per ipsum notarium conscribi ipsas monitiones, & præcepta.

Forma visitationis.

IN nomine Domini Amen, etc. Reu. In Christo pater, et do d. Io. Dei et Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Placen et Comes existens in ecclesia maiori, et cathedrali Plac. volens, et intendens generalem visitationem facere in dicta ecclesia tam in capite, quã in membris, & caput ipsius ecclesiæ, & personas in ea degentes visitare, & secundũ canonicas sãctiones corrigere, & reformare quæ correctiones & reformationes officio nouerit indigere tam in spiritualibus, quam in temporalibus super capitulis, & articulis infrascriptis, & connexis, & dependentis ab eis simul, & diuisim, & aliis secundum, & prout melius sibi videbitur expedire, cõuocatis & cõgregatis ibidem venerabilibus domi nis præposito, canonicis, mansionarii præbendariis, sacrists, ostiariis dictæ Ecclesiæ ac aliis personis in ipsa ecclesia degentibus, de mãdato præfati domini episcopi occasione dictæ visitationis præfatus dominus Episcopus in primis accedẽs ad loca, in quibus recõdũtur Eucharistia, & reliquiæ sanctorũ existentes in dicta ecclesia ipsa loca diligẽter examinauit, & deinde localia, calices, & cruces in ea existentes, in eorum archiuis, solitis examinauit deinde missalia, & alios libros, ad diuina officia deputatos, & alios in ipsa ecclesia existentes: necnon paramenta, & ornatus vestium pontificalium, & sacerdotaliũ in sacristia dictæ ecclesiæ existẽtes, & existẽtia gradatim, & successiue percutãdo examinauit, & omnibus mature, & diligẽter consideratis decreuit, ad examen ipsorũ beneficiorum, & detinentium gradatim. et iuxta eorum gradum deuenire, & ad illud cõdescendẽs monuit præfatus præpositũ canonicos, & alios beneficiatos, et degentes audientes, et intelligentes, quatenus statim, & incontinenti iurare debeãt in manibus præfati d. Episcopi ad sancta Dei Euangelia de dicendo et quod vnusquisque eorũ dicat, et respondeat purã, et meram veritatem, tam de seipso, quam de aliis criminibus, exceptis, occultis super omnibus, et singulis de et super quibus fuerit interrogatus, ad purã intentionem præfati d Episcopi nulla admixta falsitate, remotis odio, amore, timore, tam de se, quã de aliis et sine aliqua tergiuersatione, seu palliatione, vel riuolutione verborũ, quod sciat et sentit de, et super infrascriptis, quĩ de præpositus, canonici beneficiatis, et degentes antedicti, delato prius eis, et ciuili bet eorũ sacramẽto per præfatũ d Episcopũ, et a quolibet eorum manibus corporaliter tactis scripturis, præstito, iurauerunt et quilibet eorum iurauit ad SãctaDei Euangelia sese dicere, et respondere merã et purã veritatem de omni eo quod qu libet eorũ sciuerit, vel sentiat et interrogatus fuerit super capitulis et articulis addu cendis per præfatum D Episcopum, et cõ tentis in eis, et vnoquoque eorũ remotis præmissis, absque aliqua tergiuersatione vel reuolutione verborũ, et ibidem in primis interrogauit præfatũ D. præpositũ super celebratione diuini officii, diurni et nocturni et super residentia ipsorũ beneficiatorum, ad ipsum officiũ, et an illud de nocte, an aliter celebretur, et quot missæ celebrantur quotidie in dicta ecclesia. et quo ordine celebrantur, et quot beneficia ti sunt in ea, et an omnes pro loco, et tempore recte deseruiat, et an omnes resideãt in claustro, et quot, et qua de causa nõ resideant, et si per capitulũ deputatur massariu super administratione redituum et si ratio eorũ reditur, et quo ordine gubernãtur bona dictæ ecclesiæ, et an contractus super eisdẽ fideliter celebrarentur, et bona ipsa delapidentur, et si ostia ecclesiæ et canonici debito tempore claudantur, et si

si aliquod hostiū est per quod inhoneste intrari,& exiri possit,& si per degētes,vel aliquos ex eis retinentur in canonica aliquæ person.suspectę,& si prædicti interse se inimicetur, & si debitum honorem eidem præposito,& inter sese exhibent,& qualiter se habet ipse prępositus cū vicinis,& cuius famæ,& cōuersationis sūt,& cuius redditus est cōmunnis dictę ecclesiæ:ad quæ omnia respondens ipse dominus Prępositus particulariter,& distinctæ & sic successiue cæteri beneficiati,& degētes iuxta præd interrogationes vnicuique ex ipsis capitulis singulariter responderūt & dixerunt votum eorum,& ipsis omnibus,& singulis intellectis, accedens post. modū præfatus D.Episcopus in canonica dictæ ecclesię visitauit ipsam canonicam & omnes cameras,pegentium in ea existētes,&partes tam ecclesiæ,quam canonicę & omnibus diligenter visis,& examinatis & intellectis responsis, & deductis per vnumquemq ex ipsis degentibus,&beneficiati,reuersus in capitulo dictæ ecclesiae præfatus D.Episcopus præsentibus,& conuocatis prędictis DD.præposito, canonicis,beneficiatis, & degentibus attendens & considerās quod ex responsionibus sibi factis,vt supra,& visitatione oculata fide per eum facta cognouit,& intellexit non nulla reformanda,& corrigenda fore statuit,& ordinauit superinde prouidere opportune,maxime de,& super infrascriptis & eisdem prouidendo fecit,& ordinauit infrascripta,monitiones præcepta,&statuta de quibus,&potuit infra primis statuit & ordinauit præfatus D Episcopus,quod ad conseruandam deuotionē populi concurrentis ad dictā ecclesiam singulo die, post sonitum AueMariæ de mane sacerdotes deputati ad celebrandum Missas in dicta ecclesiā,incipiant celebrare Missas,eo rūvns post alterum absq.interpellatione vsq.ad horamsextam inclusiue,&cum debita deuotione:&si quis ex ipsisdeputatis cessauerit ad celebrandum Missas eis,iuxta ordinem statuendum,&assignandū per ipsum D.præpositum,quod ipse tale sacerdos cessans iusto impedimento cessante cōdemnatus sit,&intelligatur singula vice in solidis quinq: imperialium, & in casu præd.possit,& debeat sacrista ecclesiæ celebrari facere dictam Missam per aliū sub stitutū lucro cessantis,&eius expen.quas statim soluere teneatur ipse cessās sub pœna dupli.Itē,statuit,&ordinauit q nullus ex ipsis beneficiatis,& degētibus in dicta eclesia,& canonica ipsius audeat,vel præsumat post secūdam horā noctis exire de canonica absq. legitima rationabili causa,cum licentia tamen,& consensu D.prępositi,seu eius vicarii,sub pœna duc vnius toties quoties contrafecerit applicāda ea meræ præfati D.episcopi. Item statuit & ordinauit:q. portæ canonicæ post sonitū Aue Mariæ de sero claudi debeant cū clauibus,excepto sportello,qui apertus remaneat vsq.ad horā secundā noctis inclusiue & non vltra sub pœna vnius duc sacristiæ dictæ ecclesiæ,seu ostiario deputato, seu deputando ad præmissa toties,quoties cō trafecerit,quæ præcepta,& quas reformationes prętatus d.Episcopus ibidem legi, & publicari facit ad plenam audientiam & intelligentiam ipsorum dominorum præpositi,canonicorum, beneficiatorum & degentium ibidem conuocatorū vt supra,& eisdem præcepit prædicta fieri, & obseruari debere,sub pœna prædicta. Et de prædictis præfatus d episcopus mandauit mihi notario,vt inde publicum cōficiam instrumentum.

In nomine Domini, Amen,&c.Capitulum maioris ecclesiæ Placen. conuocatū & congregatum in loco suprascripto in quo conuocari, & congregari consueuit pro negotiis dictæ ecclesiæ infrascripta occasione de mandato Reuerendissimi in Christo patris,& domini domini Ioann. Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopi Placentiæ, & Comitis, necnon domini Iacobi,&c. canonici antiquiores dictæ ecclesiæ,in quo capitulo interfuerūt ipse dominus Iacobus,necnon domini A.B L. M. P. & Z. omnes Canonici dictæ eccl. dicentes,&c.citati,&c.attendentes,et cōsiderantes,quod pridie decessit quondam dominus Franciscus,&c.olim Præpositus dictæ ecclesiæ, & ne vacante d. præpositura possit ipsa ecclesia aliquod detrimētum pati, propter defectū gubernationis ea propter præfati domini Canonici, & Capitulum volentes indemnitati ipsius ecclesiæ prouidere,habito prius colloquio tractatu cum præfato domino Episcopo sponte,et ex certa scientia, de consensu, et licentia præfati domini Episcopi fecerunt,& constituerunt,et solemniter ordinauerunt,ac faciunt,constituunt,et solemniter ordinant dictæ ecclesiæ œconomum

præfatum venerabilem dominum Petrū, &c. præsentem, & acceptantem ad regendum, & gubernandum dictam ecclesiā, & bona, & iura ipsius ecclesiæ, & redditus, & prouentus ipsius ecclesiæ, & adhabendū & recipiendum, & habuisse, & recepisse confitendum totū quicquid dictę ecclesiæ debetur, & debebitur à quocumque persona, communi corpore, collegio, & vniuersitate quacunque de causa tam cum carta, quam sine carta, & tā cum scriptura, quam sine, & ad faciendum, & facere possendum, illi, vel illis, a quo, vel aquibus recipi cartā, seu cartas, cōfessiones, fines, &c. Extendantur prout in reliquis formis

Item ad omnes, & singulas ipsius ecclesiæ lites, causas, quæstiones, & controuersias, ab ipsa ecclesia, & contra ea motas, & mouendas vtrum agat, siue conuenitur, & ad agendum causandum, &c.

Extendatur in reliquis, prout in aliis formis procurarum mutatis mutandis, & mutatis verbis de procuratore, seu sindico ad oeconomum, prout in formis supra scriptis.

Alia forma oeconomatus.

IN nomine Domini, Amen, &c. Cū pridie quondā Reuerendissimus in Christo pater dominus Ioannes, &c. olim episcopus Placentiæ & Comes, decesserit, & spiritum altissimo reddiderit, & ne sede vacante episcopalis sedis, & bona ipsius damnum patiantur, & in sinistrum pertrāseant, ea propter capitulum ecclesiæ Placen. conuocatum, & congregatum infrascripta occasione in loco infrascripto, in quo conuocari, & congregari consueuit pro negotiis dictę ecclesiæ de mandato venerab do. Arch. & prępositi d. ecclesię, in quo capitulo interfuerunt ipse do. Prępositus, necnō d. A. F. B. L & I. omnes canonici d ecclesiæ dicentes, &c. citati, &c. volentes indemnitati d. episcopatus prouidere sponte, &c. fecerunt constituerunt, &c. oeconomum ipsius episcopatus ven. d. Fran. &c. ad regendum & gubernādum bona, & iura d. episcopatus, & fructus, & redditus ipsius, & ipsa, & ipsos ad ministrandum, &c. prout in suprascripta forma mutatis mutandis.

Et idem fiat, & obseruetur si forte vacaret aliqua ecclesia, quæ immediate esset subiecto episcopo, vel alicui ecclesię collegiatæ. Sed aduertatur, quod vbi constituitur oeconomus ad regendum, & administrandum aliquam ecclesiam, & bona ipsius debet talis oeconomus constitui habito tractatu, & cum licentia, & auctoritate Episcopi protestas ipsius oeconomi se extendat dumtaxat administrandum ecclesiam, & bona ipsius, & ad causas ecclesiasticas tantum. Item debet constitui clericus, & non laicus, & talis clericus debet esse de residentibus in ipsa ecclesia si ibidem sit idoneus.

Fundatio.

ANte propositionem formarū fundationis Ecclesiæ, hospitalis, vel oratorii est primo præmittendum, quod in aliqua ciuitate, vel diœcesi non possunt aliquæ ecclesiæ vel oratoria fundari, vel construi absque speciali licentia, & consensu Episcopi ciuitatis illius in qua, vel eius diœcesi debet construi vel fundari, seu eius locumtenentis.

Et eodem modo in aliqua Ecclesia non potest fundari aliqua capella, seu aliquod altare absque speciali licentia Episcopi, vel eius locumtenentis.

Item sciendum est quod quandoq. Ecclesia oratorium, vel hospitale fundantur per aliquem cum aliqua donatione bonorum pro sustentatione rectoris, vel ministri aliquādo fundantur absque aliqua donatione vltra fundum in, & super quo fūdatur. Sed aduertatur, quod vbi debet fundari aliqua Ecclesia in quo debeat exerceri cura animarum, debet talis ecclesia fūdari cum donatione aliquorum bonorum pro sustentatione rectoris pro tempore existentis in ipsa ecclesia, & aliter non posset cura animarum exerceri per aliquem clericum sæcularem.

Et nota, quod vbi fundatur ecclesia in qua debeat exerceri cura animarū, debet fieri donatio coram Episcopo, seu eius locumtenente, & coram eo debet exprimi causa, propter quam se mouet fundās ad sic faciendum, & ipse dominus episcopus debet consentire, & concedere licentiam fundandi Ecclesiam, & vlterius debet cōcedere licentiam constituendi cœmeterium, & baptizandi paruulos, & committere alicui, quod imponat primum lapidem, & vt infra.

Sed aduertatur, quod eo casu Episcopus debet

debet sibi reseruare ius superioritatis correctionis,& visitationis ecclesię,vt rectoriæ,& quandoque etiam sibi reseruat ius, & obligat futurũ rectorem ad soluendũ, singulo anno nomine census aliquid in signum subiectionis,de quibus omnibus si fiunt debet fieri mentio specialis in instrumento,et vt infra.

Sed nota,quod vbi fundatur oratorium ex causa deuotionis sufficit solum illud fundare in,& super fundo fundantis, & eo casu sufficit sola licentia Episcopi.

Si vero fundatur hospitale pauperum, tunc aut fundatur auctoritate Episcopi,vt fundans,et successores in eo habeant solũ iuspatronatus,et institutio futuri rectoris spectat ad Episcopum, vel alium prælatum Ecclesiasticum,vel alium rectore alicuius Ecclesiæ, et eo casu debet etiã fieri donatio bonorum pro sustentatione pauperum,et fieri debet cum licentia Episcopi,vel locumtenentis, et Episcopus debet sibi reseruare ius superioritatis, et correctionis, prout in fundatione Ecclesiæ, et debet etiam committere impositionem primi lapidis alicui, vel det ipsum imponere,et vt infra, et vlterius debet concedere licentiam ipsum fundandi,et facultatem,questum generalem faciendi hostiatim per ciuitatem,et diœcesim Placentiæ et vt infra.

Aut tale hospitale solum fundatur ex deuotione, et fundans in totum intendit esse dominus,et superior, et ad eum spectare correctione futuri rectoris,ita quod Episcopus nullam habeat superioritatem et eo casu si in eo defient hospitari pauperis debet fieri donatio bonorũ pro sustentatione pauperũ,et de ipsa donatione, et de voluntate ipsius constituentis debet fieri mentio in instrumento,et eo casu nõ posset fieri oratorium,quia talia absque licentia Episcopi non possunt fieri.

Item nota, quod vbi fundatur aliquod hospitale auctoritate Episcopi sub vocabulo alicuius sãcti,et in ciuitate,seu in loco vbi ipsum fundatur in aliqua ecclesia sub eodem vocabulo,et cautum est addere in fundatione,quod ipse fundãs ex causa dedicationis ipsius hospitalis dictę ecclesię vel prelatus seu rector ipsius possit sibi aliquod ius vendicare in ipso hospitali,et iuribus eius,et vt infra.Saluo quod si ipse fundans intenderet ipsum hospitale d ecclesiæ,vel prelato, seu rectori subiicere et institutio ad eos spectare, debet de eo fieri mentio in ipsa fundatione.

Item nota,quod vbi fundatur hospitalę auctoritate Episcopi,& in eo etiã fundatur oratorium prout in forma infrascripta quod aut fundatur ipsum oratorium cum cœmeterio, in quo possunt sepeliri personæ dicti hospitalis, aut non; si vero fundatur cum ipso cœmeterio, tunc potuerunt in eo sepelliri, si autem non fit cœmeterium eo casu debet sepelliri in ecclesia parochiali vbi fundatur ipsum hospitale, & ipso casu vbi Episcopus mãdat imponi primum lapidem, vel si ipse imponeret in vltimis verbis debet addi saluo iure parochialis ecclesiæ, &c. Et vt de premissis aliqua notitia detur,subijcietur formæ infrascriptæ.

Fundatio Ecclesiæ.

IN nomine Domini Amen, &c.do.A. &c intendens,& magnopere desiderãs peregrinationis suæ,& missionis extremę de meritoriis operibus preuenire,ac æternorũ introitu in seminare in terris,quod reddente Domino,cũ multiplicatione fructuum recolligere valeat in celis,prouida meditatione, & salubri deliberatione pro salute animæ suæ,& parentum,& antecessorum,ac posterorum,& successorum suorum,& eorum qui ad infrascriptum opus contulerint,disposuit,diuina suadente gratia,de nouo fundare,& ædificare ecclesiã in proprio predio ipsius Antonii, posito in territorio,&c quod est pertica,&c.cui cohære,&c.ad gloriam,& honorem omnipotentis Dei,eiusque beatæ Mariæ Matris semper Virginis; necnon beati Antonini Martyris gloriosissime sub cuius nomine,& vocabulo debeat dedicari,ipsamque dotare pro sustentatione futuri rectoris ipsius ecclesiæ,qui in ea continuam residentiam facere debet,ac missas,& alia diuina officia celebrare,ac animabus subiectis ecclesiastica sacramenta ministrare, quæ propter distantiam aliarum ecclesiarum diuersa incommoda sustinent prout notum est,& manifestem ea propter cupiens ipse Antonius suum votũ S Spiritus gratia cooperante, efficaciter adimplere, constitutus coram R.in Christo patre, & D D. Ioan. Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopo Placen & comite in prædi-

cto eius proposito perseuerans, sponte,& ex certa scientia non vi,dolo,velmetu ali quo,sed ex eius mera,& pura liberalitate & spontanea voluntate fecit & facit præ. fato domino episcopo presenti,& stipulã ti nomine,& vice dictæEcclesiæ de nouo fundandæ,& edificandę,& per ipsum dominum Episcopum eidé ecclesiæ,et claustro,& cœmeterioipsius ecclesiæ cessioně traditionem,& assignationem, atq;donationem inter vinos,quæampliusex causa ingratitudinis,vel aliaquocumque de causa reuocari non possit nominatim de vna petia terræ cultæ positę in dicto territorio,quæ est perticæ,etc. cui cohæret, etc. Ita quidem,vt ipsa ecclesia de nouo fundanda,et edificanda, et quicunq; futurus rector, et minister ipsius predictam petiam terræ seu predictum totumsuperius censum assignatum,etdonatum simul cũ accessibus,et ingressibus, cum superioribus,et inferioribus suis,et omni iure,cunctisq vtilitatibus,et vsantiis predicto toti superius concesso,assignato, et donato in integrumpertinen.ex causis antedictis.et vt supra habeat,et teneat sine alicuius cõtradictione,et eidemdominoEpiscopo stipulanti,et recipienti,vt sup. omnes ipsius Antonii actiones,rationes,'defensiones,et iura, reales, personales, vtiles, directas,et mixtas,et in rem scriptas,ac realia,personalia,vtilia,etdirectas,et mixta,et in rem scripta eidé Ant.competentia,et competitura in predicto toto superius concesso,et donato et pro eo,et eius occasione aduérsus quamcumque personã et quamlibet rem,et tam in rem,quam in personã cessit,dedit,et mandauitconstituitq quęcunque futurum rectorem dictæ ecclesiæ fũdandæ vt supra procuratorem tanquam in rem suam,vt ita possit agere,et petere, excipere,replicare,exercere,vti, et se tueri,et omnia,et singula dicere, et facere, quemadmodum D.An poterat,autposset, et vt de cætero dicta ecclesia,'et quicunque eius futurus rector sit; et succedat in omnem locum,et ius d. Ant. et eius vices in omnibus obtineat,et mandauit, ac dixit prefato domino Episcopo presenti sti pulanti,et recipienti, vt sup. vt de predicto totosuperius cesso,et donato, vt sup. nomine dictæ ecclesię, et futuri rectoris eius,suæ autoritate propria tenutã capiat et corporalem possessionem,constituẽdo se interim predictum totum superius cessum,et donatum prodicta ecclesia fundãda et rectore futuro,et eius nomine possidere,vel quasi quam quidem cessionem, assignationem,et donationem,et omnia; et singula suprascripta, et in presenti instrumento contenta D. Ant per solemně stipulat. promisit, et conuenit prefato D. Episcop stip.et rec.nomine, et vice dictæ Eccl. ſ fundandæ, et futuri rectoris ipsius perpetuo firmam ratam,et gratam,et firmã,rata,etgrata habere tenere,attendere et obseruare, et non contrauenire vel cõtrafacere per se, vel alium aliqua ratione vel causa,vel aliquo modo, casu, vel iure, siue vllo legum,vel decretorum seu rescriptorum auxilio, et predictum totum superius donatũ,et vt supra ab omni persona cõmuni corpore,collegio, et vniuersitate omni ratione defendere,et expedire etsi quid euictum fuerit,in duplum restituere cum omni damno,expensis,et interesse sicut res pro tempore fuerit meliora,aut magis voluerit arbitrio boni viri, sub æstimatione in consimililoco sub omnium damnorum interesse et expensarũ restitutione,et refectione,de quibus,et earum quantitate,et quod illa passa fuerint stari,et credi debeat soli,et simplici dicto et assertioni prefati domini Episcopi, et cuiuscumquefuturi rectorissine sacramẽto onere, et cuiuscumque probationis et taxationis iudicis indeprestandæ,et fiédę, et vlterius in pœna, et sub pœna lib. decem den. Plac. toties committenda, et exigenda cũ effectu, quoties in predictis vel aliquo predictorũ fuerit contrafactũ seu etiam contrauentum,qua cõmissa soluta, vt non firma et rata maneant omni et singula subscripta cum eadem stipulatio,pœnę;vnde pro euictione, defensione et dupla,suprascriptis omnibus,'et singul. attendendis, et firmiter obseruandis dictus Ant. obligauit eidem domino episcopo present.stip.et recip. vt supra pignori omnia sua bona presentia,et futura, hoc acto expresso conuento, et intellecto inter prefatum dom. Episcopum ex vna, et dictum Anton.ex alia per actum expressum solemni stipula vallatum ante hunc contractum,et in principio,medio, et in fine ipsius, et aliter ipse Anton. prædicta non fecisset; videlicet quod ipse Antonius, et eius descendentes masculi, et ipsius non extantibus aliiproximiores de eius domo,et agnatione habeant,etha

bere

bere debeant,ac eis spectat, & pertineat, & spectare,& pertinere debeat iuspatronatus dictæ ecclesiæ,nominandi,& presentandi rector pro tempore futuro ipsi Ecclesię prefato domino Episcopo,& cuicunq.eius locumtenenti cui voluit,&vult ipse Ant.spectare, & quod spectet ius cõfirmandi,& Instituendi dictũ rectorẽpro tempore nominandum,& presentandum vt supra,& quod iuspatronatus & vtsupra ipse Ant. de expresso consensu prefati D. episcopi sibi,& suis vt sup. expresse reseruauit,& reseruat Item quod quicunq.futurus rector dictę Ecclesiæ , & qui pro temporibus fuerit , teneatur & obliga. tus sit,iusto impedimento cessante, celebrare in dicta ecclesia missas,& aliadiuina officia, & suo tempore existentibus in dicta villa ministrare sacramentaecclesiastica , & paruulos pro tempore nascituros in ipsa villa baptizare , & in ipsa ecclesia continuam residentiam facere , & alia ad quæ tenetur , quilibet rector Ecclesiæ curatæ celebrando bis in hebdomada in ipsa Ecclesia missas defunctorũ pro salute animæ ipsius Ant & defuncto. rum suorum ,instans, & requirens ipse Ant. à prefato dom.Episcopo quatenusde paterna benignitate digneturhuiusmodi Ecclesiæ fundandæ,& aliispremissis benignum consensum prestare,& ipsa confirmare,& approbare,& decernere dictãEcclesiam posse,& debere de noue fundari , &edificari de iure subnomine,& vocabulo beati Antonini martyris gloriosi, cum cœmeterio,& campanili,& aliis opportunis,& paruulos pro tãpore nascituros per futurum rectorem posse baptizari,&ipsã ecclesiã dedicare sub vocabulo beati Antonini martyris,& alia dicere , & facere , quę in similibus fieri consueuerunt,& requiruntur cum reseruatione iurispatronatus,vt supra,qui D.Episcopus auditis,&intellectis superius expositis,& narratis, ac requisitis,per dictum Ant.& ipsis diligenter consideratis,habitaq;superindedebita informatione, considerans , & attendens predicta,vt sup. exposita per ipsum Ant. fore vera & ipsas causas,& rationes,vt supra adductasper ipsumAnt.è sacris canonibus approbatas esse, ex quibus de iure dicta ecclesia de nouo fũdari,& edificari debet,& potest in dicto loco , consideratisq.omnibus aliis,& singulis quæ in pæmissis consideranda erant , & super ipsis omnibus,&singulishabita matura deliberatione ob reuerentiã omnipotẽtis domini Iesu Christi , & Gloriosæ Virginis Mariæ Matris eius, ac beati Anton.martyris totiusque curiæ celestis triumphantis,eo. rumq;& Sancti Spiritus gratia misericorditer imploratis predictisomnibus,& singulissuprascriptis consensit , & assensit,& idse omnia , & singula suprascripta approbauit,& confirmauit , & ea fieri laudauit, ac predicta faciendi , & fundandi licentiam dedit, & concessit eidem Ant. presenti stip. & recip Et insuper sponte,& ex certa scientia dictã ecclesiã cum cœmeterio ibi fiendo de nouo fundari,& edificari & in ea paruulos dicti loci pro tempore nascituros baptizare posse decreuit,& decernit , ipsamque ecclesiam sub nomine,& vocabulo beati Ant. martyris antedicti dedicauit & dedicat , reseruato sibij, cuicumque eius legitimo successori confirmationem,institutionem subiectionem,visitationem rectoris , & ministri dictæ ecclesiæ. & vlterius nomine census cathedraricĩ &subiectionis vnam libram ceræ nouę laboratæ,sibi suisq.successoribus perpetuo annuatim soluendã per rectorem , & ministrum dictæ ecclesiæ,& quod ius,& quam subiectionem sibi,& successoribus suis, vt sup. reseruauit,& retinuit,dans, & concedens præfatus D Episcopus,& ita concessit,& dedit, ac dat, & concedit eidem Anton. præsenti,& stipulanti, & recipienti facultatem & liberam potestatemfundandi altare in ipsa ecclesia sub nomine,& vocabulo beati Antonini martyris antedicti , & super variis negociis perpeditus ipse Dominus Episcopus commisit,& committit,ac mãdauit presbytero L.&c.licet absenti,quatenus vice,& auctoritate prefati do. Episcopi personaliter accedat ad dictum locum in quo fundanda : & ædificanda est ipsa ecclesia,& altare,& ibidem venerabilem crucem figat , & primum lapidem in fundamento ipsius ecclesiæponat cum aspersione aquæ benedictæ,&aliisdebitis solemnitatibus obseruatis. Et de predictis prefatus dominus Episcopus mandauit mihi notario , & dictus Ant. rogauit me notarium,&c.

Alia

Alia forma fundationis Ecclesiæ.

IN nomine Domini Amen, &c. Antonius, &c. constitutus coram R. in Christo patre, & Domino D. Ioan: Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopo Placen.& comite,& ad eius plenam audientiam,& intelligentiam dixit, & exposuit præfato D Episcopo, quod villa Solaroli Pla.diœcesis caret ecclesia iam antiquis, temporibus,&homines,& habitatores dictæ villæ per tempora retroacta consueuerunt esse, & sunt de presenti sub cura rectoris,& ecclesiæ sancti Petri constitute in villa Saluaritiæ,quæ distat à dicta villa Salaroli per vnū miliare ex quo habitantes in dicta villa Salaroli non parua incōmoda suscipiunt tam in carentia proprii sacerdoti, quam etiam paruulis pro tempore nascētibus,in dicta villa quiquādoq obdistantiam loci solēt decedere nō suscepto baptismate,& aliter deuersimode attente discrimine,et incommodo itineris,precipue tēpore hyemali,& propterea dictus Ant prædicta animo reuoluēs, & intendens diem suę peregrinationis, ei missionis extremę meritoriis oneribus præuenire,ac æternorum intuitu id seminare in terris,quod reddēte domino cum fructu multiplicato colligere valeat in celis prouida meditatione,et salubri deliberatione pro salute animæ suæ,& parentū. & antecessorum,ad posterorū suorū,diuinam fauente gratia,dispsuitde nouo fūdare ecclesia,& ædificare in proprio fūdo posito in territorio Solaroli prædicti Placentinæ diœces ad gloriam,& laude omnipotentis Dei, & Beatæ Mariæ Virginis Matris eius,ac beat Ioan Apost. sub cuius nomine,& vocabulo fūdari debeat & dedicari,& ipsam ecclesiā dotare pro sustētatione rectoris,& ministri,quiprotēpore fuerit in ipsa eccl inqua vult,et intendit quod ipse futurus rector continuā residētiam faciat,& missas,& alia diuina officia tēporibus debitis celebrare debeat,& ecclesiastica sacramenta habitantibus in dicta villa ministrare,et dūmodo præfatus dominus Episcopus prædictis,& prædicta faciendi benignam licentiā concedere dignetur de paterna benignitate,cum reseruatione Iurispatronatus eidem Antonio, & successoribus eius masculis,et ipsius descēdētibus aliis proximioribus de eius domo,& agnatione, & ibidem ad executionem predictæ suæ dispositionis predictus Antonius sponte, et ex certa scientia, & eius mera, & pura liberalitate, & spontanea voluntate fecit & facit prefato domino Episcopo presenti stipulanti, & recipienti,nomine,et vice dicta ecclesiæ de nouo fundandæ,& ædificandæ, cuiuscunquefuturi rectoris,&ministri ipsius ecclesiæ de domo habitationes ipsius rectoris & pro claustro,& cœmeterio ipsius,&pro dictis ecclesia,domo,et claustro ædificandis cessionem,assignationem,etdatum,atque donationem inter viuos,quo ex causa ingratitudinis,vel alia quacumque de causa amplius reuocari non possit,nominatim de vna petia terræ cultæ posita in territorio dicti loci prope burgum, quæ est perticæ,&c.cui cohæret, &c. & vlterius pro sustentatione,et prebenda dicti futuri rectoris dedit, assignauit, et tradidit eidē domino Episcopo recipienti nomine dictæ ecclesiæ fundandæ,&rectoris antedicti infrascripta bona,et iura,dequibus infra, quæ perpetuo sint remaneant ad perpetuam sustentationem dicti rectoris,et bona sunt hæc.

Ita quidem,vt prefatus dominus Episcopus dicto nomine,et ipsa fundanda,et supra,et quicumquefuturus rector ipsius ecclesiæpredictum totum superius censū assignatum,&donatum simul cum accessibus,& ingressibus,cum superioribus, & inferioribus suis,omni iure,cunctisque vtilitatibus, et vsantiis predicto toti superius assignato,cessio,& donato in integrum pertinētibus,ex causis antedictis,et vt supra habeat.teneat, sine alicuius contradictione,et eidem D.Episcopo presenti stipulanti,et recipienti,vt supra ipse Anton.omnes eius actiones, &c. prout in suprascripta forma mutatis mutandis,et in fine instrumēti addatur omissis pactis de quibus in suprascripta forma.

Instans, & requirens ipse Antonius à prefato domino Episcopo, &c. prout in suprascripta forma.

Qui dominus Episcopus auditis, et intellectis superius expositis, & requisitis per ipsum Antonium, et ipsis omnibus matura consideratis, & habita superinde informatione super veritate superius expositorum, & rationes, & causas, vt supra expositas a sacris canonibus approbatas fuisse,ita quoddicta ecclesia de iure

potest

poteſt,& debet funda,& ædificari de nouo ob reuerentiamRedemptoris Dòmini noſtri Ieſu Chriſti,ac Beati Iacobi Apoſtoli, eorumque & ſancti Spiritus gratiæ miſericorditer imploratis, prędictis omnibus,& nonnulliſconſenſit,aſſenſit,& ea approbauit, & fieri laudauit, & inſuper ſponte,& ex certa ſcientia dictam eccleſiam cũ domo,& clauſtro, & cœmeterio ibi habendo,& cum reſeruatione iuris patronatus eidem Anton. & ſucceſſoribus ſuis,& vt ſupra,de nouo fundari; & ędificari,& in eo paruulos dictæ villæ pro tépore naſciturus baptizari poſſe decreuit & decernit ipſamq. eccleſiã ſub nomine & vocabulo beati Iacobi Apoſtoli dedicauit,& dedicat obſeruata ſibi,& cuicunque eius ſucceſſori legitimo confirmatione,&c.

Extendatur prout in ſupraſcripta forma mutatis mutandis.

Fundatio hoſpitali auctoritate Epiſcopi.

IN nomine Domini. Amen,&c Quoniàm ſcriptum eſt,Apoſtolo atteſtante, quod omnes ſtabimus ante tribunal Dei, reeepturi, & prout in corpore geſſimus,ſiue bonum,ſiue malum, ea propter Ioan.&c.intendens diem miſſionis extremæ miſericordiæ operibus pręuenire, ac æternorum introitu,Id ſeminare in terris quod reddente dominocum multiplicato fructu colligere valeat in cælis animo re nolens,quod quiparce ſeminat parce metat,& qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus metet vitam æternam Attendens itaque inter alia pietatis opera,quod pręcipuum opusexiſtit hoſpitale conſtruere,& fundare,in quo, & ex cuius cauſe Infirmorũ pauperũ, & miſerabiliũ perſonarum ſuſtentatio,et educatio præparatur,et præſtetur eiſdem prouida deliberatione depoſuit,diuina fauente clemẽtia, et ſuffragante pro ſalute animae ſuae et parentũ,etſucceſſorum,ac poſterorum ſuorum fundare. et ædificare hoſpitalem pro ſuſtentationibus, et ſubuentionibus. pauperum,infirmorum, viduarũ, pupillorum,peregrinorumorphanorum,et aliarũ miſerabilis perſonarum vtriuſque ſexus ad illud confruentium Deo dante de propriis eius bonis àDeo collatis,et de domibus ſuis infraſcriptis poſitis in vicina S. Patri,et vlterius ibidem oratorium,et altare erigere,et conſtituere,ac fundare pro diuino cultu celebrando perſonis pro tépore morantibus in ipſo hoſpitali ſub nomine,et vocabulo Beati Antonini martyris ad laudem,et honorem æterni Dei, et ob reuerentiam ſuæ ſacratiſſimæ paſſionis, intemeratæ Virginis Mariæ matris eius:ac Beati Antonini martyris huius almæ ciuitatisprotectoris,et ibidem dictus Ioannes conſtitutus coram Reuerédiſſimo in Chriſto patre,et D.D Io.Dei,et Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopo placen. comite, votum ſuum exequendo ſponte et ex certa ſcientia,et ex eius mera,et pura voluntate,et animo ſpõtaneo,ſaluis ſèper infraſcriptis,et vt infra,cum licentia, conſenſu, et auctoritate præfati domini Epiſcopi,etvt infra ceſſit,dedit deputauit ac cedit,dat deputat,etaſſignat prefatodomino Epiſcopo præſenti,ſtipulanti,et recipienti nomine,et vice dicti hoſpitalis ſũ. dandi,et cuiuſcumque miniſtri ipſiusho ſpitalis vnam domũ ipſius Ioannis muratam,cuppatam,et ſolaratam, poſitam in ciuitate plac.in vicinia, etc. cui cohæret etc quam vult,et intendit ipſe Ioannesef ſe,et remanere,et ipſam deputauit,et deputat ad vſum pauperum dicti hoſpitalis et quam conſtituit in hoſpitale,et in qua etiam conſtitui, et fundari debet oratorium,ſub nomine,et vocabulo beati Antonini martyris, in quo oratorio temporibus opportunis poſſint Miſſę,/& alia officia celebrari pauperibus,& aliis perſonis in eo pro t mporibus habitantibus,& in ipſo hoſpitali teneri debeat hoſpitalitas pro pauperibus,& aliis egenis, & miſerabilibus perſonis,& ad eorũ ſuſtentatiõne & ſubuentionem & ſic obſeruari debeat per quemcunq; rectorẽ eligendũ ſuperinde,& deputandum,& ita fieri,& obſeruari voluit,& diſpoſuit,ita tamen quod eccleſia S.Antonini Plac./ vel domini Præpoſitus Canonici, & Capitulum ipſius eccleſiæ,& huiuſmodi dedicatione,nominatione,ac vocabulo beatiAntonini non facta in dicto hoſpitali, & domo non poſſint, nec valeant aliquod ius,vel actionem aliquam ſibi vendicare in dicto hoſpitali, & iuribus eius; ſaluo vt infra, & vlterius & ſaluis premiſſis ad hoc,vt facilius futurus rector,|& pauperes pro tempore in eo degentes poſſint ſuſtentare donauit, & dotat ipſum hoſpitale de bonis infraſcriptis.ac fecit,& facit prefato domino epiſcopo,

ſcopo præſenti, ſtipulanti, et recipienti nomine, et vice dicti hoſpitalis, vt ſupra ceſſionem, et aſſignationem, et datũ atq; donationem inter viuosquæ amplius ex cauſa ingratitudinis, vel alia quacumque de cauſa renocari non poſſit nominatim de ominibus, et ſingulis bonis, et iuribus, de quibus, et prout infra, videlicet primo de vna petia terræ, etc. ſaluis aliis cohærentiis, et earum veritate, Item de ficto annuo iure, et præſtatione ficti annui, etc. Ita quidem, vt dictum hoſpitale, et quicũque futurus rector ipſius prædicta omnia et ſingula, vt ſupra ceſſa, et aſſignata, ac eo nata ſimul cum acceſſibus et ingreſſibus cum ſuperioribus, et inferioribus ſuis, et omni iure, cunctiſque vtilitatibus, et vſãtiis prædictis omnibus ſuperius ceſſis, et vt ſupra in integrũ pertinentibus habeãt et teneant ex cauſis antedictis, ſine alicuius contradictione, et eidem domino Epiſcopo ſtipulãti, et recipienti nominedicti hoſpitalis, vt ſupra, ipſe Ioannes omnes eius actiones, rationes, defenſiones, et iura; reales, perſonales, vtiles, directas, et mixtas ac realia, perſonalia, vtilia, directa, et mixta eidem Ioanni competentia et competitura in prædictis omnibus, et ſingulis, vt ſupra ceſſis aſſignatis, ac donatis, & quocunque ex eis, & pro eis & eorum occaſione aduerſus quamcunq perſonam, & quamlibet rem, & tam in rem, quam in perſonam ceſſit dedit, mandauit, conſtituitque quemcunque futurum rectorem, & præfatum dominum Epiſcopum procuratores tamquam in rem ſuã vt ſic poſſit agere, cauſari, petere, excipere, replicare, exercere, vti, & ſe tueri, & omnia, & ſingula dicere, & facere; quemadmodum dictus Ioann. poterat, aut poſſet, & vt de cætero dictum hoſpitale ſit, & ſic cedat in omnem locum, & ius dicti Ioannis, & eius vices in omnibus obtineat, & voluit, & vult, ac eidem dixit, & dictt eidem domino Epiſcopo præſenti ſtipulãti & recipienti vt ſupra ceſſit, & aſſignatis ſua auctoritate tenutam capiat & corporalem poſſeſſionem conſtituendo ſe interim pro dicto hoſpitali, & eius nomine, & cuiuſcunq; futuri rectoris prædicta omnia, & ſingula ſuprascripta, vt ſupra ceſſa, & aſſignata poſſidere vel quaſi; quas aſſignationem, ceſſionem donationẽ, & omnia, & ſingula ſuprascripta, & in præſenti inſtrumento contenta d. Io. per ſolemnẽ ſtipulationem promiſit, & conuenit præfato d. epiſcopo præſenti ſtipulant, & recipienti nomine, & vice dicti hoſpitalis, & vt ſupra perpetuo, & omni tẽpore firmas ratas, & gratas, ac firma, rata, & grata habere, tenere, attendere, & obſeruare; & nõ contrauenire, vel contrafacere per ſe vel aliũ aliquo modo, caſu, vel iure, ſiue vllo legum, vel decretorum, vel reſcriptorum auxilio, & ipſa omnia, vt ſupra, ceſſa, & aſſignata ab omniperſona communi corpore, collegio, & vniuerſitate; cum ratione defendere, & expedire ſub omnium damnorum intereſſe, & expẽſarum litis, & extra reſtitutionẽ, & refectionẽ de quibus, & earum quantitate ſtarj, & credi debeat ſoli. & ſimplici dicto, & aſſertioni cuiuſcunque agentis nomine dicti hoſpitalis, ſiue ſacramento, & onere cuiuſcunque probationis, & taxationis iudicis inde præſtandæ, & ſiẽdæ pro quibus omnibus, & ſingulis ſuprascriptis attendendis; & firmiter obſeruãdis dictus Ioan. obligauit præfato D. Epiſcopo præſenti, ſtipulanti, & recipienti nomine dictihoſpitalis pignori omnia ſua bona præſentia, & futura ſaluo, & reſeruato ſemper eidem Ioan. & eius ſucceſſoribus maſculis, & ipſis deficientibus proximioribus de agnatione, & dono eius ſucceſſiue vſquequoq ſuper fuerint aliqui de eius agnatione, & ita ſibi, & ipſis vt ſupra ſingula ſingulis referendo reſeruauit, & reſeruat iuſpatronatus d. hoſpitalis, & rectoris prædicti. & ius nominandi, & præſentandi rectori ipſius quandocumq. vocare contigerit, & in omnibus aliis, quæ ad patronos, & fundatores hoſpitalium, & locorum piorum, & religioſorum ſpectare, & pertinere noſcũtur, & voluit, et vult quod ius confirmandi & inſtitnendi rectorem pro tempore deputandum, & pręſentãdum ad ipſum hoſpitale, & oratorũ prædictum, ac ius viſitandi, corrigendi, & puniẽdi, prout nouerint expedire ſpectet & pertineat præfato Domino Epiſcopo; necnon ven. D. Præpoſito, canonicis, & capitulo dictæ eccleſiae S. Ant. inſtans, & humiliter requirens, ac ſupplicans ipſe Ioan. a præfato d. Epiſcopo quatenus votum ipſius Ioan. & Deo, & hominibus gratũ de benignitate paterna dignetur prædictavt ſupradiſpoſita, & ordinataper dictũ Ioan. approbare, & confirmare. & eius conſenſum eidem omnibus præſtare ac reſeruare eidem Ioan. & ſuis, vt ſupra

di-

dictum iuspatronatus, & alia dequibus supra & concedere eidem hospitali, & futuro rectori ipsius pro tempore existenti in perpetuum quęstum generalem per ciuitatem, & diœcesim Plac. ostiatim, vt quęrere, & percipere possint eleemosynas, legata, & vera charitatis subsidia, quæ a Christi fidelibus contigerit eidem hospitali, & oratorio eius pie erogari, & legari, & vlterius committere vices suas alicui ex sacerdotibus ciuitatis, qui vice, & auctoritate pręfati domini Episcopi primum lapidem, prout in fundamento oratorii, & altaris in eo construendi, & cruces signat super domibus dicti hospitalis, & oratorio prædicto, & alias solemnitates faciat, & obseruet, quæ in talibus veri consueuerunt, & requiruntur in signum veri, & perfecti hospitalis, qui d. Episcopus auditis, et intellectis supplicatione, et requisitione dicti Ioan et aliis per eum, vt supra factis et adimpletis, et ipsis diligenter, et mature consideratis ipsius Ioan. tam pium, et deuotum propositum in visceribus in charitatis amplectens Christi Saluatoris nostri nomine, et suffragio inuocatis a ctoritate sua ordinaria, et quocumque alio iure, via modo, causa, et forma, quibus, et prout melius potuit, et potest, ac fieri, et esse possit prædictis omnibus, et singulis supra scripti consensit, et consentit, et ea approbauit, et confirmauit, et fieri laudauit, ac licentiam, et facultatem concessit, et concedit eidem Ioan. præsenti stipulanti, recipienti, faciendi, fundandi, et cōstruendi dictum hospitale, et oratorium cum cæmeterio in dictis domibus suis, et ipsum oratorium et altari erigendi cum cœmeterio ad gloriam, et honorem Dei, et Dei Genitricis, et B. A martyris, et cultus diuini, ita quod in eo oratorio possit a personis pro tempore ibi habitantibus debite celebrari, ac ipsum hospitale, et oratorium prędictum, sub nomine, et vocabulo beati Anton martyris dedicauit, et dedicat, reseruando, et ita reseruauit, et reseruat eidem Ioanni, et successoribus suis, et aliis de domo, et agnatione eius singula singulis casibus, & temporibus congrue referēdo iuspatronatus, ipsiq; omnibus, & singulis, et huic legitimo actui causa cognita, et debita iuris solemnitate interueniente, et seruata suam, et sanctissimi D. N. Papæ, qua fungitur in hac parte auctoritatē interposuit pariter, et decretum, reseruato tamen, et ita reseruauit, et reseruat præfatus D. Episcopus sibi, et successoribus suis, et præfatis dominus præposito, canonicis et capitulo dictæ Ecclesiæ S. Antonii confirmationem, et institutionem futuri rectoris, visitationem, curationes, et reformationem dicti hospitalis, et rectoris, et fratruum, ac suorum ipsius, et vlterius concedit, ac indulget eidem hospitali in perpetuum habere quæstum generalē per totā ciuitatem, et diœcesim Plac. vt ostiatim possit quicumque rector, seu agens nomine dicti hospitalis petere, et percipere eleemosynas, et vera legata, et charitatis subsidia, quæ à Christi fidelibus contigerit erogari de quibuscumque bonis eidem hospitali fiendis, et erogandis, et vt ipsi Christi fideles tanto fruentius animentur, quanto nouerint copiosis præmiari omnibus Christi fidelibus vere pœnitentibus, et confessis, qui predicto hospitali, et pauperibus eius munus charitatis porrexerint, quotiescunque quadraginta dies de iniunctis eius pœnitentiis misericorditer in domino relaxamus. Et insuper voluit, et mandauit prefatus D. Episcopus quod ipsum hospitale, et quicunque futurus rector ipsius, teneatur, et obligatus sit singulo anno semper in festo Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi, seu beati Anton. martyris, vel infra eorum octauas, deinceps in perpetuum dare et soluere præfato domino Episcopo, et eius successoribus, et Episcopali palatio liberam vnam pipetis, consignari ad Episcopale palatium nomine census cathedratici in signum subiectionis dicto Ioanne presente, et prædicta donata, et humiliter acceptante nomine dicti hospitalis, et qui per solemnem stipulationem promisit, et conuenit præfato D Episcopo presenti stipulanti, et recipienti pro, et successoribus suis dare, reddere, et soluere præfato D epi scopo, reddere, et soluere pręfato D episcopo in altero ex dictis festis, vel infra eius octauam libram vnam piperis ad dictum palatium Episcopale nomine cēsus in signum recognitionis, & subiectionis præmissorum, & ibidem pręfatus D Episcopus, pro vlteriori executione, & perfectione præmissorum commisit & committit ven. d Iac. præposito d. Ecclesiæ S. Ant. licet absenti tanquam præsenti quatenus vice, & auctoritate præfati D. Episcopi personaliter accedat, & dictas domos in quibus

bus fundari,& construi debet dictum hospitale,& oratorium,&altare de quibus supra in fundamento ipsius oratorii,& altaris primum lapidem ponat, & firmet, & cruces structuris ipsarum domorum ponat,& figat in signum,& testimoniũ veri hospitali cum aspersione aquæ benedictę & alias solemnitates faciat, & obseruet, quæ in similibus fieri consueuerunt,& requiratur iuxta ritum sanctæ matris ecclesiæ. Et de prædictis,&c.

Et nota quod suprascripta forma est concepta quod fundans ipsum hosp. illud fundauit in certis eius domibus, sed si fieret solum in aliquo fũdo, in quo nulla essent ædificia, debet formari vt supra mutatis condecenter verbis. Posset etiam aliter ipsum instrumentum formari, vt infra.

Alia forma fundationis hospitalis auctoritate Episcopi.

IN nomine Domini Amen, &c. Constitutus Io.&c. coram Reu. in Christo patre, & D. D &c. Dei, & Apostol. sedis gratia Episc. Plac. & Comite, dixit, & exposuit præfato D. Episcopo, & ad eius plenã audientiã,& intelligentiã, quod ipse sæpius animo suo reuolente D. & sententiã Apostoli dicentis. Et omnes stabimus ante tribunal Dei, recepturi prout in corpore gessimus, siue bonũ, siue malum; cupiens ipse hodiem missionis extremæ misericordiæ operibus præuenire, ac æternorũ intuitu id seminare in terris, quod Deo reddente cũ multiplicato fructu colligere valet in cęlis, attendens quoque, quod inter alias pietatis opera præcipuũ opus existit hospitalia construi,& fundari pro sustentatione,& subuentione pauperum,& miserabilium personarum prouida deliberatione deposuit, diuina suffragante cleméntia, fundare, et ædificare hospitale pro suo stentatione,& subuentione pauperum, peregrinorum, pupillorum, viduarum,& orphanorum, et aliarum miserabilium personarum vtriusque sexus ad illud confluẽtium, & illud dotare in, & de bonis eius propriis sibi à Deo collatis,& ibidem oratorium,& altare erigere, & constituere, ac fundare pro diuino cultu celebrare, personis in dicto hospitali pro tempore commorantibus, sub nomine, & vocabulo beati Anton. mart. ad gloriam, & honorem æterni Dei,& B. Marię semper Virginis, ac B Ant. mart antedicti. Quapropter constitutus ipse Ioan. coram præfato D. Episcopo, vt supra ad executionem eius piæ & sanctæ dispositionis sponte, &c.

Extendatur reliqui, prout in suprascripta forma mutatis motandis.

Si vero fundaretur hospitale absque auctoritate Episcopi: tunc posse formari, prout in suprascripta prima forma, sub tractis quibuscunque verbis accommodatis Episcopo, & aliis solemnitatibus necessariis, & respicientibus personam Episcopi verbis condecenter mutatis. Et eo casu nulla debet fieri mentio oratorio nec cœmeterii; quia talia non possunt fundari absque licentia Episcopi.

Fundatio hospitalis absque auctoritate Episcopi.

IN nomine Domini Amen, &c. Ioann, &c. fil. q. &c animo suo sępius cogitan. dictum Apostoli dicẽtis. Quod omnes stabimus ante tribunal Dei, recepturi prout in corpore hessimus, siue bonum, siue malum,& aliud dictum Saluatoris dicentis Qui parce seminat, parce, metet, & qui seminat in benedictionibus de benedictionibus metet vitam æternam, Cupiens igitur dictæ messionis æternæ operibus misericordiæ peruenire, ac æternorum intuitu id seminare in terris, quod Deo reddente cum multiplicatio fructu valeat colligere in cælis, attendens quoque, quod inter alia pietatis opera præcipuum illud opus existit hospitalia fundandi,& ædificãdi pro sustentatione subuentione pauperum & aliarum miserabilium personarum prouida deliberatione disposuit diuina suffragante clementia, fundare,& ædificare hospitale ad honorem,& gloriam æterni Dei,& Beatæ Marię Virginis, sub nomine, & vocabulo beatæ Marię pro sustentatione, & subuentione pauperum peregrinorum, viduarum, pupillorum, orphanorum,& aliarum miserabilium personarũ in infrascripta domo ipsius Ioan posita in vicinia, &c. cui cohęret, &c & illud dotare, de bonis eius propriis sibi a Deo collatis, & propterea ad executionem dictæ eius dispositionis Christi, et gloriosissimæ Virginis Mariæ matris eius totiusq; curiæ cælestia nominibus, & suffragio inuocatis ad gloriam,& honorem Dei, et prælibatæ Virginis Marię, sponte, et ex certa scientia,

tia,et ex eius pura, et mera voluntate deputauit,et deputat dictam domum ipsos Ioan positam,vt supra, et voluit, et vult fore,et esse ad vsum pauperum,et miserabiliumpersonarum,et ipsam constituit in hospitale sub nomine, et vocabulo beatæ Mariæ Virginis, et in eo hospitali voluit, et vult perpetuis temporibus teneri debere hospitalitatem pauperibus, et egenis, et aliis personis miserabillibus, et ad eorum sustentationem,et subuentionem: et ita fieri,et obseruari debere per quemcumque futurum rectorem ad illud depu tandum,quem rectorem,etministrum di cti hospitalis voluit,et mandauit,ac ordinauit eligi, et deputari debere perpetuo per ipsum Ioannem, et eius descendentes masculos,et ipsis deficientibusper illos de domo,et agnatione sua,et ius eligendi ipsum rectorem quandocunque vere contigerit,et ipsius rectoris,et hospitalis cor. rectionem,visitationem,et punitionem ei dem Ioann. et ei, vt supra spectare, et pertinere, et non alicui alii personæ Ecclesiasticæ,seu secularis:ita quod nulla alia persona præter ipsum Ioan. et suos,vt supra possit aliquo futuro tempore de ipso hospitali, et rectore eius, et aliquibus eius bonis,et iuribus, immo expresse prohibuit,et prohibet ipse Io: posse aliquam aliam personam aliqualiter intromittere. Et vlterius saluis præmissis,vt habilius futurus rector, et pauperes in eo degentes possint sustentari, dotalia ipsum hospitale de bonis infrascriptis ac fecit, et facit mihi notario infrascripto tanquam publicæ personæ stipulanti,et recipienti, nomine,et vice dicti hospitalis,et cuiuscunque futuri rectoris,et per me ipsis hospitali,et rectori,et cessionem assignationē,et datū atque donationem,etc. Extendatur in reliquis prout insuprascripta forma mutatis mutandis vsque ad hypothecam bonorū inclusiue, et deinde addatur clausula. Et de prædictis D. Ioan.rogauit me Notarium.

Concessio Ecclesiæ facta per Episcopum alicui ordini.

PRimo præmittendum est, quod talis cōcessio facta alicui ordini de aliqua Ecclesia, quandoque fieri solet de Ecclesia vacante, quandoque de ecclesia non vacante.

Item nota quod talis concessio non potest fieri, nisi per Episcopum, vel eius locumtenentem,et in tali concessione debet interuenire cōsensus Capituli Ecclesiæ cathedralis et aliter forte non teneret,et debet etiam fieri cum aliqua causa, prout ex infrascriptis formis patet.

Sed nota,quod si tempore concessionis fiendæ de aliqua ecclesia alicui ordini; vt supradicta ecclesia tenetur per aliquem rectorem,quod eo casu debet fieri mentio in instrumento per quem tenetur, et dicta concessio debet fieri citra præiudiciū iurium ipsius rectoris, et sic debet concedi licentia ipsis fratribus apprehendendi tenutam quandocunque vacare contigerit per cessum, seu decessum, et vt infra.

Item nota,quod in tali concessione ecclesiæ Episcopus reseruat sibi quandoque iura Episcopalia in ipsa Ecclesia, et quandoque illam concedit pure,nullo iure, sibi reseruato.

Et dari modo quandoque concedit illam imposito onere census annuos soluēdi eidem, quandoque nullo onere imposito, et prout ex infrascriptis formis patet.

Item, nota quod vltra concessionem factam, non debet Episcopus inuestire aliquem ex fratribus, seu monachis dicti ordinis recipere nomine ordinis, et fratrum, seu monachorum, et ipsa concessio debet fieri ordini, seu congregationi, et fratribus, seu monachis, prout fuerint, vt infra.

Item nota, quod si Episcopus reseruet sibi iura Episcopalia in ipsa Ecclesia, quod fratres recipientes debent præstare iuramentum fidelitatis eidem Domino Episcopo prout faciunt alii subditi tempore collationis beneficiorum et vt infra.

Item nota,quod si ecclesia ex taxata cū clero pro oneribus, et talis debet etiam dicto casu fieri concessio:ita tamen,quod fratres,seu monachi teneantur contribuere cum clero pro rata taxationis,tunc vel in futurum fiendæ,et vt infra.

Item nota,quod vbi ecclesia est curata debet Episcopus concedere ipsis fratribus curam animarum eidem ecclesiæ subiectarum,et vt infra.

Et omni in casu debet Episcopus concedere eisdem liberamadministrationem ipsius ecclesiæ, et infra.

Et

Et nota, quod si ecclesia vacat debet committere cuicumque sacerdoti quatenus ponant eos in tenuta, et vt infra:

Et vt clarius pmissa pateant, subijcietur formæ, de quibus infra.

Concessio Ecclesiæ factæ per Episcopum alicui ordini fratrumq; vel vlterius congregationis.

IN nomine Domini Amen, etc. conuocato, et congregato capitulo ecclesiæ Placentiæ in loco suprascripto infrascripta occassione de mandato Reuerend. in Christo patris DD. Ioannis Dei, et Apostolicæ Sedis gratia Episcopi Plac. et Comitis, in quo quidem capitulo interfuerunt præfatus Dominus Episcopus, venerabilis d Iac etc. prepositus dictæ ecclesiæ, necnon venerabiles d. L. A. B. F. M. D. G. R. et I. omnes Canonici d. ecclesiæ dicentes, et protestantes, quod sunt, et representat totum capitulum dictæ ecclesiæ, et quod non est alius canonicus dictæ ecclesiæ, qui ad infrascripta possit, vel debeat commode euocari, citatis prius alijs canonicis d. ecclesiæ, per Pet. etc. ostiarium dictæ ecclesiæ, pront ibidem retulit se citasse præfatos dominus canonicos præfatus dominus Episcopus dixit, et exposuit prefatis dominis præposito, canonicis, et capitulo, et ad eorum plenã audientiam, et intelligentiam, quod alias pro parte reuerendi domini prioris generalis, et fratrum ordinis seruorum beatæ Mariæ institutum fuit pluries cum prefato domino Episcopo, ac eidem expositũ fuit, quod ipsi do. prior, et fratres affectant summopere obtinere aliquem locum, et aliquam ecclesiam in hac ciuitate Placẽtiæ in quibus possint domino famulari similiter requirentes sibi concedi aliquã ex ecclesiis dictæ ciuitatis in qua possint in Dei seruitio regularẽ ordinis sui plantare conuentum super quo licet pluries diligenter considerauit, ipse dominus Episcopus, ac illos ordines libenter dexteram liberalitatis extendat, quibus elucet scientia, viget religio, et in cultu diuino cum fidelium fructu crescit, et floret obseruantia regularis, tamen adhuc nullatenus decretum fuit superinde, propterea requisiuit domini preposito, et canonicis, et capitulo, vt in premissis rotum suum exonere velint, et an eis videatur cedere in euidentem vtilitatem totius fide lis populi ciuitatis, et an concedi deberat aliqua ex dictis ecclesiis, et maxime ecclesia sancti Iacobi, quæ presentialiter tenetur per presbyterum Laurentium, etc. rector in qua commode poterunt ipsi domini prior, et fratres regularem conuentum plantare, qui dominus præpositus, canonici, et capitulum auditis, et intellectis superius expositis per prefatum dominum Episcopum responderunt, et dixerunt, quod eisdem videtur fore vtile, et cedere in vtilitatem totius fidelis populi ciuitatis si dicta ecclesia concedatur eisdem dominis priori, et fratribus ac ordini antedictis præcipue suffragãtibus eorum laudabilibus meritis, et fructu multiplici què in ecclesia Dei doctrinæ sermonibus, et claris exemplis conseruationis honestæ, et laudabilis vitæ attulerunt, pront in omnibus Italiæ partibus in quibus loca tenent, attestatur fide dignum testimonium, vnde prefati dominus Episcopus, et domini prepositus, canonici, et capitulum habito prius per, et inter eos colluquio, et tractatu de, et super premissis vnanimiter, et pari concordia statuerunt, et ordinauerunt ipsam ecclesiam sancti Iacobi concedere eisdem dominis priori, fratribus, et ordini antedictis. Et propterea præfatus dominus Episcopus attentis premissis de consensu predictorũ dominorum prepositi, canonicorum, et capituli, et vna cum eis coniunctim, et diuisim, et pront melius fieri, et esse possit sponte, et ex certa scientia, interuenientibus quibuscumque solemnitatibus tã iuris, quam facti in similibus oportunis de iure, vel consuetudine etiam substantialibus ob reuerentiam beatæ, et gloriosissime, ac intemeratę Virginis Mariæ, cuius obsequio prædicti dominiprior, et fratres sunt nuncupati predictam ecclesiam sancti Iacobi sitam in Ciuitate Placentiæ cũ omnibus, et singulis domibus casamentis, et terris, cæterisque eius iuribus spiritualibus, et temporalibus sine tamen preiudicio presbyteri Laur. rectoris antedicti, et ecclesiæ predictę prefatis dominis priori et fratribus, et ordini predicto, et ad cautelam domino fratri Petri priori prouinciali in prouincia Lombardię, et fratri Ioanni de Papia dicti ordinis presentibus stip. et recip. eorum, et aliorum fratrũ ac ordinis predicti nominibus

nibus pleno iure concessit, & concedit, ipsosque fratres Petrum, & Ioannem stipulanter,& recip. vt supra per annuli impositionem, quem suis tenebat manibus solemniter inuestiuit de dicta ecclesia,& iuribus,& bonis antedictis,ita tamen quod dicto presbytero Lau. rectore antedicto cedente,vel decedente velquouis alio canonico modo dictam ecclesiam dimittere possint predicti domini prior, & fratres vel quicunque ex eis auctoritatepropria tenutam,&corporalempossessionem seu quasi dictæ ecclesiæ iuriumq; & pertinentiarum suarum spiritualium,& temporalium ad ipsam ecclesiam spectantē possint, & valeant, quandocunque apprehendere,& adipisci,et ipsa adepta curam & regimen animarum eidē ecclesiæ subiectarum per fratres superinde deputatos exercent,dans, et concedens ex tunc eisdem dominis priori,et fratribus, qui pro tempore in ea fuerint ipsius ecclesiæ, iuriumque,et pertinentiarum predictarum liberam administrationem,reseruatis tamen prefato domino episcopo,et cuicunque eius successori in ecclesia predicta omnibus Episcopalibus iuribus,et annuo censu libræ vnius ceræ nouæ laboratæ, quam singulis annis in vigilia Beatæ Mariæ mensis Septembris eidem domino episcopo, cuicumque eius successori prædict, d. prior, et fratres qui pro tempore in signumsubiectionissoluere teneatur,et nihilominus,et cū ctis talibus collectis,ac factionibus,ac aliis quibuscunque oneribus, quæ pro tempore imponi contigerit clero Pla. pro rata tantum ęstimationis, quam nūc habet ipsa ecclesia,vel in futurum habebit cum ipso clero contribuere teneantur ipsi prior,et fratres antedicti, et ibidem dictus frater petrus prior, et frater Ioannes dictis nominibus solemniter promiserunt, et conuenerunt presato domino Episcopo presenti stipulanti, et recipienti pro se,et successoribussuis antedictis predictum cēsum lib. vnius ceræ prefato domino Episcopo, et successorib. suis,vt supra,et collectas,et onera de quibus supra cū clero predictopro rata estimationis antedictæ soluere, et cotribuere,et vlterius manibus corporaliter tactis scripturis iurauerunt in manibus prefati D. Episcopi fidelitatem; et iuramentum fidelitatis prestiterunt eidem domino Episcopo,presenti,stipula,et recipienti,vt supra,Et de predictis prefatus dominus episcopus mandauit mihi notario,et ipsi domini prior,et frater Ioannes rogauit me notarium, etc.

Alia forma concessionis ecclesiæ facta per Episcopum alicui ordini.

IN nomine Domini Amen, etc. Reuerendissimus in Christo pater,etdominus dominus Ioannes Dei,et Apostolicæ Sedis gratia Episcopus pla et comes, intellecta requisitionem coram eofactaprō parte Reu.d prioris generalis,et omnium fratrum ordinis seruorum Beatæ Mariæ, qui summo affectu cupientes in ciuitate Pla aliquem locum, et ecclesiam aliquē obtinere,in quibus possint domini famulari seruitio Dei regulam ordinis eorum plantare,conuentuus requisiuerūt a præfato d. Episcopo,quatenus de paterna benignitate vnam ex ecclesiis eius eisdem concedere dignaretur,attendens,et considerans requisitionem prefatorum d. prioris, et fratrum fore iustam, rationi consonam,et quod libenter ad illos ordinēs dexterā liberalitatis extendit,quibus eiu cet scientia viget religio,et cultusdiuinus cum fidelium fructu crescit,et floret obseruantia regularis,eidem requisitioni cu nuere decreuit,accedentibus precipue ipsorum dominorum prioris,et fratrum laudabilibus meritis,et multiplicifructu,que in ecclesia Dei doctrinæ sermonibus, et claris exemplis conseruationis honestæ, viteq,laudabilis attulerunt,prout in omnibus Italiæ partibus inqu bus loco tenet attestatur testimoniumfide dignū:habita prius per prefatumdominum episcopum matura, et diligenti deliberatione cū venerabilib.dominus preposito, canonicis, et capitulo ecclesiæ Placent ibidem conuocatis,et cōgregatis infrascripta occasione de mandato prefati domini Episcopi per Petrum, etc. hostiarium dictæ ecclesię, prout ibidem retulit se eos citasse, et de eorum dominorum prepositi canonicorum, et capitulo expresso consensu sponte,et ex certa scientia,et alias omnibus iure,via,modo, et forma, ac causa, quib.et prout melius vt validius fieri, et esse possit,interuenientibus quibuscunq; solemnitatibus inpremissis opportunis de iure,vel de consuetudine etiamsubstantialibus ecclesiam Sancti Iacobi sitam in ci-

uitate Placen.cum omnibus,& sing.casamentis,domibus, terris, & bonis, ceterisque iuribusspiritualibus,& temporalibus ac reuerentiam Beatæ, & Gloriosissimæ Virginis Mariæ cuius obsequio sunt nuncupati fratri Petro priori prouinciali in prouincia Lombardiæ,& fratri Ioan.de Vercellis ordinis predicti, & fratrum ipsius, & per eos ipsis ordini, & fratribus eius pleno iure concessit, & concedit,& ipsos d. priorem, & fratrem dictis nominibus per annuium, quē sustiebant manibus,inuestiuit, et inuestit. Dans, & concedens eisdem dominis priori, & fratridictis nominibuspresentibus,& stipulātibus, & recipientibus licentiam, facultatē quatenus auctoritate propria possint ipsi, & cuicumque alij fratres dicti ordinis ipsius ecclesiæ iuriumque, & pertinentiarum eius spiritualium,& temporalium ad ipsam ecclesiam quomodolibet spectantium tenutam, & corporalem possessionem apprehendendi,& adipiscēdi, & quatenus expediat ad omnem cautelam committit cuicun sacerdoti ciuitatis Placen.vice,& auctoritate prefati domini Episcopiponat,& inducat ipsos dominos priorem . et fratres dictis nominibus in tenuta,& possessione dictæ ecclesiæ, iuriumq; pertinentiarum predictorum per pannos,& cornu altaris dictæ ecclesiæ,& alia dicendo, & faciendo,quæ in similibus fieri consueuerunt,et requiruntur in signum verè tenutę,& corporalis possessionis dandæ, & apprehendendę de dicta ecclesia, iuribusque; & pertinentiis predictis itaquod per hæc,et alia ipsi domini prior, & fratres, & ordo predictus adepti sint, & intelligantur veram tenutam,& corporalempossessionem ecclesię,& aliorum de quibus supra,& ipsius ecclesię liberam administrationem. Et de predictis prefatus dominus episcopus mandauit mihi notario,& ipsi cōmuni prior,& fratresIoannes rogauerunt me notarium,&c.

Hę prescriptæ formulæ visitationis fūdationis, & concessionis ecclesiæ sumptæ fuerunt ex formulis Placentinis quaspro minorum partium indigentium dispendio hic imprimi curaui.

Sponsalia.

HÆc sunt fidautiæ, & pacta sponsalia, in Dei nomine habita, & facta inter DD.N. cum presentia,verbo, voluntate consensu,& auctoritate M.eiuspatris,presentis,&c.ex vna,& B.ex altera partibus Primo predicti N & M eius pater promiserunt,& conuenerunt, & dederunt eidē B.presenti,&c.A.eiusdemN filiam legitimam, & naturalem ad presens in munasterio M.existentem in eius legitimam spō sam,& vxorem,quodque dicta A. in eundem C.consentiet, tamquam eius legitimum virum,& maritum, & cum eo matrimonio contrahet, iuxta ritum Sanctæ Matris Ecclesiæ, & legitimis præcedentis solemnitatibus, saltem per totum carnis priuium,prox. & interea ad arbitrium partium, si libuerit; cum dote, & dotis nomine scutorum N.in contanti, eidem B. persoluen. statim, quod voluerit dictam A. ad domum suam concedere, & ante illius conductionem hic Romæ libere,& absque aliqua exceptione &c. Teneaturq;idem B tempore solutionis huiusmodi,illam collocare,& inuestire in tot bonis stabilibus, seu Montibus non vacabilibus hic in Vrbe; ita, & taliter, quod loca Montium huiusmodi intelligātur hypothecata in specie,& in genere dictę A.pro ipsius,ac dotis huiusmodi securitate,vel idoneos prestare fideiussores prodotishuiusmodi assecuratione,cōseruatione,& restitutione,in omnem casum dictę dotis restitutionis. Necnon cum acconcio ęstimando per duos peritos,communiter eligendos, ad scuta N. similia ascenden,& alia scuta N exponen.per ipsos N & M.in tot vestibus,seuiocalibus,et ad vsum,& ornatum dictæ A. ad arbitriū & contentamentum ipsiusB.similiter,ante traduct onem ipsius A ad eis domum. Et vice versa idem B promisit dictam A vt supra in eius legitimam sponsam, & vxorem, premissis solemnitatibus seruatis,& preceden.accipere,cum eaque iuxta ritum S.R.E.matrimonium contrahere,cum dote,& dotis nomine,ac acconcio,iocalibus,seu vestimentis, vt supra promissis,quo supra modo.Quam dotem postquā sibi soluta fuerit,in tot bonis immobilib.collocarE,vel montibus non vacabilibus,vt supra seu idoneosfideiussores pro assecuratione illius dares illamque conseruare,& in euentum restitutionis illius restituere,vna cum illius augumento iuxta formam statutorum Vrbis. Quam paren-

parentelam dictæ partes promiserũt perficere, et executioni demandare saltem per totum diem carnisprivii, et interim quandocumque, si eis libverit. Quæ omnia etc. alias, etc. de quibus, etc. Pro quibus, etc se obligarunt in forma Cameræ, etc. super quibus, etc. præsentibus, etc et cũ ea onera matrimonii sufferre, et eandem A. eius vxorem congrue, et decenter tractare, et dictam dotem restituere, si restituenda veniet, etc. iuxta formam statutorum, etc. et reformationem, etiam super donatione propter nuptias disponentibus, quibus partes ipse se submiserunt pro quibus scut. N. dotis prædictæ, et eorum quanto pluri pro antifato, seu donatione propter nuptias, quod ipse B. dictæ A præsenti, etc. donat, facit, et conferri, iuxta forma statutorum, eandem A præsentem, etc. assecurauit, et quia omnis dos soluta, vel quasi meretur donationem, propter nup. Ideo dictus B donauit eidem A. præsenti, etc. quantum est, quinta pars dictæ dotis, cũ pacto de eo reseruan. lucran. et amitten. et in omnem casum restitutionis restituẽ iux. etc.

Adeptio filij.

In nomine Domini Amen.

Coram magnifico D. N. Castri N. N. Diœcesis Vicario, et Iudice ordinario indicto castro, in palatio eius solite residentiæ, et loco solito pro tribunali sedente, super sede ligneo, quem locum ex abundanti elegit, pro idoneo tribunali, pro infrascriptis solemniter peragen. Et me notario, et testibus, etc. personaliter constitutus A. et prędicto magnifico D. Iudici, vt supra pro tribunali sedenti exposuit, se constitutum esse in ætate senili, vltra annum N in circa, carere legitima sobole, considerans que, quod adest B. filius legitimus, et naturalis N. et M ipsius A. ex dicta M. eius sorore nepos, volens, pene naturam imitando sibi solatium liberorum gerere, quibus memoria prædecessorum cõseruatur, et bonorum substantia persæpe augetur, ac etiam vt lites ex successione suorum bonorum tollantur; decreuit legitimum actum adoptionis, ad solatium illorum; qui filios non habent inuentum, erga dictum B. gerere, et coniungere iura naturalia iuribus ciuilibus, et legitimis, et quia dictus B. eius ex dicta sua sorore nepos, quem continue paterna dilectione prosequutus est accedentibus quoq. bene meritis per ipsos N. et dictam eius vxorem ipsi A. hactenus impensis, quæ in futurum quoq, impendi speratur, aliisque rationalibus causis, ad id animum suum mouentibus; Propterea sponte, etc. omnibus, etc. interrogatis prius per dictum D. Iudicem prædictis A: et B. videlicet an dictus A. vellet B. eius nepotem in suum filium adoptiuum recipere, et an prædictis B. velit se in adoptionem prædicti B. et illius filiatione conferre, atque dare, et habitis hinc inde maturis consensibus, et responsionibus, in filium suum primi gradis legitimum, et pro filio legitimo primi gradus, ac in eius stirpem masculinam, et legitimã adoptauit, acceptauit, et adoptat, et acceptat prædictum B. eius nepotem, ætatis annorum N in ipsius N. patria potestate constitutum: etiam de ipsorum N. et N. coniugum, eiusdem B. parentum, ac in illius odoptionem dictum B. dantium consensu, et voluntate: suscipiens idem A, eundem B. ibidem præsentẽ, et consentientem paterno, et naturali amplexu, et signum veræ, et puræ, ac naturalis paternitatis, et filiationis in ipsius A. filium legitimum, liberum primi gradus, et in sua filiatione, et stirpe masculina; et legitima, iungendo iura naturalia, cum ciuilibus, et legitimis, ita de cætero dictus B. habeatur, censeatur, tractetur, & reputetur filius legitimus, & naturalis primi gradus dicti A. & ita etiam, in futurum, tam in successionibus, & testamento, & aliter quomodocumque faciendis ipsius A. & ascendentium, & descendentium, collateralium agnatorum, & cognatorum quorumcumque omnis hæreditas prouenire possit, & debeat ad ipsum B. tamquam in filium primi gradus, & stirpem masculinam dicti A. & aliis quibuscumque actibus, cuiuscumque generis, & speciei sint, & existant, ac honoribus, præheminẽtiis dignitatibus, & iuribus quibuscumque habeatur, & teneatur, tractetur, & reputetur, ac haberi teneri, tractari, & reputari debeat; ac sic, & intelligatur filius primi gradus, legitimus, masculus, & ex stirpe masculina ipsius A, & pro filio legitimo

X 2 &

et masculo,et ex stirpe masculina ipsius A per quemcumque modum,et formã per quem melius,et efficacius dici,et censeri potest,et in omnibus,et per omnia,perinde,ac si foret de legitimo matrimonio di. cti A.et ab eo,et eius corpore in lucē procreatus,et si foret eius filius masculus, et ex stirpe masculina, de suo corpore immediate,et legitime procreatus;et natus, et vult,et intendit ipse A.quod dictus A. tamquam eius filius primi gradus masculus,et legitimus, de stirpe masculina natus possit,et valeat eiq.liceat,et licitũ sit in quibuscumque Ciuitatibus, Terris, et locis,tam in vexillis,quam aliter deferre arma, et insigna ipsius D.A. eiusque stirpis,domus, familiæ, et se nominare et nominari facere pro filio legitimo masculo primi gradus dicti A.et ex eius stirpe masculina,et eius vera agnatione,et alia omnia, et singula dicere, et facere quæ,et prout faceret,& facere posset,si esse ex legitimo matrimonio a dicto A. & eius corpore in lucem procreatus,& ac si esset eius filius legitimus masculus, & ex eius stirpe masculina,&agnatione,& esset, verè filius suus prim. gradus, absque aliquo medio. Qui B.illius adoptiuus, vt praefertur, cum prędictis consensu, & decreto ipsius D. Iudicis,ac dictorũ eius parentum ibidem præsentium,&vt supra consentientium,& illum tradentium,dicto A.& in eius vult,& brachiis,pro filio primi gradus,adoptiuo legitimo,&masculo primi gradus,&de eius stirpe masculina dictum A acceptauit, & acceptat in eius patrem legitimum,&ascendentem primi gradus,&stirpem legitimam,masculinã, subiiciẽsse omni paternæ potestati ipsius Camilli tamquam eius patris legitimi,& tamquam eius filius legitimus primi gradus,& ex eius,stirpe masculina,dicens, & protestans,quod de cætero vult,& intendit esse,& haberi,teneri,tractari, & reputari,pro filio primi gradus, masculo, & adoptiuo, ac legitimo ipsius Camilli, & de eius stirpe masculina, & in omnibus, & per omnia, & perinde, ac si esset verè, naturaliter, & de legitimo matrimonio,& eius corpore immediate, & ab eo in lucem procreatus,& ac si esset de eius stirpe masculina,& legitima.Quam quidem adoptionem,& omnia,& singula in præsenti instrumento contenta, dicti A. D.N.& N. eius vxor, cum consensu, & auctoritate prædictis respectiue perpetuo rata,grata,valida,& firma habere,& tenere, ac attendere, & obseruare promiserunt pręmissis nullo vnquam tempore contrafacere,nec contrauenire aliqua ratione causa,iure,titulo,&modo,et quouis sub prætextu, etiam hic non expressis. Pro quibus,&c.obseruandis &c. se obliga. uerunt in forma Cameræ,&c.iurarunt,etc In, & super quibus omnibus,& singulis, tamquã rite,& legitime factis,prædictus magnificus D.Iudex, & supra pro tribunali sedens,ad requisitione dictarum partium,ipsius,& prædicti Illustrissimi,et Excellentissimi D.N.eius Dominii,et eius officii,et magistratus auctoritatem,et decretum interposuit supplendo omnes,et quoscumque tam Iuris,quam facti defectus,si qui forsan.in pręmissis interuenerint,causa cognita,quantum eius auctoritate supplere potuit. Super quibus,etc.

Forma instrumenti Ciuilitatis, seu Ciuitatis.

IN Dei nomine Amen, etc. conuocato, et congregato Consilio generali magnificæ Cõmunitatis Ciuitatis Corneti in loco infrascripto, vbi conuocari, et congregari consueuit,pro negotiis dictæ Ciuitatis,sono campanæ, et curreriorum requisitione voceque præconis,vt moris est,et mandato magnifici D. N. dicti Ciuitatis honor.Commissarii vocatis prius Consiliariis dictæ Ciuitatis, per solutas et consuetas polisas, vt ipsi curreri, seu publici nuncii dictæ Communitatis ibidem astantes, et præsentes retulerunt: in quo quidem Consilio hodie congregato interfuerunt infrascripti V. idem Magnificus D.N. hon. Commissarius dictæ Ciuitatis, D.N. et N eiusdem Ciuitatis moderni Conseruatores nec non N.N. et N. omnes de consilio generali, qui sunt, et esse asseruerunt duę partes ex tribus dicti Consilii,et Consiliariorum prædictorum: et quod ad præsens non est aliquis aliusde dicto Consilio,qui ad infrascripta possit, vel debeat commode euocari,et quod repræsentat totam Communitatem dictæ Ciuitatis Corneti,ipsiusq. populi vniuersitatem post lectas et expedita omnes, et singulas propositiones factas,proposita per

per Conferuatores dictæ Ciuitatis iuxta stylum, et consuetudinem prædicti Consilii. prædicti DD. Commissarius,et Conseruatores iusserunt per me notariū et cancellarium legi debere infrascriptā supplicationem magnifici,et nobilis viri N tenoris subsequentis videlicet. Illustri etc. Qua supplicatione ibidem lecta, et vulgarizata per me notarium,et cancellarium infrascriptum,ad omniumprædictorū DD.Consiliariorum olenā audientiam et intelligentiam,præfatus D. Commissarius mandauit eisdem DD.consiliariis, super contentis in dicta supplicatione oportunā sumi deliberationem qui; DD. consiliarii audito,et intellecto tenore dictæ supplicationis, volentes supplicationi, et requisitioni ipsius D.Hieronymi annuere cum iusta petenti non sit denegandus assensus sponte,etc.omnibus melioribus modo,etc. cum consensu etiam prædicti D. Commissarii nomine, et vice præfatæ Comunitatis, et ipsius populi fecerunt, constituerunt,et creauerunt, ac faciunt, constituunt,et creant dictum magnificū D.N.eiusque filios,et descendentes,et descendentium descendentes in perpetuum licet absentes, tamquam præsentes, ciues et in ciues veros,et legitimos, et de iurisdictione dictæ Ciuitatis Corneti : ita quod de cætero possint ipse N. et filiis, ac descendentes sui, et valeant in numero ciuium dictæ Ciuitatis computari,reputari numerari,haberi,tractari, et describi, ac immobilia acquirere,emere vendere, permutare, contrahere, distrahere, et omnia alia, et singula dicere. et facere, ac priuilegiis quibuscunque, aliisque honoribus,& oneribus commoditatibus,iuribus,gratis exemptionibus,immunitatibus,& prærogatiuis quibuscumque frui,potiri, & gaudere quemadmodum alii ciues veri,& originariis dictæ ciuitatis fruuntur,potiuntur,et gaudent, et respectiue subeunt; et frui, et gaudere sub ire solent,tam ex forma iuris ciuilis, quā ordinamentorum,& statutorum dictæ ciuitatis Corneti.In cuius rei testimonium prædicti DD.Commissarius,Conseruatores,&Consiliarii iusserunt mihi notario,et Cancellerio;ipse vero *N* petiit a me notario de prędictis omnibus vnū vel plura publicum, seu publica fieri atque confici instrumenta Actum, præsentibus ibidem DD N.et N. testibus,etc.

Protestatio.

N. Habens,et tenens in eius manib litteras cambii D. M. directas tenoris sequen. videlicet A.tergo,etc intus vero,etc præd.litteras præsētauit dicto M.eū requirendo,vt vellet easdem litteras acceptare,et summam in eisdem litteris contentam debito tempore soluere,cui respondit,etc.(pone responsionem de verbo ad verbum)Qua responsione audita prædictus D N sūmam in eisdē litteris contentam accipien.ad cambium aut aliud interesse reperibile a quibusuis mercatoribus, et personis etiā a semetipso pro locis,ac termino,et terminis,et pretii modis,et formis reperibilibus, et sibi beneuisis cambiis, recambiis, damnis,expensis,et interesse,tam litteras scribē quā aliorum quorumcumque ad solutionem dictæ summæ in præinsertis conte tæ quo modolibet obligatorum protestatus fuit et protestabatur expresse omni meliori modo,etc et de se releuando tam de sorte principali,quam de fructibus, et cambiis etc.super quibus,etc.

Cottimum.

A et A sponte, etc.conuenerunt et promiserunt B et suis fratrib presentibus,etc. metere omnes eorum segeres satas ad præsenset existen videlicet tot rubra ordei sita in loco d.etc alia rubra frumenti,etc.in totum ascendē ad 15.rubra,et conducere homines,et operarios in nummero sufficient ad metendū dictas segetes,ac debito tempore mittēre et metere illas infrax. dies postquam ipse segetes erunt factæ,et illas coadunare, ee facere aceruos vulgariter. vt dicitur muchios,siue casolas,et arcones more Romano,cū pacto etiam expresso quod nō possint dicti A.et A. metere tempore pluuioso,et dum ipsæ segetes sunt molles,et hoc pro pretii,et nomine pretii scutorum N. quod quidem pretium dictus B.B et frat. et eorum quilibet in solidum soluere promiserūt statim peracto opere,et messe prę dictis A et A præsentibus,etc libere, etc. alias,etc.de quibus,etc.absque,etc.cū pactis,conditionibusq: infrascriptis inter ipsas partes mutua stipulatione vallatis videlicet (apponas pacta occuren.) cum pacto etiam, vt supra solemni stipulatione

&c.quod deficien dictis A & A. in metendo dictas segetes vt supra elapsis dictis decem diebus possint dicti B. fratres mittere homines ad metendũ dictas segetes,& hordea sumptibus, & expensis dictorum A.A damnisque,& expensis,& interesse eorumdem de quibus,&c. absque &c.quo omnia,&c.

Executio i

A Executor talis tribunalis, habens & tenens suis in manibus quoddã mandatumexecutiuum sub tali die,per talem iudicem,& ad instantiam domini N principalis contra D.M. exaduerso principalem debitorem decretum,&relaxatũ in bonis eiusdem aduersarii tenoris, &c. requisitus pro parte eiusdem creditoris principalis prædicti mandati vigore fecit executionem realem,& actualẽ,in & super vinea eiusdem debitoris, posita, &c. vel si qui, &c pro summa in præinserto mandato contenta,& pro expensis factis & fiendis in dictam vineam intrando,& per eam ambulando glebas terræ effodiẽdo,ramos arborum abscindendo,& alios actus,&c.in similibus fieri solitos,et verã possessionem denotantes nemine contradicente.Quam executionem penes se nõ solum animo,sed etiam corpore retinere constituit,& illam ad omnem mandatũ dicti D. iudicis consignare promitit omni meliori modo,&c.super quibus,&c.

Donatio census.

Illustrissimus, & Reuerendissimus D. N.S R.E.Cardinalis,&c. in cuius fauorem,& personæ,seu personarum quandocunque nominandarum die N.mensis N. prox. preteriti per P. in & super eius palatio sito Romę in regione,&c. prope, &c.iuxta suos confines annuos cẽsuscut N.impositus,creatus,et pretio scut N.venditus fuit,sub accessionibus plurium fide iussorum in solidum obligatorum,vt in actis mei notarii,de præmissis rog. ti plenius continetur,ad quę pro facti veritate & quatenus opus sit relatio habeatur,qui Illustrissimus D. Cardinalis considerans virtutibus obstare sæpe tenues facultates volensque per dispositionem inter viuẽtes prospicere, vt infra nominandus eius ex fratre nepos aliquod subsidium consequatur,& tanto magis literarum,et virtutum viam in qua ingressus est & vt sperat Dei omnipotentis gratia prosequi,& sustentari valeat,&post cum alii nepotes,et personæ infradicendæ rebus donandis, iuxta suam dispositionem potiantur sponte sua certaq.scientia,& deliberata voluntate, vti velle ad abundantiorem cautelã omnibus facultatibus, & priuilegiis tam in genere, quam in specie Illustrissimis, & Reuerendissimis D. D. S R.E. Cardinalibus,& sibi circa suorum dispositionẽ bonorum, & disponendi facultatem etiam inter viuentes competentibus quocunq. iure generali,& speciali,& omni meliori modo,&c.saluo,& referuato ipsi Illustrissimo,& Reuerendissimo D Cardinali vsu fructu eius vita durante dicti annui cẽsus & quorumcumque aliorum bonorum, si quæ loco dicti cẽsus emi,vel subrogari contigerit,& referuatis facultatibus,cõditionibus,pactis, & modis infradicendis eundem annum censum scut. N.vt præfertur emptum pretio scut. N & quatenus dictum censum retrouendi,seu extingui aut vendi,& alienari contigerit tunc bona eius loco subrogãda donauit ac titulo donationis irreuocabilis inter viuos, dedit,transtulit,& assinauit, saluis semper infradicendis D B.nepoti suo ex A. fratre nato, absenti, me notario publ.co pro eodem B.acceptãte,&stipulante,et ad possidendum, gaudendum, & vsufructuandũ eius vita durante, & post mortem ipsius tunc dicto A. si tunc vixerit, si vero non extiterit, vel extiterit, & quandocunque obierit Ill.D.P.nepoti,&c.ho.me Q. filio dicti A.& eiusdem P.descendentibus masculis legitimis,& naturalibus ex linea masculina,& legitimo matrimonio,vero, & non ficto procreandis,etiamvltra decimum,& quamuis alium gradum perpetuum, & in infinitum feminabus semper exclusis, quo P eorumque descendentibus masculis,exlinea masculina legitima & naturali,non extantibus, vel exstantibus,& quandocunque linea masculina legitima,& naturali dicti D.P. finita, tunc domino D.præfati A.etiam filio legitimo & naturali eiusq. descendentibus masculis legitimis,& naturalibus,ex linea sua masculina,& legitimo matrimonio,vero & non ficto, procreatis,& procreandi in perpetuum,etiam vltra decimum,& aliũ gradum in infinitum, femanibus semper exclu-

exclusis,vt supra,non extantibus, vel extantibus, & quandocunque deficientibus & finita dicta linea masculina legitima,& naturali domini C.tunc filiis, & descendentibus masculis legitimis, & naturalibus bo. me. Q. dum viueret germani fratris Illustrissimi D. Cardinalis , ex legitimo matrimonio,& linea masculina legitima,& naturali procreatis,& procreandis in perpetuum,& in infinitum, vt supra quamuis absentibus me notario publico, pro eisdem donatarii acceptante,& stipulante donauit,& saluis præmissis,& infra dicen.transtulit super dictis rebus donatis eisdē donatariis omnia sua iura,& actiones,&c.ponens eos in vniuersum ius , locum,&c constituensq; illos procuratores irreuocabiles, vt in rem propriam; dansq; facultatem eisdonatariis,& vnicuique illorū seruato ordine successionis , vt supra corporalem possessionem bonorum donatorum auctoritate propria absq; eo quod capiant de manu heredum,aut alterius,et absque alicuius iudicis curię,& magistratus auctoritate,decreto,vel mandato , & absque vitio spolii,& attentatorum accipiendi,apprehensamq; retinendi , et gaudendi,iuxta dispositionem huius donationis.Cōstituens interim bona donata possidere nomine donatariorum. Quam donationem inter viuos fecit,et facit ex beneuolentia qua prosequitur dictum B.et alios prefatos vt commodius valeant sustentare . Et quia sic eidem Illustrissimo D.Cardinali donare placuit hoc modo, et facultate sibi reseruata,vltra dictum vsufructum eius vita durante,quod ipse Illustrissimus D. Cardinalis donator dictum annuum censum,in totum, et pro quauis parte retrouendere,extinguere, preciūq; recipere,quietare,aut vendere,vel permutare,cedere, ac resignare , et alienare pro quouis pretio,sibi placito,ac pretium recipere,et quos opus erit quietare,absoluere,et liberare valeat,et pretium in emptionem aliorum censuum,aut locorum montis,aut domorum,prediorum,vel quorumcumque stabilium,quæ placebunt ipsi Illustrissimo domino Cardinali,et vero suo arbitrio, vbique locorum , et exponere possit in hoc semel,et pluries quemadmodum videbitur Illustrissimo D.Cardinali, quæ bona intelligantur, et sint eo ipso in omnibus,et per omnia loco dicti census subrogata,ita tamen quod redemptores, dicti census, aut cōpermutantes,vel emptores cessionarii habituri causam a dicto Illustrissimo D. Cardinali non teneantur curare,nec vnquā deducere,aut probare, quod pretium expositum fuerit in emptionem aliorum bonorum,immo restitutio, et solutio pretii facta in manibus Illustrissimi D.Cardinalis prefati ; aut sui procuratoris facta censeatur,et sit valide,et legitime facta. In euentum autem redemptionis dicti census post obitum Illustrissimi D.Cardinalis,aut aliorum bonorum subrogatorum,tunc donatarius,vel donatarii,vel quos eo tempore dicta bona vigore huius donationis pertinebunt,retrouendere possint, quatenus pretium restituendum deponatur per illo,qui redimere voluerint de consensu dicti donatarii , vel donatariorum penes mercatores , vel campsores idoneos, et famosos et inde amoueri non possit, nisi ad effectum reinuestiendi in emptionē alicuius annui cēsus,vel alicuius crediti Montis non vacabilis,vel alicuius rei stabilis,et per dictos depositarios pretium solui,seu consignari non possit,nisi per dicta emptione facienda in actu emptionis, vel postea quæ res emenda subiaceat,et ex nūc subiecta esse intelligatur huic donationi,et dispositioni,de qua in ipsa emptione, vel inuestitura expressa mentio fieri debeat ad securitatem etiam aliorum donatariorū,et excepta dicta retrouenditione, quæ , vel ex natura contrectus,vel ex pacto fieri debēbit,nemo donatariorum possit dicta bona donata in totum, vel quamuis partem in vltima voluntate,vel inter viuos , tacite, vel expresse verbo,vel facto donare,aut vēdere,aut quouis titulo,et causa etiam onerosa distrahere, in alios transferre , seu alienare etiam alienationi largissimo modo sumpto vocabulo,sed si contra factum fuerit; tunc omnis alienatio ipso iure intelligatur,et sit irrita,cassa,et nulla,et nullius roboris,et momenti . Et insuper tam dictum alienantem, et quemcumque ex dictis donatarii consentientem,et pariter quoscunque dictorum donatariorū,si qui fuerit , vel fuerint qui aliquod delictum committeret,ex quo sua bona confiscanda venirent(quod Deus auertat) ex nunc alia committentes contra rectam intentionem Illustrissimi D. donatoris , tamquam indignos priuat,et priuatos esse vo lunt,et vult omni commodo,et iure huius

donationis, & censeri esse priuatos etiam ante commissionem delicti cuiuscumq; generis etiam si lesæ Maiestatis diuinæ, et vel humanæ fuerit; quod absit, & liceat absque aliqua declaratione, & sententia iudicis, & aliis donatariis, proximioribus qui mortuo alienante, aut delinquente succedere debuissent in dictis rebus donatis possint auctoritate propria, de facto, absque eo, quod capiant de manu hæredū vel alterius, & absque alicuius iudicis Magistratus, & superioris decreto, vel mandato, & sine vitio spolii, attentatorum, & alio defectu dicta bona donata, eorumq; corporalem possessionē apprehendere vti frui potiri, & gaudere valeant perinde ac si mors naturalis dicti alienātis, aut delinquentis euenisset, & hoc semper locum habeat, & seruari debeat quoties aliquod præmissorum fieri contigerit: hac etiam declaratione adiecta vt præfati donatarii ordine præfato vocati. in dictis rebus donatis in stirpes, & non in capita succedant. Quam eidem Illustrissimo D. Cardinali donatori hanc legem, & modū rebus placuit imponere suis. Et hanc donationem cum dictis reseruationibus, & modis Illustrissimus D. Cardinalis ratam, & firmam semper habere promisit. Et ad maiorem actus, validitate constituit, & deputauit procuratorem suum, etc. sequere prout in sequenti donatione.

Concessio, & Receptio Laudemij.

Congregatis, et insimul coadunatis infranominandis magnificis, et R. D. deputatis, et consiliariis Venerabilis Archiconfraternitatis N. Vrbis in loco infradicendo pro rebus dictæ Archiconfraternitatis pertractandis, et peragendis et coadunari solitis: videlicet A. A. A. et A. dictæ Archiconfraternitatis consiliariis, et habentes plenam notitiam instrumenti publici venditionis supradictæ domus per me notarium suprascripti, et signati, et publicati, et penes ipsos DD. deputatos, et consiliarios dimissi, at certiorati etiam per me notarium de eodem instrumento venditionis domus, et aliorum, ibi contentorum, et vt supra specificatorum, factæ per N. in fauorem M. pro precio scutorum N. et de omnibus, et singulis aliis in eodem instrumento contentis; sponte, etc. affirmantes vti, et potiriplena, et omnimoda auctoritate, et facultate infradicenda, et alia prædicta venerabili Archiconfraternitate peragendi, ac omnibus melioribus modo, etc. saluis tamen, et firmis remanentibus pactis, clausulis, conuentionibus, declarationibus, et promissionibus in instrumento, seu instrumenti concessionum, alias super dicta re vēdita factarum; ac iure directi dominii, et proprietatis supradicta domus, et iurium, ac aliorum ibidem expressorum, et non alias, aliter, nec alio modo, in supradictam venditionem domus, et aliorum prædictorum in omnib. et per omnia consenserunt, ac eorum libe rum consensum et assensum præstiterunt, Attestatoq. coram me notario, et testibus infranominandis habuerunt, et receperūt pro Laudemio eidem Archicōfraternitati competen. proprietatis ratione, et directi dominii eidem reseruati in prompta pecunia argentea papali scuta N. videlicet ab eodem M. emptori dictæ domus, præsente, etc. scuta N. et à dicto N, venditore, absente, me notario, etc. per manu tamen eiusdem N præsentis, et realiter soluentis, reliqua scuta N. iuxta formam cōuentione inter ipsos emptorem, et venditorem in prædicto instrumento venditionis, et emptionis domus factę, et stipulatæ. Quæ quidem scuta N. de commissione, et ordine dictorum DD deputatorum et consiliariorum fuerūt dimissa penes D. dictæ Archiconfraternitatis Camerariū, præsentem, et dicto nomine recipientem de quibus quidem scutis N prodicto Laudemio, vt supra receptis, atque dicto instrumento publico emptionis, et venditionis supradictæ domus vt supra habito, et recepto se bene contentos, et eis integre satisfactum esse docuerūt: exceptioni, etc. spes, etc. renunciarunt expresse, et tam dictum M. præsentem, etc. quam dictum N. absentem me notario, etc. quietarunt, etc. cum pacto, etc. promittentes huiusmodi consensum, et quietationem, ac omnia, et singula in eis contenta, semper, et perpetuo habere rata, grata, valida, et firma, et contra nō facere, dicere, apponere, vel venire per se, vel alium seu alios, quauis occasione, vel causa, et sub quouis prætextu, et quæsito colore, etiam hic nō expressis alias vltra obseruationem omnium præmissorum, et in presenti instrumento cōtentorum, ad quam omnino compelli pos se

se voluerunt,etiam ad omnia damna,etc. teneri voluerunt. Pro quibus, etc. obseruandis prędicti DD. deputati, et consiliarii, vt supra congregati, et coadunati,etc.

Declaratio emptionis domus de pecunijs alterius.

B. Qui, vt asseruit, annis retro elapsis emit a D.F quandam domum, sitam,etc.pro quodam pretio inter eos cōuento,prout ininstrumento,etc.latiusdicitur contineri sponte,etc.declarauit in veritate palam, et publice recognouit, supradictam domum per eum, vt supra, emptam, et acquisitam de pecuniis propriis dotalibus A.eius vxoris per ipsum alias ab eodem A.habitis,et non ipsius B. non obstan quod aliter ex tenore instrumenti apparet et esse videatur,solumque nomen in dicto instrumento habuisse, et habere, et propterea omnia, et quæuis iura,etc.actiones, si quę sibi competunt super eadem domo,vigoredicti instrumēti, aut alias quomodolibet, cessit, etc. dictæ A. absenti, me notario, etc. ad habendum,etc.ponens,etc.constituens,etc. promittens, etc. alias, etc. Pro quibus, etc.

Declaratio caducitas bonorum.

IN mei, etc, M. et N. etc. omnes Monaci,et Religiosi venerabilis Monasterii Beatæ Mariæ N diœcesis N. ordinis S. N. capitulariter congregati, etc. coadunati in loco infrascripto, vbi pro negotiis dicti Monasterii tractandis,congregati,et coadunati solent,ad sonum campanæ, vt moris est,asserentis se esse in numero sufficienti, et vltra duas tertias Monachorū seu fratrum religiosorum in illo morātra ben.et propterea totum dictum Monasterium repræsentantes, et exposuerunt se alias seu verius,priorem, & fratres, tunc in illo digentes similiter capitulariter cōgregatos. coadunatus locasse, affictasse, & arrendasse,q.N.omnes, et singulo fructus,&c. beneficiorum Ecclesiasticorum sanctæ M. in territorio N diœces. N. ex membris,& pertinentiis dicti Monasterii per certū tempus,&pro pretio, & affictu anno,cumq.certis pactis clausulis cautelis,capitulis,promissionibus,& obligationibus in instrumento sub die . men. dictæ locationis.& altero sub die men. & ratificationis,& seu de nono locationis,respectiue confectis, & perq N.dū vixit notarium rogato conten.& expresse, & cum inter alia,inibi expresse in omnibus conten.in dicto instrumēto,pro maiori illorum corroboratione,& efficacia fuerit reseruatus assensus D.N. Papæ, & sanctæ Sedis Apostolicæ expedien. & obtinen.sumptibus,& expensis dictorum cōductorum, qui habitus, & obtentus hactenus minime fuit,qui quidem fructus, &c. & dictorum beneficiorum seu bona illorum,vt supra locata, & arrendata per dictos conductores, & successiue eorum hæredes,& successores,possessi,seu possessa respectiue hactenus fuerunt,& de præsenti adhuc possidetur in maximumdicti monasteriidamnum,&contrasacroscanones,& decreta Concilii Tridentini,nouissime edita,& ex quo non fuit secuta confirmatio dictæ locationis, à dicta sede Apostolica auctoritate cederein euidētē vtilitatem dicti Monasterii, nec ne, propterea cupientes indemnitati dicti Monasterii prouidere fructusque,&c dictorum beneficiorum,seu bona supra locata,recuperare Ideo sponte,omnes vnanimes, & nemine illorumdiscrepante,nominedicti Monasterii declararunt,& declarant locationem prædictam ob non obtentū assensum de confirmatione Sedis Apostolicæ & ex quo etiam non cessit in vtilitatem dicti Monasterii sopitam esse,&finitam,et pro finita,& sopita haberi voluerunt, & volunt,fructusq;&c. & bona dictorum beneficiorum ad dictum Monasteriū deuoluta,illosq;& illa rehabere,recuperare & de illis disponere pro eorum libito voluntatis,prout prius,& ante dictam locationem facere poterant, & seu omni meliori modo,&c.

Executio monitorii.

IN nomine Domini Amen,Anno, &c. Ego notarius infrascriptus pro parte domini O. principali, in retroscriptis literis principaliter nominati,legitime requisitus, in præsentia testium infrascriptorum,adhæc specialiter vocatorum,& rogatorum,tamquam obedientiæ filius, retroscriptas monitorii,& citationis literas mihi presentatas, & à me reuerenter, vt

vt decuit receptas, M. ex aduerso principali retroscriptis literis exaduerso principaliter nominato, in eis propria persona, in domo, siua in aliquo loco personaliter reperto, presentaui, intimaui, insinuaui, & notificaui, ac de eius notitiam quantum meliuspotui, deduxi, & earundem vigore eundem M. ex aduerso principalem, in eius propria persona monui, citaui, & requisiui, prout in retroscriptis literis cótinetur: aliasque, & alia fecit, & executus fui, iuxta retroscriptarum literarum formam, & tenorem, nihil de incontentis in eiusdem omitten. & in signum veræ, & realis executionis copiam earumdem literarum, cum originali fidenter auscultatam, ipsi M. exaduerso principali tradidi, & dimisi. Super quibus, &c. Actum, &c præsentibus, &c.

Nominatio in venditione per emptorem.

I. Romæ degens, qui alias die, &c. pro se suisque heredibus, & successoribus seu persona ab eo nominãda, emit a p me diante R. illius procuratore, tenutam nuncupatam B. videlicet rubra 100. terræ ex dicta tenuta, cum omnibus adiacen. pertinen. iuribus, & iurisdictionibus vniuersis ac mero, & misto imperio proprietioscutorum N pactisque, modis, & formis contentis in instrumento emptionis, ex actis meis, sub dicta die celebrato; & deinde per prefatum P. in ciuitate F. sub die, &c. ex actis N. notarii publici, vt asseruit ratificato; Et deinde sub die, &c. Emit pariter, &c. ac predicta omnia, & singula acquisiuerit cum donatione irreuocabili inter viuos de eo pluri quo tenuta, & alia empta prefata valuissent, & valere potuissent, sub pactis, promissionibus, obligationibus, conditionibus, clausulis, & cautelis, de quibus latius continetur, & apparere dicitur in publicis instrumentis antedictis, per dictos respectiue notarios confectis, ad quæ relatio habeatur, & quod pretium, sponte, &c Dans facultatem nominandi sibi in emptionem prefatorum instrumentis competen & alias omnibus melioribus, &c & ad prefatas emptiones tenutæ nuncupatæ A. illiusq. pertinen. adiacentiarum iurium, iurisdictionum, meriq. & mixti imperii per ipsum à dicto P. vt supra factas aliarumq. dependen & accessoria quecumque cum omnibus, & singulis nonoribus, & oneribus commodisq. & incommodis, aliisque in aliam venditionum instrumentis comprehensis, & cótentis, & inde sequutis, & dependen. quibuscumque nominauit, & nominat D. absentem B. eius procuratore presente, & vna mecum notario pro dicto C eiusque heredibus, & successoribus, nominationé huiusmodi acceptante, & stipulan perinde, ac si in ipsarum emptionum predictarum instrumentis, & contractibus ide B. fuissent à principio nominatus, firma tamen manente locatione dictæ tenutæ, per D. I. dominis N. & N. pro tempore, ac pretio, & instrumento per me notarium die &c. contentis. Et insuper idem I. & ad maiorem dicti D. tutelam, cessit, ac titulo pure, & perfectæ cessionis, dedit, concessit, & tradidit; & mandauit dicto D. absenti, prelato B suo procuratore, vt supra presente, & cum me notario pro dicto D. heredibus, & successoribus quibuscumq: emente, acquirente, & acceptante dictam tenutam B cum eius pertinen. membris, iuribus, iurisdictionibus, aliisque omnibus, & singulis in dictarum emptionũ instrumentis contentis, & expressis, ab eis secutis, & dependen. quibuscunque transferens, & in perpetuum transferendo indictum D. eiusq successores omnia iura omnesq actiones, &c. ipsi I. ex dictis emptionibus vt supra factis, & deponen. ab illis, in, & super dicta tenuta, eiusq; prefatis, & illarum occasione contra P. prefatum, illiusque fideiussores tam obligatos, quam obligan & eorum successores, & aliasquasuis personas, &c quomodolibet habita, assecuta, acquisita, & ex illis, illorumque vigore resultan competentia, & competitura, & quæ cópetere possent, & poterunt quomodolibet in futurũ in dicta iura, & actiones perinde ac si D a principio in dictarum emptioné, contractibus nominatus fuisset ad habendum, eisque vtendum &c. ponens, &c constituens, dans, & concedens, &c. Et donec, &c. Constituit, &c Hanc autem nominationem, cessioné, & translationem, cũ omnibus in hoc instrumento contentis fecit, & facere dixit idé I erga D. licet absentem, dicta stipulatione, & acceptatione interueniente pro pari, & eodemmet pretio scut. N. quibus ipse emit tenutam, cum aliis prefatis. Quæ scuta, &c. promisit preter ea, & affirmauit idem I. nullum alium addictæ tenutæ, & alio-

aliorũ&præfatorum emptionẽ nom na[illegible] se,nec d ctam tenutam,in aliq actiones,& iurisdictiones,vt supra cessa, vendita, & translata alteri vendidisse,donasse,permutasse hypothecasse,distraxisse,aut aliter, quouis modo alienasse,alienationis, &c. nec quicquam aliud fecisse in preiudiciũ præsentis nominationis cessionis, venditionisque et contractus,ac dicti D & suorum,ac omnes lites, causas, et molestias, super vẽditis,& cessis præfatis quomodolibet inferen.in se suscipere,et ad omnem sola.n& simplicem dicti D & suorum denunciationem etiam extraiudicialem, & non solemniter factam in se suscipere, & susceptas,&c.alias in quolibet casu præmissis contrario teneri voluit erga D et suos ad omnem, et quacunque dictæ tenutæ,&aliorum venditorum euictionem generalem et particularem exdato,facto & culpa ipsis I.tantum prouenien. et refectionẽ omnium damnoru n,etc de quibus,&c. Adeo,sit lites, et causæ quæuis, necnon controuersiæ,molestiæ, ac etiam euictionesquæcumque dictæ tenutæ,et aliorum superius venditorum,et ceterorũ aliunde,præterquam ex dato,et facto ipsius S.quomodolibet inferentur, prouenirent,& sequerentur ex quouis capite vel causa cognita,&inexcogitata in tali euentu,ac casibus ipse S.suiq. hæredes, et successores,nec ad aliquam euictionem d.tenutæ, et aliorum translatorum, nec ad pretii restitutionẽ,nec ad consensus præstandos,litesq;et causas suscipiendas,nec adaliud quicquam præstandum,et soluẽdum,aut restituendum nisi ex dato,et facto ipsius S,vt supra dictum est, teneãtur erga dictum D.illusq.successores,et quouis alios. Pro quibus,etc.

Deputatio Locumtenentis A. C.

ILlustrissimus, et Reuerendissimus D. Marcellus Lante, etc. Sanctissimi D. N,Papæ eiusq.Camerarii, necnon curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generalis Auditor,Romanæq. Curiæ iudex ordinariusspont-,etc.vigore suarum facultatum eidem A.C à Sanctissimo D N. Clemente Papa Octauo concessarum eiusq. ordinarię iurisdictionis,ac aliasomni meliori modo,etc.eius,et dictæ suę Curiæ, et tribunalisfecit constituit, et deputauit Locumtenentẽ, et subdelegatum generalem R.P.D.N.absentem tamquam presentem solum, et in solidum,specialiter et expresse,ad singulas,et vniuersas ciuiles causas spirituales,beneficiales,et prophanas,meras,et mixtas in dicto eius tribunali sub quocunque nomine contra quascunque personas cuiuscumque status gradus, et conditionis existẽtes,tam ordinaria,quã delegata iurisdictione nuncpendentes,ac pro tempore,et in futurum agitandas, et inchoandas,et tam delegatas,quam delegandas,et ad dictum eius tribunal,tã per viã appellationis reclamationis,et recursus,ac aliis quomodocumque, qualitercunque deuoluendas,vna cum omnibus, et singulis illarum incidentibus,dependẽtibus, emergentis, annexis, et connexis, audiendum,cognoscen deciden et terminan.etad illarum cognitionem,et decisionem,ac totalem expeditionem,et executionẽ in omnibus,et per omnia totaliter procedendum,ac eidem R.P.D.N in,et pro præmissis omnibus omnes eius vices facultatem,et auctoritatem similibus Locatenentibus eiusdem tribunalis A.C. dari, et tribui solitas, et consuetas plenarie committendasduxit,et commisit,ac ineũ transtulit et transfert, donec eas duxerit reuocan Protestans,etc. Super quibusetc. Actum,etc.testibus,etc.

Aliam formam deputationis Locũtenẽtis criminalis scribere poteris,modo,et forma præmissis,hoc tantũ mutato,quod vbi in ea dicitur ad vniuersas causas ciuiles,pone ad vniuersas causas criminales, et mixtas cum facultate etiã incidenter cognoscendi de causa ciuili descenẽti ex eodem facto,de quo criminaliter cognoscitur licet hoc videatursuperfluum quia iudex criminalis post incidenter cognoscere de causa ciuili causa criminali terminata secundum Bart.in l si quis vxori. § qui furem.ff de furtis.

Translatio Pensionis.

COram R. P. D. A. Archipresbytero S.tamquam persona in dignitate ecclesiast constituta, ac in mei notarii publici,et testium,etc. præsentia, personaliter constitutus Illustrissimus, et Reuerẽdissimus D.C cui dictum auctoritate Apostolica annua pensio scut.250. auri in auro super fructibus, etc. mensæ Episcopalis p nuper in cathedralem electæ,quam

obtis

obtinet dicta auctoritate R. D.S.libera immunis,& exempta ipsi Illustrissimo D C. quoad dixerit, vel procuratori suo legitimo per dictum S.electum,& successo res suos ipsius ecclesiæ præsules,seu admi nistratores pro tempore existen. annis singulis, pro vna videlicet in Domini N. Iesu Christi,& proxime tunc futura inci pien.& altera illius medietatibus in Beati Io. Baptistæ Natiuitatem festiuitatibus, Romæ integre persoluenda,reseruata,&c extitit,cum facultate transferendi. prout latius in litteris Apostolicis desupar expe ditis sub Datum,&c quas dicto R.P.D.A in mel,&c. præsentia, realiter, & facto exhibuit, & præsentauit ad effectum infrascriptum, animo rehabendi illis prius visis,lectis,& consideratis per eundem, quarum tenor sequitur, & est talis, videlicet Pius Episcopus, &c. inserantur, & dum consensu à tergo. Volens vt asseruit vti dicta facultate transferendi, sponte &c ad effectum,vt eadem pensio scu 250 auri in auro, iuxta concessa sibi facultatem,validetransferatur in fauorem,&per sonam ven.& bonæ indolis adolescentis, D.N.& non alias aliter, nec alio modo, consensit in manibus dicti R.D. Archiepiscopi S.cassationi,& extinctione dictæ pensionis,rogans eundem,vt iuxta formã & tenorem literarum,& facultatis præfatæ illam cessit,& alteram similem pensio nem scutis 50.auri in dicto N.reseruet cõ stituat, & assignet, et tunc præfatus Reuerendissimus D. Archiepiscopus, vt persona ecclesiastica electa per dictũ Reuerendissimum D.C. in negotio huiusmodi visis,lectis,& bene consideratis prius per eundem dictis literis,vt apparebat,& cõ sensudicti C.omni meliori modo,quo ma gis potuit,& debuit,dictarum litterarum & consensus vigore admisso prius per eũ & recepto dicto consensu,prout recipit,& admittit de præsenti pensionem præfatã cassauit,& extinxit,ac cassat, & extinguit per præsentes,ita quod dictusR.D S ad il lam solué.dictoC amplius,&post hac nõ tendatur,neque nõ obsolutionem aliqua censuras,& pœnas,de cætero incurrere decreuit,& declarauit. Et successiue alteram scut. 350.auri cassatam, & extinctã præfatæ similem dicto N.licet absenti me notario,vt persona legitima,pro eo stipu lante, & recipiente per præfatum S. electum,seu Episcopum præfatũ donec vixe rit,& successores suos in dicti ecclesiæ præsules,annis singulis in terminis,& loco,& sub sententiis,censuris, & pœnis in literis Apostolicis reseruationis præfatæ vt prefertur,cassatæ contentis, integre persoluen. auctoritate Apostolica præfata vigore litterarum præfatarum sibi attributa reseruauit,constituit,& assignauit etiã liberam,immunem, & exemptam, prout erat dicta prior cassata,vt supra omnibus melioribus modo,&c.& debuit vigore facultatis præfatæ Super quibus,&c.

Testamentum loqui non volentis.

Vocatus ad rogandum testamentum D.N.abbreuiatoris de parco maiori,& iussus accelerare,eo quod periculum esset in mora illico me ad domum dicti N.contuli,& adueniens reperi eum in lecto sanum mente,vt apparebat licet corpore languentem,& stipatum magno nu mero personarum, partim de eius familia & partim externarum, & inter alios erant ibi A. L.& C.qui, ex quo plectrum linguæ ad loquendum articulare, & non bene seruiebat, tradita penna ipsum solli citabant, vt nomen scriberet eius, quem vellet esset hæredũ suum,& ipse cæpit pen nam,& illam bene tenens,fatigauit se, vt scriberet,sed irrito conatu,& in hoc cum essent,superueni ego, & cum vidisset me videbatur aduentu meo exhilari, cœpit ergo oculos in me conijcere, admodum comiter,& labia deducere subridentismo re,& mecum loqui,sed verbi,quę ad mea nonperueniebant intelligentiam,itaquod cum eum de more salutassem,& ei sanitatem increpatus fuissem, cœpi eum inter rogare,vellet ne vt de suo rogaret testamẽ to,& ipse natu cupitis respondit, & gestu manum,quod sic. Et quia vehemẽter vexabatur a catarro ne ei prolixitate essemus molesti orti a magis principalibus rã in primis interrogaretur de herede,&ipse respõdit quedã verba inarticulata quę nõ intelligebant omnes, quorum in numero earum,sed quidam asserebant nominasse L minorem, quare, vt essemus certi de voluntate sua:ostendimus ei dictũ L.&in terrogauimus,an illum vellet esse hæredẽ suum,& sæpius vult,& gestu annuit,& voce dicendo lingua Theutonica, quod sic. Interrogatus de familia sua;quid vellet fieri,& quo modo vellet eam remunerari,

ri,respondit intelligibiliter arbitrio executorum.

Interrogatus quos vellet constituere executores? visus fuit nominare C. & interrogatus iterum,an vellet pro executore dictum C. annuit capite, & intelligibiliter adiecit S.& L. erat autem præsens L.

Interrogatus an vellet alios? cum conaretur loqui,& sonum ederet,sine voce articulara,vsũ est aliquibus,quod nominasset A.

Interrogatus igitur an ipsum quoque vellet? annuit.

Interrogatus de quibusdam aliis amicis suis sibi per astantes nominatis, num illos quoque vellet? renuit.

Interrogatus an dictos executores vel letlesse coniunctim,vel insolidum,respondit intelligenter duos ex concordia.

Interrogatus,vlterius ibi vellet humari?

Respõdit intelligenter in ecclesia sanctæ M de P in capella sancti N.

Interrogatus an vellet aliquid legare piis locis pro salute animæ suæ?

Respondit,quod non intellexi,sed quia quidam dicerent, quod domum quã habitat alias relinquere destinaret hospitali sanctæ M.T.de Vrbe.

Interrogatus nunquid sic vellet?

Respondit intelligentes pro medietate & post interuallum dixit intelligenter,alteram medietaté relinquere monasterio sanctæ M.de P.Nouissime quidem N. familiaris suus obtulisset ei,& ipsum rogauit quid sibi relinqueret,cui respondit seu 300.& ostendebat pro eo scripsisse in patriam,et sic fieri velle, & cum de familia dixisset testator,eám remunerari velle arbitrio executorum. Quidem de guardia Theutenicorum Sanctissimi D.N, Papæ, sub cundus etiam in facie,hoc audito obtulit se,interrogans eum an non habet eũ in numero familiæ suæ?

Respondit in lingua Flamenga testator quod sic.

Cum hec ita essent gesta,vt in formam testamenti deducerem ea,vocaui in testes astantes, & facto proemio fieri solito, in condendis testamentis,nempe qualiter D N ianus,per Dei gratiam,mente,& intellectu,licet corpore infirmus,et cõsiderás etc ortus a prinpaliori, hoc est ab anima,interrogaui eum,an non illam commendaret Domino, et B. M. Virgini, et totae Curiae caelestiali? et respondit nutu,et lingua, quod sic. Deinde repetii omnia supradicta deheærede,familia,etexecutoribus,et legato domus, de clausulas in clasulam, et ad singulas clausulas petii illius respõsum,et ostensum,et ad singula dedit assensum,nunc mutu,nunc voce, et nunc vtroq; modo.Cum essem iam conclusurus testamentum,et adiecturus clausulam codicillarem,animaduerti quosdã quos pro testibus regaueram,vel tedio calor is,qui erat magnus,in tanta circumstãtium multitudine,et loco angusto,vel ob horæ tarditaté,velob aliam,nescio quam causam,subdux isse se.Itaquod vocatis iterum testibus infrascriptis, de nouo cœpi ordiri testamentum,et interrogare,vt sup &iterum habito eius assensu ad omnia cõclusi testamentum.Et ipse nutu, & voce admeam interrogationé,declarauit hanc esse suam vltimam voluntatem,etc.quam etc.cessans,etc Super quibus,etc.assensit. per me notarium fieri vnum,vel plura, etc.Actum,etc.

Testamentum militis.

DA.filius D.B.miles, qui licet de in sua propria valetudine, timens tamen propter campestre bellum,quod nuperrime committi debet in loco N.per regium exercitũ,in quo ad præsens reperitur dictus A.cum iniquissima Turcharum classe stante in loco N.in ipso campestri, ne caderet bello in quo plerumque victoria est incerta, sponte sua, etc. omnibus melioribus modo,etc.suam nuncupando voluntatem,quam vltimam fore dixit de bonis suis omnibus castrensibus,et paganicis,fecit,condidit,et ordinauit præsens eius vltimum nuncupatiuum, et solemne testamentum,sine scriptis in hunc modum videlicet. In primis enim,quia anima, etc sequere institutionem hæredis,et legatorum descriptionem, prout in aliis formis. Hanc autem,etc.cassans, etc. rogans etc. Actum, etc. præsentibus duobus testibus,etc.& licet regulariter in vno,quoque testamento septem debent adhiberi testes rogati,vt instit.de testam.§ sed cũ paulatim,et C. qui test.fac.po.l hac consul-

fultissima in prin.tamen fallit in testamẽto militis,in quo sufficiunt tãtum duo testes,vt instit.de milit.testam §.planein gl. super verbo hominibus,& ff.eo tit l. Lucius in gl. 1. & C.de testam.mili.l.militis in gl.super verbo, sub ipso tempore in fi. legis: debent autem isti milites scribi in matricula militum, qui stant pro expeditione militari ad pugnandum pro Republica,vt in l. ne quidem C. de test. mili. qui possunt etiam cum minori solemnitate, quam superius dixi, in ipso tamen conflictu belli,vt d.l.milites eodem tit.secus tamen dicendum erit si sunt in domo & non in castris,seu expeditione, quia tunc exigitur solemnitas communis,vt C de milit.testam.in l.pen.

Codicilli post Testamentum.

CErtum esse dicitur,quod de anno Domini MCCCCLXXI,et mẽse Ian. dicti anni. Alphonsus de Pandolphinis,etc tunc corpore languens,sanus tamen per gratiã IesuChristi mente,et intellectũ suũ sine scriptis nuncupatiuum condidit testamentũ,in quo plura disposuit,vt in dicto testamento apparere dixit dictus Alphonsus,manu domini Balthassaris de Bondonibus ciuis, et notario Florentin. Vnde hodie,ac presenti suprascripta die dictus Alphonsus,per gratiam Dei,mẽte sensu,corpore,visu,et intellectu sanus Cum voluntas hominis ambulatoria sit,vsque ad mortem,post testamentum,circa quædã quæ in testamento predicto continẽtur mutata voluntate,hac particulari dispositione de bonis suis per hos præsentes codicillos disposuit,et ordinauit,et fecit in hunc modum,et formam,videlicet. In primis cum ipse Alphõsus sciat,et recordetur in dicto testamento se legasse Petro olim Ioannis de Alamanis floren.60. vt latius in dicto testamento apparere dicitur pœnitentia ductus dictus Alphonsus codicillator prędictus dictum legatum ademit,et subtraxit,et penitus reuocauit nolens ad dictũ Petrum dictum legatum quoquo modo peruenire.

Item per hos presentes codicillos iure legati de bonis suis reliquit,et legauit domino Leoni Bap.de Albertis vsum,et vsũfructum vnius poderis dicti testatoris positi in comitatu Floren. et populo plebis Ripoli dicto in Bisardo infra suos confines,toto tempore vitæ dicti domini Leonis Baptistæ,et eiusvita durante,et donec naturaliter vixerit liberans ex nũc dictus codicillator dictum dominum Leonẽ ab omni onere cauendi,et satisdandi de vtẽdo,fruendo ad arbitrium boni viri, dictis bonis eidem,vt supra in vsufructu legatis,et relictis. Non apponas istam clausulã liberam, nisi de voluntate codicillatoris, seu testatoris, licet parum releuent delegata quę vult codicillator. Cetera autem omnia, et singula in dicto testamento,et codicillo præcedẽtibus contenta in omnibus,et singulis eorum partibus confirmauit,approbauit,et valere voluit? asserens,et affirmans hanc suam vltimam voluntatem esse,et esse velle,quã valere voluit iure codicillorũ, quod si iure codicillorum non valere potest,valeat vel valebit, et eam valere voluit dictus codicillator iure donationẽ causa mortis vel cuiuscumque alterius vltimæ volũtatis,et ita valere,et tenere voluit, et mandauit, et eo modo, et forma,prout magis et melius valere potest.

Additio hæreditatis, cum beneficio legis, & inuentarij.

COram R. P. D. N. I. V. D. Referendario Apostolico, Illustrissimi, ac R.P.D. Auditoris Cameræ Locumtenente,et in Vrbe Iudice ordinario sedente pro tribunali,hora iuris solita, et consueta,in ædibus eius solita,habitationis,et in mei,etc.præsentia personaliter constitutus Petrus vnus ex nepotibus, et hæredibus in testamento institutis q. Vincentii cõdito per acta mei,etc. tam nomine suo quam fratrum coherendũ,pro quibusde rato,etc promisit quatenus tamen ratificare voluerint,alias quod in nihilo, ipse Petrus pro illis teneatur,et data citatione per edictum die,etc.et exequuta de mandato eiusdem R.P.D. Auditoris, siue eius Locumtenentis,contra omnes,et singulos sua interesse putan per N.cursorem,vt in ea apparet,tenoris,etc. Hieronymus, etc. Per hoc præsens publicũ edictum in acie Campi Floræ,et ad valuas Curię nostræ residentiæ,tamquam locis publicis ad instar edictorum publicorum,quæ olim in albo prætorio annotabantur, citamus, et citari mandamus omnes, et singulos credito-

ditores, si qui sunt dicti q. D. Vincentii, omnesq. alios, etc. eorumq. procuratores, quatenus prima die iuridica compareant in iudicio legitimo coram nobis, seu Locumtenente nostro ad videndum per infrascriptos instan. nepotes, et heredes institutos ex testamento per dictum q. Vincentium nuper in Vrbe, et Ro. Cur. defunctum, adiri, et acceptari, hereditatemque dicti q. Vincentij cum beneficio legis, et inuentarii, quo vti intendunt, ne vltra vires hereditarias teneantur, necnon inchoari, et confici inuentarium rerum, et bonorum, ac iurium, et aliorum quorumcumque, quę in dicta hereditate reperientur, et quatenus opus sit continuari deinceps quibuscumque diebus, et horis intra tempus eis à iure prefixum, vel dicen. etc. in causa, et causis verten. coram nobis inter dictos citatos ex vna, et dictum D. Petrum Lupinarium, et fratres heredes institutis vt supra, de, et super dicta editione, et inuentarii confectione, rebusque aliis, etc. et illorum occasione partibus ex altera. Alioquin, etc hanc autem, etc. volentes, etc. In quorum, etc. Datum Romæ in edibus nostris sub anno, etc. vna cum executione edicti reseruata, etc. computa uit, etc. dictus D. Petrus pro se, et fratribus, et in contumaciam citatorum, dictis nominibus adiuit, et acceptauit dictam hereditatem dicti q. Vincentii cum beneficio legis, et inuentarii, quo ipsi fratres intendunt, vti, ne vltra vires hereditarias teneantur, et sic, et non alias aliter, nec alio modo intendit dictam aditionem, et acceptatione hereditatis factam, esse, et hoc modo factam esse vult, et intendit omni meliori modo, etc.

Et propterea in similem contumaciam citatorum inchoauit, et fecit etiam dictis nominibus, inuentarium rerum, et bonorum hereditatis dicti q. Vincentii, prout in folio, quod facto dedit, tenoris, etc. pro testans etiam dictis nominibus, quod si quę posita sint non apponenda, habeantur pro non appositis. Et quod pro tunc alia bona, et iura in dicta hereditate nō inueniuntur, et si quæ alia inueniet, huic inuentario addet. Super quibus, etc.

Repudiatio hereditatis.

N. Circa, etc in termino sibi à iure prefixo, ad deliberandum an velit adire, vel repudiare hereditate q A. dixit heredem esse nolle, et propterea hereditatem d. quōdam A repudiauit, et repudiat omni meliori modo, etc Rogans, etc.

Exheredatio.

D. N. sana, etc. Asserens habere inter alios eius genitos, secundo genitum natum N. etatis suę annorum N. qui ipsi matri a multo tēpore citra adeo Inobediens extitit, ne quidem bona verba seu auxilium aliquod prestiterit, sed quod peius est, verba contumeliosa, et obscena ei dixit, ac protulit, necnon manus violētas in eam inferre comminatus est, ac tentauit, aliaque dixit, et fecit, quę indignum ipsum efficiunt nomine, ac beneuolentia, et amore materni. Ita quod potius ipsa arbitratur ipsum degenere ingratum, ac indignum amore, et beneuolētia sua, et quod non sit iuri, nec equitati consonum quod tam ipse, quam alii eius filii dari passu gaudeant; ob dictas, aliasq. causas declerat, et pronunciat auctoritate materna dictum suum filium esse indignū et immeritum suæ hereditatis, et bonorum quorumcumque. Et propterea eum exheredem fecit, et facit, ac penitus, et omnino exheredatum esse voluit, de rebus, et bonis, hereditateq suis penitus priuauit, et priuatum esse voluit, ac etiam de omni iure legitimo, quod ei etiam de iure naturę debeb etur. Inhibens, et expresse prohibēs eidem N. ne vllo vnquam tempore in rebus, et bonis dictæ testatricis, et cuiuscunque generis, qualitatis quantitatis, et speciei sint, vel esse possint, intromittere, nec de eis, seu illorum, & illarum parte petere, preten dere, & disponere possit, nisi in quantum voluerit, ac licuerit, & videbitur alteri eius filio heredi instituto, & alias, &c. omni meliori modo, &c.

Reuocatio Testamenti.

D. N qui alias suum testamentum, suamq. vltimam voluntatem condedit, & ordinauit prout, &c. plenius contineri dixit, asserens, & affirmans se omnino peniterede eodem testamento, & vltima voluntate per dictum notarium rogato, & ab ipso facto. Ideo sponte, &c. omni-

omnibus,etc.dictum testamentum,heredis institutionem,relicta,et legata,omnia que,et singula in eo contenta,et disposita et omnia alia,et singula,et quecunque alla testamenta codicillos,; et vltimas voluntates per ipsum vsque in presentem diem factum,et celebratum ac per quem cumque notarium rogatum, et omnia,et singula in eis contenta ,et quamlibet earum,et cuiuslibet earum pa te , cassauit, reuocauit,irritauit,et annullauit,et cassas irrita,et nulla,nulliusque roboris , et momenti,efficaciæ,ac affectus esse voluit,declarauit,et expresse mādauit,non obstan. verbis derogatoriis pœnalibus,vel precisis in dictis testamentis,codicillis,et vltimis voluntatibusquomodolibetforsan,oppositio,etiam si de eis nunc non recordaretur,prout non recordari asseruit , et se omnino penitere:similia verba apposuisse si apposita sunt , dixit , et declarauit , Asserens,et affirmans , ac expresse protestans seper nunc velle decedere intestatus vt nisi in posterum ne rebus cogis,et iuribus suis deposuerit velle in eis succedere eo,qui de iure sibi ab intestato succedere debent. Super quibus , etc. presentibus septem testibus,etc.

Adoptio possessionis tituli Cardinalatus.

ILlustrissimus,et Reuerendissimus D.L. tituli S G.S R E. Presbyter Cardinalis S.cui prelibatusSanctissimusD.N.papa de titulo Ecclesiæ sanctæM. prouidit , ac ipsum eidem titulo , et ecclesiae praefecit , prout in litteris Apostolicis desuper sub plumbo expeditis,sub datum,etc. latius continetur,sponte,etc.dictas litteras Apostolicas palam , et publice coram quam pluribus personis ibidem in dicta ecclesia existentibus,et inpresentia etiam infrascriptorum RR.DD.Monachorum eiusdem ecclesię exhibuit,et presentauit illisq;per me infrascriptum notarium publice alta, et intelligibili voce coram infrascriptis testibus,et monachisperlectis, et ab ipsismonachis acceptatis,successiue idem Illustrissimus D. C. illarum vigore eiusdem ecclesiæ sanctæ M eiusq tituli,ac regiminis,et administrationis illius verā, realem,actualem,corporalem , et omnimodam possessionem apprehendit , et adeptus est , altare maius deosculando , missale aperiēdo,et sāctissimas orationes in eo existentes legendo, et deinde claudendo,aquam benedictam per ecclesiam dando,portam ecclesiæ,periendo,et claudendo, aspergendo, campanas pulsando,etper ecclesiam deambulando,ac alia quamplura signa faciendo,veram realem, & actualē possessionem huiusmodi denotantia,&demonstrantia,Quem Illustrissimum,& Reuerendissimum D.C.post adeptam possessionē huiusmodi N.prior dicti monasterii ac N.N.& N. dicti monasterii, & ordinis Car.Monaci, & professi ibidem presentes in verum,&legitimū eiusdem ecclesiæ titularem recognouerunt, sibiq. debitos reuerentiā,&,honorem exibere promiserūt & ita tacto pectore more religiosorum iurarunt,& super quibus,&c.

Inspectio loci differentia.

MAgnificus D.F.R.P.D.N. Cameræ Apostolicæ Clerici,& in causa huiusmodi inter partes infrascriptas iudices in vim decreti in Camera Apostolica facti specialiter deputati, Auditor inhærendo decreto vigore citationis ad instan.M. & V. coniugum contra A. & alios ad viden.inter cetera deputari diem, & horā, pro inspectione loci differentiæ, die, &c. per 3.Cursorem executæ , & in actis reproductæ,sub die,&c.per ipsum D.Auditorem desuper facto , & in pede citationis, annotato. Volens equitatem egis , & terminos iuris seruare , vt causa prefata quo celerius fieri poteft,expediatur,et terminetur , à palatio solitæ residentiæ dicti R.P.D.N.circa horam N.vna cum dicto M.principali,ac D.A.exaduerso principali partibus ex altera,vna mecum notario recessit,& ad locum differentiæ, videlicet ad domum habitationis dicti M. sit,&c cui ab vno,&c.se contulit,&quam primum ibi deuenit,eandem domum intrauit,locumq;differentiæ,tam per partes posteriores,quam anteriores , iura adiacentia, membra, & pertinen. ipsius , adhærentias,& cohærentias domus dicti A. & alias domus dicti M. diligenter inspexit,singulos quoscumque,& muros,ij [illegible] rumq,coherentiasmature cōsiderauit informationes ambarum partiū ibi presentium,effisten.audiuit aliosq;actus , & inspectione, ac considerationes fecit , ani-

mi

mi sui informatione necessarias,& opportunas,afferēs ob in spectionē,ac visionem &[re]uisionem huiusmodi,pro iustitia differentiam huiusmodi decisurum,&terminaturum non solum præmisso, sed omni alio meliori modo,&c.Super quibus,&c,

Iuramentum Commissarij.

N. Commissariusper litteras patentes Camerales, per acta mei, &c. sub die,&c expeditis, deputatus ad exigendum pretium armorum,& hastarum,&c sponte,&c.promisit dictum officium Cōmissarius recte,& fideliter gerere, rationes tempore debito rite reddere, reliquum restituere, libros rationum legitime transcribere,ac illos tempore debito, etiam iniustos in Camera Apostolica exhibere, ac omnia alia facere,quæ ad officium fidelis, & probi Commissarii spectant, & pertinent. Et pro eo, &c. Pro quibus,&c.

Promissio metendi granum.

A Sponte, &c promisit B. congruis temporibus,ac die,&nō nocte metere totum granum quod dictus B habet in,&c & meti facere cum hominibus necessariis siccum,&nō madidum,& spicas bene colligere,ac gregnas bene ligare, & ammuchiare pro salario mercede,& pretio,&c libere, &c. alias in euentum contrarii, aut defectus in præmissis ipsius A. ex nunc,prout ex tunc præfatus A. dedit eidem B.licentiam,&omnimodam potestatem eius propria auctoritate, ac absq. alicuius iudicis, &c. etiam ipso A. inscio dictum granum ab aliis meti,& vt supra ligari,& ammucchiari faciend a quibuscunque personis,omnibus, &c. ipsius A. sumptibus,&c. super pretium præfatum, de quibus,&c. pro quibus,&c.

Promissio seccandi fœnum.

A Promisit B. tempore bono, & non pluuio incipien die N: cum pluribus, & paucioribus falciatoribus, prout d A. videbit, falciari facere necnon siccatore, & herba non madida forcinare, & forcinari facere totas herbas,& fœnum existen, de præsenti anno in tali loco quod dictus B. habet, vt asseruit in locationem,illasque,& illud tempore cōgruo ammucchiare,& admuchiari facere in muchiis salmarum fœni sex,& mercede baioch.N.pro vt idem B.soluere, &c. promisit, cum primū ille dictum fœnum in loco præfato ammuchiauerit, & interim ad omne ipsius B. beneplacitum hic Romæ libere,&c alias,&c.de quibus,&c. Et vlterius dictæ partes conuenerunt per pactum,&c. quod cessante dicto A. in præmissis,aut eorū aliquo possit idem B. premissa,& aliorū quælibet facere,& facere fieri per aliā quamuis personā,& personas,& pro pretio, & mercede reperibili omnibus dicti A. damnis, &c. de quibus,&c.qui sic actū,&c. Pro quibus, &c

Concessio, seu licentia fabricandi super solo.

A Concessit B.præsenti,&c. ac tradidit licentiam, & facultatem fabricandi,& seu fabricari faciendi in terreno posito,&c.spectan.&pertinen.ad dictum A.vnum murum altitudinis cannarum N. &c quam licentiam fabricandi idem A.impartitus fuit,& concessit amicabiliter & gratiose,absq eo quod dictus B. ob causam huiusmodi teneatur ad solutionē aliquarum pecuniarum, seu præstation. alicuius canonis, vel responsionis, quia sic sibi A ad facien.dicto B rem gratam, & illi complacendi facere placuit, Cum hoc quod non possit idē B. plus mensuræ præfatæ,nec minus aliquam domum,sub pretextu dicti muri fabricare,seu fabricari facere,alias liceat dicto A id quod plus fabricabitur destruere, seu destrui facere auctoritate propria Et qui B. acceptata huiusmodi concessione sponte, &c. recognouit dictum A.in dominum, & patronum, ac proprietarium supradicti terreni, & de præmissis quantum fieri potuit gratias egit dicto A. præsenti,&c & in præmissis non contrauenire promisit, Quæ omnia,&c.dictæ partes attendere promiserunt,alias,&c. de quibus,&c. Pro quibus,&c.

Nominatio in Emphyteosi.

N. Qui per cessionem sibi factam p e A. habuit in locationem à Capitulo conuentus N. ad tertiam generationem,seu nominationem ab ipso inchoandam,

dam, vnam dicti conuentus, seu monasterii domum, sitam, &c. iuxta, &c. vel si qui, &c. sub proprietate dicti monasterii, & cum solutione canonis annui scut. N soluen de semestri in semestre anticipate, & cum certis aliis pactis, conditionibus, & clausulis, & promissionibus cõtentis in dicto instrumẽto locationis rogato &c. sub die, &c. sponte, &c. vigore facultatis nominandæ contentæ in dicto instrumento, nominauit, & nominat ad huiusmodi instrumentum locationis domus, & ad omnia, & singula in ea contenta D P, præsentem, &c. ponens, &c constituens, &c. Et hanc nominationem, &c fecit, &c ex eo quia ipsa P sub intrauit, & subintrat in locum præfati N. & propterea soluere promisit dicto capitulo, & conuentui N. annuatim dictum annuum canonem scutorum N. de semestri, & anticipate; ad implereque, & inuiolabiliter obseruare omnia alia, & singula per dictum N in huiusmodi instrumento locationis promissa in omnibus, & per omnia me notario, &c pro dicto capitulo, & illius fratribus absentibus stipulan. &c. Et quia præfato D. N. sic facere placuit, & facit. Promittens de dictis iuribus nihil fecisse in præiudicium præsentis instrumenti, & promisit dicta Præfatum N præsentem, &c. releuare indemnem, &c. ab omnibus, per eum promissis in huiusmodi instrumento locationis, & præmissa omnia in dicto instrumento locationis contenta tenere &c. sub pœnis, ac aliis in eodem instrumento contentis de quibus asseruit habuisse, & habuisse, & habere plenam notitiam, perfectam scientiam. Pro quibus, &c. obligauit, &c.

Cessio, & Translatio hypothecæ dotalis.

Coram, &c. D. L. vxor D. P. quæ dicto D. Iudici exposuit, & narrauit, quod alias de anno N. et mense N. dictus P. eius maritus 800 scuta, quæ ab ipsa in augumentum suæ dotis habuerat, conuerterat in emptionem vnius tertiæ partis vineæ sitæ, etc. iuxta, etc. vel alios, si qui etc. emptæ, ab N. ac T. illius vxore, et propterea volẽs idẽ P. ipsam cautelare dicta scut N ac donationem sua propter nuptias, assecurauit super dicta tertia parte vineæ, seu potius tota dicta vinea. Et quia propter multa debita, et infortunia quæ dictus P. suus maritus contraxit, et passus fuit, coactus fuit vna cum A. eius ex q. A sua prima vxore filio, vendere I. seu personæ ab eo nominan dictã vineam tamquam sibi P minus damnosam, cum propter suam impossibilitatem nõ potuisset, nec posset illam gubernare, et colere et breui tempore vinea ipsa ob non debitam, et necessariam culturam defecisset, prout iam in parte deficit, et de quosdie magis deficeret, et ipsa postea dictis suæ dotis augumento, et donatione propter, nuptias delusa, et frustrata remaneret, cui venditionis dictus P. ipsam L pro dicta dotis augumento, et donatione propter nuptias, ac quocumque alio iure, et interesse sibi quomodolibet competen et competituro consentire facere promisit, vt cõstat per instrumentum manu mei notarii rogatum sub die, etc. et volens eadẽ T stantibus periculis, et rationibus præfatis promissionem per dictum suum maritum facta adimplere, et cuilibet hypothecæ suæ super dicta tertia parte vineæ renunciare, attento maxime, quod dictus suus maritus aliam nouam hypotecã super quadam sua domo inspecie, super aliis quibuscumque suis bonis in genere pro securitate dicti sui augumenti dotis, & donationis propter nuptias, vt infra dicẽtur facere, et constituere vult, et intendit. Et cum ipsa sit mulier id facere nequeat, nisi cum interuentu, et consensu duorum eius gradu proximiorum, et nullos habeat in Vrbe, etc. Deputatio curatoris, et fideiussio in forma Actũ, etc. præsentibus, etc.

Successiue, etc. saluis tamen, et reseruatis ipsi L. respectu dictorum scut. 800. et donationis propter nuptias, et aliorum iurium dotalium hypotheca, et obligatione generali, super aliis quibuscumque bonis dicti p. in genere, et in specie tacite, vel expresse, aut alias quomodolibet sibi facta, præterquam supradicta vinea, cuius venditioni consentire vult, vt infra renunciauit: et supradictæ, et cuicumque alteri obligationi tam generali, quam speciali, tam ratione dicti sui augument. dotalis, et donationis propter nuptias quam cuiusuis alterius iuris sibi inde, et super dicta tertia parte vineæ seu potius tota vinea præfata quomodolibet competen-

peten et competiturę, et propterea venditioni, et alienationi dictæ vineæ vt supra in fauorem pręfati D. I. præsentis, etc. et personæ ab eo nominan. licet absentis, me notario, etc consensit, ac suum assensum, et consensum præstitit, quem nullo vnquã tempore reuocare promisit, sed illum, et venditionem præfatam, et omnia in ea contenta semper, et perpetuo habere, rata, etc. et contra non facere, etc. neque petere aduersus supra, et infrascripta aliquam restitutionem integrum principaliter, vel incidenter alias, etc. de quibus, etc. absque, etc. Hanc autem refutationem, et consensus huiusmodi præstationem fecit eadem L. cum presentia, consensu, verbo, et volũtate, auctoritateq. renuntiatione, & iuramento præfatis, eo quia personaliter constitutus p. suus maritus coram eodem d. iudice, & me notario, &c. sponte, &c. dictam hypothecam & obligationẽ tam generalem, quam specialem pro dictis scut N. augumenti dotalis, & donationis propter nuptias; & quocumque alio iure, & interesse prefatæ L. suæ vxoris præsentis transtulit, & imposuit in, de, & super quadam ipsius p. domo terrena, solarata, & tectata cum sala cameris, cantina, & discoperto, ac aliis sui iuribus, membris, & pertinen quibuscum. que sita, &c. iuxta, &c. super qua in specie, & in genere super omnibus aliis, & quibuscumque eius bonis tam mobilibus quam stabilibus, pręsentibus, & futuris dicta scut. N. ad donationem propter nuptias, & quodcumque aliud ius dictę suę vxoris obliganit, & hypothecauit in fauorem ipsius L. præsentis, &c ac ipsum L. super dicta domo, & bonis cautelauit, & assecurauit. Quam quidem cautelationem & assecurationem, tam dictus p. quam dictus N. frater, & proximior, & curator, vt supra deputatus respectiue, etiam eorum medio iuramento tactis &c. dixerunt, & affirmarunt esse bonam, & benefactum, ac dictam domũ in specie, & alia bona præfata in genere fuisse, & esse sufficientem, ad sufficientia ad supportan. obligationẽ, & hypothecam præfatam, & in euentum restitutionis augumenti dotalis huiusmodi, ac solutionis donationis propter nuptias idem p ex tunc dedit auctoritatem sibi L præsenti, &c. dictãdomum & bona propria auctoritate, intrandi, & possessionem capiendi, etiamabique vitio spolii, & attentatorum illamq. & illa pro consecutione dicti augumenti dotalis, & donationis propter nuptias pro concurrenti quantitate vendendi, & alienandi. Et donec, &c. & promisit vlterius dictam domum, & bona esse suam, & sua, & nulli alteri obligat, & hypothecat, nec vendit. & alienat seu quomodolibet pignorat. &c alias, &c. de euictione, &c ac de consensu pręstando litem suscipiendo, vna cum omnibus damnis, &c, de quibus &c absque, &c. Quæ omnia, &c. præfatæ partes cum præsentia, consensu, verbo, voluntate renunciatione, & iuramento pręfatis, respectiue promiserunt habere rata, &c & contra non facere, &c alias &c pro quibus, &c. obligatio, & decretum iudicis.

Liberatio à fideiussione.

M. Cui G. gessit societatem seu N. alias per N. seu sub illius, & aliorum obligatione facta, & peracta, &c seu &c. rogatam vna cum scutis N. pro residuo fructuum eiusdem societatis asserens considerare; quod licet obligari in dicta societate, omnes teneatur, & propterea sit magis sibi cautum, tamen sibi non expedire pro dicta summa contra omnes obligatos agere. Ideo ac aliis de causis animum suum mouen. tenore præsentium renunciauit, & renunciat dicto eius beneficio, ac dixit, & declarauit nolle habere dictum M. in dicta societate obligatum, et ne illum obligatum habeat eundem N. absentem me notario, &c liberauit, & liberat à dicta societate, & obligatione, ac omnibus, &c. in ea contentis, ita quod dictæ societatis occasione ab ipso M. aut quibusuis aliis nullo modo in iudicio, nec extra molestari possit. Et hoc saluis tamen, & reseruatis sibi iuribus, & actionibus, quæ; & quas propterea habet cõtra alios in dicta societate obligatos, quibus voluit posse vti ad omne eius beneplacitum in iudicio, & extraquibus nullatenus præiudicatum, neque derogatum fuisse neque, esse censeatur: de quo protestatus fuit, & protestatur expresse omni meliori modo etc Quæ omnia, etc. alias, etc. de quibus, etc. pro quibus, etc.

Declaratio super emptione domus.

CVm sit prout asseritur, quod die, &c. A tamquam procurator B. & eo nomine, ac pro ipso B. emerit P. & Q aedificium, ac domum muratam, cum iuribus, &c. situm, & c. iuxta, &c. pro pretio scut. N prout in instrumento, &c rogato plenius contineri dicitur, idque fuerit, & sic preter, & contra opinionem, & voluntatem dicti B & aedificium, ac domum prefatam idem B. nullo modo habere intendat. Hinc est, quod in mei, &c. declarando in primis, & ante omnia emptionem prefatae domus fuisset, & esse factã cõtra eius mentem, absque vllo eius mandato. Et propterea nullo modo eam ratificando, nec approbando, sed impugnatiue tantũ, & quatenus sibi aliquod iusquaesitum esset, quod non credit, stantibus praemissis, citra innouationem aliquam, & quatenus opus sit, & nõ alias, aliter nec alio modo, de quo protestatus fuit expresse, fecit cõstituit, &c. suum procuratorem, &c eundẽ A absentem, & ad ipsius, &c. domum praefatam, cum omnibus eius iuribus, & pertinen vniuersis eisdem P. & Q retrocedendum, & retrouenden & in modum retrouenditionis, & retrocessionis dandũ &c. ac ipsum constituentem, abemptione huiusmodi, & omnibus in dicto instrumẽto contentis ita ac si de illa, & illis nullũ verbum factum fuisset eximen & liberandum ac pecunias, si quas nomine ipsius constituentis in emptione domus prefatę dictus A. exposuerit ab eisdem P. & Q. vel aliis quibusuis personis petendum, exigendum, &c ac habuisse, &c. cõfitendũ deq. exactis, &c. ac quietantias, &c. concedendum. Et generaliter, &c. Promittens, &c. Releuans, &c. Super quibus, &c.

Additio clausularum in instrumento omissarum.

CVm fuerit, & sit; prout in infrascriptae partes asseruerunt, quod alias sub die, &c N. & N. Appaltatores generales gabbellae pro qualibet libra carnis cesserint D. L. & nominan. ab eo dictam gabellam prouinciae M prout in instrumento, &c ad quod, &c Et licet dicti Appaltatores dederint facultatẽ apponen clausulas generales, tum in eodem instrumento nõ fuerint appositae clausulae ad habendum, &c. Promittens, &c. constituens, &c. Et volentes modo dicti Appaltatores D. L & nominan ac eo, vt supra, vt equũ est attendere, & clausulas prefatas apponi facere. Hinc est, quod anno, &c. in mei, &c. A agens, & eo nomine dictorum appaltatorum pro quibus de rato, &c. circa innouationem aliquam, & sine praeiudicio quorumcumque iurium suorum principalium, sed confirmando, & validando primum instrumento denuo dicto L presenti, &c. & pro se, & ab eo nominan. stipulan &c. cessit, &c. dictam gabellam dictorum locorum pro pretio ac cum pactis, modis, formis, & conditionibus in supradicto instrumento expressis ad habendum, &c. ponens, &c. Constituens &c idem A. dictis nominibus D. L. & nominan. ab eo procuratores suos etiam medio iuramento tactis, &c; irreuocabiles, vt in rem suã propriã ad suo proprio nomine dictam gabellam, & omnia illius iura à tempore dictę cessionis, & ea durante à quibusuis petendum, exigendum &c. ac habuisse, &c. confitendum, deq; exactis, &c quietandum, etc. & quietantias, &c dandum, &c & quoscumque debitores, &c. cogendum, &c cum clausulis solitis, ad lites potestate substituendi, & aliis facultatibus opportunis. Et insuper ratificauit quatenus opus sit omnia, & quaecumq per dictũ D. L. & eius agentes seu ab eo nominatos vsq; in praesentem diem circa dictam gabellã, et illius regimen & exactionem quomodolibet gestę volens ea valere tamquã si supradictae clausulae in eodem primo instrumento, prout dicti sui principales contentabuntur appositae fuissent, et vltimo promisit duran. tẽpore dictę cessionis manutenere, &c. eundem L & ab eo nominatos in possessione, &c: dictae gabellae, & eius exactione. Quibus stantibus id L. denuo promisit obseruare omnia contenta in supradicto instrumento, ac de nouo facere accedere P. quem releuauit, &c. Pro quibus, &c.

Deputatio administratoris appaltus.

AB. et C. omnes appaltatores de praesenti in Vrbe existentes notariatuum ciuilium, et criminalium, non venditorum curialium nuncupatorum, et dãnorũ datorũ totius status ecclesiastici

ex

ex tenore appaltus dictorum notariatuũ per R. Cameram Apostolicam in fauorem T & successiue per eum nominando rum fact. prout dixerunt apparere instrumenta,&c ad quę,&c. & eisdem nominibus,cupientes,vt negociũ appaltus huiusmodi,recto,& decēter,& cum ea,qua fieri diligētia potest,tractetur,&administretur & nisi super administratione huiusmodi per eos prouideatur, est dubium ne inter eos oriantur controuersiæ, causa præfatæ administrationis, & forsan lites, & quæstiones cum maximo eorum, & dicti appaltus damno,& detrimento,hisque omnibus,per ipsos consideratis,decreuerunt de comuni omnium consensu,vt asseruerunt,vt negociam huiusmodi appaltus,& administratio illius vni ex participātibus in dicto appaltu committatur,cum plena ampla, & omnimoda potestate, & auctoritate desuper necessaria,& requisita, & propterea rogauerunt debita cum instantia,ac requisiuerunt N hominem grauem & in negociis gerendis,& administrandis satis idoneum,expertum,&suffici en. vt velit ipsis appaltatoribus in hoc complacere,& onus huiusmodi acceptare ,in qua acceptatione oneris,& administrationis, & regiminis appaltus pręfati promptũ,&paratum, ad facien. ipsis rem gratam reperierint,propterea sponte, &c. constituerunt,&deputarunt &c. dictum N.ibidem præsentem, & ad faciendum eisdem rem. gratam,vt supra, onus huiusmodi ad eius beneplacitum,& liberum voluntatis,&nō alias,acceptantem,de cuius idoneitate,legalitate,qualitate personę multum,vt asseuerunt,confidunt solum, & insolidum ad eorum nomine,& pro eis dictũ appaltum notariatũ,& illius negocia,pro tempore occurrentia,regen.gubernandum,gerendum,tractandum,administrandum,in omnibus,&per omnia notariatum huiusmodi officia in totum , seu in parte cum illis honoribus,oneribus, gratiis , exemption.& immunitatibus,eisdem appaltatoribus per dictam R D.Apostolicam cōcessis, & traditis, & pro illo tempore pretio,& seu affictu annuo, pactisq.clausulis capitulis, conditionibus, promissionibus obligationibus desuper conueniendis, & concordandis, cui , seu quibus dicto N. videbitur , & placuerit , subappaltandum,sublocandum,dandum,& concedēdum,& quæuis instrumenta desuper necessaria, & requisita,cum illis promissionibus,& cautionibus , de quibus præfato N beneuisum fuerit facien.&illa per quo suis notario,rogari petendum . Item nomen totius dicti appaltus in litteris missiuis pro tempore scribi necessariis ponēdum, exponendum, ac representandum. Commissario , quoscumque desuper necessarios deputandum,cum facultatibus, & auctoritatibus similibus requisitis, & sibi beneuisis deputandum, & deputator. reuocandum, ac remouendum. Item quasuis literas patentes desuper expediri necessarias,subscribendum,& alia in præmissis, & negocio appaltus huismodi necessarias, & requisita,iuxta, et secundum formam , & tenorem capitulorum initorum inter dictos appaltatores,à quibus recedere non intendunt, nisi in supra expressis , & de quibus capitulis idem N. plenam notitiam habere dixit, faciendũ, & procurandum,in omnibus, et per omnia,cum plena,ampla, libera, et generali administratione , ac generalissimo mandato.Promittentes iisdem supranominati Appaltatores dictis nominibus , dictũ N. durante supradicto appaltu cũ D. R. C Apostolica facto, non ammouere,neq; ammoueri facere quouis prætextu,et causa. immo illum manutenere in officio guberni , et administrationis huiusmodi , eaque omnia , et singula per eum administranda,et gerenda, rata, grata habere, etc. partesq. promiserunt in administratione , et guberni o appaltus huiusmodi nullo modo se intromittere, cum totum negocium, et administratio, ac guberniũ illius in totum , et per totum eidem N. contulerint , neque sese ingerere , alias totum id,et quicquid per eos quouismodo in negocio gubernii, et administrationis huiusmodi actum, et gestum fuerit , irritum,et pro infecto habeatur,sitq nullius roboris , et momenti , ex pacto, etc. Et huiusmodi administrationem , et gubernium dicti appaltus voluerunt valere et tenere,ac si esset dictus D N constitutus,et factus procurator irreuocabilis etiã cum iuramento,vt in rem propriam , ad præmissa facien.Promittens,etc:alias,etc. pro quibus,etc.se obligarunt,etc.

Substitutio ad exercen.officium.

R. Qui die,etc.conduxit ab S. notario

curiali causarum ciuilium,criminalium, et damnorum datorum dictæ terræ N et illius Comitatus,districtus,et iurisdictionis officium notariatus præfatum et illius exercitium, et iura,et emolumenta quæcumque,prout in instrumento affictus huiusmodi ex actis mei, etc. rogato plenius continetur,sponte,etc substituit,etc.M,absente,etc.ad ipsius,etc. officium notariatus causarum ciuiliũ,criminalium,et dãnorum datorum dictæ terræ, sibi vt præmittitur locatum,et illius scripturas,et iura quæcumque in omnibus,et per omnia exercendum,regendum,gubernandum,et administrandum,ac omnia , et singula illius fructus, et emolumenta,tam ex causa illius exercitii,quam alias pro tempore debita percipiendum,exigendum,habendum,et recuperandum,ac habuisse,et recepisse confitendum,ac de habitis et confessis euictan.etc. Et quasuis lites, et causas occasionesdicti officii motas,et mouẽdas,actiue,et passiue contra quascumque personas,coram quibuscumque DD. iudicibus, et in quacumque instantia agẽdum,pertractandum,et prosequen. Et generaliter,etc.

Datio rerum ad venden.

M. Librarius sponte,etc.dedit,et in. mei,etc. ac testium infrascriptorum præsentia consignauit P. præsenti , etc libros,figuras,et alia bona inferius descripta , et vulgo dicitur in commissione et ad illos,et illa venden. pro pretio , et pretii ineorum margine descriptis,et annotatis,etnon minori Quoslibros,figuras et bona dictus P.ad se traxit, illaque bene,et diligenter custodire,et de illis,quæ vendent pretium ad rationem præfatam, quæ vendi non poterunt eademmet bona libros,et figuras dicto M,psæsenti,etc. restituere promisit ad omne illius beneplacitum,libere,etc.alias,etc. de quibus,etc; pro quibus,etc. dictus P.se,etc. ac bona , etc et in specie libros,figuras,et bona præfata,ita quod,etc nec e contra,dans potestatem,etc.donec, etc in forma Cameræ Apostolicæ,cum clausulis,etc. obligauit , &c

Locatio in Emphytheosim perpetuam pro Illustrissimis D.D.N.N.de M.

ILlustrissimis D.D.N,N. de M. germani fratres Domicelli Romani,ad quos vt asseruerunt. pleno iure dominii , vel quasi in communi, et pro indiuiso intereos ; spectat,et pertinet casale nuncupatum L positum inter , et extra portam sancti Pancratii,et portam portuensem iuxta sua notissima confinia semper,et quando cumque opus erit, exprimenda,et specificanda, sponte,etc. tam coniunctim,quã diuisim,et insolidum,ad aliasomei melio ri modo,etc. ex terreno dicti casalis nun cupati L.sic, vt supra , ad eos spectan. & pertinen locarunt, ac titulu simplicis ac perfectæ locationis in emphyteosim perpetuam dederunt,cesserunt, concesserunt et transtulerunt iure proprio,et in perpetuum,&c.

Magnifico Domino M. de N præsenti et acceptanti pro se, suisque hæredibus , et successoribus quibuscumque petias nouem terrem dicti casalis, vt supra positi , et confinati,iuxta mensurationem,vt dicitur factam per D. Franciscum Turrianum Agrimensorem ab ipsis partibus desuper electum,etc. et deputatum: quæ nouem petiæ terreni prędicti positæ sunt iuxtainfrascripta confinia,videlicet iuxta ab vno terreni,etc. D.N. ab alio casale , magnifici D.M et ab alio denique lateribus viã publicã tendentem versus ecclesiam sancti Pancratii saluis aliis, etc. si qui,&c. Ad habendum,&c.cum pactis tamen,et conditionibus infradicendis,et nõ alias,nec alio modo. Transferentes, etc. omnia iura, omnesque actiones, etc. ponentes etc. Constituentes,etc. Dantes licentiam,etc:et donec etc.constituerunt , &c

Hanc autem locationem, et cancessionẽ in emphytheosim perpetuam,omnia que,etc.fecerunt eidem magnifico D N. præsenti,etc. pro annuo canone , et responsione perpetua iuliorum 2s. pro singula petia terreni prędicti , et sic in totum pro annuo canone,et respõsione perpetua scutorum decem,et octo monetæ , iuliorum decem pro scuto, soluendorum prout dictus D.N.conductor soluere, ac realiter,et cum effectu exbursare promisit eisdem Illustrissimis D. D. Locatoribus præsentibus,etc. in terminis, et temporibus,modoq.forma,ac cumpactis,clausulis

lis capitulis conditionibus, et promissionibus inter ipsas partes desuper confectis et celebratis, ac legitima stipulatione interueniente vallatis, et firmatis, de quibus in soli s tenoris etc.

Promittentes prefati Illustrissimi D. locatores, dictum terrenum per eos sic vt super locatum ad ipsos, vt supra pleno iure dominii spectare, et pertinere, et nullo alteri personæ, etc. fuisse, nec esse vendirũ datum, donatum, locatum, permutatum, distractum, aut quouis modo in toto, vel parte alienatum, alienationis vocabulo la tissime sumpto, et esse liberum immune, et exemptum ab omni, et quocumq. alio censu, canone responsione, caducitate deuolutione, seruitute, et fideicommisso purificato, vel purificando, et alia quocũ. que onere quomodolibet impedientibus huiusmodi locationem, et concessionem quas promiserunt insolidum semper, et perpetua fore bonas, et validas beneque valide, et legitime factas, et in eas ta.n. quam tales facere consentire omnes per. sonas, etc. in, et super terreno predicto ius habentes, vel habere quomodolibet appa rentes, seu pretendentes, etiam ad omnẽ simplicem, et extraiudicialem requisitio nem, aut interpellationem quouis modo faciendas, ex parte cõductoris, vel suorũ heredum, etc. quas promiserunt insolidũ semper, et perpetuo conseruare in pacifi. ca, et quieta possessione predicti terreni, ac defendere, et liberare ab omni lite, molestia, et molestante persona. Immo promiserunt amplius dicti Illustrissimi DD. locatores, omnem litem, controuersiã, et molestiam, si quæ forsan super dicto terreno moueantur in quouis iudicio petito rio et possessorio insolidum, et in quauis instantia, et parte iudicii in seipsos susci. pere, et susceptas prosequi mediare termi nare pariter, et finire omnibus eorum sũptibus, et expensis, ac procuratoribus, et aduocatis, etiam absque cura, interuentu, et opera dicti conductoris, eiusq. hæredum, etc. quos promiserunt insolidum semper, et perpetuo conseruare in pacifica, et quiete possessione dicti terreni loca ti, at defendere, et liberare ab omni lite, molestia, et molestante persona, vt supra, alias in omnes, et singulos casus, et euentus premissis, vel alicui premissorum con trarios, siue inualiditatis, vel rescissionis presentis contractus ex quouis capite omni, et quacumque dicti terreni locati euictione generali, et particulari in forma iuris valida, et in Vrbe consueta, siue in proprietate, nunc possessione sequatur e. uictio, ac etiam ad omnia damna insolidũ teneri voluerunt ad fauorem dicti conductoris presentis, etc. alteriusq; dicti DD. lo. catores confessi fuerunt habuisse, et recepisse ab eodem D N. conductore presente, etc. scuta N. vt dicitur per bona entratura, de qu bus, etc. existente, etc. spei, etc. renunciarunt, quietarunt, etc per pactum etc. Quæ omnia, etc alias, etc. pro quibus omnibus, etc. obseruandis, et dicti Illustrissimi DD. locatores, et conductor sese ipsos, etc,

Adeptio possessionis in vim mandati.

IN mei, etc. constitutus Scipio, etc. vnus ex subexecutoribus Illustrissimi, et Reuerẽdissimi domini Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generalis Auditoris, habens, et tenens suis in manibus quoddam mandatum executiuum per acta mei, etc relaxatum, et expeditum, tenoris huiusmo di videlicet.

De mandato Illustrissimi, et Reuerendissimi domini Auditoris Cameræ, siue eius R. P. D. in ciuilibus causis, Locumtenẽti, et ad instantiã D. Annibalis N credi. toris D. Bartholomę, etc, in scutis, etc de bit. ob non releuationem indemnitatis eiusdem a quadam fideiussione per ipsum prefato Bartholomæo per solutione annui census scutorum N. empti pretio, etc. et aqua quidem obligatione, tam pro solutione fructum, quam sortis principalis ipse D. Bartholomeus ipsum Annibalem releuare promisit, attento quod dictus instãs fuit molestatus pro sortis prin cipalis restitutione, eo quod domus super qua est impositus dictus cẽsus fuit euicta Tenore presentium mandatur tibi execu tori nostræ Curiæ, ad quem spectat, quate nus statim visis, et receptis presentibus, sub mandati executiui, et iuris subsidium excommunicationis, aliisq; etc. et 500 ducat. etc. pœnis debeat ipsum instan in cor poralem, realem, et actualem possessionem domus dicti Bartolomæi, sitæ in regione Pontis, in loco, etc. iuxta, etc. in qua moratur D. N. saluis aliis verioribus confinibus, ad effectum percipiendi pensiones dicte domus, donec, et quousque ipsi instãti

 de

de dicto suo credito fuerit satisfactū, immittere, & imponere, ac immissum, & impositum manutenere, protegere, & defendere, attento quod citato dicto Bartholomeo seruatis seruandis D. præsens mandatum decreuit, & relaxau t hodie, &c spō te, &c vigore præinserti mandati, ac eidē in omnibus, & per omnia parendo dictūq; mandatum, & omnia, & singula in eo cōtenta, debite ac totali executioni demandare volens, eundem D. Annibalem præsentem &c in corporalem, realē, & actualem possessionē dictę domus, vbi supra sitæ & cōfinatæ saluis &c, ac eisdem domus pertinentiarum, membrorum, & iurium quorumcumque immisit, & imposuit, ac immissum, & impositum esse, & censeri voluit, iuxta, & secundum præinserti mandati, vim, formam continentiam, & tenorem ipsumque sic immissum, & impositū manutenere, & defendere promisit. Et dictus D. Annibal realē, corporalem, & actualē possessionem dictæ domus, & pertinentiarum eius accepit portas aperiēdo cum fenestris, easq; claudendo, & per eandem domum deambulando, aliosque plures actus veram, realem, corporalem, & actualem possessionem denotantes peragendo, & faciendo. Protestans desuper expresse omni meliori modo, quo potuit, & debuit, quod per suum exinde recessum non intēdit, neque vult per possessionem eum supra captam aliquo modo relaxare, sed illam saltem animo retinere velle, & continuare vsque in integram crediti ipsius solutionem, & satisfactionem, etiam iuxta dicti mandati vim, formam, continentiā, & tenorem. Super quibus, &c. Actum Romæ in dicta domo, &c.

Declaratio emptionis officij.

A Literarum Apostolicarum minoris gratiæ scriptor sponte, &c. dixit, & declarauit D. N. de ipsius N. propriis pecuniis nuper emisse officium scriptoria litterarum Apostolicarum minori gratiæ in personam ipsius A. & exposuisse scuta 1625. auri in dicti officii emptione & illius expeditione, & admissione, & propterea fecit, constituit, &c eius procuratorem, &c. dictum N. presentem, &c. etiam medio iuramento tactis, &c. irreuocabilem, prout in rem suam propriam, ad ipsius D. constituentis, et suo proprio nomine omnes, & singulos dicti sui officii fructus, &c. decursos, & in futurum quomodolibet decurrendos, à quibusuis petē dum exigendum, &c ac habuisse, etc. cōfitendū, deq exactis, etc ac habuisse, &c cōfessis quoscumque quietandū, &c & quascumque quietantias &c, dictūq; officium etiam ipso A. in R Cur. existente, & contradicente, personæ, & pro pretio ipsi procuratori suobeneuisis, vendendum, cedendum, et resignandum, et illius pretiū petendū, exigendum, etc ab habuisse, etc. confitendum, et de eo quietandū, et ad suæ libitū voluntatis disponendum. Etsi necesse fuerit cum clausula ad lites, etc. et generaliter, etc. Promittens dicti officii fructus nō exigere, nec dictum officium cedere, vendere, aut resignare, nisi cum expresso ipsius N. consensu, licentia, voluntate, et mandato; et promisit etiam, et tactis iurauit, dictum eius procuratorem nō reuocare, nec ei sub quouis pretextu se opponere, sed prefata, ac omnia, etc per dictum eius procuratorem peragenda, perpetuo rata, et habere, etc. et premissis nullo tempore contrafacere, etc. aliqua ratione, etc. alias etc. de quibus, etc. pro quibus, etc.

Erectio Cappellaniæ, & concessio illius in ius patronatus cum constitutione dotis.

R Euerendi fratres N. N. N. N. ordinis, etc. in ecclesia N commorantes, et altissimo famulantes, et ad infrascripta peragendum vocem in capitulo habentes, capitulariter conuocati, et congregati in sacristia eiusdem ecclesiæ tam quam loco eorum solito capitulariter, in quo pro illius negociis quando emergūt congregare solent ad sonum campanellæ (vt moris est) asserentes se esse maiorem et saniorem partem fratrum in ipsa ecclesia degentium, et vltra duas tertias partes vocem in capitulo habentium, et propterea eorum monasterium constituere, facere, et reputare, ex vna, et D. N. partibus ex altera. Qui desiderans (vt asseruit deuotionis accensus) cappellam in dicta eorum ecclesia, in qua cum Deo placuerit intendit suum constituere sepulchrum et ibi quod cadauer venturum diem iudicii expectare: et interim suffragia animæ suę, et suorum preteritorum procurare, ad laudem, et gloriam Sanctissimæ Trini-

altatis,et animę suę,et suorum salutem,et propterea obtulit ipsam cappellam dotare in summa scutorum N et illam super aliquo mōte nō vacabili prod dicto monasterio ponere,vt eorum fructus, redditus et prouentus ipsi fratres accipere possint in vsus, et vtilitatem dictæ eorum ecclesiæ,et ipsorum fratrū,et pro tempore successorū,cum onere tamē quod debeāt omnia,et singula infrascripta subire,et illa executioni demandare,per effectū vt in dicta cappella diuinus cultus exerceatur,et suffragia animæ suę,et suorum in ea celebrentur,et ne desuper ipsum monasteriū, et fratres illius qui hæc omnia exequi,et executioni demandare debent, dispendium aliquod patiātur,ad eadem concludendum,fratres ipsi(vt etiam assertū fuit) multoties inter sese colloquium fecerint, et in eorum aliis capitulis negocium huiusmodi tractauerint,visumq; fuerit omnibus feruori,et zelo deuotionis dicti N. satisfacere,et ei cōplacere Hinc propterea fuit,et est quod hodie in mei,etc presentia personaliter constituti prefati fratres sponte , etc. vnanimes , vna voce , et nemine discrepante,capitulariter congregati,vt supra,vnam dictæ eorum ecclesiæ cappellam de qua nulla est facta concessio,et manet ad eorum omnimodā dispositionem,vt dixerunt,quæ est sita in dicta ecclesia,et à parte sinistra altaris maioris sub inuocatione sancti N concesserunt,assignarunt, et tradiderunt , et iuspatronatus,et pro eo iure patronat.ex donatione eidem D N presenti, et acceptanti pro se et suis heredibus, et successoribus domus et familiæ suæ in perpetuum. Itaquod de cetero eo in antea vocetur ipsa cappella dicti D.N. et successiue domus , et familiæ suæ,vt in ea dictus D. N. et post eum sui heredes,et successores ex domo,et familia sua possint facere ea ornamenta , & structuram,prout ei,& eis pro tēpore bene videbitur,& placebit,ac commutare Imagines in ea existentes, & alias depingi facere,ac etiam illis , quæ insunt addere,vel diminuere pro suo,& illorum arbitrio,& sua insigna superponere ,ac manu tenere,& ipsam cappellam modo adaptare pro contento suo , & illorum sub expressa tamē declaratione,quod dictus N. & sui heredes,& successores domus,& familiæ suæ non possint deseruiri facere dictæ cappellæ per quoscunque alios præter ipsos fratres dicti Monasterii ordinarie , sed extraordinarie aliquando bene possint celebrari facere aliquas missas, summissa voce dicen & vt dicitur planas per aliquā personam,& alium Sacerdotem , qui etiā ei magis satisfaciat sumptibus tamen dicti D.N.& non dicti Monasterii,in tali casu, teneantur ipsi fratres pro celebratione huiusmodi accommodare libenter,& paramentis necessariis,& aliis requisitis pro celebratione missę in eadem etiam de ceris & torcia opportunis , & de super ipsi fratres non possint se opponere,& intellecto etiam,quod dictus D.N. & illi de familia sua iure , & titulo dicti iurispatronatus , non possint dictam capellam alicui facere doti,& cappellano concedere, nec in beneficiū erigere,sed semper manere debeat sub celebratione fratrum dicti Monasterii ordinarie,sed extraordinarie, vt supra dictum est tantum,absque aliqua donatione dotis præfatæ,& introitus dto dicto monasterio , & manutentione dictæ cappellæ pro celebratione cultus diuini in ea,& ex titulo concessionis huiusmodi, cesserunt, eidē D.N. omnia iura,eis super dicta cappella quomodo ibet competen adeoquod de illa nullo modo disponere possint, sed pertineat ad dictum D. N. & suos prefatos modo,& forma prefatis , & infrascriptis. Ponens, &c. dans licentiam , &c. & donec,&c Et hāc concessionē dictæ cappellę,dicti fratres fecerunt dicto N.ex eo quia nunc ipsam dotauit,& eam dotat,et dotatam esse voluit, et vult in summa, & quantitate scutorum , &c quæ assignare teneatur prout promisit super dicto mōte infra terminum, &c. ad vsum fructuum pro dicto monasterio modo,quo supradictum est libere, &c. alias, &c. super quibus,&c. firmo tamen manēte semper corpore , & capitali pro dote prefata adeo quod si forte contigerit , quod dictus mons redimeretur,seu extingueretur , & ipsis fratribus restituerentur dicta scuta &c.debeat emi de ei,alius introitus securus,& non vacabilis pariter pro dicta dote,& pro eisdem effectibus,& infradicendis, & non aliter , nec pro alio casu , nec alio modo ipsi fratres de ipso monte , & introitu disponere possint,& factam quoquo esse voluerunt contrahentes ipsi concessionem cappellæ prefatę mediante dicta donatione sub pactis,& conuentionibus infrascriptis videlicet.

Po-

Ponantur onera imponenda fructibus pro salute animæ, & deinde sequatur promittentes dicti fratres, &c reliqua in forma, &c.

Alia ordinatio Abbatis.

Reu. D. frater S cui nuper, seu alias de Abbatia sancti B &c. auctoritate Apostolica prouisum, illaque in Abbatem prefectus extitit; prout in literis Apostolicis, &c plenius continetur, cui etiam patri Abbati præfato, vt à quocumque maluerit Catholico Antistite, gratiam, & communionem Apostolicæ Sedis habente munus benedictionis recipere, libere valeat, eadem auctoritate dispensatum ac eidem Antistiti, vt dictum munus sibi impendere licite possit, eadem auctoritate concessum extitit facto exhibuit, & præsentauit R.P D.P. Episcopo S dictas literas Apostolicas in forma breuis ipsum requiren. vt ad illarum execut:onem in hac parte procedere, sibiq; munus benedictionis auctoritate Apostolica impartiri dignaretur. Qui R.P D P. & executor præfatus dictis literis Apostolicis in forma breuis reuerenter, vt decuit receptis, illisq; perlectis, attendens, &c ac illas debite executioni demandare volens eidem R fratri S presenti, instanti, et id flexis genibus petenti, inter missam, per ipsum D. Episcopum celebrari solita, eidem D. fratri S. Mitram in capite, anulum in digito immittendo, & baculum pastoralem in manibus dando ac aliis solemnitatibus in similibus iuxta ritum S. R. E. seruari solitis, seruatis dictam missam celebrando; ac recepto prius ab eodem fratre S. quod sedi Apostolicæ, & Roman pont. obediens erit, & fidelis, ac eius Nuncios, et Legatos benigne recipiet, ac eius præceptis, parebit, bonaq; dictæ abbatiæ non alienabit, sed illa pro posse manutenebit, et defendet & alias in similibus præstari) quod ad dilationem dicti R. P. D. S. Episcopi, & in eius manibus ad sancta Dei Euangelia præstitit) solito iuramento manus benedictionis impendit, & impartitus est omni meliori modo, etc Super quibus, &c

Sponsalia.

Cum sit, quod mediol. opera, & interpositione Illustrissimi D. N fuerit ad nonnullis diebus circa tractatum de contrahenda parentela inter N & B & tandem, Deo optimo annuente, conclusa, & firmata Hinc est, quod hac præsenti die N magnificus D Ioan. C. vt principalis & legitimus administrator suæ filię, promisit dicto magnifico D.A. vt auo paterno & legitimo administratori dicti D M O. sui nepotis dare dictam D. Iust. suam filiam in sponsam, & vxorem legitimã dicti M. & se facturum, & curaturum cum eadem, et cum effectu, quod dicta sua filia acceptabit dictum M in suum sponsum, et maritum, & contraheret cum eo, matrimonium per verba de presenti vis, volo, & anuli desponsationis receptionem & consumabit deinde matrimonium huiusmodi cum eadem iuxta ritum S. R. E et versa viceprefatus D. Bernardinus, vt auus paternus, et administrator legitimus dicti D. M sui nepotis promisit, quod dictus D M. suus nepos acceptabit, et acceptet dictam D. Iust C dicti Dom. Io. et D Atalantæ filiam, in suam sponsam, et vxorem legitimam, facereque et curare cum effectu cum eodem nepote suo, quod ipse nepos contrahat cum eadem D. Iust. matrimonium, etiam per verba de præsenti, vis volo, et anuli immissionem in signum huiusmodi matrimonii, illudq; deinceps consumabit, iuxta ritum prefatum S. R E. Et pro dote, et dotis nomine dictæ D Iust. et dictus D Io habita etiam consideratione donationis per dictum D. Bernardin dicto D Mario paulo ante pręsentium stipulationem, iuxta tractatum inter eos habitum, et factę, vt in precedenti instrumento continetur dictũ D. B. pro dote promisit, et conuenit dicto suo nepoti iuxta declarationem desuper, vt dixerunt factam per dictum B. scut. 6600. de iul. io. pro quolibet scuto saluo de super, et reseruato beneplacito Sanctissimi D. N Papę quatenus opus sit, hoc modo videlicet scuta bis mille ducenta subito post stipulationem presentis contractus; et de residuo dictæ dotis medietatẽ quãdo dictus D. Marius celebrabit nuptias, et traducet dictam D. Iust vt sponsam, et vxorem suam in domum suam, quam cõuentum est inter partes prefatas, quod teneatur ducere intra biennium proximũ idest in fine biennii, et non ante, nisi aliter dictis partibus videatur seu si ipsi d. to videbitur, pro eodem D M. dictam ma-

medietatem inuestire, prout dictis D. Bernardino, ac Ill. D. Iulio, ac præfato D. Io. videbitur expedire pro dicto D. Mar. vt exinde dictus D. Mar possit aliquos fructus, & redditus competentes percipere, & magis honorifice onus matrimonii supportare. Ita tamen quod de sorte principali nullatenus idē D. Bernardinus nec D. Marius possint disponere, nec a dicto inuestimento recedere. Et reliquam medietatem soluere promisit idem D. Io: in termino vnius anni cum dimidio ex tunc a die consumat. matrimonii, praefati, & traductionis dictæ D. Iust. ad domum mariti computan. libere, etc. alias &c. Quod residuum, etiam, vt supra soluen debeat inuestiri eodem modo in omnibus, et per omnia, vt dictum est de altera medietate. Quam quidem dotem, vna cum donatione propter nuptias, quæ locū habere debeat inter dictos coniuges iuxta formam statutorum, et nouarū reformationum Vrbis, ex nunc pro dum, et quando soluta, et satisfacta fuerit, dictus D Bernardino nomine suo, et dicti sui nepotis, pro quo quatenus opus sit, de rato promisit, assecurauit, et assecurat soldauit, et soldat, obligauit, et obligat in genere, et in specie, prout, et secundum quantitatem, quæ soluta erit in, et super omnibus et bonis, et rebus suis, dicti sui nepotis etiam illis, quæ paulo ante celebrationem præsentis contractus, ipse d. Bernardinus dicto d Mar. donauit, et signanter super domo noua suæ nunc solitę habitationis ipsius d. Bernardini, et nepotis, cum clausula precarii, et constituti nullo vnquam tempore terminandi. in ampliori forma. Et dictam dotem, cum donatione propter nuptias promisit dictis nominibus restituere cui, et quibus de iure, in omnes, et singulos casus, et euentus, quibus restituenda venerit de iure, vel consuetudine, seu iuxta formam statutorum, nouarum reformationum præfatarum constante, vel dissoluto matrimonio, dicto D. Io. praesente, vna mecum notario stipulan. pro se, et dicta sua filia, et aliis quorum interest, et intererit aut interesse poterit. quomodolibet in futurum, expresse est conuentum inter dictos contrahentes, quod in defectum restitutionis huiusmodi dotis, et donationis, in casibus præfatis, vel eorum quolibet, idem D. Io. et alia respectiue, et successores eorūm, etiam respectiue pro effectu huiusmodi restitutionis, satisfactionis propria eorū auctoritate, et absq. decreto, et licentia alicuius Iudicis, vel curiæ, sineque vllo vitio spolii, et attentatorum, et absque etiam præiudicio alicuius ipsorum iurium possint, et quilibet eorum possit, et valeat se inuestiri etiam vi, si resisteretur, in, et super quibuscumque bonis, et rebus dictorū dd. Bernardini, et Marii dicto d. Io. et filiæ, vel eorum successoribus respectiue beneuisis, et præsertim dicta domo noua, pertinen. suis, et eam, et ea pro satisfactione præfata, si vis videbitur, et pro quanto importabit summa, et quantitas ipsius dotis restituendæ, et donationes consequendæ, pro se retinere, vel iure pignoris, et hypothecæ, cum facultate etiam locandi, et dislocandi, arbitrio etiam eorum, et fructus etiam, pensionesque percipien. donec, et quousq. ipsis dotis restitutio, et donationis satisfactio. cum suis interusuriis, seu fructibus iuxta formam staturorū, seu nouarum reformationum præfatarum Integre factæ fuerunt, et pariter vendendi pro pretio reperibili pro effectu etiam ante dicto. Adeo quod in eis interim dicti Bernardinus, et Marius nullo pacto se intromittere, nec contrauenire possint, Quinimo præfata omnia, et singula fiant, et fieri possint pro obseruatione præmissorū Et electa vna via per dictum D. Io. et filiam pro consecutione dictæ dotis, et donationis in euentum iam dictum, altera non sit præclusa, sed liceat eis desuper variare, realiter, et personaliter, generaliter, et particulariter arbitrio eorum toties, quoties advsque ad integram eorū satisfactionem. Promittens etiam dictus D. Bernardinus, quod obligatio, et assecuratio sodatio, et hypothecā in, et super dictis bonis, et in specie dicta domo, sunt et erunt bonæ, beneque factæ, et nihil de eisdem bonis, ac domo fuit, nec est factum, neque fiet in præiudicium præmissorum, alias pro euentibus, et casibus restitutionis dotis, et præstationis dictæ donationis, teneri vult, ipse dictusque suus nepos, et successiue hæredes, et successores eorum de euictione generali, et particulari dictorum bonorum, et domus pro quanto importabit restitutio, et satisfactio prædictę in forma Iuris valida, et in Vrbe etiam consueta, necnon ad omnia

nia damna, etc. Promisitque etiam desuper, de consensu præstan lite suscipien. et prosequen. et finien. in ampliori forma et tam in petitorio, quam in possessorio; Et vt in, et super dicta euictione, sit dicto D. Io. et filiæ, et successoribus eorum respictiue magis cautum, et securum idē D. Bernardinus dictis nominibus promisit dicto D. Io. et filiæ dare cautiones idoneas hic in Vrbe, principaliter, et insolidum obligatas, ad contentum dicti D. Io. & tempore solutionis dictorum duorum millium, & ducentorum scutorum, seu saltem tunc pro dictis scutis 2. m. & donatione propter nuptias respectu eorum. Et successiue pro restantibus: & donatione respectiue tempore solutionis illorum, si non reinuestirentur, & quia res reinuestita erit fundus dotalis, conuentum est, quod idem D. Bernardinus non teneatur dare dictas cautiones. Et vltra dictam dotem, dictus D. Io. promisit dare dictæ suæ filiæ acconcium, in tot pannis lineis quantitatis, & qualitatis, prout, & sicut arbitrabitur per præfatum. Ill D. Iulium, & D Atalantem matrem dictæ D. Iust. tempore nuptiarum. Expresse quoque acto, & conuento inter dictas partes contrahen quod præmoriens dicta d. Iust, dicto M. super lucretur donationē propter nuptias, iusta formam statutorū Vrbis, & nouarum reformationum eiusdē, adequalitatem dictæ dotis tunc solutæ, vel pignori datæ ad proprietatem, vel vsufructum iuxta dispositionem eorundē statue. Quæ omnia, &c. sub pœna dupl. dictæ dotis, applican. pro medietate parti obseruan. & pro altera Cameræ Apostolicæ loco damnorum, &c. ita ex nunc, &c; taxatū inter eos pro quibus, &c.

Consensus in cessionem rei locatæ ad tertiam generationem.

IN mei, &c. constitutæ ad crates ferreas infrascripti monasterii, videlicet R. D. M. Abbatissa d C. Priorissa N. N. N. & N omnes moniales monasterii sanctæ Ciciliæ almæ Vrbis regionis Transtyberim ordinis humiliatorum, vocem in capitulo eiusdem monasterii habere, ac totū ipsum Capitulum sese facere, & repræsētare etiam medio iuramento tactis pectoribus, & c asserentes, & affirmantes, ad sonum campanellæ, vt moris est in loco earum capitulari solito, & consueto, vbi pro rebus, & negociis dicti conuentus pertractandis, & peragendis congregari, & coadunari solent, ad effectum infrascriptum specialiter (vt asseruerunt) congregatae & coadunatæ, exposuerunt, se alias die 19. Nouembris 1562. ad dicti earum monasterii causam, & conditionem meliorē faciendam, & ex certis aliis rationabilibus caussis, & necessitatibus, tunc expressis locasse, & concessisse A. ad tertiam generationem masculinam legitimam, & naturalem tantum eiusdem B. ab ipso B. incipien. & in defectum generationis, ad duas nominationes, videlicet, quod alter eorundem fratrum, qui superesset, vnum alium masculum, loco secundæ generationis, nominare posset. Et similiter ab eo nominatus posset alium masculū, pro tertia generatione nominare casale, seu tenutam vulgo nuncupatam la Magliana positam in territorio Vrbis iuxta sua notissima latera, cum omnibus, & singulis suis membris, ædificiis, terris aratiuis, vineatis, pratiuis, siluestribus, ac omnibus suis introitibus, exitibus, riuis, seu fossatis, aquæ ductibus, ac aliis iuribus, & actionibus quibuscumque pro annuo canone in totum scut 800. de iulis 10 pro quolibet scuto, in certis terminis, & solutionibus soluendorum, ac etiam mediātibus solutione scut. 300. pro laudemio ipsi tūc solutorum, ac promissione per dictos Illustrissimus dd fratres tunc facta, de erogando scuta bis mille in melioramētis in dicto casali, seu tenuta faciendis, necnon cum certis aliis pactis, clausulis, & conuentionibus, de quibus, & prout latius in publico instrumento desuper dicto die per DD. A. & C. notarios, &c. recepto contineri dixerunt. Quodque locatione, & concessione præfata secuta, præfatus B dicti casalis, seu tenutæ possessionem, vigore locationis, & concessionis huiusmodi assecutus fuerit; & in illo melioramenta, ad dictam summam scut. 2 m. ascēdentia facta fuerunt. Nuperque fuit ipsis monialibus pro parte dicti B. qui superstes est, & ad quem ius nominandi duas personas ad locationem, & concessionem præfatam nunc spectat, & pertinet, ac magnifici D. Io. expositum eundē B. velle præfatum casale, seu tenutam cum omnibus, & singulis melioramentis per dictum q. B. in eo factis, necnon omnia iura et sua

per

per illis competentia, vna cum iure nomi nandi duas personas præfatas ad locationem, et concessionem huiusmodi dicto C. & ipsum C. postea, et successiue siue forsan etiã continenti eidem C etiam titulo donationis inter viuos cedere, ac locationem, concessionem, et melioramenta, iuraque præfata vna cũ dicto iure nominandi, vitamque suam in vitam dicti C. et ipsum C. vitam suam in vitam dicti B. Vit. modo præfato transferre, ipseque Abbatissa, Priorissa, et Moniales fuerint illorum nomine requisitæ, huiusmodi cessionibus, et translationibus per dictum C. eidem B. et per ipsum C vt præfertur faciendis consentire contententur, et velint, quare per ipsas moniales mature cõsideratas, cognoscentes cessiones, et alia præfata non tendere in damnum, eum non fiat nisi mutatio personarum in vna in alteram, se potius commodum, et vtilitatem ipsarum Monialium. et earum monasterii, et conuentus, attenta etiam qualitate præfati, in cuius persona in esse, actu locatio debet poni, necnon solutione scut. 40. monetæ pro laudemio, siue eleemosyna dictis monialibus, et monasterio per prædictos B et C. ipsis Abbatissæ, et monialibus (vt ipse asseruerunt) tacta que ab eisdem per manus tamen H. pro curatoris babuisse, et recepisse confessæ fuerunt, de quibus, etc. et quitationi, etc. renunciarunt. Et eosdem S et C licet absentes, me notario, etc. quietarunt, etc. Decreuerunt dictis cessionibus, et traslationibus sic vt supra, faciendis cõsentire. Idcirco præuiis pluribus colloquiis, et tractatibus, tamque ipsa plures, tam inter ipsa moniales, quam cum sindicis et suprastantibus dicti monasterii discussa. Cum præsentia, auctoritate, consensu N. nob. Rom. eiusdem monasterii sindici, seu suprastantis vnanimiter nulla earum dissentiente, sponte, etc. non vi, dolo, etc. omnique meliori modo, quo potuerunt, et debuerunt cessioni dictæ locationis; et concessioni supradicti casalis, seu tenutæ Magliane, ac melioramentorũ per dictos C. seu quemuis alium in eodem casali, seu tenuta, et melioramentis competentium, et competitorum, necnon iuris, seu facultatis nominandis duas personas, ad concessionem, et locationem huiusmodi ipsi C. in supradicto locationis instrumẽto (vt est narratum) concessæ, ac etiam translationi locationis, concessionis melioramentorum, et iurium prædictorum, iurisque seu facultatis nominandi duas I. personas prædictas, videlicet vnum masculum, qui postea alium masculum nominare possit necnon vitæ eiusdem C. in vitam dicti I. itaquod D. Io: et successiue, vt in continenti ipse C in omnibus, et per omnia ponatur, et sit in loco, et iure in quibus nũc est, siue erat dictus C. ac locatio, et concessio huiusmodi ad vitam eiusdem I. et successiue, et incontinenti per illam cessionem, locationem, et concessionem, etiã vno, et eodemmet contextu faciendum, ad vitam eiusdem C. et vnius masculi per eundem C nominandi, ac alterius masculi ab eodem, vt præfertur nominandi nominatio facta sit, et duret facta esse, et durare censeatur per dictum C. in fauorem dicti I. et per ipsum I. successiue, et incontinenti in fauorem dicti C. cũ pactis clausulis, et conuentionibus in prænarrato instrumento locationis eidem C. factæ contentis, et expressis, vt præmittitur, successiue faciendis, ex nunc, prout ex tunc eum ambæ huiusmodi cessiones factæ fuerint eisdem ambabus cessionibus, et omnibus in eis contentis. Ita tamen quod quo ad ipsas moniales, et eorum monasterium nihil aliud censeatur esse immutatũ nisi quod persona dicti I. et successiue persona dicti C sit posita in loco, et iuribus dicti C. in omnibus, et per omnia pro ut tunc ipso B. existi. Et hoc tamen adiecto, quod idẽ C. possit post nominationẽ à se faciendam alium nominare, itaquod ipsa facultas nominandi non expiret per nominationem factam, et non effectuata, licet intimatam, sed possit toties quoties sibi libuerit variare. Cum hoc tamen, quodquoties nominauerit, huiusmodi nominatus ab eo perpublicum instrumentũ dictæ Abbatissæ, per mensem post intimare debeat, alias quod nominatio sit nulla et pro non facta habeatur, se nominatio facta et vt præfertur, intimata valeat, etsi plures ita factæ fuerint illa valeat, quæ vltimo loco erit intimata. Consenserunt earumq; consensum pariter, et assensum præstiterunt, et quatenus opus sit eisdem facultatem, et auctoritatem cessiones, et translationes prædictas faciendi, dederũt et concesserunt, ac etiam de nouo per præsentem actum eidẽ absenti me notario, etc. dictam tenutam, et casale cũ omnibus,

nibus,& singulis melioramentis præfatis, membris,iuribus, et pertinentiis quibuscumque,locarunt, ac in locationem dederunt,& concesserunt cum pactis tamē, & modis,quibus iam vt supradictum est, locauerunt dicto B.adeo quod dicta locatio teneat vitam dicti, et duorum aliorum,vt supra nominandorum. Cum pacto tamen expresso, quod infra quatuor dies proximos, dictus Card. Camer teneatur promittere,& se cum effectu obligare,quod statim finita locatione dicti casalis, per supradictum C. domino Paulo facta, dabit, et cum effectum præstabit cautionem banchariam,pro solutione affictus præfati, alias quod præsens consensus sit nullius, & pro non facta habeatur. Et pro maiori robore præmissorum,positis manibus ad pectora,more personarum religiosarum iurauit. Et quatenus super hoc sit necessarium beneplacitum,seu cōfirmatio Sanctæ Sedis Apostolicæ, etiam in illius impetratione, ex nunc consenserunt, & constituerunt procuratores suos prædictos,et absentes,tamquam, præsentes, et quemlibet ipsorum insolidum, ad illud, et illum, etiam cum suppletione defectuum, et aliis clausulis opportunis impetrandum, et obtinendum. Rogantes,etc. Acta fuernnt præmissa Romæ in Parlatorio supradicti monasterii ante dictas crates ferreas,et præsentibus, etc. testibus,etc.

Cessio generationis seu rei locatæ ad tertiam generationem.

CVm sit G.proc.Illustrissimi,et Reuerendissimi D.tit. sanctæ Praxedis S. R.E. presbyteri Cardinalis N. nuncupati,prout de mandato, etc. et eo nomine quo supra procuratorio asseruit,quod dicto Illustriss.et Reuerendissimo D. Cardinali B.principali suo,ac B.alias moniales monasterii Sanctæ Ceciliæ Vrbis regionis Transtyberinæ ordinis N. locauerint, et in emphyteosim concesserint ad vitam ipsorum Ill DD fratrum,et tertiam generationem dictorum B,masculinam legitimam,et naturalem tantum, ab ipso bo. me,Com.Fed.incipien.et in dictum generationis ad duas nominationes, videlicet, quod alter eorundem fratrum, qui superesset,vnum alium masculum loco secundæ generationis nominare posset; et similiter nominatus posset alium masculum pro tertia generatione nominare. Itaquodprima generatio intelligeretur,et esset in vita ipsorum Ill,DD. fratrum, secunda vero filiorum masculorum legitimorum,et naturalium djcti bo.me.C. et tertia nepotum pariter legitimorum,et naturalium masculorum, ex dictis filiis ipsius bo.me.C. descenden. et in defectū generationis,vt supra pro secunda generatione intelligeretur, et censeretur esse qui fuisset ab altero de præfatis Illustrissimis DD. fratribus superstite nominatus pro tertia vero generatione, qui à prædicto nominato similiter nominatus foret videlicet, casale, seu tenutam vulgariter dictam la M.fitam in districtu Vrbis, in partibus Transtyberinis, iuxta sua notissima latera,cū omnibus,et singulis suis membris,ędificiis,terris, aratibus, vineatis,pratinis,syluestribus, cū omnibus suis introitibus, exitibus, fossatis, aquæductibus, riuis, et aliis iuribus, et actionibus quibuscumq,pro annuo canone, post obitum bo mem.N.tunc in humanis agentis dicti casalis,et tenutæ eius vita durante, vsufructuarii,et sic vsufructu prædicto cū proprietate consolidicato,in totum scut. 800. monetæ soluendorum in tribus terminis, et solutionibus, videlicet tertiæ partis in festo,etc. et aliæ tertię partis in festo,etc. et sic quolibet anno dicta locatione,et concessione duran.et continuan. et etiam mediante donatione scut. 500. monetę dicti Monialibus pro laudemio, siue eleemosyna facta,aliisque diuersis pactis,conditionibus, promissionibus, obligationibus clausulis, et cautelis instrumento dictæ locationis,et cōcessionisper N.etc.confecto die, etc. latius descriptis, et expressis,ad quod,etc. Cumq,etiam,vt ipse C. præfati Cardinalis procuratur procuratorio nomine, quo supra asseruit quod vigore dictę locationis,et concessionis præfati casalis, et tenutæ ac iurium membrorum,et pertinen.prædictarum ipse Car.,veram, realem naturalem possessionem,vna cum dicto bo.me.C. fratre suo tunc viuente, adeptus fuerit illamque vsque ad præsens continuauerit prout etiam de præsenti continuat, et postea dicens N.vsufructuarius præfatus vitam cū morte commutauerit,et sic dictæ tenutę dominium,cum decreto consolidatum,et ad proprietatem reuersum fuerit, et per

noc-

consequens solutioni dicti canonis 800. scut: locus factus fuerit. Et similiter etiam dictus Bo. mem C. eiusdem Illustriss. D. Card Bor. germanus frater ab humanis decesserit nullis post se relictis filiis masculis legitimis,& naturalibuset ex eo per directam,et masculinam lineam descenden. sicque tenuta prædicta cum suis iuribus,et pertinētiis remanserit,prout hodie remanet, ad vitam ipsius Illustrissimi Card ad duas nominationes successiue vt supra facien.velitque modo ipse C. iura B super dicta tenuta,et casali,ac pertinen præfatis, vigore supradictæ locationis,& concessionis competen & quorum libet in futurum competitura, precibus, intuitu, & contemplatione magnifici D. Io Baptistæ nob. Mediolanen eius cōsanguinei,& quem fraterne diligit, ac ex aliis rationibus, & causis animum ipsius Card mouentibus,& ob amorem,ac dilectionem,quibus eundem Ioan B.consanguineum suum prosequitur,sibimet Io B. vna cum melioramentis per eum factis, quæ dicuntur esse infrascripta quæ continentur in foliis extimationum, mensurationum,relationumq. peritorum, mihi notario consignatis, quorum tenor talis est,videlicet A.di.&c.cedere,ac etiam titulo donationis irreuocabilis inter viuos transferre omnia iura, omnesq; actiones &c.sibi quomodolibet competen & competentes & competitura,facultate nominandi, & ius,& locum suum ponere, & in dicta facultate,prout sibi competit, & vitam ipsius in vitam dicti D.Io.B.transferre,attento etiam consensu supradictarum monialium Sanctæ Ceciliæ, die 30. mensis Martii proxime præteritis in huiusmodi concessionem,&translationem per acta mei notarii præstito, siue quatenus opus sit de nono præstando. Hinc propterea fuit,& est,quod anno, &c. in mei, &c. præsenti personaliter cōstitutus prædictus C. præfati Illustrissimi Card. vt in supradicto mandato constare dicitur,procurator,sponte,&c omnibus melioribus, & dicto nomine,quo supra procuratorio pure,mere,et liberaliter cessit,ac etiam titulo donationis irreuocabilis,et inter viuos,dedit,et transtulit præfato Ioan. B. P. præsenti,omnia,et singula iura, et actiones,etc. eidem Card. principali suo super dicto casali, et tenuta Maglianæ, cū omnibus suis ædificiis palatio,casamentis,et viridario,ac aliis membris,iuribus,et pertinen prædictis, et aliis quibuscumque, vigore præfatæ locationis,et concessionis dicto Card.principali suo,et dicto bo.me Com Fred fratri suo,vt præfertur, factæ, quomodolibet competentia,et competētes,competituraque et competituras,aut quæ competere possent quomodolibet in futurum,ac etiam omnia, et quæcunque melioramenta,tam per ipsum Card principalem suum,quod dictum bon. me., C. fratrem suum;cuius ipse Illust.Card.principalis suus est(vt similiter asseruit)hæres in eadē tenuta,et casali,ac eius membris, ædificiis,et pertinen.facta, et de præsenti existen seu omnia,et quæcumq; iura, super illis principalis suo quomodolibet cōpetentia transferens dictusC procurator dicto nomine,eiusdem Card. principalis sui vitam,et nominandi facultatesin personam vitam,et nominationes præfati Io. B ibidem,et supra præsentis, stipulan. et acceptan.Ita,et taliter,quod ipse Io.B ex nunc etiam iuxta dictarum monialiū cōsensum,vt supra præstitum,sine quatenus opus sit,de nouo præstan. in loco, et iure ipsius Card. principalis sui in omnibus et per omnia, et ex tunc in posterum dictum casale,et tenuta,cum omnibus, et singulis suis iuribus membris ædificio,palatio viridario,ac melioramentis, et pertinen.quibuscumque censeatur, et sit, ac censeri,et esse debeat ad vitam, et nominationes præfati Io.B.videlicet,quod idē Io B.possit vnum masculum post se nominare qui nominandus alium similiterma sculum nominare valeat,dictus q. Io B in locum ius,et priuilegium dicti Card.principalis suis,subintrasse,et positus,esse censeatur. Ad habendum, et nullo iure, etc. ponens,constituens, etc. Dans, etc. et donec,etc. Hanc autem cessionem,dationem,et titulo donationis irreuocabilis, et inter viuos, translationem fecit idem C. procurator,procuratorio nomine præfato dicto Io.B.vt supra præsenti Cum eisdem pactis,etc vt infra,etc. vel pro pretio, et nomine pretii scut.N.N. pro quibus soluen. idem Io.B. promisit per totam diem crastinam consignare ipsi C.etc. vnam cedulam bancharium magnificorū DD de B. merc. etc. scut.N. soluen. incontinenti et ad omnem requisitionem dicti Card. Bor. pro reliquis vero scutis N.promisit similiter,etc,soluere hic Romæ,libere,etc

alias

alias præsens instrumentum pro nõ facto habeatur, de quo expresse protestatur, nulliusq; roboris, vel momenti, & alias cũ eisdem, & pactis conditionibus, & promissionibus, obligationibus, clausulis, & coutelis, ac oneribus, & honoribus in præfato instrumento locationis, & emphyteosis concessionis, contentis, & descriptis Quæ pacta, conditionis, promissiones, & alia in dicto instrumento contenta, voluerũt præfatæ partes contrahentes in præsenti instrumento habere pro plene, & sufficiẽter insertis, & expressis, ac si de verbo ad verbum in eo expressa, & descripta fuissent: eo quia ea omnia præfatus Ioan: Bapt. (asserẽs de illis se esse bene informatum) promisit perpetuo attendere, et inuiolabiliter adimplere, et obseruare ipsumque Cord. Bor. licet absentem, me notario publico infrascripto, vna cum dicto C. eius procuratore, præsentibus, etc. ab illarum omnium adimplemento, et obseruatione liberare, et indemnem conseruare, itaquod, etc. alias, etc. de quibus, etc. Et vltimo dictus C procurator, nomine quo supra procuratorio, promisit, tam de predictis melioramentis, quã de iuribus locationis, et nominationis præfatæ, et aliorum præfatorum, non fuisse neque per dictum Car. principalem suum neq; per dictum bonæ. Com factam aliam cessionem, donationem translationem, aut aliũ contractum, siue actum præsenti instrumento, et contentis in eo contrarium. Et si secus appareret, teneri voluit, et vult dictum Card Bor. principalem suum ad dãna, etc. ac de euictione, etc. et facere consentirre omnem personam, etc. et sucipere in se omnem litem, etc. Et promisit dictum Card principalem suum presentem cessionem, et ex causa donationis translationem, ac omnia, et singula in pręsenti instrumento contenta, nullo vnquam tẽpore quauis de causa, et occasione, etiam inexcogitabili, et ingratitudinis, ac sub quouis prætextu, et quæsito colore mihi me reuocaturum, nec illius reuocationem procuraturum, aut ei, ac omnibus in presenti instrumento contentus quomodocumq. contrauenturum, vel venturum, sed quod illã, ac quæcumque in hoc præsenti instrumento compræhẽsa perpetuo ratam, gratam, et firmam, ac rata, grata et firma habebit, ac perpetuo, et inuiolabiliter obseruabit, ac non reuocabit ex quauis causa etiam ingratitudinis, vel quauis alia simili, ex qua de iure huiusmo di cessio, et ex causa donationis trãslatio veniret reuocanda, sub pœna damnorum etc. de quibus, etc. Quam cessionem idẽ C procurator nomine procuratorio quo supra, pro insinuata habere voluit, et vult, et nihilominus pro abundantiori cautela cõstituit, siue respectiue substituit eiusdem Car. procuratorem eundem Io. B. præsentem, et acceptantem ad dictam cessionẽ et titulo donationis translationem, et omnia in eo contenta, coram quocumq; indice insinuan. et insinuari peten, et faciẽ. pro quibus, etc.

Renunciatio bonorum facta per filiam, vna cum donatione.

CVm sit, quod inter Illust. et Excellentem D. P. patrem, ac legitimum administratorem Ill. D Lauræ ex Ill. D. Orinthia eius coniuge nata, ex vna parte et ill. D Fabritium, mediante eius procuratore, partibus ex altera, celebratum fuerit instrumentum super matrimonio cõtrahendo inter dictos illust D F et illust. D. Lauram, et super constitutione, et promissione dotis scutorum 15 millium mõnetæ. Itaquod Ill. D Laura omnibus, et quibuscumque bonis paternis, et suæ legitimæ renunciet ad omne beneplacitum dicti Ill sui genitoris. Quia sic ex parte, ac nomine præfati Illust. D Marchionis promissum fuit, prout latius in instrumento dotali desuper celebrato, contineri dicitur, ad quod, etc. Et nuper dictum matrimonium, Dei omnipotentis gratia, iter eodem D Marchionem et Ill D Lauram seruatis seruan iuxta dispositionem sacri Concilii Tridentini, contractum fuit. et consideratẽs præfati coniuges, et maxime ipsa D. Laura bene informata de facultatibus paternis, et maternis, ac pariter de oneribus, et debitis, dictam dotem scut. 15 m. esse codecentem, habita ratione status dicti sui Illust genitoris, et cupiens etiam bona suorum parentum, et quæ ab eorum maioribus prouenerunt in agnatione paterna, ad ipsius agnationis commodum, et beneficium, vnita conseruari. Nam bonis etiam auxiliantibus, familiæ in eorum nobilitate, decore, et splendore conseruantur, et ampliantur, dictam remissionem facere parata, seu

cum

cum solemnitatibus opportunis. Hinc est, &c.

Coram magnifico D.N.&c.primo Collaterali Curię Capitolii in Vrbe, illiusque districtu, iudice competenti, in loco infradicen in terra Zagaroli, ad quem locum honoris gratia, dictę D: Lauræ, ac prefatæ Illust.suæ Matris contulic pro tribunali sedente, super sede ibi posita. Quã locum, & sedem ad hunc actum, & instrumentum celebran. & pro illius validitate ac suo iuridico, & competenti tribunali, & loco elegit, & deputauit, & coram testibus, ac me notario, &c. presens, personaliter constituta præfata Illustr D. Laura filia dicti Illustr. D.P. ac Illustr. Dominæ Orinthiæ coniugum in decimo octauo suę ætatis anno constituta, vt asseruit, tactis, &c. iurauit, & etiam ex aspectu suo corporeo ita esse apparet, repetitis ipsi D Iudici superius narratis, quæ vera esse affirmauit, in præsentia, ac cum consensu etiam dicti Illust. domini Fabritii eius mariti, & eiusdem Illustr sui genitoris, vltra quod ipsa contenta sit, & remaneat dote prefata scutorum 15.m. & bene sciat dotem huiusmodi esse condecentem, sed honorifice & commode nuptam esse, & nobili, ac Illust. viro: desiderans, etiam conseruationem, & si fieri poterit Deo dante ampliationem suæ agnationis, & domus, vnde ex vtroque parente orta est dictam renunciationem, & cessionẽ omnibus bonis, etiam feudalibus, & successiue paternis, & maternis, fraternisque, auitis, patruis vbique locorum existentibus, intendat, & donationem irreuocabilem inter viuos in fauorem fac eredicti sui patris, ac fratrum, & descendentium, hæredumque, & successorum eorumdem quorum. cumque, etiam extraneorum. & omni, & toto eo, quod petere, vel prætendere posset. Sed quia ex latere paterno nullos habet consanguineos in dicto loco, qui sint habiles ad consentien iuxta formam statutorum Vrbis, prout medio iuramento tactis, &c affirmauit, & ex latere paterno non habet alios proximiores quam Illustrissimum, & Reuerendissimũ D.M & dominum Prosperum, etiam suos patruos, & qu a res agitur in fauorẽ agnationis. Ideo ne vnquam de validitati, & præstationis eorum consensus, dubitari contingat, maxime per dispositionem statutorum Vrbis sponte, &c. à dicto D. Collaterali aliquem sibi curatorem ad hunc actum, in locum duorum consanguineorum ex latere materno, iuxta formam dictorum statutorum, & ad omnem abundantiorem cautelam, & omni meliori modo, etc. et si magis placeat D.N. et M

Ponatur hic deputatio curatoris ob defectum consanguineorum, cum cautione in forma.

Quo facto coram eodem D. Iudice, et primo Collaterali, vt supra seden. etc. personaliter constituta dicta Illustr. D Laura agens omnia, et singula in presenti instrumento contenta, et in presentia, ac cum consensu, verbo, et voluntate dicti Illustr. D. Pompei eius patris, ac Illustrissimi, et Reuerendissimi D. M. et P. eius procuratorum ac Illust. D. F. et N curatoris, vt supra deputati, presentium, ac eorum consensum, et assen umprestantium, ac dictus dominus N. curator deputatus cum iuramento tactis, etc præstitit, affirmauit non habere aliquod proprium particulare interesse in huiusmodi renunciatione, cessione, ac donatione respectiue facien. per dictam Illust. D. Lauram in fauorem dicti Illust. D. Pompei suorumq; filiorum, ac descendentium. Et quod attenta dote, ac rationibus, et causis superius deductis, non tendit in præiudicium dictæ illust. d Lauræ, ac suæ honorificæ substentationis, prout etiam pariter dicti Illust. DD. C. et P. asseruerunt, et cũ auctoritate dicti D. Collateralis, eadem Illustr. D, Laura sponte etc. non vi, etc. ac omni meliori modo, etc in premissis ad ma orem, et perpetuã validitatem huius contractus, et contentorũ in eo, renunciauit cum iuramento tactis, etc. beneficio minoris ætatis 25 annorum restitutionis in integrum ex quocumque capite, ac omnibus leg bus, et statutis, et legum auxiliis in fauorem minorum, et mulierum disponen. de quibus, et eorum esse certa prius ab ipso D. primo Collaterali certiorata fuit, vim, et dispositionem dictarũ legum, statuto um, et constitutionum, vulgari sermone intelligen. dicta Illust. domina Laura, quæ de nouo declarat, et affirmat se bene informatam esse de statu rerum paternarum, et maternarum, et se remansisse, et remanere contentam de supradicta dote scut. 15. millium constituta et promissa per dictum Illust eius genitorem, et salua sibi reseruata dicta dote, cessit refutauit, et renunciauit expresse, omnibus,

N. in eius apotheca de præsenti inseruientes,& famuli ibidem præsentis,sponte, &c. dictum N. eius garzonum in socium, & participem pro medietate, æquis portionibus,in exercitio, & arte dictæ fartoriæ in dicta eius apotheca, quam ad præsens in Vrbe exercet, et habet in via,etc. assumpsit, et assumit de præsenti, et è conuerso idem N garzonus dicto N. magistro ibidem præsenti, In dicta e.us apotheca exercitio,et arte etc. totius eius viribus, industria, et conatus, quibus diligentius, et melius potuerit, et valerit, se bene, fideliter, et accurate gerere, ac eandem exercere, manutenere, et gubernare, illiusque, computa,etiam legaliter tenere, et in fine cuiuslibet trimestris totius administrationis rationem reddere, liberè, et simpliciter, tam de lucro, quam expensis desuper factis ad vsum, commoditatem,et vtilitatem dictæ apothecæ; et de omnibus aliis occurrentiis, necessariis, et opportunis,vti bonum,legalem,et fidũ decet virum, nam de male partis,et aliena iactura, iuxta legum, præcepta Incupletari nemo gaudeat, promisit,et se obligauit,dum vnicuique apertissime pateat,et innotescat,ex recessu huius agitati,et periclitati maris, nihil quicquam secum sit allaturus,nisi volumen,et fasciculum omnium; et quorumcumque bonorum,seu malorum per eum commissorum, et perpetratorum in hoc seculo. Quam quidem societatem ambæ partes durare voluerunt ad biennium tantum, deinde vero ad beneplacitum partium, sub pœna scutorum,etc. in euentum contradictionis,seu male administrationis,ac sub nonnullis aliis pactis,et conuentionibus,hinc inde matura stipulatione interuenient: firmatis, et vallatis, et primo Che, et cætera. Quę omnia, et cætera. Pro quibus,etc.

Solidatio, & mutuæ promissiones.

Lelius, et Pompilius fratres germani,filii bon. mem. Lucii Patritii Romani,ætatis legitimæ,ac Carolus,et Ascanius eorum quoque germani fratres maiores, decem, et septem annorum, et nihilominus cum iuramento tactis,etc. Renunciarunt beneficio minoris ætatis, et omnibus legibus,et statutis in fauorem minorum quomodolibet introductis, et disponentibus principales ex vna,et Pompeus peregrinus principalis ex altera partibus,sponte,etc. affirmarunt, et declararunt,insimul calculasse, et solidasse super omnibus,et singulis eorum computis, et partitis,occasione præti, et prætiorum diuersarum rerũ fundacalium,a dicto domino Pompeo ipsius fratribus venditarũ et datarum hucusque,et ex huiusmodi solido facto,defalcatis prius,atq; deductis, compensatis defalcandis, deducendis,et compensandis, ac etiam admissis admittendis,ipsos DD fratres vero,et legitimos ac liquidos debitores præfati d.Põpei remanere affirmarunt in summa scutorum 500 ex quibus declararunt spectare, seu attinere scuta ducenta ad Carolum Reliqua vero scuta,etc ad Ascanium, particulariter distinguendo,attinere, et ita solidarunt, et affirmarunt, reuocantes hinc inde cuicumque existimationi etiam erroris,calculi,et solidi non ita facti, atque reuisionis,et omnibus aliis iuribus, et facti allegationibus, oppositionibus, et exceptionibus, quibus mediantibus contra premissa quomodolibet venire possent. Quam summam scutorum 500 in tot rebus fundacalibus omnes ipsi fratres principaliter, et insolidum, eidem D, Pompeo in termino duorum annorum ab hodie proximorum; videlicet quolibet anno ratam partem, et pro maiori cautela eiusdem D. Pompei creditoris, et faciliori satisfactione præfatus Pompilius, cui assignata fuerunt,etc sponte, etc dicta scuta, vt supra sibi assignãta; et competentia, et cum præsentia, et consensu præfatorum eius fratrum præsentium, et consentien. cessit, dedit, et assignauit præfato Pompeo Peregrino ad maiorem cautelam eius acceptan transferens,et cedens omnia iura,etc. pro dicta rata scutorum N Ponens, constituens, eundem D. Pompeium Peregrinum præsentẽ procuratorem irreuocabilem,et ad exigendum etc à D.N ac omnibus,pro eo quomodolibet obligatis, dicta scuta N cum facultate quod opus fuerit quietan.et cum clausulis debitis, atque aliis facultibus opportunis,promittentes nihil fecisse,nec fa-

factorum in præiudicium dicti cessiona. rii,& suorum alias, &c. Quæ omnia, &c. Pro quibus,&c.

Quietantia mutua,cum donatione in solutum.

CVm sit (vt infra nominandæ partes ita fuisse,& esse affirmarunt) quod d. Ascanius à die x. Februarii , vt negociorum gestor , & administrator artis agriculturæ , per quam plurimos annos & successiue aliorum negociorum q. Antonio, vsq; ad eius obitum seruierit, cum participatione,prouisione,ac pactis in cedula, per vtramque partem dicta die firmata,& subscripta,contentis, & deinde in administratione negotiorum,& in seruitis heredum dicti q. Antonii , vsque in presentem diem continuauerit, & pro finali residuo dictæ suæparticipationis,& prouisionis , remanserit , & sic legitimus creditor hereditatis,& heredum eiusdem Antonii,prout insimul calcularunt,& sodarunt,atque concordes remanserunt, in summa scutorum 673. monetæ de qua volentes dicti heredes dicto d. Ascanio satisfacere. Hinc est, quod die , &c. in nici , &c.

Taddæus,Matthęus , & Gregorius germani fratres, filiis, & hæredes dicti Antonii principales,ceteris eorum fratribus natu,maiores , & ætatis , vt affirmarunt , & ex eorum aspectu apparebat, iuxta dispositionem statutorum Vrbis legitimæ , nominibus propriis,& d.Iulii , & Io: germanorum fratrum, & cohæredum suorũ, pro quibus,& eorum quolibet de rato,& ratihabitatione in forma iuris valida , & quod presens Instrumentum,&omnia in eo contenta quilibet eorum,cum ad ętatem legitimam peruenerit,ratificabit,approbabit,semper habebit omnia rata , & obseruabit,principaliter, & insolidum promiserunt , alias vltra obseruationẽ, & implementum omnium,&contentorum in huc instrumento, etiam ad omnia dãna,&c. d. Ascanio pręnominato præsenti teneri voluerunt . Itaquod sub pretextu , &c. & licet pro dicta ratificatione habenda, omnia , quę potuerit , fecerint se tamen excusare nullo modo possint,& d Clementia dicti d. Antonii dum viueret Vxor,mater,dictorum heredum,& tutrix respectiue , ac bonorum administratrix dictorum Iulii , & Io: in minori ætate constitutorum , vigore testamenti per dictum eius virum in actis d.N.vt asseruit conditi, deputata , & eo nomine seu nominibus,ex vna parte,& prædictus d. Ascanius principalis ex altera parte sponte,&c. declararunt , & affirmarunt , insimul omnibus diligenter inspectis calculasse,& solidasse omnia computa participationis,& mercedis,atque administrationis d Ascanii pecuniarumque per eũ acceptarum,& habitarum, ac negotiorũ gestorum,& ex huiusmodi calculo, & solidatione facta , deductis deducendis , & compensatis compensandis omniumhabita ratione,ipsum d. Ascanium , pro finali residuo omnium residuorum vsq;in præsentem diem,verum,& legitimum remanere creditorum ipsorum heredum,& hęreditatis in summa scut 673. & ita firmarunt,& concordes remanserunt,& renunciarunt hinc inde omnibus exceptionibus,oppositionibus et allegationibus ß. quæ vnquam aduersus huiusmodi solidationem,& concordiamcompeterent,aut cõpetere possent,& propterea dicti Taddæus,Matthæus , & Gregorius principales, dictis omnibus nominibus principaliter , & insolidum , & d. Clementia tutrix,& respectiue curatrix,& bonorum administratrix dictorum filiorum,in minori ætate constitutorum,nominibus huiusmodi,vigore cuiuscunque facultatis, & auctoritatis ei competentis,in satisfactionem dicti d Ascanii & insolutum,& omnibus melioribus modo,&c pro se, suisq. dictis nominibus hæredibus,& successoribus,iure proprio, & in perpetuum dederunt,vendiderunt,cesserunt, & assignarũt eidem d Ascanio,presenti,ac pro, se, &c. bona infradicenda,sita,&c.& eius territorio,ad ipsos heredes pleno iure dominii, vel quasi , vt asseruerunt , spectantia , et pertinentia, et per eos possessa , videlicet molendinum ad vsum grani macinandi fabricatumsitum,etc. Itempredium oliuatum,etsitatum cumaliis arboretis iuxta etc æstimat , vt asseruerunt , et acceptarunt pretio scut 400 per dominum Iacobum,etc amicabiliter pro satisfactione partium ad estimandum ore tenus vocatos requisitos, vt ipse partes asseruerunt . Quę omnia, & singula supra descripta bona,iuxta predictus,aut alios , et veriores confines existentia, in totum, etc. vt supra,inquietan.etc.

nia damna, etc. Promisitque etiam desuper, de consensu præstan lite suscipien. et prosequen. et finien. in ampliori forma, et tam in petitorio, quam in possessorio; Et vt in, et super dicta euictione, sit dicto D. Io. et filiæ, et successoribus eorum respictiue magis cautum, et securum idẽ D. Bernardinus dictis nominibus promisit dicto D. Io. et filiæ dare cautiones idoneas hic in Vrbe, principaliter, et insolidum obligatas, ad contentum dicti D. Io. & tempore solutionis dictorum duorum millium, & ducentorum scutorum, seu saltem tunc pro dictis scutis 2. m. & donatione propter nuptias respectu eorum. Et successiue pro restantibus: & donatione respectiue tempore solutionis illorum, si non reinuestirentur, & quia res reinuestita erit fundus dotalis, conuentum est, quod idem D. Bernardinus non teneatur dare dictas cautiones. Et vltra dictam dotem, dictus D. Io. promisit dare dictæ suæ filiæ acconcium, in tot pannis lineis quantitatis, & qualitatis, prout, & sicut arbitrabitur per præfatum. Ill D. Iulium, & D Atalantem matrem dictæ D. Iust. tempore nuptiarum. Expresse quoque acto, & conuento inter dictas partes contrahen quod præmoriens dicta d. Iust. dicto M. super lucretur donationẽ propter nuptias, iuxta formam statutorũ Vrbis, & nouarum reformationum eiusdẽ, adequalitatem dictæ dotis tunc solutæ, vel pignori datæ ad proprietatem, vel vsufructum iuxta dispositionem eorundẽ statut. Quæ omnia, &c. sub pœna dupl. dictæ dotis, applican. pro medietate parti obseruan. & pro altera Cameræ Apostolicæ loco damnorum, &c. ita ex nunc, &c. taxatũ inter eos pro quibus, &c.

Consensus in cessionem rei locatæ ad tertiam generationem.

IN mei, &c. constitutæ ad crates ferreas infrascripti monasterii, videlicet R. D. M. Abbatissa d C. Priorissa N. N. N. & N omnes moniales monasterii sanctæ Ciciliæ almæ Vrbis regionis Transtyberim ordinis humiliatorum, vocem in capitulo eiusdem monasterii habere, ac totũ ipsum Capitulum sese facere, & repræsẽtare etiam medio iuramento tactis pectoribus, & c afferentes, & affirmantes, ad sonum campanellæ, vt moris est in loco earum capitulari solito, & consueto, vbi pro rebus, & negociis dicti conuentus pertractandis, & peragendis congregari, & coadunari solent, ad effectum infrascriptum specialiter (vt asseruerunt) congregatae & coadunatæ. exposuerunt, se alias die 19. Nouembris 1562. ad dicti earum monasterii causam, & conditionem meliorẽ faciendam, & ex certis aliis rationabilibus causis, & necessitatibus, tunc expressis locasse, & concessisse A. ad tertiam generationem masculinam legitimam, & naturalem tantum eiusdem B. ab ipso B. incipien. & in defectum generationis, ad duas nominationes, videlicet, quod alter eorundem fratrum, qui superesset, vnum alium masculum, loco secundæ generationis, nominare posset. Et similiter ab eo nominatus posset alium masculũ, pro tertia generatione nominare casale, seu tenutam vulgo nuncupatam la Magliana positam in territorio Vrbis iuxta sua notissima latera, cum omnibus, & singulis suis membris, ædificiis, terris aratiuis, vineatis, pratiuis, siluestribus, ac omnibus suis introitibus, exitibus, riuis, seu fossatis, aquæ ductibus, ac aliis iuribus, & actionibus quibuscumque pro annuo canone in totum scut 800. de iulis 10 pro quolibet scuto, in certis terminis, & solutionibus soluendorum, ac etiam mediãtibus solutione scut. 200. pro laudemio ipsi tũc solutorum, ac promissione per dictos Illustrissimus dd fratres tunc facta, de erogando scuta bis mille in melioramẽtis in dicto casali, seu tenuta faciendis, necnon cum certis aliis pactis, clausulis, & conuentionibus, de quibus, & prout latius in publico instrumento desuper dicto die per DD. A. & C. notarios, &c. recepto contineri dixerunt. Quodque locatione, & concessione præfata secuta, præfatus B dicti casalis, seu tenutæ possessionem, vigore locationis, & concessionis huiusmodi assecutus fuerit; & in illo melioramenta, ad dictam summam scut. 2m. ascẽdentia facta fuerunt. Nuperque fuit ipsis monialibus pro parte dicti B. qui superstes est, & ad quem ius nominandi duas personas ad locationem, & concessionem præfatam nunc spectat, & pertinet, ac magnifici D. Io. expositum eundẽ B. velle præfatum casale, seu tenutam cum omnibus, & singulis melioramentis per dictum q. B. in eo factis, necnon omnia iura ei super

per

per illis competentia, vna cum iure nominandi duas personas præfatas ad locationem, et concessionem huiusmodi dictoC. & ipsum C. postea, et successiue siue forsan etiā continenti eidem C etiam titulo donationis inter viuos cedere, ac locationem, concessionem, et melioramenta, iuraque præfata vna cū dicto iure nominandi, vitamque suam in vitam dicti C. et ipsum C. vitam suam in vitam dicti B. Vt. modo præfato transferre, ipseque Abbatissa, Priorissa, et Moniales fuerint illorum nomine requisitæ, huiusmodi cessionibus, et translationibus per dictum C. eidem B. et per ipsum C vt præfertur faciendis consentire contententur, et velint, quare per ipsas moniales mature cōsideratas, cognoscentes cessiones, et alia præfata non tendere in damnum, eum non fiat nisi mutatio personarum de vna in alteram, se potius commodum, et vtilitatem ipsarum Monialium, et earum monasterii, et conuentus, attenta etiam qualitate præfati, in cuius persona iu esse. ... locatio debet poni, necnon solutione scut. 40. monetæ pro laudemio, siue eleemosyna dicti monialibus, et monasterio per prædictos B et C. ipsis Abbatissæ, et monialibus (vt ipse asseruerunt) facta que ab eisdemper manus tamen ... H. procuratoris habuide, et recepisse confessæ fuerunt, de quibus, etc. exequutioni, etc. renunciarunt. Et eosdem S et C licet absentes, me notario, etc. quietarunt, etc Decreuerunt dictis cessionibus, et traslationibus sic vt supra, faciendis cōsentire. Idcirco preuiis pluribus colloquiis, et tractatibus, reque ipsa pluries, tam inter ipsa moniales, quam cum sindicis et suprastātibus dicti monasterii discussa. Cum præsentia, auctoritate, consensu N. nob. Rom. eiusdem monasterii sindici, seu suprastantis vnanimiter nulla earum dissentiente, sponte, etc. non vi, dolo, etc. omnique meliori modo, quo potuerunt, et debuerunt cessioni dictæ locationis; et concessioni supradicti casalis, seu tenutæ Magliana, ac melioramentorū per dictos C. seu quemuis alium in eodem casali, seu tenuta, et melioramentis competentium, et competitorum, necnon iuris, seu facultatis nominandis duas personas, ad concessionem, et locationem huiusmodi ipsi C. in supradicto locationis instrumēto (vt est narratum) concessa, ac etiam translationi locationis, concessionis melioramentorum, et iurium prædictorum, iurisque seu facultatis nominandi duas personas prædictas, videlicet vnum masculum, qui postea alium masculum nominare possit necnon vitæ eiusdem C in vitam dicti I. Itaquod D. Io: et successiue, vt in continenti ipse C. in omnibus, et per omnia ponatur, et sit in loco, et iure in quibus nūc est, siue erat dictus C. ac locatio, et concessio huiusmodi ad vitam eiusdem I. et successiue, et incontinenti per illam cessionem, locationem, et concessionem, etiā vno, et eodemmet contextu faciendum, ad vitam eiusdem C. et vnius masculi per eundem C nominandi, ac alterius masculi ab eodem, vt præfertur nominandi nominatio facta sit, et duret facta esse, et durare censeatur per dictum C. in fauorem dicti I. et per ipsum I. successiue, et incontinenti in fauorem dicti C. cū pactis clausulis, et conuentionibus in prenarrato instrumento locationis eidem C. factę contentis, et expressis, vt premittitur, successiue faciendis, ex nunc, prout ex tunc eum ambę huiusmodi cessiones factę fuerint eisdem ambabus cessionibus; et omnibus in eis contentis. Ita tamen quod quo ad ipsas moniales, et eorum monasterium nihil aliud censeatur esse immutatū nisi quod persona dicti I. et successiue persona dicti C. sit posita in loco, et iuribus dicti C. in omnibus, et per omnia pro ut tunc ipso B. existi. Et hoc tamen adiecto, quod idē C. possit post nominationē à se faciendum alium nominare, itaquod ipsa facultas nominandi non expiret per nominationem factam, et non effectuata, licet intimatam, sed possit toties quoties sibi libuerit variare. Cum hoc tamen, quodquoties nominauerit, huiusmodi nominatus ab eo per publicum instrumentū dictę Abbatissę, per mensem post intimare debeat, alias quod nominatio sit nulla et pro non facta habeatur, se nominatio facta et vt præfertur, intimata valeat, etiā plures ita factę fuerint illa valeat, quæ vltimo loco erit intimata. Consenserunt earumq; consensum pariter, et assensum prestiterunt, et quatenus opus sit eisdem facultatem, et auctoritatem cessiones, et translationes prædictas faciendi, dederūt et concesserunt, ac etiam de nouo per presentem actum eidē absenti me notario, etc. dictam tenutam, et casale cū omnibus,

nibus,& singulis melioramentis præfatis, membris,iuribus, et pertinentiis quibuscumque,locarunt, ac in locationem dederunt,& concesserunt cum pactis tamẽ & modis,quibus iam vt supradictum est. locauerunt dicto B adeo quod dicta locatio teneat vitam dicti , et duorum aliorum,vt supra nominandorum . Cum pacto tamen expresso , quod infra quatuor dies proximos , dictus Card. Camer. teneatur promittere,& se cum effectu obligare,quod statim finita locatione dicti casalis, per supradictum C. domino Paulo facta , dabit , et cum effectum præstabit cautionem bancharium,pro solutione affictus præfati, alias quod præsens consensus sit nullus, & pro non facta habeatur. Etpro maiori robore præmissorum,positis manibus ad pectora,more personarum religiosarum iurauit . Et quatenus super hoc sit necessarium beneplacitum,seu cõfirmatio Sanctæ Sedis Apostolicæ , etiam in illius impetratione, ex nunc consenserunt , & constituerunt procuratores suos prædictos,et absentes,tamquam, præsentes, et quemlibet ipsorum insolidum , ad illud, et illum , etiam cum suppletione defectuum , et aliis clausulis opportunis impetrandum, et obtinendum . Rogantes,etc.Acta fuerunt præmissa Romæ in Parlatorio supradicti monasterii ante dictas crates ferreas,et præsentibus, etc. testibus,etc.

Cessio generationis seu rei locatæ ad tertiam generationem.

CVm sit G.proc.Illustrissimi,et Reuerendissimi D.tit. sanctæ Praxedis S, R.E. presbyteri Cardinalis N. nuncupati,prout de mandato , etc. et eo nomine quo supra procuratorio asseruit,quod dicto Illustriss.et Reuerendissimo D. Cardinali B.principali suo,ac B.alias moniales monasterii Sanctæ Ceciliæ Vrbis regionis Transtyberinę ordinis N. locauerint, et in emphyteosim concesserint ad vitam ipsorum Ill DD fratrum,et tertiam generationem dictorum B.masculinam legitimam,et naturalem tantum, ab ipso bo. me,Com.Fed.incipien.et in dictum generationis ad duas nominationes , videlicet , quod alter eorundem fratrum , qui superesset,vnum alium masculum loco secundæ generationis nominare posset , et similiter nominatus posset alium masculum pro tertia generatione nominare . Itaquodprima generatio intelligeretur,et esset in vita ipsorum Ill, DD. fratrum , secunda vero filiorum masculorum legitimorum,et naturalium dicti bo.me.C. et tertia nepotum pariter legitimorum , et naturalium masculorum , ex dictis filiis ipsius bo.me.C. descenden. et in defectũ generationis,vt supra pro secunda generatione intelligeretur, et censeretur esse , qui fuisset ab altero de præfatis Illustrissimis DD. fratribus superstite nominatus pro tertia vero generatione, qui à prædicto nominato similiter nominatus foret videlicet , casale , seu tenutam vulgariter dictam la M.sitam in districtu Vrbis , in partibus Transtyberinis , iuxta sua notissima latera,cũ omnibus,et singulis suis membris,ędificiis,terris, aratibus, vineatis,pratiuis,syluestribus, cũ omnibus suis introitibus, exitibus, fossatis, aquæductibus , riuis , et aliis iuribus , et actionibus quibuscumq,pro annuo canone,post obitum bo.mem.N.tunc in humanis agentis dicti casalis,et tenutæ eius vita durante, vsufructuarii,et sic vsufructu prædicto cũ proprietate consolidato,in totum scut. 800. monetæ soluendorum in tribus terminis , et solutionibus , videlicet tertiæ partis in festo, etc. et aliæ tertię partis in festo,etc. et sic quolibet anno dicta locatione,et concessione duran.et continuan. et etiam mediante donatione scut. 300. monetę dicti Monialibus pro laudemio , siue eleemosyna facta,aliisque diuersis pactis,conditionibus, promissionibus, obligationibus clausulis , et cautelis instrumento dictæ locationis,et cõcessionis per N.etc.confecto die , etc. latius descriptis, et expressis,ad quod,etc. Cumq,etiam,vt ipse C. præfati Cardinalis procuratur procuratorio nomine , quo supra asseruit quod vigoredictę locationis,et concessionis præfati casalis, et tenutæ ac iurium membrorum,et pertinen prædictarum ipse Car.,veram , realem naturalem possessionem,vna cum dicto bo.me.C. fratre suo tunc viuente, adeptus fuerit illamque vsque ad præsens continuauerit prout etiam de præsenti continuat , et postea dictus N.vsufructuarius præfatus vitam cũ morte commutauerit,et sic dictæ tenutę dominum,cum decreto consolidatum,et ad proprietatem reuersum fuerit , et per

noc-

consequens solutioni dicti canonis 800. scut: locus factus fuerit. Et similiter etiam dictus bo. mem C. eiusdem Illustriss. D. Card Bor. germanus frater ab humanis decesserit nullis post se relictis filiis masculis legitimis, & naturalibus et ex eo per directam, et masculinam lineam descendentibus, sicque tenuta prædicta cum suis iuribus, et pertinētiis remanserit, prout hodie remanet, ad vitam ipsius Illustrissimi Card ad duas nominationes successiue vt supra facien. velitque modo ipse C. iura B super dicta tenuta, et casali, ac pertinen præfatis, vigore supradictæ locationis, & concessionis competen & quorumlibet in futurum competitura, precibus, intuitu, & contemplatione magnifici D. Io Baptistæ nob. Mediolanen eius cōsanguinei, & quem fraterne diligit, ac ex aliis rationibus, & causis animum ipsius Card mouentibus, & ob amorem ac dilectionem, quibus eundem Ioan B. consanguineum suum prosequitur, sibimet Io B. vnà cum melioramentis per eum factis, quæ dicuntur esse infrascripta quæ continentur in foliis extimationum, mensurationum, relationumq. petitorum, mihi notario consignatis, quorum tenor talis est, videlicet A. di. &c. cedere, ac etiam titulo donationis irreuocabilis inter viuos transferre omnia iura, omnesq; actiones &c. sibi quomodolibet competen & competentes & competitura, facultate nominandi, & ius, & locum suum ponere, & in dicta facultate, prout sibi competit, & vitam ipsius in vitam dicti D. Io. B. transferre, attento etiam consensu supradictarum monialium Sanctæ Ceciliæ, die 30. mensis Martii proxime præteritis in huiusmodi concessionem, & translationem per acta mei notarii præstito, siue quatenus opus sit de nouo præstando. Hinc propterea fuit, & est, quod anno, &c. in mei, &c. præsenti personaliter cōstitutus prædictus C. præfati Illustrissimi Card. vt in supradicto mandato constare dicitur, procurator, sponte, &c omnibus melioribus, & dicto nomine, quo supra procuratorio pure, mere, et liberaliter cessit, ac etiam titulo donationis irreuocabilis, et inter viuos, dedit, et transtulit præfato Ioan. B. P. præsenti, omnia, et singula iura, et actiones, etc. eidem Card. principali suo super dicto casali, et tenuta Maglianæ, cū omnibus suis ædificiis palatio, casamentis, et viridario, ac aliis membris, iuribus, et pertinen prædictis, et alii quibuscumque, vigore præfatæ locationis, et concessionis dicto Card. principali suo, et dicto bo. me Com Fred fratri suo, vt præfertur, factæ, quomodolibet competentia, et competētes, competituraque et competituras, aut quæ competere possent quomodolibet in futurum, ac etiam omnia, et quæcunque melioramenta, tam per ipsum Card principalem suum, quod dictum bon. me. C. fratrem suum; cuius ipse Illust. Card. principalis suus est (vt similiter asseruit) hæres in eadē tenuta, et casali, ac eius membris, ædificiis, et pertinen. facta, et de præsenti existen seu omnia, et quæcumq. iura, super illis principalis suo quomodolibet cō petentia transferens dictus C procurator dicto nomine, eiusdem Card. principalis sui vitam, et nominandi facultates in personam vitam, et nominationes præfati Io. B ibidem, et supra pręsentis, stipulan. et acceptan. Ita, et taliter, quod ipse Io. B ex nunc etiam iuxta dictarum monialiū cō sensum, vt supra præstitum, siue quatenus opus sit, de nouo præstan. in loco, et iure ipsius Card. principalis sui in omnibus et per omnia, et ex tunc in posterum dictum casale, et tenuta, cum omnibus, et singulis suis iuribus membris ædificio, palatio viridario, ac melioramentis, et pertinen. quibuscumque censeatur, et sit, ac censeri, et esse debeat ad vitam, et nominationes præfati Io. B. videlicet, quod idē Io B. possit vnum masculum post se nominare qui nominandus alium similiter masculum nominare valeat, dictus q. Io B in locum ius, et priuilegium dicti Card. principalis suis, subintrasse, et positus, esse censeatur. Ad habendum, et nullo iure, etc. ponens, constituens, etc. Dans, etc. et donec, etc. Hanc autem cessionem, dationem, et titulo donationis irreuocabilis, et inter viuos, translationem fecit idem C: procurator, procuratorio nomine prefato dicto Io. B. vt supra præsenti Cum eisdem pactis, etc vt infra, etc. vel pro pretio, et nomine pretii scut. N. N. pro quibus soluendis idem Io. B. promisit per totam diem crastinam consignare ipsi C. etc. vnam cedulam bancariam magnificorū DD de B. merc. etc. scut. N. soluen. incontinenti et ad omnem requisitionem dicti Card. Bor. pro reliquis vero scutis N. promisit similiter, etc. soluere hic Romæ, libere, etc

alias

alias præsens instrumentum pro nõ facto habeatur, de quo expresse protestatur, nullinsq roboris, vel momenti, & alias cũ eisdem, & pactis conditionibus, & promis sionibus, obligationibus, clausulis, & cou- telis, ac oneribus, & honoribus in præfato instrumento locationis, & emphyteosis concessionis, contentis, & descriptis Quæ pacta, conditionis, promissiones, & alia in dicto instrumento contenta, voluerũt præfatæ partes contrahentes in præsenti instrumento habere plo plene, & sufficiẽ. ter insertis, & expressis, ac si de verbo ad verbum in eo expressa, & descripta fuis- sent: eo quia ea omnia præfatus Ioan: Bapt, (asserẽsde illis se esse bene informa- tum) promisit perpetuo attendere, et in- uiolabiliter adimplere, et obseruare ip- sumque Cord. Bor. licet absentem, me no tario publico infrascripto, vna cum dicto C. eius procuratore, præsentibus, etc. ab illarum omnium adimplemento, et ob- seruatione liberare, et indemnem conser uare, Itaquod, etc. alias, etc. de quibus, etc. Et vltimo dictus C procurator, nomine quo supra procuratorio, promisit, tam de predictis melioramentis, quã de iuribus locationis, et nominationis præfatæ, et a- liorum præfatorum, non fuisse neque per dictum Car. principalem suum neq; per dictum bo: me. Com-factam aliam cessio nem, donationem translationem, aut aliũ contractum, siue actum præsenti instru- mento, et contentis in eo contrarium. Et si secus appareret, teneri voluit, et vult di- ctum Card Bor. principalem suum ad dã na, etc. ac de euictione, etc. et facere con- sentirre omnem personam, etc. et sucipe- re in se omnem litem, etc. Et promisit di- ctum Card principalem suum presentem cessionem, et ex causa donationis transla- tionem, ac omnia, et singula in pręsenti instrumento contenta, nullo vnquam tẽ- pore quauis de causa, et occasione, etiam inexcogitabili, et ingratitudinis, ac sub quouis prætextu, et quæsito colore mihi me reuocaturum, nec illiusreuocationem procuraturum, aut ei, ac omnibus in præsenti instrumento contentus quomo, documq. contrafactorum, vel venturum, sed quod illá, ac quæcumque in hoc præ senti instrumento compræhẽsa perpetuo ratam, gratam, et firmam, ac rata, grata et firma habebit, ac perpetuo, et inuiola- biliter obseruabit, ac non reuocabit ex quauis causa etiam ingratitudinis, vel quauis alia simili, ex qua de iure huiusmo di cessio, et ex causa donationis trãslatio- veniret reuocanda, sub pœna damnorum etc. de quibus, etc. Quam cessionem idẽC procurator nomine procuratorio quo su pra, pro insinuata habere voluit, et vult, et nihilominus pro abundantiori cautela cõ stituit, siue respectiue substituit eiusdem Car. procuratorem eundem Io. B. præsen- tem, et acceptantem ad dictam cessionẽ et titulo donationis translationem, et om nia in eo contenta, coram quocumq; iu- dice insinuan. et insinuari peten, et faciẽ, pro quibus, etc.

Renunciatio bonorum facta per filiam, vna cum donatione.

CVm sit, quod inter Illust. et Excel- lentem D. P. patrem, ac legitimum administratorem Ill. D Lauræ ex Ill. D. Orinthia eius coniuge nata, ex vna parte et Ill. D Fabritium, mediante eius procu- ratore, partibus ex altera, celebratum fue- rit instrumentum super matrimonio cõ- trahendo inter dictos illust D F et illust. D. Lauram, et super constitutione, et pro- missione dotis scutorum 15 millium mo netæ. Itaquod Ill. D Laura omnibus, et quibuscumque bonis paternis, et suæ legiti- mæ renunciet ad omne beneplacitum di- cti Ill sui genitoris. Quia sic ex parte, ac nomine præfati Illust. D Marchionis pro- missum fuit, prout lacius in instrumento dotali desuper celebrato, contineri dici- tur, ad quod, etc. Et nuper dictum matri- monium, Dei omnipotentis gratia, iter eodem D Marchionem et Ill D Lauram seruatis seruan iuxta dispositionem sacri Concilii Tridentini, contractum fuit. et considerãtes præfati coniuges, et maxime ipsa D. Laura bene informata de facultati bus paternis, et maternis, ac pariter de oneribus, et debitis, dictam dotem scut. 5 m. esse codecentem, habita ratione sta- tus dicti sui Illust. genitoris, et cupiens etiam bona suorum parentum, et quæ ab eorum maioribus prouenerunt in agna- tione paterna, ad ipsius agnationis com- modum, et beneficium, vnita conserua- ri. Nam bonis etiam auxiliantibus, fa- miliæ in eorum nobilitate, decore, et splendore conseruantur, et ampliantur, dictam remissionem facere parata, seu cum

cum solemnitatibus opportunis. Hinc est, &c.

Coram magnifico D.N.&c.primoCollaterali Curię Capitolii in Vrbe, illiusque districtu, iudice competenti, in loco infradicen in terra Zagaroli, ad quem locum honoris gratia, dictę D. Lauræ, ac præfatæ Illust.suæ Matris contulit pro tribunali sedente, super sede ibi posita. Quā locum, & sedem ad hunc actum, & instrumentum celebran. & pro illius validitate ac suo iuridico, & competenti tribunali, & loco elegit, & deputauit, & coram testibus, ac me notario, &c. presens, personaliter constituta præfata Illustr D.Laura filia dicti Illustr. D.P. ac Illustr. Dominæ Orinthiæ coniugum in decimo octauo suę ætatis anno constituta, vt asseruit, tactis, &c. iurauit, & etiam ex aspectu suo corporeo ita esse apparet, repetitis ipsi D Iudici superius narratis, quæ vera esse affirmauit, in præsentia, ac cum consensu etiam dicti Illust. domini Fabritii eius mariti, & eiusdem Illustr sui genitoris, vltra quod ipsa contenta sit, & remaneat dote præfata scutorum 15.m. & bene sciat dotem huiusmodi esse condecentem, sed honorifice & commode nuptam esse, & nobili, ac Illust. viro: desiderans, etiam conseruationem, & si fieri poterit Deo dante ampliationem suæ agnationis, & domus, vnde ex vtroque parente orta est dictam renunciationem, & cessionē omnibus bonis, etiam feudalibus, & successiue paternis, & maternis, fraternisque, auitis, patruis vbique locorum existentibus, intendat, & donationem irreuocabilem inter viuos in fauorem facere dicti sui patris, ac fratrum, & descendentium, hæredumque, & successorum eorumdem quorumcumque, etiam extraneorum, & omni, & toto eo, quod petere, vel prætendere posset. Sed quia ex latere paterno nullos habet consanguineos in dicto loco, qui sint habiles ad consentien iuxta formam statutorum Vrbis, prout medio iuramento tactis, &c affirmauit, & ex latere paterno non habet alios proximiores quam Illustrissimum, & Reuerendissi nū D.M & dominum Prosperum, etiam suos patruos, & quia res agitur in fauorē agnationis. Ideo ne vnquam de validitati, & præstationis eorum consensus, dubitari contingat, maxime per dispositionem statutorum Vrbis sponte, &c. à dicto D. Collaterali aliquem sibi curatorem ad hunc actum, in locum duorum consanguineorum ex latere materno, iuxta formam dictorum statutorum, & ad omnem abundantiorem cautelam, & omni meliori modo, etc. et si magis placeat D.N. et M.

Ponatur hic deputatio curatoris ob defectum consanguineorum, cum cautione in forma.

Quo facto coram eodem D. Iudice, et primo Collaterali, vt supra seden. etc. personaliter constituta dicta Illustr. D Laura agens omnia, et singula in presenti instrumento contenta, et in pręsentia, ac cum consensu, verbo, et voluntate dicti Illustr. D. Pompei eius patris, ac Illustrissimi, et Reuerendissimi D. M. et P. eius procuratorum ac Illust. D. F. et N curatoris, vt supra deputati, pręsentium, ac eorum consensum, et assen'umprę stantium, ac dictus dominus N. curator deputatus cum iuramento tactis, etc præstitit, affirmauit non habere aliquod proprium particulare interesse in huiusmodi renunciatione, cessione, ac donatione respectiue facien. per dictam Illust. D. Lauram in fauorem d cti Illust. D. Pompei suorumq; filiorum, ac descendentium. Et quod attenta dote, ac rationibus, et causis superius deductis, non tendit in præiudicium dictæ Illust. d Lauræ, ac suæ honorificæ substentationis, prout etiam pariter dicti Illust. DD. C. et P. asseruerunt, et cū auctoritate dicti D. Collateralis, eadem Illustr. D. Laura sponte etc. non vi, etc. ac omni meliori modo, etc in premissis ad maiorem, et perpetuā validitatem huius contractus, et contentorū in eo, renunciauit cum iuramento tactis, etc. beneficio minoris ætatis 25 annorum restitutionis in integrum ex quocumque capite, ac omnibus legibus, et statutis, et legum auxiliis in fauorem minorum, et mulierum dispon en. de quibus, et eorum esse ctu prius ab ipso D. primo Collaterali certiorata fuit, vim, et dispositionem dictarū legum, statutorum, et constitutionum, vulgari sermone intelligen. dicta Illust. domina Laura, quæ de nouo declarat, et affirmat se bene informatam esse de statu rerum paternarum, et maternarum, et se remansisse, et remanere contentam de supradicta dote scut. 15. millium constituta et promissa per dictum Illust eius genitorem, et salua sibi reseruata dicta dote, cessit refutauit, et renunciauit expresse, omnibus,

nibus,& singulis,ac quibuscumque bonis tā paternis, quam maternis, presentibus, & futuris;ibidem presente, & intelligente,ac consentiente expresse,dicta Illust. D. Orinthia eius mater,& quicumq; successioni paternæ,& maternæ,ac legitimeportioni in bonis paternis, & maternis competituræ,tam ex testamento,quam ab intestato,contra testamentum,ac alio quocumque iure,tam vniuersali,quā particulari,& cessit etiam,atque renunciauit quibuscumque bonis,& successionibus fraternis,ac auitis, & paternis, & quibusuis eorum,& supradictis bonis,rebus, & facultatibus,& cuiuslibet ipsorum, vbique locorum existen tam in dominio sanctæ Sedis Apostolicæ,quam Imperatoris,& Regnumpresentibus,& futuris etiam feudalibus, in quibus ex natura feudi succedere posset. Et hanc cessionem,& renunciationem,fecit in fauorem dicti Illust. D Pompei seu patris presentis,& acceptantis pro se,ac suis heredibus, & successoribus, & in fauorem germanorū fratrum ipsius Illust. D. Lauræ masculorum scilicet legitimorum,& naturalium,& illorumheredū & successorumquorumcumque,& me notario publico acceptan. & stipulante pro illis,& ad hoc ad conseruandum familiā & facultates in familia,& agnationedicti sui patris. Et insuper ex certa sua scientia, ac omni meliori modo, &c. quo potuit, cum dictis consensibus,donauit titulo donationis irreuocabilis inter viuos, libere, ac simpliciter eidem Illustr. D. Pompeo presenti, vt supra acceptan. ac M. & C. filiis masculis legitimis,& naturalibus eiusdem illust d. Pōpei presentibus,&c. me notario presato acceptan. pro eis, & eorum successoribusquibuscumque omnia, & singula ea, quæ ratione legitimæ portionis in bonis paternis, & maternis, etiam feudalibus presentibus, & futuris, vbique locorum competētia,seu competituræ,& ratione cuiuscumque successionis vniuersalis,autparticularis in eisdem bonis, vel feudi successione, & inuestitura;ac etiam in bonis fraternis,& dictorum paternorum,quocumque iure, & titulo, tam vniuersali, quam particulari peruenire,autquomodocumque spectare possent. Nihil aliud sibi Illust. D. Lauræ dotem presatam reseruando,& dicto titulo donationis inter viuos,cessit,& concessit superpremissis omnia sua iura,& actiones, &c. ad habendum, &c ponens,&c. constituens eos super premissis procuratores irreuocabiles, vt in rem propriam. Et hanc donationem, & cessionem fecit ex causis prænarratis, & ex perfecta, & sincera dilectione sua, erga dictum genitorem suum, ac dominos fratres, ad beneficium domus paternæ, ac agnationis illius. Et quia sic facere, & donare placuit, & placet.

Quam donationem irreuocabilem inter viuos cessionem, & renunciationem, cum omnibus inpresenti instrumento cōtentis, promisit semper, & perpetuo habere gratas, &c. & nunquam sub quouis pretextu,iure titulo,causa, & modo, etiā hic non expressis contrafacere, dicere, opponere,aut venire, directe, vel indirecte, per se vel alium, quouis quæsito colore,in iudicio,vel extra, etiam sub prætextu superuenientiæ filiorum. quia post. quam nupta est, de filiis nascituris cogitauit, & cogitat, renunciauit L. si. vnquam,& l.fin.C de resciden:donation.renunciauitq;insuper certioratę, etc. cum consensu,&c.conditioni indebite, & sine causa ac restitutionis in integrum beneficio absolutionis à iuramento. Promisitq; & conuenit, cum iuramento tactis, &c. non petere ex quauis causa,quantumcūque enormissima læsione,& in qua dolus re ipsa, & ex preposito interuenisse diceretur,promisit etiam, modo presata non contrauenire ex quauis causa cogitata, vel incogitata,de presenti, vel de futuro: quibus omnibus expresse cū iuramento tactis,&c.renunciauit. Ita quod ista presens renunciatio sit generalis, & generalissima,dequarum effectu prius à dicto d. Iudice certiorata fuit, alias ad omnia dāna,&c. vltra obseruationemcontractus,teneri voluit, & quamuis existimet huiusmodi donationem,& renunciationem coram Iudice factasfirmitatemperfistere,nihilominus pro potiori robore, & cautela sua,sponte, &c. constituit procuratorem suum N.cum presentia;& consensu dicti sui viri curatoris,& proximiorum in gradu,ad insinuandum huiusmodi donationem, & renunciationem in forma. Pro quibus,&c.cum decreto in forma, ac tribus testibus,qui subscribant.

Augumentum dotis.

D. Bernardinus, &c Asserens, se iam tredecim ab hinc annis in circa in

In eius legitimam sponsam, et vxorem duxisse D. Vincentiam, etc. et cum ea iuxta ritum sacro san. R. E matrimoniale vinculum consumasse, et ex ea vnicum tā tum filiū nomine Franciscū in suæ ętatis an. 13. constitutum suscepisse cum dote, et dotis nomine, vt apparere dixit instrumē to rogato apud acta, etc. scutorum 400 in pecunia numerata, in acconcio, et domus vtensilibus scutorum aliorum similium 50. Volens igitur pręfatus D Bernardinus vt gratum, et benignum decet maritū et benemeriti non immemorem, rem gratā facere dictæ suæ vxori, vt vehementius eū imposterum prosequatur amore, ac beneuolentia cōiugali, et pacificā in futurū vnam vitam sint ducturi, donec, et quousque altissimo placuerit, separari, dissolui, dotem augumentare, pro eo omni, et toto quod dicta eius vxor, tā ratione augumēti, iuxta formam legum, et statutorum, ac nouarum reformationum Vrbis, seu alias quomodolibet ab eo que D. Bernardino, vel eius hæredibus perere in futurum posset, quam donationem propter nuptias, sponte, etc. pro se, etc. dotem præfatā, quā habuisse asseruit ab eius vxore scutorum 350 computato acconcio, ad scuta 60 ascendente, vltra dictum acconciū, quod est scutorum 50. dotem præfatam dictæ d. Vincentiæ, licet absenti me notario, etc. ad scuta, et augumentauit quattuor loca montis pii recuperabilis, per ipsum dominum Bernardinum, vt asseruit pro dictis scut. 400. empta in personam dictæ D. Vincentiæ contraria, et imposita pro dicta dotē, vt supra, ad dicta scuta 400 augumentata dictæ d. Vincentiæ assignauit, ad habendum, etc ponens, etc. constituens, etc. dans licentiam, etc. et donec, etc Hanc autem, etc. causis præfatis insuper similiter ratione dicti augumenti dedit, et assignauit dictę suæ vxori absenti, etc. omnes vestes, iocalia, et totum acconcium ad vsū mulierū, quæ quas, et quod dicta sua vxor nunc haberi reperitur, et morte dicti domini Bernardini in esse reperientur, Voluitque super præfatis a consanguineis dicti domini Bernardini, seu aliis quibusuis personis, super eis ius aliquod, vel interesse prætendentibus, molestari, etc. non posse. Quæ omnia, etc. alias, etc. de quibus, etc Pro quibus, etc.

Assignatio alimentorum.

CVm sit, prout infrascriptus D. N. asseruit, quod D. N. patruus ipsius D. Scipionis habeat vnicum filium naturalem tantum nomine *N.* ab eodemq. suo patruo tot, tantaq. seruitia acceperit, de quibus haudita facile poterit obliuisci; speretque propterea in dies maiora recepturus beneficia. Volensque igitur in memoriam illorum, se gratum, et beneuolum, quantum potest, in dictum N. eius filium perhibere, quo clarius el constet, et appareat amor, et beneuolentia, quibus ipsum ab eius natiuitate prosequutus fuit et prosequitur in dies; decreuit, et deliberauit ac infrascriptam alimentorum assignationem deuenire Hinc, est quod anno, etc. in mei, etc. Idem dominus Scipio sua sponte, etc. dicto eius nepoti naturali ex fratre, ex nunc constituit, et assignauit pro se, etc. pro alimentis, et loco alimentorum ipsius Octauii, et eius vita dumtaxat durante, victum, et vestitum condecentem, iuxta sui status qualitatem, et conditionem, et congruam habitationem in eius domibus, si vero eueneri, ipsum Octauium nolle, aut non posse quacunque de causa, et occasione, seu ratione ipsum mouentibus, viuere cum ipso, et eius hæredibus, et successoribus ex nunc, prout ex tunc, eidem pro eisdem alimentis, ipsius vita, vt supra durante, tradi, et assignari voluit quodlibet anno scuta, etc. ad ipsius beneplacitum, et simplicem requisitionem, cum eodem tamen onere habitandi in eiusdomibus, et suorum successorum donec vixerit congrue, et concedenter, ita vt nullo modo alibi habitare possit; alias illo habitare cum ipso, et successiue eius hæredibus nolente vltra dictam portionem sibi donec vixerit traden. consignandam, nihil aliud ab eo, et suis quibuscumque petere et prætendere valeat, ratione habitationis præfatæ minus, vt ipse, et sui quicumque ad aliquid cogi valeant vltra ratam præfatam, et pro alimentis assignatam, Quæ omnia, etc. alias, etc. Pro quibus, etc.

Associatio ad aliquam artem.

N. Sartor, etc. confisus de idoneitate, probitate, sufficientia

N. in eius apotheca de præsenti inseruientes,& famuli ibidem præsentis,sponte, &c. dictum N. eius garzonum in socium, & participem pro medietate, æquis portionibus,in exercitio, & arte dictæ sartoriæ in dicta eius apotheca, quam ad præsens in Vrbe exercet, et habet in via,etc. assumpsit, et assumit de præsenti, et è conuerso idem N garzonus dicto N magistro ibidem præsenti, in dicta eius apotheca exercitio,et arte etc. totius eius viribus, industria, et conatus, quibus diligentius, et melius poterit, et valerit, se bene, fideliter, et accurate gerere, ac eandem exercere, manutenere, et gubernare, illiusque computa,etiam legaliter tenere, et in fine cuiuslibet trimestris totius administrationis rationem reddere, liberè, et simpliciter, tam de lucro, quam expensis desuper factis ad vsum, commoditatem,et vtilitatem dictæ apothecæ; et de omnibus aliis occurrentiis, necessariis, et opportunis,vti bonum,legalem,et fidũ decet virum, nam de male partis,et aliena iactura, iuxta legum, præcepta locupletari nemo gaudeat, promisit,et se obligauit,dum vnicuique apertissime pateat,et innotescat,ex recessu huius agitati,et periclitati maris, nihil quicquam secum sit allaturus,nisi volumen,et fasciculum omnium; et quorumcumque bonorum,seu malorum per eum commissorum, et perpetratorum in hoc seculo.

Quam quidem societatem ambæ partes durare voluerunt ad biennium tantum deinde vero ad beneplacitum partium sub pœna scutorum,etc. in euentum contradictionis,seu male administrationis,ac sub nonnullis aliis pactis,et conuentionibus,hinc inde matura stipulatione interuenient: firmatis, et vallatis, et primo Che, et cætera. Quę omnia, et cætera. Pro quibus,etc.

Solidatio, & mutuæ promissiones.

Lelius, et Pompilius fratres germani,filii bon. mem. Lucii Patritii Romani,ætatis legitimæ,ac Carolus,et Ascanius eorum quoque germani fratres maiores, decem, et septem annorum, et nihilominus cum iuramento tactis,etc. Renunciarunt beneficio minoris ætatis, et omnibus legibus,et statutis in fauorem minorum quomodolibet introductis, et disponentibus principales ex vna,et Pompeus peregrinus principalis ex altera partibus,sponte,etc. affirmarunt, et declararunt,insimul calculasse, et solidasse super omnibus,et singulis eorum computis, et partitis,occasione pretii, et pretiorum diuersarum rerũ fundacalium,a dicto domino Pompeo ipsius fratribus venditarũ et datarum hucusque,et ex huiusmodi solido facto,defalcatis prius,atq; deductis, compensatis defalcandis, deducendis, et compensandis, ac etiam admissis admittendis,ipsos DD fratres vero,et legitimos ac liquidos debitores præfati d.Põpei remanere affirmarunt in summa scutorum 500 ex quibus declararunt spectare, seu attinere scuta ducenta ad Carolum Reliqua vero scuta,etc ad Ascanium, particulariter distinguendo,attinere, et ita solidarunt, et affirmarunt, reuocantes hinc inde cuiuscumque existimationem etiam erroris,calculi,et solidi non ita facti, atque reuisionis,et omnibus aliis iuribus, et facti allegationibus, oppositionibus, et exceptionibus, quibus mediantibus contra premissa quomodolibet venire possent. Quam summam scutorum 500 in tot rebus fundacalibus omnes ipsi fratres principaliter, et insolidum, eidem D, Pompeo in termino duorum annorum ab hodie proximorum; videlicet quolibet anno ratam partem, et pro maiori cautela eiusdem D. Pompei creditoris, et faciliori satisfactione præfatus Pompilius, cui assignata fuerunt,etc sponte, etc dicta scuta, vt supra sibi assignata; et competentia, et cum præsentia, et consensu præfatorum eius fratrum præsentium, et consentien. cessit, dedit, et assignauit præfato Pompeo Peregrino ad maiorem cautelam eius acceptan transferens,et cedens omnia iura,etc. pro dicta rata scutorum N Ponens, constituens, eundem D. Pompeium Peregrinum præsentẽ procuratorem irreuocabilem,et ad exigendum etc à D.N ac omnibus,pro eo quomodolibet obligatis, dicta scuta N cum facultate quod opus fuerit quietan.et cum clausulis debitis, atque aliis facultatibus opportunis,promittentes nihil fecisse,nec

fa-

facturum in præiudicium dicti cessionarii,& suorum alias, &c. Quæ omnia, &c. Pro quibus,&c.

Quietantia mutua,cum donatione in solutum.

Cum sit (vt infra nominandæ partes ita fuisse,& esse affirmarunt) quod d. Ascanius à die 1. Februarii, vt negociorum gestor, & administrator artis agriculturæ, per quam plurimos annos & successiue aliorum negociorum q. Antonio, vsq; ad eius obitum seruierit, cum participatione,prouisione,ac pactis in cedula, per vtramque partem dicta die firmata,& subscripta,contentis, & deinde in administratione negotiorum,& in seruitiis heredum dicti q. Antonii, vsque in presentem diem continuauerit, & pro finali residuo dictæ suæparticipationis,& prouisionis, remanserit, & sit legitimus creditor hereditatis,& heredum eiusdem Antonii,prout insimul calcularunt,& sodarunt,atque concordes remanserunt, in summa scutorum 673. monetæ de qua volentes dicti heredes dicto d. Ascanio satisfacere. Hinc est, quod die, &c. inmei, &c.

Taddæus,Matthęus, & Gregorius germani fratres, filii, & hæredes dicti Antonii principales,ceteris eorum fratribus natu,maiores, & ætatis, vt affirmarunt, & ex eorum aspectu apparebat, iuxta dispositionem statutorum Vrbis legitimæ, nominibus propriis,& d.Iulii, & Io: germanorum fratrum,& cohæredum suorũ, pro quibus,& eorum quolibet de rato,& ratihabitatione in forma iuris valida; & quod presens Instrumentum,&omnia in eo contenta quilibet eorum,cum ad ętatem legitimam peruenerit,ratificabit,approbabit,semper habebit omnia rata, & obseruabit,principaliter, & insolidum promiserunt, alias vltra obseruationẽ, & implementum omnium,&contentorum in huc instrumento, etiam ad omnia dãna,&c. d. Ascanio prenominato præsenti teneri voluerunt. Itaquod sub pretextu, &c. & licet pro dicta ratificatione habenda, omnia, quę potuerit, fecerint se tamen excusare nullo modo possint,& d Clementia dicti d. Antonii dum viueret Vxor,mater,dictorum heredum,& tutrix respectiue, ac bonorum administratrix dictorum Iulii, & Io: in minori ætate constitutorum, vigore testamenti per dictum eius virum in actis d.N.vt asseruit conditi, deputata, & eo nomine seu nominibus,ex vna parte,& prædictus d. Ascanius principalis ex altera parte sponte,&c. declararunt, & affirmarunt, insimul omnibus diligenter inspectis calculasse,& solidasse omnia computa participationis,& mercedis,atque administrationis d Ascanii pecuniarumque per eũ acceptarum,& habitarum, ac negotiorũ gestorum;& ex huiusmodi calculo, & solidatione facta, deductis deducendis, & compensatis compensandis omnium habita ratione,ipsum d. Ascanium, pro finali residuo omnium residuorum vsq;in præsentem diem,verum,& legitimum remanere creditorum ipsorum heredum,& hęreditatis in summa scut 673. & ita firmarunt,& concordes remanserunt,& renunciarunt hinc inde omnibus exceptionibus,oppositionibus et allegationibus si. quæ vnquam aduersus huiusmodi solidationem,& concordiamcompeterent,aut cõpetere possent,& propterea dicti Taddæus,Matthæus, & Gregorius principales, dictis omnibus nominibus principaliter, & insolidum, & d. Clementia tutrix,& respectiue curatrix,& bonorum administratrix dictorum filiorum,in minori ætate constitutorum,nominibus huiusmodi,vigore cuiuscunque facultatis, & auctoritatis ei competentis,in satisfactionem dicti d Ascanii & insolutum,& omnibus melioribus modo,&c pro se; suisq. dictis nominibus hæredibus,& successoribus,iure proprio, & in perpetuum dederunt, vendiderunt,cesserunt, & assignarũt eidem d Ascanio,presenti,ac pro, se, &c. bona infradicenda,sita,&c.& eius territorio,ad ipsos heredes pleno iure dominii, vel quasi, vt asseruerunt, spectantia, et pertinentia, et per eos possessa, videlicet molendinum ad vsum grani macinandi fabricatum,situm,etc.Itempredium oliuatum,etsituatum cumaliis arboretis iuxta etc æstimat, vt asseruerunt, et acceptarunt pretio scut 400 per dominum Iacobum,etc amicabiliter pro satisfactione partium ad estimandum ore tenus vocatos requisitos, vt ipse partes asseruerunt. Quę omnia, & singula supra descripta bona,iuxta predictus,aut alios, et veriores confines existentia, in totum, etc. vt supra,inquietan.etc.

Adeptio possessionis.

D. Gundisaluus sponte, &c. inherendo possessioni acquisitæ, & habitæ in emptione, mediante clausula constituti, & alias quomodolibet in eum trāslatę ad maiorem cautelam accepit, & apprehendit possessionem realem, & corporalem Casalis, seu tenutæ nuncupat N. cum pertinentiis, & confinibus suis, ad ipsum D Gundisaluus vigore dictæ emptionis, diuisionis, & conuentionis, cum dictis coemptoribus, vt supra, respectiue factarum spectan & pertinen ingrediendo in dictum casale, seu tenutam, & per illam deambulando, equitando, & de glebis terra, & frondibus arborum, herbisque percipiendo & sibi etiam porrigi faciendo, in signum possessionis predictæ, in qua apprehensione possessionis presentes, Iulianus, &c. custos dicti casalis, certificatus à nobis Notariis de venditione, & diuisione predictis, quarum vigore dictum casale cum suis pertinentiis & possessionem, ad ipsum D. Gundisaluum spectan & pertinen. sponte &c agnouit dictum d. Gundisaluum presentem, &c. indictum, & possessoré casalis predicti, cum pertinen. predictis: dictus vero Gundisaluus protestatus fuit, & declarauit, quod per suum inde recessum non intendit possessionem prefatam relaxare, dimittere, nec derelinquere; immo omnem possessionem ciuilé, & naturalé animo, & corpore, ac omni alio meliori modo, quo potest retinere, conseruare, & continuare intendit, super quibus, &c.

Cessio litis.

D N qui nuper per acta mei, &c. diu litigauit cū D. R relaxationem possessionis cuiusdam domus sitæ iuxta &c. & in qualitate ipse D. N postea succubuit, habens notitiam de presenti ad fauoré eiusdé D. R. fuisse expeditum mandatum exponendo ipsum N & alios ab eo causā haben. & respectiue de immitten. in possessionem dictū R. Ideo volens euitare executionem, & vlteriores expen. spōte, &c. Renunciando in primis cuicunq. liti, & causę super relaxatione dictę domus intentatæ, cessit, & renunciauit dicto D. R. licet absenti D Io: &c. eiusnepote, ac procuratore, vna mecum notario presentibus, &c. dictam domū, cum iuribus, & pertinentiis suis vniuersis, & illius possessionem per eū vsque in presentem dié retentā: Ponens dictum D R. licet absen eodem D. Io: presente in locum ius, & priuilegium ipsius constituentis, &c dans licentiam, &c. & donec, de dicto hospitio, ac iurium, & pertinentiarum eiusdem possessionem idem D R. adeptus fuerit, idem D. N vocauit sed illud, & illam tenere, & possidere vice, & nomine eiusdem D. R. ac eius heredum, & successorum, ac ipse ex nunc de dicto hospitio, & eius iuribus modo, & forma, prout ab eodem D N detentū extitit, ipsum D R. vt supra absentem, in dominum, & patronum recognouit, & recognoscit dictumqr hospitii ipsi D R. licet absenti, &c. ad omne eius beneplacitum sibi, vel cui ipse mandabit vacuū, liberum, & expeditum dimittere, & relaxare promisit, libere, &c alias, &c. declarans insuper se eiusdem hospiti inquilinum, & ab ipso D. N. causam habentem, non amplius pro eodem Angelo, sed pro dicto D. R. ac ad eius instantiam in eodem hospitio de cetero permanere, ab eo que causam habere, ac illum eiusdé R D. inquilinum, ac ipsi D. R. pensiones illius de cetero solui debere, si & quatenus ipsi D. R. videatur, & non alias, &c Et premissis attentis, idem D Io: vt procurator eiusdem D Vincentii, sponte, &c. consensit, quod cedula scutorum 100. monetæ alias sub die, &c. deposita, consignetur dicto N. vna cum pecuniis in ea contentis, facta legitima quietantia, omni modo meliori, &c. Pro quibus, etc. idem N. seipsum, et bona, etc super quibus, &c.

Restitutio dotis.

CVm sit quod alias sub die, etc. D Fabius duxerit in eius legitimam sponsam, et vxorem honestam D. Victoriam filiā D. Cornelij cū dote, et dotis nomine ipsius D. Victoriæ scutorum 800. monetę, cum pactis, clausulis, et conuentionibus, prout in instrumento desuper inter dictas partes sub dicta die, etc. Februarii per acta me, etc. celebrato latius continetur, et habetur, ad quod partes ipse pro infradicendorum verificatione relationé habere voluerunt, et successiue die,

die,&c.etiam proxime præteriti dicto D Fabio pro satisfactione dotis præfatæ fuerint à dicto d.Cornelio assignatæ tres eius domus insimul iunctæ,sitæ,&c.iuxta, &c. nec non vnus Annus Census scutorum viginti vnius monetæ pro pretio scutorũ septem pro centenario, alias ad fauorem præfati d Cornelii per d Angelum Petronium super duabus eius domibus impositum,& alias prout in instrumento assignationis huiusmodi desuper sub dictis die, 19. Maii per acta eiusdem mei notarii rogatum latius dicitur cõtineri, ad quod parte ipse pariter relationem habere voluerunt. Sitque etiam, quod diebus proximè elapsis dicta d. Victoria vxor prædicti d. Fabii, sicut Deo placuit, ex hac vita migrauit, nullis ex ea superstitibus filiis, & propterea sit factus locus restitutioni dotis prædictę, volens itaque dictus d Fabis dotem prælatam d. Cornelio, vt tenetur restituere.

Hinc est, quod Anno, &c. in mei, &c. personaliter constitutus prędictus d. Fabius sponte, &c. saluis infradicendis, &c. supradictas domos, vt supra positas, ac annuũ censum prædictum, vt supra impositum, & assignatum, ac ipsi d. Fabio dotæ prælata, vt supra assignata, cũm omnibus, et singulis illorum membris pertinentiis ac iuribus, iurisdictionibus, & denique eisdem modo, & forma, quibus ipsi D. Fabio, vt supra consignata, & assignata fuerant, restituit, & assignauit, & retrocessit prædicto d Cornelio præsenti, &c. ad habendum,&c. Item omnia iura, &c. Reponens, etc. Constituens, etc. Dans licentiam, etc. Et donec, etc. Hanc autem dotis restitutionem idem d Fabius fecit, et facere declarauit, ob mortem dictaeq. Vittoriæ eius vxoris, et casum prædictum ac iuxta formam statut. et nouarũ Almæ Vrbis reformationum. Quibus quidem restitutione, et retrocessione sic stantibus præfatus d. Cornelius se de domibus, ac censu præfatis, pro tota, et integra dote præfata, bene contentum, et satisfactum vocauit, exceptioni, etc. renunciauit, etc. quietauit, etc cum pacto, etc. promisitq. idem d Fabius de domibus, ac censu prædictis, illorumq. membris, et pertinentiis præfatis, vt supra restitutis nihil fecisse, nec factũ apparebit, ex dato, et facto suis in præiudiciũ præsentis contractus ac dicti d. Cornelii, ac suorũ, etc. alias in quolibet casu, et euentu contrarii, aut cõtrauentionis præmissorum, aut alicuius eorũ dictus d. Fabius teneri voluit de dictarũ domorum, et cẽsus euictione, videlicet ad restitutionem dictorum scutorum 800. pro dote præfata, et ad omnia damna, etc. de quibus, etc.

Et his semper saluis, asserens nihilominus predictus D. Cornelius predictum D. Fabium propter obitum dicteq; Victoriæ filię, et dicti D Fabii vxoris fuisse, iuxta formam statutorum, et nouarum Almæ Vrbis reformationum, quartam partem pred ctę dotis predicteque Victoriæ lucratam, volens propterea idem D Cornelius, vt tenetur, dicto D. Fabio de dicto quarta parte dotis, vt supra lucratæ, quę est scutorum ducentorum, et cum ipse D. Cornelius ad presens non habeat promptam, et numeratam pecuniam, qua dictum D. Fabium satisfacere posset, sponte etc. saluis suprascriptis, in solutionem, et satisfactionem dictorum scutorum ducẽtorum monetæ, ex nunc assignat, concedit, et tradit dicto D. Fabio presenti, etc. vna ex predictis eius domibus simul iunctis, vt su prapositis, ac iuxta sua notissima latera, quæ hic semper exprimi, et specificari possint, vna cũ discoperto in ea existen et in quo ad presens inhabitat quedam Antonia, et cum omnibus, et singulis illius membris, pertinentiis, iuribus, iurisdictionibus, vsibus, commoditatibus, introitibus, et exitibus, et deniq; cum omni, et tot eo, quod dicta domus in se habet, à centro terræ vsque ad celum, ad habendum, etc. saluis tamen dicto D Cornelio iuribus et actionibus infrascriptis, et ex titulo, et causa huiusmodi idem D. Cornelius eidem D Fabio presenti, etc. cessit, etc. omnia iura, etc. Ponens, etc. constituens, etc. Dans licentiam, etc. Et donec, etc.

Et ipse D. Fabius firma, et valida existente huiusmodi datione, insolidum dictum D Cornelium presentem, etc. de dictis scut. 200. occasione dictæ quartæ partis dotis, vt supra lucratę, quietauit, liberauit penitus, et absoluit per pactum expressum de vlterius non petẽdo Et plus etc donauit, etc. insuperque promisit D. Cornelius dictamdomum ad eum spectare, et pertinere, et esse liberam, immunem et exemptam ab omni onere canonis census, siue responsionis, et cuiusuis alterius

 gra.

grauaminis,et non esse alicui fideicommisso purificato, vel purificando obnoxiam,et sic per eum esse,et per suos, etc. fore dictam domum benedatam,et traditam insolutum,vt supra, et pro tali dicto Fabio,et suis heredibus, et successoribus manutenere,eumque,et eos desuper semper,et omnitemporeauctorizare,defendere,et distrigare ab omni molestia,et molestante persona, et in euentum alicuius litis,et molestiæ, omnem litem, et molestiam in se suscipere,etc. et susceptam prosequi, etc. facere desuper consentire omnem personam,etc de dicta domo,et iuribus prædictis nihil fuisse,nec esse factum neque fiet in futurum,in præiudicium dict. D. Fabij, et præsentis contractus, alias in omnes,et singulos casus,et euentus contrarij,aut contrauentionis præmissorum; aut alicuius eorum,dictus dominus Cornelius se, eiusque hæredes, et successores teneri, et obligatos esse voluit, de dictæ domus euictione generali,et particulari, in forma iuris valida, etc et ad omnia damna,etc de quibus,etc. pacto infrascripto interdictas partes,et mutua stipulatione hinc inde interueniente vallato, quod ipsi d. Cornelio, et suis hæredibus, et successoribus,et liceat dictamdomũ redimere,et recuperare pro eodemmet pretio scutorum :00 monetę, illis vere, et cum effectu eidem d. Fabio,vel suis solutis,et exbursatis, per spatium tamen ; et terminum quinque annorumproxime futurorum, et interim quandocumque ad omne beneplacitum dicti D Cornelii, et suorum heredum, et successorum Intimatione tamen duorum mensium præcedente,et ipsi d. Fabio,vel suis heredibus. et successoribus fienda,et sic dictus D. Fabius,et sui retrouenditionem prefatam facere teneantur elapso vero dicto quinquennio et dicta redemptionem,non facta,amplius dicta domus redimi non possit,nec dictus D Fabius, et sui retrouenditionemprefatam facere teneantur,quia sic actum, etc. Pro quibus, etc. obligarunt, etc.

Matrimonium per verba de præsenti.

SVpradicti d. Io: Baptista, etc. et D. Felice Off r.)Deo dante)futuris con- [illegible] ctum matrimoniũ per verba de presenti contrahendi,Reuer. Don Petrus Curatus in Parochiali Ecclesia sanctorũ Celsi, & Iuliani Vrbis in regione Pontis, sub qua Parochia D. Felix habitat, & degit, palam retulit, & fidem fecit, se ad instantiam eorumdem D Io. Baptistę,& Felicis tribus diebus festiuis continuis in dicta Ecclesia sanctorum Celsi, & Iuliani inter Missarum solemnia vt moris est, iuxta sacri Concilij Tridentini dispositionem,publicasse,&denunciasse matrimonium cõtrahendum inter eosdem D Io: Baptistam & Felicem, nullum impedimentum oppositum,& allegatum fuisse, contra celebrationem,& effectuationem ipsius matrimonii. Qua relatione,& fide factis, & habito etiam sermone,vtpatrē decet spiritualem,pro admonitionedictorumsfuturorum coniugum, super importantia, & effectu huiusmodi Sacraměti Matrimonii successiue Interrogata D Felice intelligibili voce, an vellet in eius legitimum virum,& maritum d Io: Baptistam Sciarolum,vt supra presentem, & audientem; accipere, & cum eo matrimonium iuxta ritum, & precepta Sanctæ Romanæ Ecclesiæ contrahere,ipsa D. Felix premissis intellectis,sponte sua, & libere dixit, & respondit, volo, deinde interrogato Domino Io: Baptista predicto si eandem D. Felicem in vxorem accipere,& iuxtaprę cepta,& ritum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ matrimonium cum ea contrahere velit, ipse D. Io: Baptista premissio intelligens sponte sua, & libere, ad prefatam interrogationem respondit, volo, & propterea idem Reuer. Don Petrus eidem d Io. Baptistę,& D. Felici, vt supra in matrimonium ad inuicē per verba de presenti cõsentiētibus eorum mutuo consensu intellecto dixit. Ego vos Io: Bapt.&Felicem in Matrimonium Iungo, in Nomine Patris & Filij,& Spiritus Sancti, Amen dicendo. Quos Deus coniunxit, homo non separet. Et insuper predictus d. Io: Baptista dedit, & immisit annulum digito annulari eiusdem d. Felicis eius vxoris presentis, & acceptantis, qui annulos prius à dicto Reuer. Don Petro curato benedictus fuit, quibus etiam coniugibus idem parochus auctoritate,qua fungitur, benedictionem dedit Super quibus, &c. Actum,&c.

De-

Deputatio Commissarij extra curiam.

MArcellus, &c. Reuerendissimis DD. quarumcumque Ciuitatum, Oppidorum, seu castrorum Gubernatoribus, eorumque DD. Auditoribus, Locotenentibus, Potestatibus, Vicariis, & aliis quibuscumque iustitiæ ministris, illique vel illis ad quem, vel ad quos presentes nostræ litteræ peruenirent, & eorum cuilibet insolidum salutem, &c. Noueritis nuper fuisse nobis pro parte Magnifici I V D. D. Pompei Molelle S D N. papę, & Reuerendæ Cameræ Apostolicæ procuratoris fiscalis generalis querelanter expositum, quod quidam A. homicidium in personam B. commisit, & N. & *N* ipsi A opem, & auxilium presti terunt, & extiterunt ac ipsũ ad illud deliberare perpetrandum associarunt; propterea pœnes contra sicarios, & talia patrantes a lege tam diuina, quam humana inflictas incurrendo. Quare cum reipublicæ intersit, vt delicta impunita non remaneant, fuimus pro eiusdem domini Procuratoris Fiscalis parte instanter requisiti, quatenus aliquem probum virum commissarium adpredictos inquirendum, & inquisitiones, acprocessum informatiuum formandum extra Ro. C deputare dignaremur Nos igitur Marcellus &c attendentes, &c. commissarium prefatum deputandũ duximus, prout per presentes Magnificum D. N. . V D. de cuius probitate integritate, scientia, & experientia, plurimum confidimus, nostrum, & Cameræ Apostolicæ commissarium deputauimus, elegimus, & constituimus cum facultatibus, & auctoritatibus opportunis. Quo circa mandamus eidem N vt statim visis presentibus ad dictum Castrum N. ac quo sibi expediens videbitur personaliter se conferat, & informationem super premissis, capiat, omnesque, & singulos testes informatos, & coram eo inducendos, & nominandos super premissis mediis eorum iuramentis examinet, ac vacillantes, veritatem occultantes, & de mendacio conuictos arbitrio suo torqueat & testificari recusantes omnibus viis, ac remediis iuris, & facti opportunis cogat, & compellat, cogique, & compelli mãdet & faciat, & eosdem testes, ac delinquentes, & complices ad personaliter comparendum coram se sub censuris ecclesiasticis, & pecuniariis, ac corporeis afflictiuis, & aliis sibi visis pœnis citet, moneat, & requirat, accitari, moneri, & requiri mandet, & faciat, contra contumaces ad declarationem incursus censurarum, & pœnarum per se imponẽdarum, vt moris est procedat, illosque carceret, & posse nostrum sub tuta, & lida custodia, vel idoneis cautionibus transmittat, & conduci faciat & generaliter omnia alia, & singula in premissis, & circa ea quomodolibet necessaria, & opportuna mandet, & faciat, ac exequatur vsque ad sententiam diffinitiuã exclusiue; etiam si talia forent, quæ commissionem magis specialem, amplam, & expressam exigerent Dantes sibi in premissis omnibus, & singulis omnimodam potestatem, auctoritatem, & facultatem, plenumque, liberum, generale, & generalissimum mandatum cum plena, ampla, generali, & generalissima facultate; vices, & voces nostras sibi in premissis delegantes. Quo circa vobis Reuerendissimis DD. Gubernatoribus, Locatenentibus Iudicibus, Commissariis ordinariis Vicariis, potestatibus, & aliis iustitiæ ministris, quibuscumque, ac dicti Castri N. aliorum locorum communitatibus, & cõmissariis, & aliis quibuscumque in executione præinsertium nominandis, per presentes committimus, & in virtute sanctæ obedientiæ districtæ præcipiendo, sub mille ducatorum auri de Camera, Cameræ Apostolicæ in euentum contrauentionis applican. mandati exequutiui, & in subsidium excommunicationis, aliisque arbitrio nostro imponendis, & applicandis pœnis mandamus quatenus eundem D. N commissarius nostrum prędictum in talem recipiatis, & admittatis, & sibi in omnibus, & per omnia pareatis, & obediatis, omnemque fauorem, & auxilium per ipsum in præmissis requisitũ pro premissorum executione impendatis, & prebeatis, omni prorsus contradictione, & exceptione cessante. Volumus autem, quod vltra expensas victus, & hospitii eidem D *N* commissario scuta *N*. notario vero iulios singulis diebus, quibus ipsi ab Alma Vrbe recesserint recto itinere vsque quo ad eam similiter reuersi fuerint de bonis delinquentium predictorũ seu quomodolibet inditiatorum, omnino persoluatur In quorum, &c. datum, &c.

Fran-

Franciscus Belgius notarius.

Marcellus Lantes Auditor.

Nominatio Banniti.

MAgnificus D.G habens facultatem & licentiam nominandi bannitum a Reueren.D. N. Gubernatore, &c. tenoris infrascripti videlicet Ill.&c sponte, &c. virtute dictæ facultatibus, & auctoritatis sibi concessæ de nominando bannitum, nominauit, ac in eius, pristinum statum reposuitR absentem me not; &c. ipsumque ad eius patriam remisit omnemque facultatem, & auctoritatem prædicto Magnif. D. G. in eiusdem suis facultatibus, & litteris patentibus, præmissorum occasione traditam atque concessam penitus in eundem R.bannitum, vt supra nominatum posuit, atque transtulit ita vt idem R eiusdem auctoritate facultate, potestate, & aliis quibuscunq; priuilegiis talibus Bannitis nominatis, & remissis concessis, & attributis tam in vim præinserti rescripti, quam Summorum Pontificum constitutionum, priuileggiorum, & indultorum vti, frui, & gaudere valeat,& possit libere,& absq; aliqua contradictione non solū modo præmisso,sed omni alio meliori modo, &c. Promittens idem D G.præsentem nominationem,& remissionem semper,& omni tempore fore, & esse bonam,& validã nihilq. in eius præiudicium fecisse, illamque pro tali perpetuo habere,& manutenere alias,&c. de quibus, &c. pro quibus omnibus,&c.

Creatio Equitis.

IN nomine sanctæ, & indiuiduę Trinitatis, &c. Nouerint vniuersi, &c. quod anno,&c, in mei, &c. personaliter constit. Ill.D.N. filius bo.me. N. habens, tenens suis in manibus duas litteras regias obtentas a Serenissimo, ac Catholico Rege Philippo ab Austria, &c. sub dat. vna videlicet in Oppido de Marti die,&c. sigillo magno eisdem S. Maiestatis, vt in ea apparet à tergo impresso;altera vero sub dat. &c. in papiro, ac sermone hispano ambas scripturas,& manu eiusdem Serenissimi Regis, & in eis videre est subscriptas tenoris,&c. Illas prævia illarum osculatione præsentauit Illustriss. DD.A.& B: eosque requisiuit, vt attento, quod Illust. D. C. commendator commendæ S &c. cui etiam præinsertæ literę,directæ erant,ab hac luce migrauit vel lent iuxta præinsertarum litterarū tenorem habitum, & Crucem per alios milites dictæ religionis Alcantaræ gestari solitum tradere,& conferre,ac per huiusmodi traditionem prædictæ militię,ascribere, & aliis militibus aggregare dignarentur. Qui illustrissimi D.A. & B. dictas littera,ad se debita cum reuerentia receperunt,& viderunt, & supra eorum singula capita posuerunt, illasque per eundem me notarium alta,& intelligibili voce legi mandarunt,prout lectę fuerunt ad illarū exequutionem prædecendo prævia Spiritus sancti Missæ celebratione, in maiori cappellæ infrascriptæ Ecclesiæ recitata per P presbyterum,&c ipsum ill. D. N. præsentem,& genibus flexis id humiliter petentem, & tunc confessum,& communicatum astantibus ibi ill DD. A. & B. militibus dictæ religionis S Iacobi, multis hinc inde interrogationibus, & responsionibus iuxta eiusdem religionis Alcantaræ ritus, & stabilimenta ense a sinistro latere, per Ill. D A.& B:censit, & pernnilite, prædictos aureis a dextero,& sinistro pedibus,cinctis calcaribus, aliisq; requisitis seruatis; habitum eiusdem Religionis Alcantaræ induerunt. Qui Ill. D. N de obseruando omnia,& singula eiusdem Religionis Alcantaræ vota caualeriatus ordines, præcepta, & constitutiones a Sede Apostolica confirmatas, & quatenus sint in vsu promisit,& in manibus eorundem ill DD A. & B,tactis per ipsum N. sacrosanctis scripturis, an sancta Dei Euangelia solitum præst t iuramentum Actum Romæ in Ecclesia, &c. præsentibus N. & N testibus,&c.

Appaltus salis.

MAgnificus D A. generalis doganerius Almę Vrbis salariae, sponte, &c vendidit,& appaltauit,ac titulo venditionis,& appaltus concessit D B sub so salis dictæ salariæ prouno anno proxime futuro, ab hodie inchoan & vt sequitur finien.cum pactis & conuentionibus infrascripti,videlicet.

In primis quod dictus magn. D. A. teneatur

neatur, prout promisit dare, et consignare dicto B dicta rub. 50. salis pro dicto anno et eo anno durante in supradicta Almæ Vrbis salaria ad omnem ipsius B. simplicẽ requisitionem pro locis N. et N. et versa vice dictus B teneatur, prout promisit dicta rub 50. salis recipere pro dictis locis, et soluere ad rationem Iuliorum 20 pro singulo rub. dicto D. A doganerio ibidem presenti, etc. hic Romę in dicta salaria statim facta ab eodem R. receptione dicti salis in tot paulis, et testonibus papalibus libere, etc. Quam salis quantitatem predictus B teneatur recipere in termino dicti anni, et in euentum, quod nollet, seu recipere recusaret, nihilominus teneatur ad solutionem pretii ad rationem predictam, ac si totam quantitatem salis recepisset quia sic expresse actum, etc. Item quod d. A doganerius teneatur concedere, prout ex nunc tenore presentis contractus concedit plenam facultatem, et auctoritatem eidem B d. anno durante, rẽdendi dictum sal pro d. locis et terris superius expressis, ad magnum, seu paruam quantitatem, et vt vulgo dicitur à grosso, et minuto pro illis pretiis, de quibus dictum sal venditum fuit ab appaltatoribus preteritis. Item quod dictus D. A. doganerius durante dicto anno non possit vẽdere, neque vendi facere, per se, vel alium seu alios in dictis locis aliquam quantitatem salis, ita ex pacto, etc. alias, etc. de quibus, etc. promittens insuper dictus B. emptor dicto anno durante non vendere nec distribuere dictum sal in aliis locis, preterquam in dictis locis, et tentis superius specificatis, sub pœna contenta, et expressa in capitulis inter R. Cameram Apostolicam et dictum A. doganerium celebratis, de quibus capitulis illorumq tenore, et qualitatibus prefatus B emptor asseruit habuisse, et habere plenam, et certam notitiam, et informationem. Pro quibus omnibus, etc.

Deputatio Viceplebani.

COram Reuerendissimo P. D. N. Dei, et Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopo N. ad infrascripta à Sanctissimo D N Papa specialiter deputato, in meiq; notarii, etc. personaliter constitutus R D. N. canonicus, etc. Plebanus parochialis Ecclesiæ sancti N. diœces N. exhibitu presentauit dicto Reuerendissimo D. Archiepiscopo motum proprium Sanctiss. D. N. Papæ ab eo obtentum, quẽ ego notarius præ manibus habeo, requirens eundem, et petens virtute dicti motus proprii aliquẽ probum, et idoneum virum in viceplebanum dictæ Ecclesiæ deputari. Qui Reuerendissimus D. Archiepiscopus dicto motu proprio, cum ea, qua decuit reuerentia, ad se recepto, illoque viso, et lecto, et postea mihi restituto, auditaque petitione, et instantia dicti N sponte, etc. mandatis Apostolicis parendo, cõstitutis fecit, et deputauit dictæ Ecclesiæ viceplebanum D. A. quatenus tamen de eius sufficientia, et idoneitate constet coram DD. examinatoribus ad id deputatis, ad dicti D N plebani nomine, et pro eo dictum Ecclesiam sancti N, in spiritualibus, et temporalibus regendum, et gubernandũ confessionesq; Christi fidelium audiendũ et sacramenta ecclesiastica ministrandũ necnon decimas, et quoscunque alios fructus redditus, et prouentus ad dictam Ecclesiam quomodolibet spectantes, et pertinentes à quibus opus fuerit exigendum et recuperandum, ac habuisse, et recepisse confitendum, et de exactis quietandũ, etc. et premissa faciendum cum prouisionem citi, et honesti salarii, ac iustis, et honestis ac solitis, et consuetis pactis, et etiam cũ clausula solita ad lites, et generaliter, etc. super quibus, etc. Actum, etc. presentibus testibus, etc.

Affrancatio pradij pro nob. domino B.

CVm fuerit, et sit, prout asseritur, quod nobilis vir D. B. hactenus habuerit, et possiderit habeatq; et possideat de presenti iure vtilis dominii in loco dicto, seu vulgariter nuncupato, etc. vnum predium mediorum quinquaginta partim arboratum, et aratiuum, et partim prατiuum iuxta bona ab vno etc et alios suos notissimos fines premissis forsan veriores saluo iure, etc sub proprietate, et directo Domino Abbatiæ, etc grauatum annuo censu, vel canone, seu responsione solidorum 50 monetę ferrarien. annuatim in festo, et soluen. idem Abbati, seu commendatario predictæ Abbatię pro tempore existenti. Cupiatque dictus nob. D. B. dictum

ctum prediū à proprietate predictæ Abbatiæ, liberare, et affrancare. Ideo supplicari fecerit Illustrissimo, et Reuerendiss. D A. tituli sancti D sanctę R.E. Cardinali moderno Abbati, seu commendatario dictæ Abbatiæ pro liberatione, et affrancatione predicta pro qua habenda, et obtinenda obtuli soluere summam scut. mille monetæ eroganda in emptione tot locorum montium non vacabilium in hac Alma Vrbe, ad perpetuam vtilitatem predictę Abbatiæ, ex quibus annui redditus, et fructus percipientur longe maioris summæ, et quantitatis dictæ annuæ responsionis, siue canonis floren 50: Cumque quidem Illustrissimus Cardinalis, et Commendatarius predictus semper, pro posse studuerit, et curauerit conditionem dictæ Abbatiæ facere meliorem omnib. examinatis, et mature discussis cognouerit, et demum deliberauerit, et decreuerit predicta in euidentem dictæ Abbatiæ cedere vtilitatem, proptereaque facultatem, et auctoritatem predictam affrancationem, mediante dicta inuestitura à facienda à Sanctissimo Domino nostro Clemente Papa Octauo, per eius litteras Apostolicas in forma breuis expeditas, sub annulo Piscatoris, sub dat. Romæ, apud sanctum Petrū die prima Iulii 1599. obtinuit, quas originales litteras idem Illustr. Dominus Cardinalis mihi notario consignauit; et illas presenti instrumento per me notario registrari iussit, tenoris. etc. Vnde ad dicti prædii affrancationem modo premisso deuenire intendens motus maxime idem Illustrissimus Dominus Cardinalis, cum dictum predium priuilegio, et beneficio constitutionis Bonifacianæ potiri, et gaudere supradictus B prætendat. Hinc est, quod anno, etc. Coram me notario, etc personaliter existens, presens idem Illustrissimus Dominus Cardinalis Commendatarius præfatus vtens facultate, et auctoritate sibi à Sanctissimo Domino Nostro Papa, vigore litterarum Apostolicarum concessis, et ipsarum litterarum vigore, sponte, etc. omnibus m. lir ribus modo, etc. supra dictū predium, vt supra positum, et confinatum, ab vlteriori solutione, et præstatione dicti census canonis, seu annuæ responsionis, quo, seu qua grauatum existit, ac à decreto domino in, et super eo, et qualibet illius gleba dictæ Abbatiæ, et eius pro tempore Abbati seu Commendatario competentipenitus, et omnino exemit, liberauit, et affrancauit, illudq. liberum exemptum, et francum, et allodiale, esse, et pro tali in perpetuum haberi, teneri, et reputari voluit, et vult, ita vt decreto perpetuis futuris tēporibus dictū vtile dominium cum directo reconsolidetur, ac reconsolidatum fore, et esse censeatur, et sit ad fauorem dicti D B. eiusq; heredum, et successorum quorumcunq. in tantum, quod dictæ abbatiæ Illustrissimoque D. Cardinali Commendatario, et aliis quibuscumque dictam abbatiam quouis titulo nunc, et pro tempore obtinentibus in perpetuum nulla de, et super illo prę missorum causa, et occasione in totū, aut pro parte cōpetat actio, aut ius aliquod & de eo, & quolibet illius parte liceat eidem B. ac suis heredibus, & successoribus quibuscumq; perpetuis futuris temporibus libere, & licite ad eorum libitum voluntatis quouis titulo, aut modo dispone. re, ac si oneri predicto nunqua m obnoxium fuisset prout de aliis suis bonis propriis liberis, & allodialibus disponere posset super quo predio, vt supra affrancato idē Illustris D. Cardinalis, & Commendatarius prædictus cessit transtulit, et renūciauit ad fauorem dicti D B. idem presentis eiusque heredū, et successorum quorū cumque dictum directum dominium, ac omnia iura omnesque actiones occasione predicta dictæ abbatiæ sibiq; Illustris D. Cardinali, ac in dicta Abbatia successoribus competentia, et competitura nullo iure, nullaq; actione dictæ Abbatiæ, et aliis predictis de cetero reseruatis, sed omnibus in dictū d. B. et suos desuper traslatis ad habendū, etc. Ponens, etc. constituens, etc dans licentiam, etc. et interim constituit, se rationē, et exemptionem dicti prædii omniaque, et singula præmissa, et fecit idem Illustrissimus D. Cardinalis eo, quia idem B. soluit tradidit, et consignauit eidē Illustris D. Cardinali, quo supra nomine recipienti scuta mille monetæ in litteris patentibus decem locorum montis fidei non vacabilium quas idem Illustrissimus D. Cardinalis in mei notarii, et testium infrascriptorum presentia habuit, et recepit ab eodem d B presente, et tradente de quibus se bene contentum vocauit exceptioni, etc. tamen ad cautelam renunciauit cum pacto, etc. Quæ quidem loca de-

cem montium, stent et stare debeant perpetuo, pro dicta Abbatia in locū supradicti prædii, vt supra liberati, et affrancati, et illius locum in omnibus, et per omnia subrogata esse censeatur, nec vllo vnquā tempore vendi, vel alienari possint nō secus, ac cętera bona stabilia prædictę Abbatiæ, et casu quo ipsa loco montiū redimerentur prætium ipsorum reinuestiredebeat ad fauorem eiusdem Abbatiæ in aliis locis montium non vacabilium de Vrbe quæ eisdē vinculis obnoxia, et prohibitioni alienationis subiecta perpetuo existant ita tamen quod non propterea quicquid de dictis locis montium contigerit possit haberi aliquis regressus super dicto predio vt supra affrancato, sed semper liberum, & francum remaneat, nec vllo periculo dictorum locorū montiū subiaceat pro ut illud in quemcumq; casum dictus Illustriss. D. Card. dicto nomine liberum, frācum penitus fore;& semper esse declarauit. Quæ omnia, & singula, in præsenti instrumento contenta, & expressa idem Illustrissimus D Card quo supra nomine promisit semper, & omni tempore habere rata, &c & non cōtrafacere, & alias, &c pro quibus omnibus, &c. iurauit tacto, &c. super quibus, &c. Actum Romæ, &c. præsentibus testibus, &c.

Creatio alterius de aliqua nobili domo.

ILlustres, & nobiles viri DD. A. M. & N. omnes de nobili familia, & agnatione de N. conuocati, & congregati in loco infrascripto, & infrascriptorū occasione asserentes se ræpręsentare maiorem, & saniorem partē ipsorum nobilium de N- & quod ad præsens non est alius ex ipsis nobilibus qui ad infrascripta commode interuenire valeat, & nihilominus pro aliis nobilibus absentibus de rato, & rati habitatione promiserunt, & quatenus opus fuerit præsens instrumentum, & omnia contenta in eo ratificabunt, & approbabunt ad omnem simplicem requisitionem infrascripti D. P. etiam per publicū instrumentum cum clausulis, & solemnitatibus, debitis, & opportunis, alias, &c. & dictis resp. & nominibus considerantes, & attendentes eximias virtutes, & immensa beneimerita, & obsequia D. P. qui retro actis temporibus se promptum, & facilē reddidit, & obsequiosum pro prædictis nobilibus, & augumento honoris domus & agnationis prædictæ personam virtutes, suas, ac industriam diuersimode exercendo, occupando. Volentes præfati nobiles DD de N quibus supra nominibus aliqua li recompensatione illorum, & amoris sui offensione, eum subleuare, & sese obsequio sos illi reddere ne vitium ingratitudinis vllo vnquam tempore eis abscribi valeat, & vt etiam ipse D. P. de cætero animosior reddatur ad idem perseuerandum habito prius super præmissis inter eos, vt asserue runt colloquio, & tractatu sponte, &c omnibus melioribus modo, &c. vnanimiter & concorditer dictum D. P. ibidem præsentem, gratiose acceptantem, & quoscūq; eius descendentes vsque in perpetuum fecerunt constituerunt, & creauerunt, ac faciunt cōstituunt, & creant de domo agnatione, & familia de M. ita vt de cætero dictus P. & eius descendentes, vt supra sint & esse debeant, & intelligantur, ac habeā tur, teneantur, tractentur, & reputentur, & nominentur haberi tractari vocari, & deputari debeant vbiq; locorū de domo, & agnatione ipsorum nobilium de N ac si originarius ex dicta domo, & agnatione natus, & procreatus ex ipsis nobilibus, & ex alicuius ex eis corpore in lucem productus per lineam masculinam, ac si esset vere, & naturaliter ex dicta domo, & agnatione ex corpore alicuius, ex eis procreatus per lineam masculinam legitimam, & naturalem, vt supra absque alio medio in tantum, quod de cætero, & perpetuis futuris temporibus ipse P. et eius descendentes, vt supra, infinitum possint, & valeant, & eis liceat vbique locorum deferre arma & insigna ipsorum nobiliū de N. & agnationis sub forma infrascripta videlicet, &c Hic ponatur scutum præfatorum nobiliū de M. Quæ omnia, & singula, &c. pro quibus, &c. iurarunt tactis, &c. super quibus &c Actum. &c. præsentibus, N. & N. testibus, &c.

Forma renunciationis tutelæ Mulieri transire volentis ad secunda vota.

IN Dei nomine, &c. Coram, &c. ac in mei notarii, &c. personaliter constitu-

stituta, honesta mulier d. Agnes, & relicta q N. & exposuit eidem Magn. d. Iudici, vt supra pro tribunali sedenti qualiter ipsa domina Agnes retroactis mensibus post dicti sui viri obitũ fuit deputata tutrix A pupilli sui, & dicti N. filii eique iudicialiter decreta fuit administratio personæ rerum, & bonorum dicti pupilli apparente desuper instrumento manu publici notarii confectovelitque modo ipsa Agnes, & intendat transire ad secunda vota, & ob id non potest commode præesse administrationi personæ rerum bonorũ, & iurium dicti pupilli ne propterea illius successione, & aliis quibuscumq; iuribus sibi competentibus propter defectum tutorij non dati seu petiti priuetur; & necidem pupillus vllum propterea reale, nec personale detrimentum patiatur sponte, &c. omnibus melioribus, &c. cessit, & renunciauit, ac cedit, & renunciauit in manibus præfati Magnif D. Iudicis, vt supra pro tribunali sedentis dictæ tutelæ, & administrationi bonorum ei, & supra decretæ offerens ex nunc reddere rationem suæ administrationis cuicũmq; altero tutoris constituendo quem tutorem, per eũdem d. Iudicem eidem pupillo constitui petit, & præsertim d B vnum ex proximioribus dicti pupilli fide, et facultatibus idoneum ibidem præsentem, & onus huiusmodi separatum suscipere offerentem, Qui Magnif D. Iudex, vt supra pro tribunali sedens auditis & intellectis præmissis, & mature consideratis omnibus melioribus modo, &c & debita causæ cognitione adhibita debitaque iuris solemnitate præcedente, & seruata præfatam renunciationem tutelæ, vt supra per dictam D. Agnetem factam tamquam legitimam, & legitime factam declarauit, & declarat, legitime factam admisit, & admittit, & & attento, quod ipse B. vt supra nominatus per dictam Agnetem ex fide dignorũ testimonio fuit sufficienter informatus est habilis, & idoneus ad dictam tutelam suscipiendam, & administrandam ipsum quidem B. ibidem præsentem, & nos prædictum acceptantem eidem A. pupillo, eiusque rebus, & bonis in tutorem, & pro tutore constituit, & deputauit, reliqua extende prout in aliis formis tutelæ, & qua, superius habes mutandis mutatis, &c.

Assecuratio dotis.

CVm superioribus diebus inter D. Lucretiam, &c. ex vna, & D Claudium, &c. ex altera partibus fuerit, per Dei gratiam, contractum matrimonium, illudq; vt asseritur consumatum, seruatis prius decretis sacrosancti Concilii Tridentini in parochiali Ecclesiã sancti Benedicti, &c. sub quia ipsa D. Lucretia degit & huiusmodi parentelæ intuitu, fuerit inter ipsas partes, mediante tamen, pro ipsa D. Lucretia D N N. deuentum ad certas cõuentiones præfati in folio tenoris, &c. Hinc est, quod anno, &c. in mei, &c præsentia personaliter constituta dicta D N. vti mater, ac legitima administratrix dictæ D. Martiæ, sponte, &c. Ad computum scutorum 300. integræ dotis dictæ D. Lucretiæ, cessit, dedit, assignauit, ac alias omni meliori modo concessit dicto D. Claudio præsenti, &c. (*Domum in solutum dotis*) Vnam domum, cum vniuersis illius membris, et pertinen positam, &c. iuxta bona, &c & alios fines, si qui, &c. Item omnia iura, &c. ponens, &c. constituens, &c. & donec, &c. Et hanc domus cessionem fecit pro summa scutorum 300. monetæ de quibus, stante ipsa cessione, idem Claudius dictam D. Martiam præsentem, ac dictam eius vxorem quietauit, &c. & alia scuta, &c. & ad computum dictæ dotis idem D. Claudius confessus fuit habuisse, & recepisse ab eadem D Martia præsente, &c. In bonis suppellectilibus ipsi consignati, æstimatis ad hanc summam per DD. NN. communiter ab ipsis præsentibus electos, & nominatos, prout asseruerunt, & prout in folio dictæ æstimationis apparet, quod mihi notario dederunt, tenoris, &c. Et alia scuta, &c, Idem D. Claudius in mei, &c. præsentia habuit, & recepit in prompta, & numerata pecunia a præfata D. Martia Et insuper scuta, &c. pro residuo, & complemẽto dictæ dotis, eadem D. Martia eidem D. Claudio præsenti, etc soluere, promisit intra quattuor menses proximos libere, etc. alias, etc. Et propterea stantibus dictis assignatione, consignatione, atque solutione respectiue. Idem D. Claudius quietauit, etc. dictam D. Martiam, ac dictam eius cõiugem de integra dicta dote exceptis dictis scutis, etc soluendis, vt supra dictum est, per pactum, &c. Quamqui-

quidem integram doto, receptam idē d. Claudius recipiendamq; ex nunc, tamen pro quando illam receperit, vt supra obligauit. (*Hipothecatio super omnibus eius bonis*)& hypothecauit tam ingenere, quā in specie, genere, per speciem nōderogan. nec e contra, vna cum donatione propter nuptias, & aliis iuribus dotalibus, & debitis, seu deben. iuxta formam statutorum, & nouarum reformationum Almæ Vrbis quibus dictæ partes, sese supposuerūt, in & super omnibus & singulis suis bonis mobilibus, & immobilibus, iuribus, actionibus, & creditis, presentibus, & futuris vbicunque existentibus. Itaquod in omnes, & singulos casus, & euentus redditionis faciendæ dictæ dotis, tam iuxta formam dictorum statutorum, quam iuris disponen. (*Liceat accipere possessionem pro rata dotis*) liceat d. D. Lucretiæ, & aliis cui vel quibus ipsa dos restituenda esset dictorum omnium bonorum, pro rata tamen dictæ dotis, & iurium dotalium, accipere possessionem actualem, realem, & corporalem, auctoritate propria, &c. acceptamq; retinere vsque ad integram dictæ dotis, & iurium dotalium satisfactionem: eo quia ipse D. Claudius prefatam dotem conseruare, & restituere, respectiue promisit in omnes casus restitutionis illius tam constante, quam dissoluto dicto matrimonio, vna cumdonatione propter nuptias, & aliis iuribus dotalibus deben iuxta formam dictorum statutorum, quibus sese supposuerunt ipse partes, & quæ inter ipsos coniuges, & causā ab eius & eorum aliquo haben locum habere voluerunt. De quibus omnibus, & singulis bonis sic obligatis promisit idem d Claudius nihil fecisse, nec esse factum, nec fiet in futurum in præiudicium dictæ suæ vxoris; alias teneri voluit de illorum euictione in forma iuris valida & in Vrbe consueta, & ad omnia damna, &c. & similiter dicta domina Martia promisit de dicta domo, sic vt supra assignata, nihil fuisse factum in preiudicium dicti D. Gasparis, illumque liberare ab omni molestia, alias similiter teneri voluit, de illius euictione, ac ad omniadamna Proquibus &c.

Optio.

IN nomine Domini Amen. Vacante prab. nd: Canonicali nuncupata N. de potestate constituta in ecclesia, & plebe sancti N. quamdum viueret, obtinebat q. D. N. olim Canonicus d. Ecclesię, qui nuperdiem suum clausit extremum Ven D N. canonicus dictæ N. cui tamquam antiquiori tam de iure, quam ex formā stat d Ecclesiæ spectat, & competit ius, & facultas optandi primam prebendam in dicta ecclesia vacātem sponte, &c omnibus, &c. Volens vti beneficio dictorū statutorū dictæ ecclesiæ: saluis tamen infra scriptis, vt infra op auit, & optat dictam prebendam canonicalem, vt premittitur vacantem per mortem dicti D. N olim Canonici dictæ ecclesiæ, & quā ipse N. tenebat, & possidebat tempore vitæ, & mortis suæ, dimissa prebenda nuncupata de vinculo, quam ipse D. N tenebat in dicta Ecclesia antepresentem optionem. Saluo tamē & reseruato eidem D N. Canonico predicto ante presentem optionem, & in principio, medio, & fine ipsius, & in qualibet eius parte, iure, & facultate optandi, & optare possendi quamcumque aliam prebendam Canonicalem pro tempore vacaturam in dicta ecclesia, quatenus, & inquantum dicta prebenda, vacans, quam tenebat dictus N. olim Canonicus predictus de iure optari non potuisset, seu ei dem D. N. pro hac vice, ius, & facultas optandi non competerent, & quod ius, & quam facultatem ipse D. N expresse sibi reseruauit, & reseruat, & eidem per premissa nullatenus derogare intendit Quinimmo saluum fore promisit, & protestatur. Et ita ipsam optionem fecit, & facit cum reseruatione, & citra preiudicium iuris, & facultatis, de quibus supra, quam aliter non fecisset, nisi cum reseruatione, de qua, & prout supra. Et de premissis, &c.

Renunciationis iniuriarum verbalium instrumentum.

IN nomine Domini, &c. Presens personaliter constitutus prouidus, & honestus A. pro seipso ex vna, & B. similiter presens pro seipso in quadam causa iniuriarum verbalium, quibus dictæ partes sibi inuicem proximus superioribus diebus preteritis, vt asseruerunt, criminatæ, & illorum occasione partibus ex altera. Memoratus ex tunc B. publice, & expressa voce, non vi, dolo, metu, fraude,

de, nec alia machinatione sinistra, vt apparuit, circumuentus, sed sponte, libere & voluntarie profitebatur, & confessus est Quo omnia, & singula verba, per ipsum, B. de persona prouidi A. prænominati, quomodocumque dicta, prolata, & recitata, ad quacumque etiam iniuriam tendentia, vergentia, seu interpretanda, dum taxat animo irato, & caloribus primi motus inductus, ac etiam aliqualiter per sæpe dictus A prouocatus, & incitatus, & nō alia intentione, seu mente, nequaquam dictis verbis ir fistendo, seu inherendo di. xisset, protulisset, & recitasset. Et propterea nihil machinationis, doli, mali, fraudis aut sinistræ suspicationis, de persona memorati A. aut progenitorum suorum, & amicorum vnquam habuisse, seu hodie habere Eundemq; A. probum, & honestum æstimare, & reputare Similiter quoque, & idem A audiens huiusmodi rationabilē excusationem, vna cum verborum præfatorum honestate, si quid dictus B. qualiter cunque etiam de persona A. impudica, et effrenata lingua in iram motus dixisset, et recitasset publicæ, & expresse, & cum omni benignitate, & mansuetudine indulsit, remisit pariter, & ignorauit. Ac alter alterius dexteram in signum fœderis, & amicitiæ apprehendens alterum; & sese amicos agnouerunt, & expresse protestabantur. Quæ omnia, &c. alias, &c. pro quibus, &c.

Alia Erectio, & fundatio Collegij.

R. P. D Andreas Pomus protonotarius Apostolicus Canonicus Cathedralis Ecclesiæ Balneoregien bonarum artiū cupidus. Qui ab eius ineunte ætate ita se ad pietatem instituit, vt nihil ab eo magis optare videretur, quam patriæ propinquis ceterisque omnibus prodesse, & presertim studiosis literarum viris, quorum prudentia, consilio, ac opera non modo priuatæ familiæ, & ciuitates amplę optime instituuntur, ac illustrantur, sed vniuersa quoque Respublica Christiana ad veram perpetuamq; felicitatem consequendam dirigitur. Quapropter cum longo vsu didicerit non facile illos emergere, quorum virtutibus obstat res angusta domi. Idcirco patrę in primis prospiciens, posterisque suis, deinde aliis infranominandis. Cupiensq; illos ad liberalia studia quantum in eo est capessenda incitare, collegium vnum in eius patria, in quo adolescens bonæ, & egregię indolis educati, & alimentatique eant instituere, ac annuo redditu dotare proposuit, pro premiss. rum igitur executione, sua sponte, &c ac omnibus meli oribus modo, &c saluo, ac reseruato Sanctissimi D. N. Papæ, ac Sedis Ap. stolicę consensu, & beneplacito, & non alias aliter, nec alio modo, de quo expresse protestatus fuit, & protestatur, erexit, & fūdauit vnum Collegium Scholarium, quod nuncupari debeat sub inuocatione sancti Bonauenturæ, ciuis, ac patroni dictæ ciuitatis Balneoregii, quem fel. recor. Sixtus Quintus pont Max. ob preclaram vitę sanctitatem perennes labores, pro Ecclesia Dei susceptos, ac prestantem doctrinam cum pietate coniunctam, virtut. busq. diuinis illustrem, dignum censuit, vt inter primarios, precipuosq. Ecclesiæ Doctores annumeraret, pro cuius collegii scholarium vsu, & habitatione inseruire debeant ædes omnes, quas ipse D. Andreas habet & possidet in dicta ciuitate Balneoregii, quas ideo dicto collegio applicauit. Cui collegio, & scholaribus pro tēpore existentibus vt se substentare, & conseruare, oneraque ipsis, & collegio predicto pro tempore incumbentia sufferre valeant, donauit, ac titulo puræ, perfectę, & inuiolabilis donationis, quæ fit, & fieri dicitur inter viuos, dedit, cessit, concessit, mandauit, renunciauit, & transtulit in perpetuum eius ædes, predictas, ac alia omnia, & singula bona sua stabilia in ciuitate, & agro Balneoregien sita & consistentia, super quibus bonis, vt supra donatis dictus D. Andreas cessit ad fauorē collegii, & illius scholariūom niaiura, omnesq; actionesquocunq nomi ne noncupatas, sibi desuper cōpetentes, et cōpetituras, ac cōpetentia, & cōpetitura, nullo iure, nullaq; actione sibi desuper, saluis tamen infrascriptis, de cetero reseruatis, sed omnibus in collegium, & scholares predictos penitus translatis, ponens, & subrogans collegium, & scholares antedictos, in ius, locum, & priuilegium ipsius donatori, vniuersum, ad haben &c. constituent, &c. dans licentiam scholaribus, siue pro tempore rectori, & œconomo collegii predicti bonorum donatorū possessionem,

fionem, &c. propria auctoritate, &c. capiendi, &c. captamque, & apprehensā retinendi, & continuandi, &c & donec, &c. constituit, &c. de quorum bonorum idoneitate, ne vllo vnquam tempore contingat dubitari, vtque facilius ab occupationibus defendi valeant, bona donata recenseantur, recognoscanturq; illisq; omnibus diligentissime perquisitis, singula in catastrum referantur, quibus in locis ea sint, quibusue finibus contineantur singulatim per publicum notarium describentur, cuius catasti, siue inuentarii duo conficiantur exemplo vtraque publici notarii auctoritate, & signo roborata, & authentica, quorum alterum in dicto collegio alterum vero in Episcopali archiuio custodiendum tradatur. Quorum omniū bonorum perpetuam conseruationē pro dicto collegio, & scholaribus, cupiens illorum venditionem, distractionem, translationem, permutationem, & pignorationem, obligationem, hipothecationem, & alienationem quamcumque etiam alienationis vocabulo latissime sumpto, & etiam illorum vltra triennium locationē expresse prohibuit, & vetuit. Quicquid autem contra supra, & intra disposita factum fuerit, irritum, ac inane, nulliusq; roboris, ac momenti sit. Aedes autē pro vsu dicti collegii, & eius scolarium applicatarum, si diruerentur, aut vetustate labefactatæ ruinam minarentur, eas ex aliorum bonorum collegii redditibus restitui, instaurarique statuit, & mandauit.

Collegium autē prædictum sit, & esse debeat perpetuis futuris temporibus, & in infinitum de iure patronatus ex fundatione, & donatione familię ipsius D. Andreę, & eius germanorum fratrum, ac descendentium ab eis, & pro primo patrono dicti collegii nominauit semetipsū, & post quam esse desierit, substituit eius germanos fratres, ac eorum descendentes masculos, legitimos & naturales in perpetuū & infinitum etiā vltra centesimum gradum, quosque durabit linea prædicta, in quo collegio recipiantur, & admittantur tot scolares prima tonsura initiati bonæ, & egregie indolis litterarum studiis deditis, ad minus annum decimumquintum cuiusque eorum ætatis attingentes: quot ex fructibus, redditibus, & prouentibus bonorum dicto collegio donatorum substentari cōmode poterunt, quibus cibarius victos per septennium tantum subministrari debeat. Qui scolares esse, & delegi debeant de familia fundatoris, & ab ea descendentium, ac consanguineorum, affinium, propinquorum, ac quouis modo, & gradu attinentium eorundem descendentium in perpetuum, & in infinitum. Itaut semper proximiores in gradu præferantur, quibus patronis liceat toties quoties alios eligere in defectum attinentium, & aliorum prænominatorū. Quod si omnes descendentes esse desierint, recipiantur in dicto collegio scolares, quos Reuerēdissimus cathedralis Ecclesiæ Antistes, ac magnifici domini Priores ciuitatis Balneoregii pro tempore duxerit eligendos, & admittendos. Qui scolares eligendi, & admittendi ab Atistita, ac Prioribus prædictis debeant esse ætatis, & idoneitatis prædictæ toties quoties electio contingat, & de ciuitate, siue dioecesi Balneoregii, & quoties electioni locus factus fuerit, edictum publicē præponatur, vt ad illum obtinendum omnes inuitentur: & qui conuenerint, separatim diligenter singulorum ingenium, indoles mores, & alias, quæ negotii ratio requirit explorentur, atque vbi Antistes, & Priores prædicti de singulorum ingenio, indole, & moribus fuerint edocti approbatis viris omnes quos bonos, aptosque iudicauerint, si plures fuerint, ne fauore, & gratia eligere videantur, in breui pagina nominatim describi, ac in vrna poni, & successiue quem puerulos primum extraherit, ad locum vacantem eligere, & recipere debeat. Vtque ordo, & iura dicti collegii seruentur, scolaresque in bona vita, & moribus contineantur. Reuerendissimus D. Antistes prædictus ex eis natu m aiorum si sibi videbitur, sin autem alium quem maluerit ex scolaribus, siue si ipsi Reuerendissimo D. Antistiti videbitur expedire extraneum sacerdotem tamen maturæ ætatis, & spectatæ integritatis eligere dignetur, qui scolaribus praesit, curetque collegialiter in dictis ædibus eos degere, bonam, honestamque vitam ducere, ac sordibus, & vitiis abstinere, bonisq; artibus operā nauare, ipsiusq; collegii introitus non dissipari, aut in alios quā in collegii, & scolarium vsum, & vtilitatem conuerti. Scolares autem pro tempore collegii prędicti cuiusque per viscera Christi hortatus fuit, vt

accuratæ prouideant, et nitantur otium, ac desidiam, à quo fôrte multa profluunt mala, eorum ætati infesta, vt pestem vitare. studiis litterarum non solum, et latinæ linguæ, sed et Ecclesiasticæ disciplinæ operam mature : ab improbarum amicitia cauere, seniores, ac recte mouentes ausculare, eosque vti parentes obseruarē, bonas artes colere, in ludo, et scola litteralia modeste versari, ante omnia Deū timere, quotidie preces, horasque beatæ Mariæ recitare, preces Deo Optimo Max. in salutem animæ ipsius R. P. D. Andreæ deuote effundere, ac se tales præbere, vt iudicentur non indigni loci indicto collegio ipsis concessi, et probitatis, religionis, et industriæ eorum spem ad maiora extendatur.

Quæ omnia, et singula premissa, quæ dictus D. Andreas declarauit fecisse, et facere amore Dei ac ad laudem, et honorem sancti Bonauenturæ, cuius precibus, intercessione, et meritis Saluator noster Iesus Christus ad cælestia regna ipsum perducere dignetur, semper, et perpetuo rata, grata, valida, et firma habere, ac tenere, et in nullo sub quouis pretextu, iure, titulo, causa, modo ingenio, siue quæsito colore, ac ex quauis causa quantumuis incogitata per se, vel alium, seu alios in iudicio, aut extra, directè, aut indirectè contrafacere, etc. promisit. Et pro obseruatione inuiolabili omnium, et singulorum premissorum, et eorum non contrauentione dictus D. Andreas seipsum, etc. bonaque etc. ac iure, etc. in forma Cameræ Apostolicæ cum clausulis, etc. citra etc. obligauit, etc. me notario publico infrascripto vti publica et authentica persona solemniter ac legitime stipulan. et acceptan. pro omnibus, et singulis, quorum interest, etc. iurauit tactis, etc. super quibus, etc. actum, etc.

Tenor supradictarum litterarum sequitur, vt infra videlicet.

CArolus Trottus Dei, et Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Balneoregien.

Dilecto nobis in Christo D. Vincentio Flaminio Ciui Balneoregien. salutem in Domino. Cum pro parte tua fuerit nobis expositum, quod in titulo deuotionis duc. tus ven. Ecclesiam S. Bonauenturæ inci-tate Balneoregii, et contratæ Ciuit. ex l. sten. dotare proposuisti annuis scutis in seru tutis cappellano, qui singulis hebdomadis feria secunda, et quarta perpetuis futuris temporibus in dicta Ecclesia celebrare debeat, si tibi, ac tuis hæredibus, et successoribus, quibuscumq; reseruetur, et concedatur ius presentandi personam idoneam ad dictam Ecclesiā quoties perpetuis futuris temporibus vacare contigerit. Nos igitur zelo suæ deuotionis annuentes; Cupientesquoque nostris precipuè temporibus, ac alios ad pia opera excitare Tibi, ac tuis heredibus, et successoribus quibuscumque in dicta Ecclesia ius præsentandi personam idoneam, a nobis tamen, ac successoribus nostris instituen. quoties illam quomodolibet vacare contigerit, perpetuis futuris temporibus, ex priuilegio donationis, ac aliis omni meliori modo concedimus, ac reseruamus. In quorum.

Promissio pro Illustris. D. N. mercatore Floren. Rom. Cur. sequen pro erectione montis.

ILlustriss. D. C. Domicellus Roman. et Marchio N asserens sibi à Sanctissimo D. N. D. Clemente diuina prouidentia Papa Octauo per suas litteras Apostolicas in forma breuis expeditas ad prouidendum variis, et diuersis suis negotiis datam, et concessam fuisse licentiam, et facultatem super infradicendis suisbonis in dd. litteris Apostolicis expressis, et specificatis erigendi, seu creandi montem redimibilem non vacabilem, summæ, et quantitatis scutorum vigintiunius milliū et quingentorum monetę, et iuliorum decem pro scuto, constituen. et continen. in totum quantitatem locorū ducētorum, et quindecim, cum participatione fructuum ad fauorem montistarum, ad rationem scutorum sex, et baioc. 60 monetę pro singulo loco, et anno, et alias, prout latius constare asseruit dd. litteris Apostolicis erectionis montis prefati, sub dat. tum Romæ apud sanctum Petrum tertia præsentis mensis Februarii, quarum copiam mihi notario, etc. exhibuit, tenoris, etc. Et requisiuisse Ill. D. N. mercatorem Florentinum Romanam Curiam sequen. vt ipsius illustriss. D. C. contemplationem

tion. contentus sit depositarium d. montis acceptare, seu eiusdem montis depositarium vocare: nec non promittere, & se principaliter, & insolidum obligare erga, & ad fauorem personæ, seu personarum, aut montistarũ in d. monte pecunias ponentium pro solutione fructuum d. mõtis, prout opus fuerit facienda, & asserens d. Ill. D. L. acceptasse, & contentum remansisse promissionem, & fideiussionem præfatas facere velle, volens igitur d. Ill. D.C. eundem D N. super præmissis, & illorum causa, & occasione, ex nunc pro dum, & quãdo promissiones, & fideiussiones præfatas fecerit: cautum, & securum reddere. Ideo sponte, &c. omni meliori modo, &c. ex nunc, prout ex tunc, ac pro dum, & quando promissiones fideiussiones, & obligationes præfatas fecerit, promisit, & se obligauit d. illust. D N. licet absentem, me notario publico infrascripto pro eo, illiusque hæredibus, &c. præsente, ac legitima stipulante, & acceptante, & supradictis, per eum facien. promissione, & obligatione pro solutione fructuum d. montis, ac omnibus, & singulis in eisdem promissione, & fideiussione cõten. quorum tenores hic pro sufficienter expressis, ac de verbo, ad verbum insertis haberi voluit, indemnem penitus, & sine damno releuare, & conseruare: Ita quod nullum propterea damnum, neque molestiam aliquod vnquã tempore patiatur: eundemq. ill. D. N. vt supra absentem, stipulatione qua supra interueniẽte, à promissione, & fideiussione huiusmodi infra viginti annos proximos, & alias iuxta formam dictarum litterarum Apostolicarũ penitus eximere, & liberare, alias, & ad omnia damna, &c. teneri voluit; de quibus, &c. eundemque Illust. D. N. vt supra absentem cautelauit, & asseruit, ac cautũ, & securum esse voluit, tã in genere, quã in specie super omnibus, & quibuscumq. suis bonis mobilibus, & stabilibus in quouis loco, & sub quibusuis finibus sitis, positis, & confinatis, & pro maiori cautela d. Illust. D. N. Ita quod specialitas generalitati non deroget, nec e contra, & ne de proprio vigore dictæ promissionis, & fideiussionis, per eum facien. aliquid soluere cogatur, asserens ad ipsum, seu illustrissimam D. Faustinam eius vxorem, & illustrissimum D. Iacobum eius filiũ pleno iure dominij, vel quasi, inter alia bona stabilia, spectare, & pertinere casale Burghetti nuncupatum rubrorum ducẽtorum viginti, vel circa, positum extra portam Flaminiam iuxta ab vno bona Ill. D. Ioan. Baptistæ Altouiti, ab alio bona Illustrissimorum DD. hæredum Illustrissimi D. Cardinalis Farnesij, seu casale de Pino nuncupatum, & ab alio lateribus casale nuncupatum la Castellucia Illustri DD. de Cellis, saluis alijs, si qui, &c. quod quidem casale Burghetti ad præsens, vt asseruit in locationẽ, seu affictum retinet Ill. D. Gregorius de Sabattarijs per nouennium pro annuo affictu scutorum octingentorum quinquaginta octo monetæ iuliorum decẽ pro scuto, & b. 49. ÷ qui quidem affictus maturabit die, &c. & ex nunc pro dum, & quando affictu præfatus maturatus, & expletus fuerit, casale præfatus reperitur locatum & affictatum ill. D. Hortensio Celso per nouenniũ, incipien. in festo S. Angelis mensis Septembris anni 1591 seu, &c. & vt sequitur finien. per annuum affictu scutorum mille septuaginta quinque similim prout de affictu facto D. Gregorio constare asseruit instrumento rogato per d. Vincentium Fuscum notarium publicum Capitolinum sub d e vltima Maij 1581. de affictu autem facto Dom. Hortensio constare asseruit instrumẽto rogato per eundem notarium sub die, &c.

Item introitus Castrorum N & N.

Item asseruit ad ipsum etiam spectare & pertinere annuam pensionem scutorum quadringentorum auri in auro ipsi Illustrissimo D.C. reseruatam super fructibus redditibus, & prouentibus mensæ Episcopalis Faracen. anno quolibet solui debitam in festo S. Io. Baptistæ de mense Iunii vnica tantum solutione.

Item aliam annuam pensionem scutorum centum quadraginta trium auri in auro similium cum dimidio, ipsi illustrissimo D.C. reseruatã super fructibus redditibus, & prouentibus mensæ Episcopalis Assisien. anno quolibet solui debitã in duabus solutionibus, & paghis, alteram videlicet in festo S. Io. Baptistæ de mense Iunii, & alteram in festo Natiuitatis D.N. Iesu Christi pro rata; prout latius constare asseruit litteris Apostolicis reseruationẽ pensionum præfatarum desuper expeditis, ad quas, &c. Ideo sponte, &c omnibus, &c. vltra præmissa, & infra-

scriptam generalē obligationum omniū suorum bonorum, & obligauit,& hypothecauit, ac cessit, & assignauit d. Ill. D. Io. Baptistæ absent. stipulatione, quo supra interueniente solutiones, & paghas affictuum, & pensionum prædictarum, ab hodie imposterum suis debitis terminis maturandas,ad haben.&c transferés, &c omnia iura, &c. ponens,&c. constituens eundem Ill D Io. Baptistā, & suos, &c procuratores irreuocabiles vt in rem propriam,ac ipsius,&c. solutiones,& paghas dd. affictuum, & pensionum suis debitis terminis temporibus aduenientibus, maturan & deben.ab illorum affictuariis & titulariis,seu Episcop s nunc,& pro tēpore respectiue ex illen ac aliis quibus opus fuerit petendum exigendum &c. ac habuisse,&c. confitendum,& tam de habitis,&c qu m habuisse, & confessis soluentes,& alios,quos opus erit,quietandū &c. & quietantes quascumque tam publicas, quam priuatas iuramento,& alio quouis robore vallatas ; dandum, et faciendum iura, et actiones quascumque in fauorem soluentium, si opus fuerit cedendum,et transferen cum clausulis opportunis,et si opus erit,iudicialiter agendum cum solitis clausulis cū lites,et potestate substituen. et sequestrandi,et aliis clausulis, et facultatibus in similibus apponi solitis,et quouis modo magis oppor tunis,durante fideiussione,et promissione huiusmodi. Itaut per huiusmodi cessioné, & deputationem,d.Ill.D N teneatur, nec non obligatus sit aliquam diligentiā, nisi illam,quam voluerit facere, cum nihilominus, si aliquam diligentiam non fecerit,nō possit,neque valeat,d.Illustrissimus D C.neque eius fideiussores intra dicendi se iuuare, & quod non intelligatur modo aliquo supradictis, & infrascriptis cautelis in aliquo præiudicatum, nec ab illis recessum., sed ille semper illesæ remaneat ad fauorem Illust. d.Io.Baptistæ, stipulatione qua supra interueniente,ordinauitque insuper d.Illustrissimus D.C.ex nunc dd affictuariis, & aliis, nunc,& pro tempore respectiue existentibus, vt affictus, seu paghas,& terminos dd.Casalium,pēsionum, & aliorum prædictorum in terminis,& temporibus,ac in eisdem modo, & forma,quibus tenentur,& obligati existunt erga ipsum Illustrissimum D.C. soluant,& exbursent,ac soluere,& exbursare promittant, & se obligent præfato Illust. D N.donec mons prælatus integre extinctus,& redemptus, ac dictus Illust. D N. integre satisfactus, & liberatus non fuerit, de quibus quidem affictibus responsionibus,ex nunc pro dum,& quando dicto N soluti,& exbursati fuerint,eosdem affictuario, & pensionum debitores licet absentes, me, &c. quietauit, &c. per pactum, &c.

Et in euentum, in quem contingat,dictum Ill D N. occasione promissionis,& fideiussionis huiusmodi arctari ad aliquas anticipatas solutiones de proprio faciendas mōtistis,seu aliis personis,& antequā maturent paghæ affictuum, & pensionum supra expressarum,& antequam illæ exactæ non fuerint,& in manibus D.N. non peruenerint,quas,vt dictum est,ad ipsum N.peruenire,& perueniri debere,ita tamē quod ipse D. N nullam diligentiā facere teneatur,& si cæperit aliquam diligentiā facere (illam ad eius libitum dimittere, possit) consensit nihilominus ex nunc, quod præfatus D.N in casu,& euētu præfatis,vel aliquo præfatorum,dictam summam, seu summas de suis pecuniis anticipate,aut alias soluere absque aliqua alia citatione, seu interpellatione desuper ipsi Illustrissimo D. C. facienda, quam d. Ill. d.N si sibi placuerit,& videbitur, agere possit cōtra affictuarios,& titularios præfatos pro consecutione terminorum decursorum,& maturorum,ac vno, & eodē tempore, si sibi videbitur, alias, vel illos accipiat, vel sumi faciat ad cambium, & recambium a quibusuis mercatoribus, & personis, etiam semetipso pro quibusuis feriis,nondinis, & mundi partibus,semel, & pluries quoties occurrerit, & opus erit omnibus cambiis, recambiis, ac damnis, expensis,interesse,& prouisionibus ipsius Illustrissimi D.C. de quibus quidem cābiis,&c. promisit stare,& credere simplicibus partitis, & cōputis prædictum Ill. D N. seu illius agentes, vel ministros, ac alios mercatores, vel personas,qui pecunias præfatas super cambiis retinuerint, dandis,& exhibendis,absque onere cuiuslibet alterius probationis.Et hoc intelligatur etiam, & fieri possit, quotiescumque fuerint maturati fructus mōtis præfati,& ex parte montistarum forsan pecuniæ,& fructus de manu in manū maturandi nō recipiatur, & illus in manibus D. N. dimit-

mittant, et permanere permittant. Promittens eundem N. vt supra absentem reimbursare de omnibus, et quibuscunque cambiis, ac alii expensis, et prouisionibus, occasione cambiorum, recambiorum huiusmodi quomodolibet facien. et decurren. vna cum sorte principali, ad omne eiusdem Ill. D. N. beneplacitum, et simplicem requisitionem pacto tamen expresse adiecto, quod dicto Illust. D. N. liceat iudicialiter agere, ac consecutionem sortis principalis, ac cambiorum, recambiorũ, et aliorum expensarum præfatorum, et vno, et eodem tempore pecunias prefatas retinere vsque ad diem integrę satisfactionis.

Et insuper, premissis semper saluis volens vt contenta, et expresse in pręinsertis litteris Apostolicis seruentur; eaq. debitæ executioni, iuxta illarum dispositionem, demandentur, sponte, etc. promisit, et conuenit, quod affictuarij nunc, et pro tempore existens dictorum casalium, et castrorum promitteat, et se obligabunt, semper huiusmodi promissione, et fideiussione durante, et donec integre mons prefatus extinctus, et redemptus non sit, et d. d. N. integre satisfactus non fuerit, de omni, et toto eo, quod de suis pecunijs soluerit, et exbursauerit, eorumque cambiis, recambiis damnisque expensis, et interesse, et prouisionibus soluere, ac realiter, et cum effectu exbursare affictibus, et pẽsiones supra expressos, suis loco, et tempore maturan. et deben. prefato ill. d. N. libere, etc. Ita quod, etc. alias, etc. stipulatione qua supra interuenien. consensit insuper, et promisit dictus Illustrissimus d. C. pro maiori cautela ill. d. N. et iura iuribus addendo, et non alias, etc. finitis, et maturatis affictibus, et locationibus, huiusmodi supradictum Casale, et Introitus dictorum Castrorum nemini locare, seu affictare, absque scientia, et consensu pręfati ill d N. ad hoc vt ipse tutus sit de idoneitate nouorum conductorum, et qui affictus casalis, et introitus predictorum pręfato Ill. d. Io. Baptistę, vt supra soluant, ac soluere, et exbursare promittant, et se in forma Cameræ Apostolicæ obligent, & sic semper seruari, & fieri debeat, totius, quoties affictus, & locationes huiusmodi facere, & reuocare contigerit, donec d. Mons extinctus, & dd. N. integre satisfactus non fuerit, vt supra dictum est, alias in euentũ contrarii, affictus, seu locationes predictæ sint, & esse debeant ipso iure, & ipso facto nullæ, & inualidæ, ac pro non factis habeantur, quia sic actum, &c.

Et ex supradictis affictibus, & pensionibus prefato Ill D. N. vt supra soluen. & exbursan. d. Illustrissimus d. C. consensit, quod per quinquennium proximum possit soluere ratam fructuum totius dicti montis, & solutis, seu defalcatis, & retentis anno quolibet dicto quinquennio durante fructibus prefatis, dictoque Ill. d. N. de omni, & toto eo, quod forsan de suo proprio soluere occurrisset, ac illorum cambiis, &c. & prouisione, seu prouisionibus supradictis reimbursato, & satisfacto, totum, id quod superest ex affictibus, & pensionibus prefatis, in manibus præfati Ill. D C ipse teneatur reddere, & restituere, seu soluere præfato Illustrissimo d. C. de semestre in semestre, & in fine cuiuslibet semestris pro rata, hic Romæ; & hoc intelligatur duran. d. quinquennio tantum, & non vltra.

Ordinauitque insuper d. Illustriss. D. C. pro ill. D. N absenti eidemque per præsens instrumentum plenam, liberã, & amplam facultatem dedit, ac transtulit, concessit, quod elapso d. quinquennio, solutis prius fructibus totius montis, ac sibi satisfacto de prouisione, seu prouisionibus sibi assignatis, ac sibi debitis, & aliis supradictis, ac semper detractis, & retentis penes ipsum mercatorem, duabus solutionibus, & paghis d. montis, de proximo ordine successiuo, maturandis, totum id, quod anno quolibet supererit, ex affictibus, & pensionibus supradictis quot escũque ascendat ad summam scutorũ trecẽtorum, de semestre in semestre. & in fine cuiuslibet semestris, conuertat, & conuertere debeat in extinctionem, seu redemptionem d. montis pro rata facien iuxta, & secundum formam, continentiã, & tenorem pręinsertarum litterarum Apostolicarum erectionis illius, ad quas, &c. hoc tamen adiecto, quod dictus ill. D. N. extinctionem, & redemptionem præfatam facere teneatur, & obligatus sit modo superius expresse, sine aliqua requisitione ipsius Illustrissimi DC & suorum, &c. modo tamen, & forma supra specificatis, omnibus tamen sumptibus, & expensis prefati Illustrissimi D. C. de quibus d. Illustrissimus D. Carolus stare, & credere debeat

simplicibus partitis, & computis dandis, & exibendis.

Promittens præfatus Illustrissimus D. C. huiusmodi promissionem, ac cessionem, & assinatione per eum pro maiori cautela D. N. sic vt supra factas semper, & perpetuo fore bonas, & valides, bene, æque, & valide factas; dictosq. affictus, & pensiones esse exigibiles, & illi pro tempore, & in futurum in aliqua parte non diminuerentur, sed potius agentur: & in eas tamquam tales facere consentire omnes personas, &c. ius haben vel habere quomodolibet apparentes, seu prætendentes in, & super dd. casale, & castris, ac illorum fructibus, & pensionibus praefatis ad omnem simplicem extraiudicialem interpellationem facien. ex parte d. D. N. vel suorum, &c. immo omnem litem, molestiam, & controuersiam, si quæ super præmissis, vel aliqua eorum parte quomodolibet moueatur in quouis iudicio petitorio, vel possessorio in solidum, & in quauis instantia, & parte iudicii, in se ipsum suscipere, & susceptam prosequi, terminare, & finire omnibus suis sumptibus, & expen. ac procuratoribus, & aduocatis etiam, absq. alia cura, & interuentu ipsius Ill. D. N. & suorum hæredum, &c. quos promisit sæpe, & perpetuo dd. monte, fideiussione, & promissione præfatis durantibus, & donec D. N. de præfatis integre satisfactus, & liberatus non fuerit manutenere in pacifica, quieta perceptione, & exactione affictuum, & pensionum præfatorum, vt supra, ac defendere, liberare ab omni lite, molestia: & molestante persona Alias in omnes, & singulos casus, & euentus præmissa, aut alicui promissorum contrarios de omni, & quacumque dicti casalis, Castrorum, ac fructuum, & pensionum præfatarum respectiue euictione generali, & particulari, in forma iuris valida, & in Vrbe consueta, siue in propria ætate, siue in possessione sequatur euictio, ac etiam ad omnia damna, &c. teneri voluit erga præfatum Ill. D. N. absentem me notario, &c.

Et præmissis, ac infra dicendis semper saluis, in euentum, in quem, supradict affictus, & pēsiones ex quouis capite, & defectu diminuerentur, seu in totum, siue in partem deficerent, tunc, & eo casu, præfatus Illustrissimus D. C. in specie, ita tamen, &c. obligauit, & hypothecauit d. Ill. D. N. vt supra absenti quoscumque fructus, redditus, & prouentus omnium, & quarumcūque terrarum, & molendini, ac aliarum quarumcumque rerum, et bonorum, Castrorum Canis mortui, et Monitorii ad ipsum Illustrissimum D. C. Illustrissimum D. Iacobum eius filium spectan. et pertinen. Dans eidem licentiam, et facultatem illos exigendi, et percipiendi propria auctoritate, et de facto, et de illis quietan. Iura cedendi, ac iudicialiter agen. et iuxta formā præinsertarum litterarum Apostolicarum, cum clausula constituti latissime, vt opus fuerit exten.

Promisitq. insuper D. Illustrissimus D. C. vt vulgo dicitur: far buono al signor N. l'aggio delli quatrini, che forse li saranno pagati per detti assegnamenti dati à quel prezzo, che correrà per tempo, da stare alla relatione semplice, da farsi da vn sensale de banchi.

Item consensit, et cōuenit præfatus Illustrissimus D. C quod si, et quotiescūque dicto tempore durante, cessatum fuerit in solutione fructuum, et affictuum dicti casalis, et introituum Castrorum, et pensionum supradictarum, in terminis, et temporibus, vt supra debitum, tunc sit in arbitrium, et liceat D N. et suis etc. pro illorum faciliori consecutione agere, et experiri tam contra ipsum Illustrissimum D. C. et fideiussores infra dicendo insolidum pro rata eorum tantum, quā contra dictorum casalis, et Castrorum conductores, et affictuarios, et ticularios, et alios quoscunque casales, et Castra prædicta quouis titulo pro tempore tenentes, et possidentes, ac pensiones præfatas soluere debentes, ac vno, et eodem tempore pecunias præfatas accipere, et retinere, seu fums facere, et cōtinuare super cambiis modo quo supra: tam pro solutione fructuum dicti montis illo durante, vt supra dictum est, quam pro extinctione de semestri in semestre, et in fine, vt supra facien. iuxta formam præinsertarum litterarum Apostolicarū: ita tamen, quod vna via electa, nunquam d. Ill. D. N nec suis, etc. præiudicetur, quin ad alterā redire, vel vtraque eodem tempore vti experiri valeant, sed semper variare possint, vsque ad integram illorum consecutionē, et ad peragendum constituit, et deputauit eundem Ill. D N. et suor. etc. procuratores irreuocabiles vt in rem propriā, cum facultate exigendi, et percipiendi.

piendi fructus, et pensiones præfatas, vt supra, et de illis quietandi, agendi, et alia faciendi desuper necessaria, et opportuna cum aliis clausulis, et facultatibus in similibus apponi solitis, et quouis, modo magis opportunis,duraturis,durante promissione, et fideiussione præfatus, vt supradictum est.

Idem vltra præmissa,et illis semper saluis, et non alias, etc. præfatus Illustrissimus D.C. promisit totum dictum montē vigintiunius, millium, et quingentorum scutorum,videlicet loca ducenta, et quindecim mōtis præfati vendere præfato ill. D.L. absenti, vt supra pro dd. scuti vigintiuno mille, et quingentis monetæ, et de illis verum,et legitimum creditorē in dd. scutis vigintiuno mille, et quingentis, in libro d.montis facere cum participatione fructuum, ad dictam rationem scutorum sex,et b.50. pro quolibet loco; ac litteras patentes ad eiusdem ill.D N fauorem per secretarium dicti montis à præfato illust. N nominandum,et deputandum,confici, et expediri facere, iuxta formam præinsertarum litterarum Apostolicarum, hac tamen conditione,quod d.Illustr D.N.teneatur de dictis scutis 21500.facere creditorem præfatum Illustrissimum D.C.in libris,seu libro nūcupato quaderno de cassa rationis bancariæ ipsius N.ad effectū ex illis, videlicet scuta quinque millia monetæ,inuestiendi in emptionem quinquaginta locorum montis archiuii, cum supplemēto opportuno,aut bonorum stabilium ad beneplacitum præfati Illustrissimi D.C.exinde tamen non amouen.nisi ad effectum illa conuertendi in redemptionem castri Vallis Infredæ, alias per eum venditi ill. d. F. Cencio pretio scut. decem,et septem millium trecentorū nonagintaquinque, ex Instrumento,vt dicitur rogato in actis eiusdem domini Vincentii Fusci, sub die, etc. seu in emptionem alterius castri,vel aliorum bonorum stabilium,ad beneplacitum vt supra, cum consensu tamen d.D N aut ad effectum dotandi vna ex filiabus ipsius Illustrissimi D.C.cum hoc quod dicta bona sic emenda remaneant, et remanere debeant in genere,et in specie obligata,et hipothecata ad fauorem d.ill D N pro eis reuelatione,et promissione, et obligatione supradictorum, et donec ab ea liberatus,et mons supradictus extinctus non fuerit;dicta vero filia dotata, seu dotāda iura,et actiones quascumque sibi pro sua dote competen. respectu anterioritatis præfato Illust D.N. cedat, et renunciet Alia vero scuta octo millia septingenta trigintaduo b. 85. soluendi, et exbursandi creditoribus ipsius ill. D.C. descriptis tamen et adnotatis in folio,quod facto mihi notario, etc. illust. D.C. exibuit, et consignauit, tenoris, etc. quam solutionem præfatus illustris D.N. absque alia interpellatione, statim facere debeat, interueniente debita cessione ad eius fauorem fienda,cum ordinatione tamen d.Illust.D.C. Et reliqua scuta septem millia septingenta sexaginta Septemb.15. conuertendi,et implicandi ad arbitrium, et dispositionem ipsius illust.D C et prout melius sibi D C. videbitur, et placuerit: Promittens vlterius præfatus illust D.C. quod prædicti creditores, in præinserto folio descripti, et adnotati in receptione eorum respectiue creditum, iura,et actiones quascumque, ipsis pro eorum respectiue credito competentia, talia qualia sint,contra ipsum Illustrissimum D Carolum,ipsusq.hęredes,bona tantum præfato ill. D.N. cedent, et transferent, ad hoc ill.D. N. possit pro dd. respectiue creditis pro sua potiori cautela, et securitate, ac anterioritate,et potioritate,dd iuribus vti frui, facere, et experiri, ac se defendere,et iuuare contra quoscumque posteriores creditores,absque tamen præiudicatione, et liberatione infradicendorum fideiussorum, et sine præiudicio quorumcumq. aliorum iurium præfato ill. D.N ratione præsenti instrumenti quomodolibet competen. et competendorū, ita tamen,quod vna via electa d ill. D.N. nunquam præiudicetur quin ad alterā redire, vel vtraque eodem tempore vti, et experiri valeat, sed semper variare possit vsque ad eius integram satisfactionem, reimbursationem, et liberationem, hac tamen declaratione expresse apposita, videlicet, quod quando incipietur extingui, seu redimi mons huiusmodi extingui,et redimi debeat,ac extincta,et redempta intelligatur primitus portio,et rata dictorum scutorum 7767. b.15. ad computum dictorum scutorum 21500. et deinde de manu in manum pro aliis scutis 13734. b.85.restantibus, quia sic actum, etc.

Et quoniam,vt asseritur, mons archiuii super quo supradicta scut.quinque millia

inuestiri debent post lapsum quinquennii à die illius erectionis est vacabilis; ideo prefatus Illustrissimus D. C. promisit ex nunc saltem per quatuor menses ante finem d. quinquenij, præfata quinquaginta loca montis dd. quinquies mille scutis, sit vt supra emenda vendere, & resignare personæ, & personis pretioque, & pretijs reperibilibus, & illorum pretium vsque ad dictam summam scutorum quinque mil. lium tantum deponere in banco DD. Altouiti, exinde non amouen nisi ad effectũ illa inuestien. in emp ione bonorum stabilium, vel redemptionem Castri Vallis Infredæ, obligandorum, &c. ad fauorem D. Altouiti pro eius reuelatione indemnitatis à promissionem, fideiussione, sic vt supra facien. vel pro dotando filia cum cessione iurium, vt supra dictum est, & casu, quo dicta loca montiũ venderentur minori pretio scutorum centum pro quolibet, tunc dictus Illustrissimus D. C. teneatur, prout promisit, supplere de suo proprio, vsque ad dictam summam scutorũ quinque milium Et casu quo interim, dicto quinquennio durante, & per quatuor menses ante finem dicti quinquennij, dicta quinquagiuta loca ex præfatis scutis quinque mille, vt supra emenda, non vendiderit, & illorum pretium, vel in bonis stabilibus, aut redemptionem Castri Vallis Infredæ, seu alterius castri, aut indotãda supradicta eius filia, vt supra fit mẽtio, non exposuerit, aut supplicauerit, vel loca præfata vendere, vel resignare nolet, seu non posset, etiam ex dato, & facto principis, aut ex quauis alia causa titulo, & modo, etiam hic non expressis, & similiter ex nunc, prout ex tunc, & eo casu, promisit, & se obligauit de suo proprio deponere de bancho dicti D. Altouiti scuta quinque millia monetæ similia, libere, &c. exinde non amouen. nisi ad effectũ superius expressum, & narratũ, & pro maiori cautela dicti D N Illustrissimos D. Carolus promisit etiam in literis patentibus expediẽdis, dictorum quinquaginta locorũ montium, sic vt supra, emendorum facere, & fieri facere, mentionem, quod emuntur, & empta sunt, ex dd. scutis quinque mille prouenientibus ex parte pretij supradicti montis Muti, & in actu venditionis, & resignationis illorum pretium prædictum deponi debeat in bancho D. Altouiti ad effectum inuestiendi, vt supra dictum est.

Et pro dicto Illustrissimo D. C. ibidem præsẽs Illustrissima domina Faustina Muta eius vxor, quæ præmissis omnibus intellectis, eo quia illorum stipulationi interfuit, & præsens fuit, vtens, & vti volens priuilegijs, & facultatibus, & auctoritatibus sibi vigore præinsertarum litterarum Apostolicarum traditis, concessis, attributis, sciens, &c. sed, &c. sponte, &c. supradicto instrumento, videlicet tam pro releuatione præfati Illust. D & fideiussorũ infradicendorum, validitate præsentis contractus, consensu præstando, lite, & causa quacumque suscipienda, prosequenda, & terminãda, necnon solutione, & reimbursatione prædictorum fructuum, ac cambiorum, recambiorum, & prouisionũ, euictio neque casalis, & castrorum prędicto. rum, illorumq. fructuum, quæm pro omnibus aliis in presenti instrumento cõtentis, & per d. Illustrissimum D. C. vt supra promissis, & expressis, vt principalis, principaliter insolidum obligatam, in omnibus, & per omnia faciendo, & constituendo ad fauorem D D. N. & aliorum quorũ interest, &c. me notario, &c. stipulan. &c. acceptan. Et insuper huiusmodi instrumento, & contentis in eo quibuscumque, pro omni, & quocumque eius iure, & interesse, etiam dotali in præsenti, quã præterito, & futuro, consensit suumq. liberum consensum pariter, & assensum præstitit, et præstat, etiã omni meliori modo, &c. immo promisit nullo vnquam tempore molestare, perturbare, vel inquietare d. ill. D. N. nec fideiussores infradicẽdos super dd. casale, & castris, sic vt supra assignatis, nec super aliis bonis d. Illustrissimo D. C. in iudicio, nec extra, quouis prætextu, iure, titulo, causa, & modo, etiam hic non expressis, & in corpore iuris clausis, & non clausis, ac etiam ratione dotis, & iurium dotalium, vsquequo dictus ill. d N. & fideiussore infradicen. integre reimbursati, & indemnes penitus, & sine damno releuati non fuerint; alias, &c. pro quibus, &c. subinde describantur fideiussores singulatim eccedendi in forma soliti.

Promissio pro montistis montis Muti, & Illustrissimo D. C. Muto.

ILL. d. N. mercatori Florentinus Romanam Curiam, sequens, afferens certo scire alias diebus proxime elapsis Illustrissimo D. C. Muto Domicello Romano, & Marchio-

Marchioni Septimi per Sanctissimũ d N. Clementem diuina prouidentia Papam Octauum fuisse concessam licentiã, & facultatem super quibusdam eiusdem Illustrissimi D. C. bonis erigendi, & creandi montem redimibilem, non vacabilem, de Mutis nuncupatum summæ, & quãtitatis scutorum viginti vnius millium monetæ, Iuliorum decem pro scuto, constituen. & continuen. pretium locorum ducentorũ, & quindecim montis prefati, ad rationem tamen scutorum centum similiũ pro singulo loco, & cum participatione fructuũ montis prefatis, ad rationem scutorũ sex, & b. 60. pro quolibet centenario, soluendo bimestri in bimestre in fine cuiuslibet bimestris pro rata, & alias prout latius constare asseruit litteris Apostolicis in forma breuis desuper expeditis sub datum Romæ apud Sanctum Petrum die tertia Februarij proxime præteriti, de quibus, & contentis in eis quibuscumq. plenam notitiam habere asseruit, & nihilominus illarum tenoré hic pro sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi voluit. Ideo sciens, &c. sed, &c. stanc. instrumento promissionis, & assignationis, per d. Illustrissimum D.C. ad ipsius fauorem factum in actis mei, &c sub die 21. Februarii proximè preteriti rogati, de quo & contentis in eo plenam notitiam habere asseruit, & nihilominus per me, &c. ad plenum certioratus fuit, & instrumentum prefatum, & contenta in eo quæcũque primitus, & ante omnia acceptando, sponte, &c. omni meliori modo, &c vocauit, & constituit se depositarium omnium & quorumcumq. fructuum, redditiuum, ac prouentuum, & emolumentorum mõtis Muti, nuper sic, supra erecti, illosque, semper durante monte prefato, & donec illud integre extinctus, & redemptus non fuerit, de manu in manum, quoad maturabuntur, & seu maturati fuerint, ac debebuntur soluere, ac realiter, & cum effectu exbursare promisit, & se obligauit personæ, & personis, aut montistæ, vel montistis pro tempore existentibus montis predicti, de bimestri in bimestre, & in fine cuiuslibet bimestris pro rata, libere, & absq. aliqua exceptione, mora, retardatione, vel retentione, & alias iuxta formam dictarum litterarum Apostolicarum erectionis montis prefati, ad quas, &c. alias, &c. debitum alienum, suum proprium faciendo, me notario, &c. acceptan. &c. quorum interest, &c. omni meliori modo, &c. & insuper promisit elapso quinquennio mõtem prefatum redimere, & extinguere, iuxta ordinem sibi instrumento erectionis, & promissionis prefatæ, sic vt supra rogato á prefato Illustrissimo D.C. traditũ, & commissum nec non iuxta formam dictarum litterarum, ad quas, seu quas semper relationem haberi voluit, & de quibus, & contentis in eis quibuscumq. plenam notitiam habere dixit, vt supra, me notario, &c. acceptãte, & stipulante, vt supra. Pro quibus omnibus, &c. obseruandis, &c. seipsum suosque, & bona, &c. ac iura, &c. in forma Cameræ Apostolicæ, cum clausulis, &c. citra, &c. obligauit, &c. renuncians, & consentiens, &c. iurauit tactis, &c. super quibus, &c. Actum, &c.

Alia locatio, siue concessio liuellaria.

REuerendus Pater N. Prior Monasterii Sancti Martini Massæ Ferrarien. diœcesis, R. Pater N. moderuus Vicarius, et Locumtenens generalis Cõgregationis fratrum Eremitarum ordinis Sancti Augustini de obseruantia Lombardiæ, necnõ frater N N. N. omnes fratres professi ordinis, et Congregationis Ecclesiæ Beatæ Mariæ de Populo capitulariter congregati, conduati de ordine, et cõmissione dicti Prioris, Vicarii ad effectum infrascriptum in aula domus residentiæ dictorum fratrum Beatę Marię de Populo, apud plateam dictæ Ecclesiæ existentes ad sonum campanellæ, vt moris est, asserentes se esse maiorem partem fratrum dictæ Ecclesiæ deseruientium, et monasterium dictæ Ecclesiæ Beatæ Marię de Populo representantes vltra duas tertias partes eorundem fratrum, et sic totum dictum monasterium, et illius Capitulum, facere, et constituere, et asserentes etiam monasterium Beatę Mariæ de Horto nuncupato situm in territorio Veliterno extra muros dictæ ciuitatis, eiusdem ordinis, et Congregationis, quod est annexum dicto monasterio Beatæ Mariæ de Populo de Vrbe, habere, et possidere quamplura, et diuersa terrena in dicto territorio consistentia in diuersis partitis, partim vineata, partim aratiua, partim pratiua, partim sodata, et buscata, at partim syluata, et forsan cuiusuis alterius qualitatis, et pro maiori parte inculta,

de, nec alia machinatione finistra, vt apparuit circumuentus, sed sponte, libere & voluntarie profitebatur, & confessus est Quo omnia; & singula verba, per ipsum, B. de persona prouidi A. praenominati, quomodocumque dicta, prolata, & recitata, ad quacumque etiam iniuriam tendentia, vergentia, seu interpretanda, dum taxat animo irato, & caloribus primi motus inductus, ac etiam aliqualiter per saepe dictus A prouocatus, & incitatus, & nõ alia intentione, seu mente, nequaquam dictis verbis insistendo, seu inherendo dixisset, protulisset, & recitasset. Et propterea nihil machinationis, doli, mali, fraudis aut sinistrae suspicationis, de persona memorati A. aut progenitorum suorum, & amicorum vnquam habuisse, seu hodie habere Eundemq; A. probum, & honestum aestimare, & reputare Similiter quoque, & idem A audiens huiusmodi rationabilẽ excusationem, vna cum verborum praefatorum honestate, si quid dictus B. qualiter cunque etiam de persona A. impudica, et effrenata lingua in iram motus dixisset, et recitasset publicae, & expresse, & cum omni benignitate, & mansuetudine indulsit, remisit pariter, & ignorauit. Ac alter alterius dexteram in signum foederis, & amicitiae apprehendens alterum; & sese amicos agnouerunt, & expresse protestabantur. Quae omnia, &c. alias, &c. pro quibus, &c.

Alia Erectio, & fundatio Collegij.

R. P. D. Andreas Pomus protonotarius Apostolicus Canonicus Cathedralis Ecclesiae Balneoregien bonarum artiũ cupidus. Qui ab eius ineunte aetate ita se ad pietatem instituit, vt nihil ab eo magis optare videretur, quam patriae propinquis ceterisque omnibus prodesse, & praesertim studiosis literarum viris, quorum prudentia, consilio, ac opera non modo priuatae familiae, & ciuitates amplę optime instituuntur, ac illustrantur, sed vniuersa quoque Respublica Christiana ad veram perpetuamq; felicitatem consequendam dirigitur. Quaj ropter cum longo visu didicerit non facile illos emergere, quorum virtutibus obstat res angusta domi. Idcirco patrę in primis prospiciens, posterisque suis, deinde aliis infranominandis. Cupiensq; illos ad liberalia studia quantum in eo est capessenda incitare, collegium vnum in eius patria, in quo adolescens bonae, & egregię indolis educati, & alimentatique queant instituere, ac annuo redditu dotare proposuit, pro premiss. rum igitur executione, sua sponte, &c ac omnibus meliori bus modo, &c saluo, ac reseruato Sanctissimi D. N. Papae, ac Sedis Apostolicę consensu, & beneplacito, & non alias aliter, nec alio modo, de quo expresse protestatus fuit, & protestatur, erexit, & fũdauit vnum Collegium Scholarium, quod nuncupari debeat sub inuocatione sancti Bonauenturae, ciuis, ac patroni dictae ciuitatis Balneoregii, quem fel. recor. Sixtus Quintus pont Max. ob preclaram vitę sanctitatem perennes labores, pro Ecclesia Dei susceptos, ac praestantem doctrinam cum pietate coniunctam, virtutibusq, diuinis illustrem, dignum censuit, vt inter primarios, precipuosq. Ecclesiae Doctores annumeraret. pro cuius collegii scholarium vsu, & habitatione inseruire debeant aedes omnes, quas ipse D. Andreas habet & possidet in dicta ciuitate Balneoregii, quas ideo dicto collegio applicauit. Cui collegio, & scholaribus pro tẽpore existentibus vt se substentare, & conseruare, oneraque ipsis, & collegio predicto pro tempore incumbentia subierre valeant, donauit, ac titulo purae, perfectę. & inuiolabilis donationis, quae fit, & fieri dicitur inter viuos, dedit, cessit, concessit, mandauit, renunciauit, & transtulit in perpetuum eius aedes, predictas, ac alia omnia, & singula bona sua stabilia in ciuitate, & agro Balneoregien sita & consistentia, super quibus bonis, vt supra donatis dictus D. Andreas cessit ad fauorẽ collegii, & illius scholariũ omnia iura, omnesq; actiones quocunq nomine noncupatas, sibi desuper cõpetentes, et cõpetituras, ac cõpetentia, & cõpetitura, nullo iure, nullaq; actione sibi desuper, saluis tamen infrascriptis, de cetero reseruatis, sed omnibus in collegium, & scholares predictos penitus translatis, ponens, & subrogans collegium, & scholares antedictos, in ius, locum, & priuilegium ipsius donatori, vniuersum, ad haben &c. constituent, & c. dans licentiam scholaribus, siue pro tempore rectori, & oeconomo collegii predicti bonorum donatorũ posses-

sionem,

sionem, &c. propria auctoritate, &c. capiendi, &c. capiamque, & apprehensā retinendi, & continuandi, &c & donec, &c. constituit, &c. de quorum bonorum idoneitate, ne vllo vnquam tempore contingat dubitari, vtque facilius ab occupationibus defendi valeant, bona donata recenseantur, recognoscanturq illisq. omnibus diligentissime perquisitis, singula in catastum referantur, quibus in locis ea sint, quibusue finibus contineantur singulatim per publicum notarium describentur, cuius catasti, siue inuentarii duo conficiantur exemplo vtraque public: notarii auctoritate, & signo roborata, & authentica, quorum alterum in dicto collegio alterum vero in Episcopali archiuio custodiendum tradatur. Quorum omniū bonorum perpetuam conseruationē pro dicto collegio, & scholaribus, cupiens illorum venditionem, distractionem, translationem, permutationem, & pignorationem, obligationem, hipothecationem, & alienationem quamcumque etiam alienationis vocabulo latissime sumpto, & etiam illorum vltra triennium locationē expresse prohibuit, & vetuit. Quicquid autem contra supra, & intra dispofita factum fuerit, irritum, ac inane, nulliusq roboris, ac momenti sit. Aedes autē pro vsu dicti collegii, & eius scolarium applicatarum, si diruerentur, aut vetustate labefactatæ ruinam minarentur, eas ex aliorum bonorum collegii redditibus restitui, instaurarique statuit, & mandauit.

Collegium autē prædictum sit, & esse debeat perpetuis futuris temporibus, & in infinitum de iure patronatus ex fundatione, & donatione familię ipsius D. Andreę, & eius germanorum fratrum, ac descendentium ab eis, & pro primo patrono dicti collegii nominauit semetipsū, & post quam esse desierit, substituit eius germanos fratres, ac eorum descendentes masculos, legitimos, & naturales in perpetuū & infinitum etiā vltra centesimum gradum, quosque durabit linea prædicta, in quo collegio recipiantur, & admittantur tot scolares prima tonsura initiati bonæ, & egregie indolis litterarum studiis deditis, ad minus annum decimumquintum cuiusque eorum ætatis attingentes: quot ex fructibus, redditibus, & prouentibus bonorum dicto collegio donatorum sustentari cōmode poterunt, quibus cibarius victos per septennium tantum subministrari debeat. Qui scolares esse, & delegi debeant de familia fundatoris, & ab ea descendentium, ac consanguineorum, affinium, propinquorum, ac quouis modo, & gradu attinentium eorundem descendentium in perpetuum, & in infinitum. Itaut semper proximiores in gradu præferantur, quibus patronis liceat toties quoties alios eligere in defectum attinentium, & aliorum prænominatorū. Quod si omnes descendentes esse desierint, recipiantur in dicto collegio scolares, quos Reuerēdissimus cathedralis Ecclesiæ Antistes, ac magnifici domini Priores ciuitatis Balneoregii pro temporo duxerit eligendos, & admittendos. Qui scolares eligendi, & admittendi ab Atistita, ac Prioribus prædictis debeant esse ætatis, & idoneitatis prædictæ toties quoties electio contingat, & de ciuitate, siue diœcesi Balneoregii, & quoties electioni locus factus fuerit, edictum publice præponatur, vt ad illum obtinendum omnes inuitentur: & qui conuenerint, separatim diligenter singulorum ingenium, indoles mores, & alias, quæ negotii ratio requirit explorentur, atque vbi Antistes, & Priores prædicti de singulorum ingenio, indole, & moribus fuerint e docti approbatis viris omnes quos bonos, aptosque iudicauerint, si plures fuerint, ne fauore, & gratia eligere videantur, in breui pagina nominatim descrbi, ac in vrna poni, & successiue quem puerulos primum extraherit, ad locum vacantem eligere, & recipere debeat. Vtque ordo, & iura dicti collegii seruentur, scolaresque in bona vita, & moribus contineantur. Reuerendissimus D. Antistes prædictus ex eis natu maximum si sibi videbitur, sin autem alium quem maluerit ex scolaribus, siue si ipsi Reuerendissimo D. Antistiti videbitur expedire extraneum sacerdotem tamen maturæ ætatis, & spectatæ integritatis eligere dignetur, qui scolaribus praesit, curetque collegialiter in dictis ædibus eos degere, bonam, honestamque vitam ducere, ac sordibus, & vitiis abstinere, bonisq artibus opera nauare, ipsiusq. collegii introitus non dissipari, aut in alios quā in collegii, & scolarium vsum, & vtilitatem conuerti. Scolares autem pro tempore collegii prędicti enixe per viscera Christi hortatus fuit, vt

accuratæ prouideant, et nitantur otium, ac desidiam, à quo fôte multa profluunt mala, eorum ætati infesta, vt pestem vitare. studiis litterarum non solum, et latinæ linguæ, sed et Ecclesiasticæ disciplinæ operam mature: ab improbarum amicitia cauere; seniores, ac recte mouentes auscultare, eosque vti parentes obseruarē, bonas artes colere, in ludo, et scola literalia modeste versari, ante omnia Deū timere, quotidie preces, horasque beatæ Mariæ recitare, preces Deo Optimo Max. in salutem animæ ipsius R. P. D. Andreæ deuote effundere, ac se tales præbere, vt iudicentur non ind gniloci indictocollegio ipsi concessi, et probitatis, religionis, et Industriæ eorum spem ad maiora extendatur.

Quæ omnia, et singula premissa, quæ dictus D. Andreas declarauit fecisse, et facere amore Dei ac ad laudem, et honorem sancti Bonauenturæ, cuius precibus, intercessione, et meritis Saluator noster Iesus Christus ad cælestia regna ipsum perducere dignetur, semper, et perpetuo rata, grata, valida, et firma habere, ac tenere, et in nullo sub quouis pretextu, iure, titulo, causa, modo ingenio, siue quæsito colore, ac ex quauis causa quantumuis incogitata per se, vel alium, seu alios in iudicio, aut extra, directè, aut indirectè contrafacere, etc. promisit. Et pro obseruatione inuiolabili omnium, et singulorum premissorum, et eorum non contrauentione dictus D. Andreas seipsum, etc. bonaque etc ac iure, etc. in forma Cameræ Apostolicæ cum clausulis, etc. citra etc. obligauit, etc. me notario publico infrascripto vti publica et authentica persona solemniter ac legitime stipulan et acceptan pro omnibus, et singulis, quorum interest, etc. iurauit tactis, etc. super quibus, etc. actum, etc.

Tenor supradictarum litterarum sequitur, vt infra videlicet.

CArolus Trottus Dei, et Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Balneoregien.

Dilecto nobis in Christo D. Vincentio Flaminio Ciui Balneoregien. salutem in Domino. Cum pro parte tua fuerit nobis expositum, quod in titulo deuotionis dictis ven. Ecclesiam S. Bonauenturæ inciuitate Balneoregii, et contratæ Ciuit. existen. dotare proposuisti annuis scutis in seruitutis cappellano, qui singulis hebdomadis feria secunda, et quarta perpetuis futuris temporibus in dicta Ecclesia celebrare debeat, si tibi, ac tuis hæredibus, et successoribus, quibuscumq; reseruetur, et concedatur ius presentandi personam idoneam ad dictam Ecclesiā quoties perpetuis futuris temporibus vacare contigerit. Nos igitur zelo suæ deuotionis annuentes, Cupientesquoque nostris precipuè temporibus, te ac alios ad pia opera excitare Tibi, ac tuis heredibus, et successoribus quibuscumque in dicta Ecclesia ius præsentandi personam idoneam, a nobis tamen, ac successoribus nostris instituen. quoties illam quomodolibet vacare contigerit, perpetuis futuris temporibus, ex priuilegio donationis, ac aliis omni meliori modo concedimus, ac reseruamus. In quorum.

Promissio pro Illustris. D. N. mercatore Floren. Rom. Cur. sequen pro erectione montis.

ILlustriss. D. C. Domicellus Roman. et Marchio N asserens sibi à Sanctissimo D. N D. Clemente diuina prouidentia Papa Octauo per suas litteras Apostolicas in forma breuis expeditas ad prouidendum variis, et diuersis suis negotiis datam, et concessam fuisse licentiam, et facultatem super infradicendis suis bonis in dd. litteris Apostolicis expressis, et specificatis erigendi, seu creandi montem redimibilem non vacabilem, summæ, et quantitatis scutorum vigintiunius milliū et quingentorum monetę, et iuliorum decem pro scuto, constituen. et contineñ. in totum quantitatem locorū ducētorum, et quindecim, cum participatione fructuum ad fauorem montistarum, ad rationem scutorum sex, et baioc. 60 monetę pro singulo loco, et anno, et alias, prout latius constare asseruit dd litteris Apostolicis erectionis montis pretati, sub dat. Romæ apud sanctum Petrum tertia præsentis mensis Februarii, quarum copiam mihi notario, etc. exhibuit, tenoris, etc Et requisiuisse Ill. D. N. mercatorem Florentinum Romanam Curiam sequen. vt ipsius illustriss. D C. contemplationem

tion. contentus sit depositarium d. montis acceptare, seu eiusdem montis depositarium vocare: nec non promittere, & se principaliter, & insolidum obligare erga, & ad fauorem personæ, seu personarum, aut montistarũ in d. monte pecunias ponentium pro solutione fructuum d mõtis, prout opus fuerit facienda, & asserens d Ill D. L. acceptasse, & contentum remansisse promissionem, & fideiussionem præfatas facere velle, volens igitur d. Ill. D.C. eundem D N. super præmissis, & illorum causa, & occasione, ex nunc pro dum, & quãdo promissiones, & fideiussiones præfatas fecerit: cautum, & securum reddere. Ideo sponte, &c. omni meliori modo, &c. ex nunc, prout ex tunc, ac pro dum, & quando promissiones fideiussiones, & obligationes præfatas fecerit, promisit, & se obligauit d. illust. D N. licet absentem, me notario publico infrascripto pro eo, illiusque hæredibus, &c. præsente, ac legitima stipulante, & acceptante, & supradictis, per eum facien. promissione, & obligatione pro solutione fructuum d montis, ac omnibus, & singulis in eisdem promissione, & fideiussione cõten. quorum tenores hic pro sufficienter expressis, ac de verbo, ad verbum insertis haberi voluit, indemnem penitus, & sine damno releuare, & conseruare: Ita quod nullum propterea damnum, neque molestiam aliquod vnquã tempore patiatur eundem q ill. D. N. vt supra absentem, stipulatione qua supra interueniẽte, à promissione, & fideiussione huiusmodi infra viginti annos proximos, & alias iuxta formam dictarum litterarum Apostolicarũ penitus eximere, & liberare, alias, & ad omnia damna, &c. teneri voluit, de quibus, &c. eundemque Illust. D. N. vt supra absentem cautelauit, & asseruit, ac cautũ, & securum esse voluit, tã in genere, quã in specie super omnibus, & quibuscunq. suis bonis mobilibus, & stabilibus in quouis loco, & sub quibusuis finibus sitis positis, & confinatis, & pro maiori cautela d Illust. D. N Ita quod specialitas generalitati non deroget, nec e contra, & ne de proprio vigore dictæ promissionis, & fideiussionis, per eum facien. aliquid soluere cogatur, asserens ad ipsum, seu illustrissimam D Faustinam eius vxorem, & illustrissimum D. Iacobum eius filiũ pleno iure dominij, vel quasi, inter alia bona stabilia, spectare, & pertinere casale Burghetti nuncupatum rubrorum ducentorum viginti, vel circa, positum extra portam Flaminiam iuxta ab vno bona Ill. D. Ioan. Baptistæ Altouiti, ab alio bona Illustrissimorum DD. hæredum Illustrissimi D Cardinalis Farnesij, seu casale de Pino nuncupatum, & ab alio lateribus casale nuncupatum la Castellucia Illustri DD de Celsis, saluis alijs, si qui, &c. quod quidem casale Burghetti ad præsens, vt asserit in locationẽ, seu affictum retinet Ill D. Gregorius, de Sabattarijs per nouennium pro annuo affictu scutorum octingentorum quinquaginta octo monetæ iuliorum decẽ pro scuto, & b. 49. qui quidem affictus maturabit die, &c. & ex nunc pro dum, & quando affictu præfatus maturatus, & expletus fuerit, casale præfatus reperitur locatum & affictatum ill. D. Hortensio Celso per nouenniũ, incipien. in festo S Angelis mensis Septembris anni 1591 seu, &c. & vt sequitur finien. per annuum affictu scutorum mille septuaginta quinque similim prout de affictu facto D Gregorio constare asseruit instrumento rogato per d. Vincentium Fuscum notarium publicum Capitolinum sub d e vltima Maij 158 . de affictu autem facto Dom. Hortensio constare asseruit instrumẽto rogato per eundem notarium sub die, &c.

Item introitus Castrorum N & N.

Item asseruit ad ipsum etiam spectare & pertinere annuam pensionem scutorum quadringentorum auri in auro ipsi Illustrissimo D.C. reseruatam super fructibus redditibus, & prouentibus mensæ Episcopalis Faracen. anno quolibet solui debitam in festo S Io. Baptistæ de mense Iunii vnica tantum solutione.

Item aliam annuam pensionem scutorum centum quadraginta trium auri in auro similium cum dimidio, ipsi illustrissimo D.C. reseruatã super fructibus redditibus, & prouentibus mensæ Episcopalis Assisien. anno quolibet solui debitã in duabus solutionibus, & paghis, alteram videlicet in festo S Io. Baptistæ de mense Iunii, & alteram in festo Natiuitatis D.N. Iesu Christi pro rata; prout latius constare asseruit litteris Apostolicis reseruationẽ pensionum præfatarum desuper expeditis, ad quas, &c Ideo sponte, &c omnibus, &c. vltra præmissa, & infra-

 scri-

scriptam generalē obligationum omniū suorum bonorum, & obligauit, & hypothecauit, ac cessit, & assignauit d. Ill. D. Io. Baptistæ absent. stipulatione, quo supra interueniente solutiones, & paghas affictuum, & pensionum præd ctarum, ab hodie impoſterum suis debitis termi nis maturandas, ad haben. &c transferés, &c omnia iura, &c. ponens, &c. constituens eundem Ill D Io. Baptistā, & suos, &c procuratores irreuocabiles vt in rem propriam, ac ipsius, &c. solutiones, & paghas dd. affictum, & pensionum suis debitis terminis temporibus aduenientibus, maturan & deben. ab illorum affictuariis & titulariis, seu Episcop s nunc, & pro tépore respectiue ex illen ac aliis quibus opus fuerit petendum exigendum &c. ac habuisse, &c. confitendum, & tam de habitis, &c. qu m habuisse, & confessis soluentes, & al os, quos opus erit, quietandū &c & quietantes quascumque tam publicas, quam pr uatas iuramento, & alio quouis robore vallatas; dandum, et faciendum iura, et actiones quascumque in fauorem soluentium, si opus fuerit cedendum, et transferen cum clausulis opportunis, et si opus erit, iudicialiter agendum cum solitis clausulis cū lites, et potestate substituen. et sequestrandi, et alils clausulis, et facultatibus in similibus apponi solitis, et quouis modo magis opportunis, durante fideiussione, et promissione huiusmodi. Itaut per huiusmodi cessionē, & deput tionem, d. Ill. D N teneatur, nec non obligatus sit aliquam diligentiā, nisi illam, quam voluerit facere; cum nihilominus, si aliquam diligentiam non fecerit, nō possit, neque valeat, d. Illustrissimus D C neque eius fideiussores intra dicendi se iuuare, & quod non intelligatur modo aliquo supradictis, & infrascriptis cautelis in aliquo præiudicatum, nec ab illis recessum, sed ille semper illesæ remaneat ad fauorem Illust. d. Io. Baptistæ, stipulatione qua supra interueniente, ordinauitque insuper d. Illustrissimus D. C. ex nunc dd af ctuariis, & aliis, nunc, & pro tempore respectiue existentibus, vt affictus, seu paghas, & terminos dd. Casalium, pēsionum, & aliorum prædictorum in terminis, & temporibus, ac in eisdem modo, & forma, quibus tenentur, & ol ligati existunt erga ipsum Illustrissimum D. C. soluant, & exbursent, ac soluere, & exbursare promittant, & se obligent præfato Illust. D N. donec mons præfatui integre extinctus, & redemptus, ac dictus Illust. D N. integre satisfactus, & liberatus non fuerit, de quibus quidem affictibus responsionibus, ex nunc pro dum, & quando dicto N soluti, & exbursati fuerint, eosdem affictuario, & pensionum debitores licet absentes, me, &c. quietauit, &c. per pactum, &c.

Et in euentum, in quem contingat, dictum Ill D N. occasione promissionis, & fideiussionis huiusmodi arctari ad aliquas anticipatas solutiones de proprio faciendas mōtistis, seu aliis personis, & antequā maturent paghæ affictuum, & pensionum supra expressarum, & antequam illæ exactæ non fuerint, & in manibus D. N. non peruenerint, quas, vt dictum est, ad ipsum N. peruenire, & perueniri debere: ita tamē quod ipse D. N. nullam diligentiā facere teneatur, & si cæperit aliquam diligentiā facere (illam ad eius libitum dimittere, possit) consensit nihilominus ex nunc, quod præfatus D. N in casu, & euētu præfatis, vel aliquo præfatorum, dictam summam, seu summas de suis pecuniis anticipare, aut alias soluere absque aliqua alia citatione, seu interpellatione desuper ipsi Illustrissimo D. C. facienda, quam d. Ill. d. N si sibi placuerit, & videbitur, agere possit cōtra affictuarios, & titularios præfatos pro consecutione terminorum decursorum, & maturorum, ac vno, & eodē tempore, si sibi videbitur, alias, vel illos accipiat, vel sumi faciat ad cambium, & recambium a quibusuis mercatoribus, & personis, etiam semetipso pro quibusuis feriis, nondinis, & mundi partibus, semel, & pluries quoties occurrerit, & opus erit omnibus cambiis, recambiis, ac damnis, expensis, interesse, & prouisionibus ipsius Illustrissimi D. C. de quibus quidem cābiis, &c. promisit stare, & credere simplicibus partitis, & cōputis prædictum Ill. D N. seu illius agentes, vel ministros, ac alios mercatores, vel personas, qui pecunias præfatas super cambiis retinuerint, dandis, & exhibendis, absque onere cuiusuis alterius probationis. Et hoc intelligatur etiam, & fieri possit, quotiescumque fuerint maturati fructus mōtis præf. ti, & ex parte montistarum forsan pecuniæ, & fructus de manu in manū maturandi nō recipiatur, & illus in manibus D. N. dimit-

mittant, et permanere permittant. Promittens eundem N. vt supra absentem reimbursare de omnibus, et quibuscunque cambiis, ac alii expensis, et prouisionibus, occasione cambiorum, recambiorum huiusmodi quomodolibet facien. et decurren. vna cum sorte principali, ad omne eiusdem Ill. D. N. beneplacitum, et simplicem requisitionem pacto tamen expresse adiecto, quod dicto illust. D. N. liceat iudicialiter agere, ac consecutionem sortis principalis, ac cambiorum, recambiorũ, et aliorum expensarum præfatorum, et vno, et eodem tempore pecunias prefatas retinere vsque ad diem integrę satisfactionis.

Et insuper, premissis semper saluis volens vt contenta, et expresse in preinsertis litteris Apostolicis seruentur; eaq. debitæ executioni, iuxta illarum dispositionem, demandentur, sponte, etc. promisit, et conuenit, quod affictuarij nunc, et pro tempore existens dictorum casalium, et castrorum promitteat, et se obligabunt, semper huiusmodi promissione, et fideiussione durante, et donec integre mons prefatus extinctus, et redemptus non sit, et d. d. N. integre satisfactus non fuerit, de omni, et toto eo, quod de suis pecunijs soluerit, et exbursauerit, eorumque cambiis, recambiis damnisque expensis, et interesse, et prouisionibus soluere, ac realiter, et cum effectu exbursare affictibus, et pẽsiones supra expressos, suis loco, et tempore maturan. et deben. prefato ill. d. N. libere, etc. Ita quod, etc. alias, etc. stipulatione qua supra interuenien. consensit insuper, et promisit dictus illustrissimus d. C. pro maiori cautela ill. d. N. et iura iuribus addendo, et non alias, etc. finitis, et maturatis affictibus, et locationibus, huiusmodi supradictum Casale, et introitus dictorum Castrorum nemini locare, seu affictare, absque scientia, et consensu pręfati ill d N. ad hoc vt ipse tutus sit de idoneitate nouorum conductorum, et qui affictus casalis, et introitus predictorum pręfato Ill. d. Io. Baptistę, vt supra soluant, ac soluere, et exbursare promittant, et se in forma Cameræ Apostolicæ obligent, & sic semper seruari, & fieri debeat, totius, quoties affictus, & locationes huiusmodi facere, & reuocare contigerit, donec d. Mons extinctus, & dd. N. integre satisfactus non fuerit, vt supra dictum est; alias in euentũ contrarii, affictus, seu locationes predictæ sint, & esse debeant ipso iure, & ipso facto nullæ, & inualidæ, ac pro non factis habeantur, quia sic actum, &c.

Et ex supradictis affictibus, & pensionibus prefato Ill D. N vt supra soluen. & exbursan. d. Illustrissimus d. C. consensit quod per quinquennium proximum possit soluere ratam fructuum totius dicti montis, & solutis, seu defalcatis, & retentis anno quolibet dicto quinquennio durante fructibus prefatis, dictoque Ill. d. N. de omni, & toto eo, quod forsan de suo proprio soluere occurrisset, ac illorum cambiis, &c. & prouisione, seu prouisionibus supradictis reimbursato, & satisfacto, totum, id quod superest ex affictibus, & pensionibus prefatis, in manibus præfati Ill. D C ipse teneatur reddere, & restituere, seu soluere præfato Illustrissimo d. C. de semestre in semestre, & in fine cuiuslibet semestris pro rata, hic Romæ; & hoc intelligatur duran. d. quinquennio tantum, & non vltra.

Ordinauitque insuper d. Illustriss. D.C. pro ill. D. N absenti eidemque per præsens instrumentum plenam, liberã, & amplam facultatem dedit, ac transtulit, concessit, quod elapso d. quinquennio, solutis prius fructibus totius montis, ac sibi satisfacto de prouisione, seu prouisionibus sibi assignatis, ac sibi debitis, & aliis supradictis, ac semper detractis, & retentis penes ipsum mercatorem, duabus solutionibus, & paghis d. montis, de proximo ordine successiuo, maturandis, totum id, quod anno quolibet supererit, ex affictibus, & pensionibus supradictis quot esceũque ascendat ad summam scutorũ trecẽtorum, de semestre in semestre, & in fine cuiuslibet semestris, conuertat, & conuertere debeat in extinctionem, seu redemptionem d. montis pro rata facien. iuxta, & secundum formam, continentiã, & tenorem pręinsertarum litterarum Apostolicarum erectionis illius, ad quas, &c. hoc tamen adiecto, quod dictus ill. D. N. extinctionem, & redemptionem præfatam facere teneatur, & obligatus sit modo superius expresse, sine aliqua requisitione ipsius Illustrissimi D C. & suorum, &c. modo tamen, & forma supra specificatis, omnibus tamen sumptibus, & expensis prefati Illustrissimi D.C. de quibus d. Illustrissimus D. Carolus stare, & credere debeat sim-

simplicibus partitis, & computis dandis, & exibendis.

Promittens præfatus Illustrissimus D. C. huiusmodi promissionem, ac cessionem, & assignationē per eum pro maiori cautela D. N. sic vt supra factas semper, & perpetuo fore bonas, & valides, bene, æque, & valide factas; dictosq. affictus, & pensiones esse exigibiles, & illi pro tempore, & in futurum in aliqua parte non diminuerentur, sed potius agentur: & in eas tamquam tales facere consentire omnes personas, &c. ius haben vel habere quomodolibet apparentes, seu prætendentes in, & super dd. casale, & castris, ac illorum fructibus, & pensionibus praefatis ad omnem simplicem extraiudicialem interpellationem facien. ex parte d. D. N. vel suorum, &c. immo omnem litem, molestiam, & controuersiam, si quæ super præmissis, vel aliqua eorum parte quomodolibet moueatur in quouis iudicio petitorio, vel possessorio in solidum, & in quauis instantia, & parte iudicii, in se ipsum suscipere, & susceptam prosequi, terminare, & finire omnibus suis sumptibus, & expen. ac procuratoribus, & aduocatis etiam, absq. alia cura, & interuentu ipsius Ill. D. N. & suorum hæredum, &c. quos promisit sēper, & perpetuo dd. monte, fideiussione, & promissione præfatis durantibus, & donec D. N. de præfatis integre satisfactus, & liberatus non fuerit manutenere in pacifica, quieta perceptione, & exactione affictuum, & pensionum præfatorum, vt supra, ac defendere, liberare ab omni lite, molestia: & molestante persona. Alias in omnes, & singulos casus, & euentus præmissa, aut alicui promissorum contrarios de omni, & quacumque dicti casalis, Castrorum, ac fructuum, & pensionum præfatarum respectiue euictione generali, & particulari, in forma iuris valida, & in Vrbe consueta, siue in propria ætate, siue in possessione sequatur euictio, ac etiam ad omnia damna, &c. teneri voluit erga præfatum Ill. D. N. absentem me notario, &c.

Et præmissis, ac infra dicendis semper saluis, in euentum, in quem, supradict affictus, & pēsiones ex quouis capite, & defectu diminuerentur, seu in totum, siue in partem deficerent, tunc, & eo casu, præfatus Illustrissimus D. C. in specie, ita tamen, &c. obligauit, & hypothecauit d. Ill. D. N. vt supra absenti quoscumque fructus, redditus, & prouentus omnium, & quarumcūque terrarum, & molendini, ac aliarum quarumcumque rerum, et bonorum, Castrorum Canis mortui, et Monitorii ad ipsum Illustrissimum D. C. Illustrissimum D. Iacobum eius filium spectan. et pertinen. Dans eidem licentiam, et facultatem illos exigendi, et percipiendi propria auctoritate, et de facto, et de illis quietan. Iura cedendi, ac iudicialiter agen. et iuxta formā præinsertarum litterarum Apostolicarum, cum clausula constituti latissime, vt opus fuerit exten.

Promisitq. insuper D. Illustrissimus D. C. vt vulgo dicitur: far buono al signor N. l'aggio delli quatrini, che forse li saranno pagati per detti assegnamenti dati à quel prezzo, che correrà per tempo, da stare alla relatione semplice, da farsi da vn sensale de banchi.

Item consensit, et cōuenit præfatus Illustrissimus D. C quod si, et quotiescūque dicto tempore durante, cessatum fuerit in solutione fructuum, et affictuum dicti casalis, et introituum Castrorum, et pensionum supradictarum, in terminis, et temporibus, vt supra debitum, tunc sit in arbitrium, et liceat D. N. et suis etc. pro illorum faciliori consecutione agere, et experiri tam contra ipsum Illustrissimum D. C. et fideiussores infra dicendo insolidum pro rata eorum tantum, quā contra dictorum casalis, et Castrorum conductores, et affictuarios, et ticularios, et alios quoscunque casales, et Castra prædicta quouis titulo pro tempore tenentes, et possidentes, ac pensiones præfatas soluere debentes, ac vno, et eodem tempore pecunias præfatas accipere, et retinere, seu sumi facere, et cōtinuare super cambiis modo quo supra; tam pro solutione fructuum dicti montis illo durante, vt supra dictum est, quam pro extinctione de semestri in semestre, et in fine, vt supra facien. iuxta formam præinsertarum litterarum Apostolicarū: ita tamen, quod vna via electa, nunquam d. Ill. D. N nec suis, etc. præiud. cetur, quin ad alterā redire, vel vtraque eodem tempore vti experiri valeant, sed semper variare possint, vsque ad integram illorum consecutionē, et ad peragendum constituit, et deputauit eundem Ill. D N. et suor. etc. procuratores irreuocabiles vt in rem propriā, cum facultate exigendi, et percipiendi.

piendi fructus, et pensiones præfatas, vt supra, et de illis quietandi, agendi, et alia faciendi desuper necessaria, et opportuna cum aliis clausulis, et facultatibus in similibus apponi solitis, et quouis, modo magis opportunis, duraturis, durante promissione, et fideiussione præfatus, vt supradictum est.

Idem vltra præmissa, et illis semper saluis, et non alias, etc. præfatus Illustrissimus D.C. promisit totum dictum monté vigintiunius, millium, et quingentorum scutorum, videlicet loca ducenta, et quindecim mótis præfati vendere præfato ill. D.L. absenti, vt supra pro dd. scuti vigintiuno mille, et quingentis monetæ, et de illis verum, et legitimum creditoré in dd. scutis vigintiuno mille, et quingentis, in libro d. montis facere cum participatione fructuum, ad dictam rationem scutorum sex, et b.50. pro quolibet loco; ac litteras patentes ad eiusdem ill. D N. fauorem per secretarium dicti montis à præfato illust. N nominandum, et deputandum, confici, et expediri facere, iuxta formam præinsertarum litterarum Apostolicarum, hac tamen conditione, quod d. illustr. D.N teneatur de dictis scutis 21500. facere creditorem præfatum Illustrissimum D.C. in libris, seu libro nũcupato quaderno de cassa rationis bancariæ ipsius N. ad effectũ ex illis, videlicet scuta quinque millia monetæ, inuestiendi in emptionem quinquaginta locorum montis archiuii, cum suppleméto opportuno, aut bonorum stabilium ad beneplacitum præfati Illustrissimi D.C. exinde tamen non amouen. nisi ad effectum illa conuertendi in redemptionem castri Vallis Infredæ, alias per eum venditi ill. d. F. Cencio pretio scut. decem, et septem millium trecentorũ nonagintaquinque, ex instrumento, vt dicitur rogato in actis eiusdem domini Vincentii Fusci, sub die, etc. seu in emptionem alterius castri, vel aliorum bonorum stabilium, ad beneplacitum vt supra, cum consensu tamen d. D N aut ad effectum dotandi vna ex filiabus ipsius Illustrissimi D.C. cum hoc quod dicta bona sic emenda remaneant, et remanere debeant in genere, et in specie obligata, et hipothecata ad fauorem d. ill D N pro eis reuelatione, et promissione, et obligatione supradictorum, et donec ab ea liberatus, et mons supradictus extinctus non fuerit; dicta vero filia dotata, seu dotãda iura, et actiones quascumque sibi pro sua dote competen. respectu anterioritatis præfato illust. D.N. cedat, et renunciet Alia vero scuta octo millia septingenta trigintaduo b. 85. soluendi, et exbursandi creditoribus ipsius ill. D.C. descriptis tamen et adnotatis in folio, quod facto mihi notario, etc. illust. D.C. exibuit, et consignauit, tenoris, etc. quam solutionem præfatus illustris D.N. absque alia interpellatione, statim facere debeas, interueniente debita cessione ad eius fauorem fienda, cum ordinatione tamen d. illust. D.C. Et reliqua scuta septem millia septingenta sexaginta Septemb. 15. conuertendi, et implicandi ad arbitrium, et dispositionem ipsius illust. D C et prout melius sibi D C. videbitur, et placuerit: Promittens vlterius præfatus illust D.C. quod prædicti creditores, in præinserto folio descripti, et adnotati in receptione eorum respectiue creditum, iura, et actiones quascumque, ipsis pro eorum respectiue credito competentia, talia qualia sint, contra ipsum Illustrissimum D. Carolum, ipsiusq. heredes, bona tantum præfato ill. D.N. cedent, et transferent, ad hoc ill. D. N. possit pro dd. respectiue creditis pro sua potiori cautela, et securitate, ac anterioritate, et potioritate, dd iuribus vti frui, facere, et experiri, ac se defendere, et tuuare contra quoscumque posteriores creditores, absque tamen præiudicatione, et liberatione infradicendorum fideiussorum, et sine præiudicio quorumcumq. aliorum iurium præfato ill. D.N ratione præsenti instrumenti quomodolibet competen. et competendorũ, ita tamen, quod vna via electa d. ill. D.N. nunquam præiudicetur quin ad alterá redire, vel vtraque eodem tempore vti, et experiri valeat, sed semper variare possit vsque ad eius integram satisfactionem, reimbursationem, et liberationem, hac tamen declaratione expresse apposita, videlicet, quod quando incipietur extingui, seu redimi mons huiusmodi extingui, et redimi debeat, ac extincta, et redempta intelligatur primitus portio, et rata dictorum scutorum 7767. b. 15. ad computum dictorum scutorum 21500. et deinde de manu in manum pro aliis scutis 13734. b. 85. restantibus, quia sic actum, etc.

Et quoniam, vt asseritur, mons archiuii super quo supradicta scut. quinque millia

inuestiri debent post lapsum quinquennii à die illius erectionis est vacabilis; ideo prefatus Illustrissimus D. C. promisit ex nunc saltem per quatuor menses ante finem d.quinquenij, præfata quinquaginta loca montis dd.quinquies mille scutis, sit vt supra emenda vendere, & resignare personæ, & personis pretioque, & pretijs reperibilibus,& illorum pretium vsque ad dictam summam scutorum quinque millium tantum deponere in banco DD. Altouiti,exinde non amouen nisi ad effectũ illa inuestien. in emptionẽ bonorum stabilium, vel redemptionem Castri Vallis Infredæ,obligandorum,&c.ad fauorem D. Altouiti pro eius reuelatione indemnitatis à promissionem,fideiussione,sic vt supra facien.vel pro dotando filia cum cessione iurium,vt supra dictum est,& casu, quo dicta loca montiũ venderentur minori pretio scutorum centum pro quolibet,tunc dictus Illustrissimus D.C.teneatur, prout promisit, supplere de suo proprio, vsque ad dictam summam scutorũ quinque milium Et casu quo interim,dicto quinquennio durante,& per quatuor menses ante finem dicti quinquennij,dicta quinquaginta loca ex præfatis scutis quinque mille,vt supra emenda,non vendiderit, & illorum pretium, vel in bonis stabilibus. aut redemptionem Castri Vallis Infredæ,seu alterius castri,aut indotãda supradicta eius filia,vt supra fit mẽtio, non exposuerit,aut supplicauerit,vel loca præfata vendere, vel resignare nolet, seu non posset,etiam ex dato,& facto principis,aut ex quauis alia causa titulo,& modo,etiam hic non expressis,& similiter ex nunc,prout ex tunc, & eo casu, promisit, & se obligauit de suo proprio deponere de bancho dicti D. Altouiti scuta quinque millia monetæ similia, libere,&c. exinde non amouen. nisi ad effectũ superius expressum,& narratũ,& pro maiori cautela dicti D N. Illustrissimos D. Carolus promisit etiam in literis patentibus expediẽdis,dictorum quinquaginta locorũ montium, sic vt supra, emendorum facere, & fieri facere mentionem,quod emuntur,& empta sunt, ex dd. scutis quinque mille prouenientibus ex parte pretij supradicti montis Muti, & in actu venditionis,& resignationis illorum pretium prædictum deponi debeat in bancho D. Altouiti ad effectum inuestiendi,vt supra dictum est.

Et pro dicto Illustrissimo D. C. ibidem præses Illustrissima domina Faustina Muta eius vxor, quæ præmissis omnibus intellectis, eo quia illorum stipulationi interfuit,& præsens fuit, vtens,& vti volens priuilegijs,& facultatibus, & auctoritatibus sibi vigore præinsertarum litterarum Apostolicarum traditis,concessis,attributis,sciens,&c. sed,&c. sponte,&c.supradicto instrumento, videlicet tam pro releuatione præfati Illust.D & fideiussorũ infradicendorum,validitate præsentis contractus,consensu præstando, lite, & causa quacumque suscipienda, prosequenda, & terminãda,necnon solutione,& reimbursatione prædictorum fructuum, ac cambiorum,recambiorum,& prouisionũ,euictio neque casalis,& castrorum prędicto. rum,illorumq. fructuum, quam pro omnibus aliis in presenti instrumento cõtentis, & per d. Illustrissimum D.C. vt supra promissis,& expressis,vt principalis, principaliter insolidum obligatam, in omnibus,& per omnia faciendo,& constituendo ad fauorem D D.N. & aliorum quorũ interest,&c.me notario,&c. stipulan.&c. acceptan. Et insuper huiusmodi instrumento,& contentis in eo quibuscumque, pro omni, & quocumque eius iure,& interesse,etiam dotali in præsenti, quã præterito,& futuro,consensit,suumq. liberum consensum pariter,& assensum præstitit,et præstat, etiã omni meliori modo,&c.immo promisit nullo vnquam tempore molestare,perturbare, vel inquietare d. ill.D. N. nec fideiussores infradicẽdos super dd. casale,& castris,sic vt supra assignatis,nec super aliis bonis d.Illustrissimo D.C. in iudicio, nec extra, quouis prætextu, iure, titulo, causa, & modo, etiam hic non expressis, & in corpore iuris clausis, & non clausis, ac etiam ratione dotis, & iurium dotalium, vsquequo dictus ill. d N. & fideiussore infradicen. integre reimbursati, & indemnes penitus, & sine damno releuati non fuerint; alias,&c.pro quibus,&c. subinde describantur fideiussores singulatim eccedendi in forma soliti.

Promissio pro montistis montis Muti, & Illustrissimo D.C. Muto.

ILL. d. N. mercatori Florentinus Romanam Curiam, sequens, asserens certo scire alias diebus proxime elapsis Illustrissimo D. C. Muto Domicello Romano, & Marchio-

Marchioni Septimi per Sanctissimũ d N. Clementem diuina prouidentia Papam Octauum fuisse concessam licentiã,& facultatem super quibusdam eiusdem Illustrissimi D. C. bonis erigendi, & creandi montem redimibilem, non vacabilem, de Mutis nuncupatum summæ, & quãtitatis scutorum viginti vnius millium monetæ, Iuliorum decem pro scuto, constituen. & continuen. pretium locorum ducentorũ, & quindecim montis prefati, ad rationem tamen scutorum centum similiũ pro singulo loco, & cum participatione fructuũ montis prefatis, ad rationem scutorũ sex, & b.60. pro quolibet centenario, soluende bimestri in bimestre in fine cuiuslibet bimestris pro rata,& alias prout latius constare asseruit litteris Apostolicis in forma breuis desuper expeditis sub datum Romæ apud Sanctum Petrum die tertia Februarij proximè præteriti, de quibus, & contentis in eis quibuscumq. plenam notitiam habere asseruit, & nihilominus illarum tenorẽ hic pro sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi voluit. Ideo sciens, &c. sed, &c. stant. instrumento promissionis, & assignationis, per d. illustrissimum D.C. ad ipsius fauorem factum in actis mei, &c sub die 21. Februarii proximè preteriti rogati, de quo & contentis in eo plenam notitiam habere asseruit, & nihilominus per me,&c. ad plenum certioratus fuit,& instrumentum prefatum, & contenta in eo quæcũque primitus,& ante omnia acceptando, sponte,&c. omni meliori modo,&c vocauit,& constituit se depositarium omnium & quorumcumq. fructuum, redditnum, ac prouentuum,& emolumentorum mõtis Muti, nuper sic, supra erecti, illosque, semper durante monte prefato, & donec illud integre extinctus,& redemptus non fuerit, de manu in manum, quoad maturabuntur,& seu maturati fuerint, ac debebuntur soluere, ac realiter,& cum effectu exbursare promisit, & se obligauit personæ,& personis, aut montistę, vel montistis pro tempore existentibus montis predicti, de bimestri in bimestre, & in fine cuiuslibet bimestris pro rata, libere,& absq. aliqua exceptione, mora, retardatione, vel retentione, & alias iuxta formam dictarum litterarum Apostolicarum erectionis montis prefati, ad quas, &c. alias,&c. debitum alienum, suum proprium faciendo, me notario,&c. acceptan.&c. quorum interest, &c. omni meliori modo, &c. & insuper promisit elapso quinquennio mõtem prefatum redimere,& extinguere, iuxta ordinem sibi instrumento erectionis, & promissionis prefatæ, sic vt supra rogato à prefato Illustrissimo D C. traditũ, & commissum nec non iuxta formam dictarum litterarum, ad quas, seu quas semper relationem haberi voluit, & de quibus,& contentis in eis quibuscumq. plenam notitiam habere dixit, vt supra, me notario,&c. acceptãte,& stipulante, vt supra. Pro quibus omnibus,&c. obseruandis, &c. seipsum suosque,& bona,&c. ac iura, &c. in forma Cameræ Apostolicæ, cum clausulis,&c. citra, &c. obligauit, &c. renunciãs, & consentiens, &c. iurauit tactis,&c. super quibus,&c. Actum, &c.

Alia locatio, siue concessio liuellaria.

Reuerendus Pater N. Prior Monasterii Sancti Martini Massæ Ferrarien. diœcesis, R.Pater N. modernus Vicarius, et Locumtenens generalis Cõgregationis fratrum Eremitarum ordinis Sancti Augustini de obseruantia Lombardiæ, necnõ frater N N. N. omnes fratres professi ordinis, et Congregationis Ecclesiæ Beatæ Mariæ de Populo capitulariter congregati, conduuati de ordine, et cõmissione dicti Prioris, Vicarii ad effectum infrascriptum in aula domus residentiæ dictorum fratrum Beatę Marię de Populo, apud plateam dictæ Ecclesiæ existentes ad sonum campanellæ, vt moris est, asserentes se esse maiorem partem fratrum dictæ Ecclesiæ deseruientium, et monasterium dictæ Ecclesiæ Beatæ Marię de Populo representantes vltra duas tertias partes eorundem fratrum, et sic totum dictum monasterium, et illius Capitulum, facere, et constituere, et asserentes etiam monasterium Beatę Mariæ de Horto nuncupato situm in territorio Veliterno extra muros dictæ ciuitatis, eiusdem ordinis, et Congregationis, quod est annexum dicto monasterio Beatæ Mariæ de Populo de Vrbe, habere, et possidere quamplura, et diuersa terrena in dicto territorio consistentia in diuersis partitis, partim vineata, partim aratiua, partim pratiua, partim fodata, et buscata, at partim syluata, et forsan cuiuscumuis alterius qualitatis, et pro maiori parte inculta,

inculta, et sterilia, et non habilia ad semi. nandum, nec de eis presertim buschatis aliquod percipiendum, nisi extirpentur, et in agro redigantur, et habilia ad ferendum fiant, sed ad plantandum in illis, vel aliqua parte earum vineas, ex quibus propterea actenus ipsa monasteria parum emolumenti, et fructuum, seu prouentuum perceperunt, et minus percipere posse sperant in futurum, si ita maneant, in statu scilicet quo dicta terrena nunc reperiuntur, et id eo consideratur, quod magis expedit dictæ congregationi, et monasteriis, vt ipsa terrena, et potissimũ illa soldata, et buschata redigantur ad culturam, et habilia fiant ad aliquid percipiendum, et percipi possẽdum ex eisdem, et alicui personę habili, et idoneæ propterea concedatur pro aliquo tempore, quam retineantur per dicta monasteria, vt hactenus retenta sunt, et sic reperta bona cõditione à domino A. qui obtulit, si dicta omnia terrena, predia, et vineæ, et bona queuis alia dicti monasterii, ad linellum concedantur per viginti, seu triginta annos soluere annuum canonem, seu responsionem scutorum centũ monetæ. Item dare barilia viginti septem vini Veliterni, et rubla septem frumenti, et vnũ ordei, decreuerunt inter se in diuersis colloquiis, et tractatibus inter eos desuper habitis, et factis, et asseruerunt dictam oblationem non recusare, propterea quod dominus A. obtulit etiam redigere, et facere omnia ipsa terrena, quæ erunt apta ad culturam, habilia, et fertilia, pro quanto in se fuerit, et sic dictorum monasteriorum, et congregationum facere meliorem conditionem, proinde hac presenti die prefati Prior, et fratres omnes sic, vt præfertur, capitulariter congregati, et coadunati nominibus dictę congregationis, et monasteriorum cupientes dictã cõgregationis, et suorum locorum cõditionẽ inquãtum possunt semper facere vtiliorem, et meliorẽ, sponte, etc. omni meliori modo, etc. vnanimiter viua voce, nemine discrepante saluo, et reseruato beneplacito Sanctissimi D. N. Papæ, et Sanctæ Sedis Apostolicæ, expediẽdo per ipsum conductorem sumptibus suis, et non alias, aliter nec alio modo omnia, et singula dicta terrena, vineas, et alia quecumque bona, et etiam vineas locatas, et bona locata, et affictata, si quæ reperiantur dicti monasterii Beatæ Marię de Horto, et etiam illa, quæ reperiuntur occupata àquo uis, et potuerunt vẽdicari, et recuperari per dictum conductorẽ, vna cum omnibus, et singulis eorum iuribus, membris, pertinentiis, et adiacentiis vniuersis locauerunt, et titulo locationis ad liuellu, vel in emphyteosim per viginti nouem annorum tãtum futuros, ab hodie cõputan, et concesserunt, tradiderunt dicto domino A. ibidem presenti, et stipulanti, ac acceptanti pro se, et suis hæredibus, et successoribus quibuscumque, quique essent intra dictum tempus, et terminum vigintinouem annorum tãtum ad habendum, etc. etiam vna cum omnib. affictibus, seu respõsionibus, vel canonibus quæ, et cui debebuntur dictis monasteriis seu monasterio ratione dictorum bonorum intra spatium dicti temporis annorum vigintinouem, et disponendum de eisdem prout quilibet similis conductor facere, et disponere potest, et licet de iure, vel consuetudine, et ex titulo, et causa huiusmodi cesserunt dicto domino A presenti, et conducenti, vt supra omnia iura, omnesque actiones directo dominio, et canone, seu responsione predicti semper saluis, ponentes, etc constituens, etc dans licentiam, etc. et donec, etc. et hanc cessionem fecerunt dicti locatores, nominibus quibus supra respectiue, saluo dicto beneplacito, et pro dicto annuo canone, seu afficto, vel responsione annua, videlicet rubrorum septem frumenti, et vnius rubri ordei, in recollectis cuiusque anni, et sic in prima die augusti cuiusque anni inchoan à prime augusti proxime futuri, et barilium viginti septem musti, tempore vindemiarum ad vascam, et scutorum centum pro paulis decem pro scuto soluen videlicet medietatẽ in dictis Kalendis augusti, et alteram medietatem in festo Sancti Martini, cuiusque anni, durante tempore vigintinouem annorum in quolibet anno in proximis Kalendis dictę festiuitatis anni proximi venturi, et vt sequitur continuan. vsque ad reuolutionem dictorum vigintinouem, annorum, et in euentum belli seu pestis conuentum est inter ipsos cõtrahentes; quod debeat fieri remissio, secundum quod fiet pro aliis, inter alios conuicinos habentes possessiones, et bona conducta in dicto territorio Velliterno, et promisit idem Dominus A. dicta loca et terrena in quantum facere poterit ad culturam, et fertilitatem redigere, et redigi facere tam ad sementem, quam ad vineam, et alias proue ipsi

ipsi domino A. conductori videbitur, & omnium ipsorum bonorum conditionē pro quanto in se fuerit meliorem facere, vt supra dictum est. Item quod in vltimo anno dictus conductor teneatur prout promisit dimittere, & relaxare dictis Monasteriis, rubra decem maesarum satarū, & saluis præmissis, dicti fratres dicto tēpore durante promiserunt manutenere, eundem conductorem, & suos in pacifica, & quieta possessione dictarum terrarum, &c. reliquas autem promissiones, & clausulas extende, prout in aliis præscriptis formulis contractuum emphiteoticorum singula singulis congrue, referendo, & debite adaptando, &c.

Instrumentum delegationis debitoris.

CVm Antonius teneretur ex causa mutui, vt confessus, & contentus fuit ad debitum, & in debito centum lib. Bon. Cor. & ipse Cor. prout asseruit, & confessus est debitor esset in eadem quantitate Phil. nomine precii, & pro precio cuiusdam quantitatis lanæ, idem Cor. prædictum Antonium debitorem suū, ipsis Philippo creditori suo in eadem quantitate pecuniæ delegauerit. Quapropter dictus Antonius de ipsius Corradi mandato, & voluntas se ipsi Philippo principalē constituens debitorem, promisit solemniter sine aliqua exceptione iuris, vel facti, se obligando dicto Philippo pro se, & suis hæredibus stipulanti, soluere, & dare eidem, aut eius certo nuncio hinc ad Pascha Resurrectionis Domini dictas centum lib. Bon. quas ipse dicto Cor. & ipse Corradus dicto Philippo, vt dictum est, soluere tenebatur. Quod ipsi in dicto termino non soluerit, & omnia, & singula supraścripta, & infraścripta, & non obseruauerit, aut in aliquo contrauenerit, promisit eidem persoluere, atque dare duplum ipsius quantitatis pecuniæ pœnæ nomine, stipulatione in singulis cap. &c. (vt supra in præcedentibus debitorum, instrumentis.) Renunciauit ante dictus Ant. exceptioni non habitæ dictæ quantitatis pecuniæ, ex causa ab ipso Cor. & dictus Cor. exceptione non habitæ dictæ quantitatis lanæ ex causa venditionis a dicto Philippo. & si ambo exceptioni doli, & conditioni sine causa, in factum actioni, & omni alio iuris auxilio, pro quibus, &c.

Instrumentum electionis Archipresbyteri.

IN Nomine Domini, &c. anno à natiuitate, &c. Regnante, &c. Dei, &c. apud ecclesiam S. Mariæ de Itro. Nos L. annalis iudex de terra prędicti L. pub. &c. & testes subscripti liberati eadem terra videlicet A.B.C.D. Ad hoc specialiter vocati, & rogati, præsenti scripto notum facimus vniuersis præsentis decreti seriem inspecturis, quod vacante Archipresbyterali ecclesia sanctæ Mariæ de Itro Gaietanę diœcesis per mortem venerabilis viri Abbatis Lucæ Guarani de Fundis vltimi, & immediati archipresbyteri dictæ ecclesię, qui sicut Domino placuit die proximo preterito mense Iunii, instantis vindict. diem suum clausit extremum, eiusque corpore tradito ecclesiasticæ sepulturæ presbyter I. primicerius dictæ ecclesiæ presbyter A. presbyter N. presbyter H. presbyter R. presbyter P. presbyter S. & presbyter M. canonici dictæ ecclesiæ fecerunt infra iuris terminum inuentarium de bonis mobilibus ipsius ecclesię, & procurauerunt ad gubernandum, & manutenendum loca, & iura tam spiritualia, quā temporalia prelibatę ecclesiæ, postea volentes eidem ecclesiæ de futuro Archipresbytero prouidere, prius petita, & obtenta licentia à Reuerendo in Christo patre, & domino domino Rogerio Dei gratia Episcopo Gaietano, statuerunt terminum ad electionem futuri archipresbyteri in dicta ecclesia celebrandam, & interim vocatis omnibus, qui de iure, & de consuetudine debuerunt vocari, & potuerunt, & voluerunt commode interesse, quo termino adueniente, dicti canonici pulsato prius ad capitulum, vt iuris, & moris est in ecclesia predicte congregati in vnum pro d. electione celebrāda in ianuis clausis ipsius ecclesię, & laicis omnibus exclusis, exceptis nobis, qui supra iudice, notario, & testibus quos canonici predicti de communi eorū voluntate retinuerunt pro conficiendis publicis instrumentis de electione predicta, presbyter A. canonicus dictę ecclesię, de mandato omnium, et singulorum canonicorum fecit mentionē in hunc modum. Ego presbyter A. canonicus ecclesię S. Marię de Itro nunc vacantis per mortem venerabilis viri Abbatis Lucę Guarani de Fundis vltimi, et immediate Archipresbyteri dictę ecclesię

fię, qui ficut Domino placuit die proximo preterito menfe Iunii, inftantis. ind. xiij. diem fuum claufi extremum; nomine meo, et nomine omnium, et fingulorum canonic. prefatæ Ecclefię, moneo omnes, et fingulos excommunicatos, fufpenfos, vel interdictos, nec non omnes, et fingulos, qui de iure, vel de confuetudine in prefenti electione, quam facere intendimus de nouo Archipresbytero dictæ Ecclefiæ intereffe non deberent, quod exeant de ecclefia ipfa, et permittant ftare libere alios, qui eligere volunt, quia non eft meę, nec aliorum canonicorũ ipfius ecclefię intentionis, tales admittere, nec eligere cum eifdẽ, immo volo, et volunt, quod fi quis, vel fi qui forfitan poftea inuenirentur, nulli preftarent aliquod fuffragium, vel etiam nocumentum, et voces taliũ habeantur pro non receptis, nec habitis. His peractis cœperũt dicti canonici dictę ecclefię de electione futuri Archipresbyteri habere tractatum interim miſſa Spiritu ſancti primitus decantata, & ipfius gratia fimpliciter implorata placuit omnibus, & fingulis per formam fcrutinii ad electionem predictam procedere, & in prelibata ecclefia de futuro Archipresbytero per eandem formam eidem ecclefię prouidere, & de volnntate omnium, & fingulorum canonicorum affumpti fuerunt tres de collegio fide digni, videlicet presbyter I. presbyter P. presbyter A. quibus dederunt poteftatem, vt primo voces eorum, atque duo vocem tertii, & fubfequenter voces cunctorum fcrutarentur diligenter, et dicta earum redigi facere in publicam formam per me predictum Lucam notarium, iudice, et teftibus fupradictis prefentibus, et audientibus vota, et voces canonicorum, qui iudex, notarius, et teftes prius fuimus affumpti de volnntate omnium predictorum canonicorum pro dicto negocio electionis fcribendo, et aliis infrafcriptis inftrumentis faciendis predicti fcrutatores poteftatem eis traditam acceptantes, receſſerunt in parte ipfius ecclefię, videlicet poft altare, itaque duo vocem, et votum tertii fcrutati fuerunt in hunc modum. Adiuramus te per Deum Patrẽ, Filium, et Spiritum fanctum, illum nomines eligendum in Archipresbyterũ dictæ ecclefiæ fanctæ Mariæ de caftro Speluncæ, per quem dictã ecclefiã fanctæ Mariæ de Itro credis melius gubernari in Domino, & fubfequenter duo vocem, & votum alterius, & omnes tres voces, & vota omnium canonicorum fimili adiuratione facta, forma, & modo fubfcriptis, presbyter I. presbyter P. duo de fcrutatoribus fupradictis nominarunt, feu confenferunt in H. canonicum dictæ ecclefiæ hunc modum: Ego presbyter I. canonicus dictæ ecclefiæ fanctæ Mariæ de Itro, nunc vacantis, nomino in Archipresbyterum dictæ ecclefiæ fanctæ Mariæ de Itro presbyterum H. canonicum dictæ ecclefiæ, virum vtique aetatis legitimæ, competentis fcientiæ, de legitimo matrimonio procreatum, in facerdotio conftitutum, vita caftum, moribus ornatum, pacificum, & quietum valentem, et fcientiam iura ipfius ecclefię in Domino falubriter gubernare, in ipfum confentio eligendum, deinde presbyter P. alius ex fcrutatoribus fupradictis confenfit in fupradictum presbyterum H in hũc modum: Ego presbyter P. canonicus dicte ecclefiae fanctae Mariae presbyterum H. canonicum dictae Ecclefiae, virum vtique aetatis legitimae, competentis fcientiæ, de legitimo matrimonio procreatum, in facerdotium conftitutum, vita caftum moribus ornatum, pacificum, et quietum, valentem, et fcientem iura ipfius ecclefiæ falubriter in Domino gubernare, in ipfum confenfio eligendum. Deinde presbyter N. alius ex fcrutatoribus fupradictis dictę ecclefiæ nominauit, fiue confenfit in presbyterum R. canonicũ dictae ecclefiae in hunc modum, videlicet: Ego presbyter N canonicus dictae ecclefiae S. Mariæ de Itro, nunc vacantis nomino in Archipresbyterum dictae ecclefiae fanctae Mariae presbyterum R. canonicũ dictae ecclefię virum vtique aetatis legitimae competẽtes fcientiae, de legitimo matrimonio procreatum, valentem, et fcientiã iura ipfius ecclefiae in Domino falubriter gubernare in ipfum confenfio eligendum. Deinde fupradicti fcrutatores adiurauerunt fingulatim fupradictos presbyterum A. presbyterum M. presbyterum G. et presbyterum L. canonicos dictae ecclefiae in hunc modum: Adiuramus te presbyterum A. per Deum Patrem, et Filium, et Spiritum fanctum, vt illum nomines eligẽdum in Archipresbyterũ dictae ecclefiae fãctae Mariae de Itro, per quem dicta ecclefia credi melius in Domino gubernari, qui presbyter A. confenfit in fupradictum presbyterum

rum R canonicũ dictæ ecclesiæ in hunc modũ: Ego presbyter A. canonicus S. Mariæ. nunc vacantis nomino in Archipresbyterum dictæ ecclesiæ sanctæ Mariæ de Itro presbyterum A canonicum dictæ ecclesiæ, virum vtique ætatis legitime, competentis scientiæ de legitimo matrimonio procreatum, in sacerdotio constitutum, vita castum, moribus ornatum, pacificum, quietum valentem, & scientem iura dictæ ecclesiæ in domino salubriter gubernare in ipsum consentio eligendum. Deinde presbyter M. adiuratus modo supradicto per supradictos scrutatores consensit in supradictum presbyterum H canonicum supradictæ ecclesię in hunc modum.

Ego presbyter M canonicus, &c. Deinde presbyter G adiuratus modo supradicto per supradictos scrutatores cõsẽsit in presbyterum R canonicũ supradictæ ecclesiæ, in hunc modum Ego presbyter C. canonicus ecclesiæ, & sequere, vt in aliis. Deinde presbyter N adiuratus per supradictos scrutatores modo supradicto cõsensit in supradictum presbyterum H canonicum prædictum in hunc modũ: Ego presbyter L. canonicus dictæ ecclesiæ S. Mariæ de Itro nunc vacanti, nomino in Archipresbyterum dictæ ecclesiæ presbyterum H canonicum supradictæ ecclesiæ, virum vtique ætatis legitimæ cõpetentis scientiæ, de legitimo matrimonio procreatum, in sacerdotio constitutũ, vita castum, moribus ornatum, pacificũ, & quietum, valentẽ, & scientẽ iura ipsius ecclesiæ in Domino salubriter gubernare, in ipso consentio eligendum, & sic de singulis, &c Quibus omnibus sic peractis immediate nullo alio actu intermedio non diuertendo ad alios actus extraneos scrutatores prædictos ad capitulũ redeuntes de voluntate omnium, & singulorum canonicorum dictæ ecclesiæ ibidẽ præsentium publicauerunt scrutinum prædictũ in hunc modum: Ego presbyter I. canonicus S. Mariæ de Itro nũc vacantis vnus ex scrutatoribus constitutis per canonicus supradictæ ecclesiæ ad honorem Dei omnipotentis, & B. Mariæ semper Virginis matris suę, cuius vocabulo supradicta ecclesia nuncupatur pronuntio tam nomine meo, quam nomine presbyteri Pauli, presbyteri N. presbyteri L. canonicorum supradictæ ecclesiæ in Archipresbyterũ d. ecclesiæ vacãtis presbyterũ H. canonicũ ecclesiæ supradictæ, virum vtique ætatis legitimæ cõpetentis scientiæ, de legitimo matrimonio procreatum in sacerdotio constitutum, vita castum, moribus ornatum, pacificum, & quietum valentem, & sciẽtem iura ipsius ecclesiæ in Domino salubriter gubernare in ipsum consentio tam nomine meo, quã nomine supradicto eligẽdum ecclesiæ supradictę Deinde presbyter N ex scrutatoribus supradictis publicauit in hunc modũ: Ego presbyter N. canonicus dictæ ecclesiæ S. Mariæ de Itro non vacantis constitutus per canonicus dictæ ecclesiæ ad honorẽ Dei omnipotentis, & B. Mariæ sẽper Virginis matris suę, cuius vocabulo dicta ecclesia nuncupatur, pronuntio tam nomine meo, quam nomine presbyteri A presbyteri G. canonicorum prædictæ ecclesiæ in Archipresbyterum ipsius ecclesiæ vacantis presbyterum R canonicum ecclesiæ supradictæ, virum vtique ętatis legitimę, competentis scientiæ, de legitimo matrimonio procreatum, in sacerdotio constitutum, vita castum, moribus ornatum, pacificum, & quietum valentem, & scientem iura dictę ecclesiæ in Domino salubriter gubernare, in ipsum consentio tam nomine meo, quam nomine supradictorum eligendum in Archipresbyterum ecclesiæ supradictæ. Ita quod facta, & habita collatione, videlicet zeli ad zelum, meriti ad meritum, & numeri ad numerũ, numerus pro parte presbyteri H. fuit repertus maior de zelo, & merito dicebant illi, qui eligerunt presbyterum R. quod erat melius, & magis idoneum, illi vero qui elegerunt presbyterum H. dicebant quod zelum, & meritum eorum præualebat, & erat melius, & magis idoneum & sic presbyter I presbyter P. presbyter N presbyter L. pro parte: presbyter H. & presbyter N presbyter A. presbyter G. pro parte presbyter R Te Deum laudamus solito more cãtauerunt, & apertis ianuis supradictæ ecclesię electio publica sic facta, fuit publicata. Vnde ad futuram memoriã, & dictorum electorum, seu illius, qui maius habet ius, in ea cautelam de pręmissis facta sunt duo publica instrumenta vnius tenoris scripta per manus mei prædicti notarii, signo meo consueto signata, sed præsens supradicto H. & reliquum supradicto R. nostrum, qui supra-

prædictorum Iudicis, et testium subscriptionibus, roboratum,

Donatio Crucis Argenteæ.

IN nomine Domini. Amen, hoc publico instrumento cunctis pateat euidenter, et sit notum quod anno à Natiuitate Domini nostri Iesu Christi millesimo quingentesimo nonagesimo secundo, indictione quinta, die vero quarta Martii, Pontificatus Sāctissimi in Christo Patris, et D. N. D. Clementis diuina prouidentia papę Octaui anno primo. In pręsentia testium infrascriptorum ad hæc specialiter vocatorum,& rogatorum, & mei notarij publici infrascripti personaliter constitutus Illustrissimus, & Reuerendissimus D. Alexander Perettus Romanus S.R.E. Vicecancellarius sancti Laurentij in Damaso Diaconus Cardinalis de Montalto nuncupatus, ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei,& beatæ Mariæ Virginis, ac pro eximiæ suæ deuotionis zelo erga gloriosissimum martyrem Laurentium sponte,& ex puro suæ voluntatis affectu, dono dedit irreuocabiliter inter viuos ecclesiæ sanctorum Laurentij,& Damasi, cuius diaconus existit, illiusq; Capitulo, & Canonicis licet absentibus, præsente magnifico, & R D. Marcello Philipponio Romano, vno ex dictis canonicis, pro Ecclesia, & Capitulo, & canonicis prædictis, eorūq. successoribus in perpetuum acceptante,& vna mecum notario vti publica persona legitime stipulante, Crucem argenteam cum imagine Redēptoris humani generis eidem Cruci affixa, cū imaginibus sculptis in extremis angulis dictæ Crucis sanctorū quatuor Euangelistarum, cum trunco,& pede stabili quadrifonti innixo humeris quatuor leonum, consedentium, singulorū, scilicet in quolibet angulo, cū duobus insignibus, seu armis ipsius Cardinalis,& duabus imaginibus, vna siquidem S. Laurētij martyris, altera S Damasi Papæ, insculptis scilicet singulis in singula frōte dicti pedis stabilis ipsius Crucis totius materiæ argēteæ, sculpturæ artificio, ornamentorumq. eleganti præstantia, ac ipsius denique operis magnitudine insignis, altitudinis palmorum nouem circiter, ponderis vero librarum sexagintaquinque cū dimidia nitissimi argenti. Ad habendū,& illam in diuinos vsus, vt infra perpetuo adhibendā.

Et huiusmodi donationē fecit ex causis prædictis,& ad perpetuo testandā suæ voluntatis denotionem erga Deum Opt. Max. beatam Virginem,& ipsum gloriosū martyrem Laurentiū, quem præcipue ob secratur, vt hoc exiguū munus suasq. preces benigne excipere,& pro se suæq· animæ æterna salute apud ipsum redemptorem clementer intercedere dignetur, & denique ex pia eius liberalitate, & omni alio meliori, magisq. puro,& deuoto animi affectu, quo ardētius potest, & debet.

Adiecit tamen,& expresse iniunxit huiusmodi donationi hāc inuiolabilem legem,& cōditionem, qua expresse,& omnino vetuit,& prohibuit Capitulo,& Canonicis prædictis,& pro tempore existētibus in perpetuum: ne Crucem, vt supra donatā, nec non sacra vestimenta, seu paramenta sericea rubei coloris damaschi elaborata aureoque cōtexta superioribus diebus eadem ipsius Cardinalis pia munificentia eidem Ecclesiæ donatæ, cuicūque personæ quacumque polleat dignitate, minusque alicui loco, etiam pio, seu alteri simili, vel maiori Ecclesiæ vllo modo etiam suderiurum permissu accomodent, nec iuxta ecclesiam pręd ctā transportare audeant. Quoniam volu t ibidem ad perpetuam laudem, & gloriam Dei, Virginis, & Sanctorum prædictorum, ac honore,& decus Ecclesiæ prædictæ accurate custodiri,& conseruari. Enixe in Domino rogans nunc, & pro tempore existentes Canonicos, vt voluntati suæ eiusmodi perpetuo satisfieri,& nunquam secus fieri curent. Prædicta autem semper rata habere,& nunquam contra ea venire promisit, & ita tacto pectore iurauit.

Quam Crucem dictus R. D Marcellus Canonicus nomine dicti Capituli manu sua,& in potestatē d. Ecclesiæ,& Capituli illorū vice accipiēs, grat as, quas potuit maximas ipsi Card. cumulatissime egit, rogans Deū Opt. Max. vt illius piæ munificentiæ æterna merita reddat, illam ad Ecclesiā prædictā, iuxta formā dictæ donationis perpetuo seruandam attulit Super quibus omnibus, & singulis petitum fuit a me notario publico infrascripto vnū, vel plura, publicum seu publica fieri, atque cōfici instrumentū, & instrumēta. Actū Romæ in ædibus Cācellariæ Apostolicæ solitæ habitationis ipsius Cardinalis,

lis,& in eius intimo cubiculo presentibus ibidem infrascriptis testibus, qui post ipsũ Illustrissimum Cardinalem donatorem presens instrumentum propria manu subscripserunt, videlicet Illust. & Reuerend. Fabio Biondo de ciuitate Montis Alti Patriarcha Hierosolymitano, & Ill. D. Iustiniano Orphino Fulginatense œconomo ipsius Illust. Cardinalis testibus ad premissa vocatis, atque rogatis Ego Alexander Cardinalis Mõtaltus Vicecancellarius do no vt supra. Ego Fabius Patriarcha Hierosolymitanus interfui. Ego Iustinianus Orphinus vt testis interfui.

Ego Ant Mainardus Ro. Cur causarum Cameræ Apost. Not de supradicta donatione rogatus presens publicum instrumentum subscripsi, & signaui rog.

Instrumentum ingressus ordinis s Benedicti

IN nomine, &c. Anno à natiuitate, & regnante, &c. die, &c. Apud Monasterium S. Angeli de Castro Speluncæ ordinis S. Benedicti diœcesis Gaietanæ. Nos N. iudex dicti castri T publicus, &c. & testes subscripti literati de eodem castro, videlicet A. B C. & C. ad hoc specialiter vocati, & rogati, presenti publico instrumento notum facimus, testamur, atq; fatemur quod prefato die, in nostri præsentia constituti venerabiles, & religiosi frater Paulus Abbas dicti Monasterij, frater N. & frater Iacobus monachi ipsius monasterij facientes capitulum, congregati in ecclesia ipsius monasterii ad sonum campanellæ, prout moris est eorum pro aliis eorum, & dicti monasterii agendis congregari, presente Titio dicti castri petente, & supplicante supradict Abbas, & monachi non vi, dolo, metu, aut suasione dicti, seu circumuenti, sedde ipsorum, & cuiuslibet ipsorum pura, libera, & spontanea voluntate, receperunt in monachum, & fratrem ipsius monasterii coram nobis Titium supradictum, qui Titius omni suasione, & violentia abeo cessantibus, iunctiquemanibus dedicauit se, & omnia bona sua supradicto monasterio in manibus supradicti fratres Pauli Abbatis ipsius monasterii. recipientis eundem Titium monacum, & fratrem eiusdem monasterii de voluntate, & cõsensu monachorum supradictorum, decantato, ante altare supradictæ ecclesiæ per eosdem Abbatem, & monacos hymno Spiritus Sancti, scilicet, Veni creator Spiritus, & gratia ipsius Spiritus sãcti humiliter inuocata, dictus Abbas ipsum Titium stantem genuflexum ante altare supradictum expoliauit vestes seculares quas erat dictus Titius indutus, & induit eundem Titiũ vestimenta monachalia ordinis memorati S. Benedicti. Et promisit eidem fratri Titio presenti, & solemniter stipulanti in tot tempore vitæ suæ, scilicet quo adduxerit vitam monasticã, et stabit ad seruitia monasterii supradicti, vel alibi ex iusta, probabili, & legitima causa ministrare eidẽ Titio humilem victũ, & vestitum, quem fratrem Titium corã nobis supradicti Abbas, & monachi ad pacis osculũ receperunt. Quæ omnia, & singula in hoc instrumento contenta promiserũt, et obligarunt se contrahentes supradicti hinc inde scilicet supradicti Abbas, et monachi ipsiq; monachi cum auctoritate, et consensu dicti domini abbatis; & successores suos suas hypotheca omniũ bonorũ ipsius monasterii eidem fratri Titio præsenti, & stipulanti pro se, & dictus frater Titius se suosq; hær. & suc. sub hypotheca, et obligatione omnium bonorum suorum presentium, et futurorum eidẽ Abbati, et fratribus N. et Iac monachis presentibus, et stipulantibus nomine, et pro parte dicti monasterii, et suc suorum rata, et firma habere, perpetuoq; tenere, et non contrafacere, vel venire per se, vel al um, seu alios aliqua ratione, ingenio, vel causa, de iure vel de facto in toto exinde, vel in parte, in iudicio, siue extra. Sub pœna vnciarum aur. decem hinc inde pro medietate ipsius pœnæ curiæ, ad quam facta fuerit reclamatio me predicto notario tanquã persona publica predictam medietatem dictæ pœnæ nomine, et pro parte dictæ curiæ solemniter stipulante, et pro reliqua medietate ipsius pœnæ parti affirmanti parte contrauenlente toties exigẽda, quoties in premissis, et quodlibet premissorũ contrafactum fuerit per solemnem stipulationem premissam cum refectione dãnorum, et expensarum, et interesse litis, et extra Qua pœna soluta, vel non soluta, aut gratiose remissa omnia, et singula in hoc instrumento cõtenta firma perdurẽt Renun. hinc inde A. contrahentibus supradicti ex certa ipsorum scientia super premissis exceptio doli mali metus in factũ actioni, conditioni sine causa, rei predicto modo non gestæ, et non taliter celebrati contractus, iuri, quo læsis, seu deceptis

ptis subuenitur, beneficio restit. in integ. iuri, per quod generalis renunciatio impugnetur, et iuri, cui renunciari nō potest, et omni iuri canonico, et ciuili. Pro quibus omnibus, et singulis firmiter obseruandis predicti contrahentes hinc indesuper animas suas, sub nomine sanctorum Euangeliorum vnus alteri, et alter vni coram nobis iurauerunt. Vnde ad futuram memoriam, et dictorum monachorum, et fratri Titii cautelam de premissis facta sunt in de duo publica instrumenta scripta per manus mei predicti notarij, signo meo consueto signata, sed presens dicto monasterio, et reliquum prefato fratri Titio nostrum, quisupra iudicis, et testium subscriptionibus roborata.

Instrumentū refectionis instrumēti deperditi

IN nomine Domini, etc. Anno à Natiuitate, etc. Regnante, etc apud castrū Speluncæ Nos B Iudex dicti castri I publicus, etc. et testes subscripti de eodem castro: videlicet A. B. C. D. et E. ad hoc specialiter vocati, et rogati, presenti scrib. pub instrum. declaramus, atque fatemur quod pretitulato die in nostri presentia constitutus T. Seii de dicto castro non vi, dolo, metu, aut suasione aliqua ductus, seu aliter circumuentus, sed de ipsius T. Seii pura, et spontanea voluntate palam publice, et bona fide, iure proprio, et in perpetuum vendidit, et alienauit, et per quandam cartulam tradidit S. Caii de castro predicto presenti, tenenti, et recipienti pro se hær. et succ. suis quandam terrem seminatoriam ipsius T sitam in territorio dicti castri, in loco qui dicitur, le Rose di Marino, de laude iuxta montem clausum ab vna parte ab alia parte iuxta Paulum Pilistri, et ab alia parte iuxta viam publicam, liberam, et exemptam ab omni debito, condictioni, onere, et ser. uitute, ad habendum tenendum, et possidendum, quidquid dicto emptori, et hæ. red. et succ. suis deinceps placuerit perpetuo faciendum, cum omnibus iuribus, seruitutibus, et pertinentiis, atque cum omnibus, et singulis, quæ intra; vel infra supradictos continentur confines, vel alios, si qui forent, accessibus, et egressibus suis vsque ad viam publicam. Pro precio, et nomine diffiniti precii vnciarum duarum de carlenis argenti xl per vnciam, et duobus pro tareno quolibet computatis pon gene. Quod precium notum, et integrum dictus venditor ab eodem tempore coram nobis habuit, et recepit presentialiter, et manualiter pro causa predicta in pecunia numerata, bona electa, si quid autem dicta res vendita valet, aut pro tempore valebit plus precio supradicto, etc (Quere instrumentum venditionis liberæ possessionis, et scribe vsque ad sancta Dei Euāgelia iurauit, etc. et subiunge.) Et quia ego supradictus notarius L. inueni exactis, seu protocollis mei publici notarii de emptione in presenti instrumento me fecisse aliud instrumentum supradicto Sempronio emptori et illud sibi assignasse, quod instrumentū aderuit cum iuramento nobili viro F. vicario dicti castri coram eodem vicario, et sua curia præstito amisisse presente supradicto T. Seii venditore vidente, et audiente et a dicto vicario petiit idē S. me compelli debere ad faciendum de nouo instrumentum perditum emptionis supra dictæ. Qui vicarius iuxta sui officii partes precepit mihi notario supradicto, sub certa formidabili pœna, quod predictum instrumentum de nono conficere deberem sicut apparet ex actis curiæ ipsius vicarii, insinuatum die xv mensis februarii sextæ Indictionis, sub anno Natiuitatis Domini Nostri Iesu Christi M. CCC LXIIII. ideo volens ego notarius Le. supradictis obedire mandatis supradicti Vicarii, feci instrumentum istud de nouo, et ideirco protestator, quod si lapsu calami, vel propter breuiaturam, quam feci in predictis prothocollis meis, subscripsissem aliquid plus in hoc instrumento presenti, qua in primo, vel dimisissem aliquid, quod posui in primo, quod intendo stare soli veritati a qua penitus non disce do, nec discedere intendo Et si contigerit primum instrumentum dictæ emptionis per me confectum reperiri, quod stetur illi, et istud instrumentum vltimū pen tus habeatur pro deleto, et non possint vara instrumenta vnius emptionis inueniri confecta per manus mei notarii supradicti. Vnde ad futuram memoriam, et dicti emptoris, hered. et successorum suorum cautelam de premissis factum est inde hoc presens publicum, instrumentum scriptum per manus mei predicti signo meo consueto signatum, nostri qui supra iudicis, et testium subscriptionibus roboratum.

Locatio, seu arrendatio officij Notariatus A.C.

IN Dei nomine. Amen. io Gio. Francesco Vgolino Perugino notario di Monsignor Illustrissimo Auditor della Camera, riseruato però il beneplacito di detto Monsig. Illustriss. A.C. facendo di bisogno, e nõ altrimente, affitto, & arrendo il mio officio del Notariato, cõ tutti li suoi frutti, rendite, prouenti, & emolumenti vniuersi per anni tre prossimi, incominciati al primo del presente mese di Nouembre, e come seguita da finire, per affitto di scuti cento trenta di moneta à giuli dieci per scudo, per ciaschedun mese di detti tre anni, da pagarsi di mese in mese in fine di ciaschedun mese, scudi cento trenta simili per ogni mese in bona moneta d'argento liberi, & esenti da ogni peso, e contributione, eccetto però dalli pesi straordinarii, che forse s'imponessero sopra gl'offitii di Monsig. A.C. di modo, che li presenti, che il Collegio suol fare il Natale, la mancia de' Cursori, & altre spese, che si fanno per seruitio del Collegio; & il monte delle scritture non s'intendono per straordinarii, ne meno la contributione di scudi cinque l'anno per la pigione della casa del Luogotenente ciuile à M. Cosimo Ceci da Massa della diocese di Todi con gl'infrascritti patti. E prima, che detto affitto si deua pagare, come di sopra, ogni mese in fine.

Item, che detto affittuario sia obligato fare, e far fare tutti i manuali actorum, li libri delli oblighi, instrumenti, e rubricelle, tãto per il tẽpo passato, che nõ son fatti, quanto per l'auuenire durãte il tẽpo dell'arrenda, e quanto à i passati fra sei mesi prossimi, e tener nell'offitio tutti li libri, e scritture secondo il solito, trattare, e custodir bene le scritture, e fare l'altre cose, che aspettano a' buoni, e diligenti arrẽdatarii.

Item, che detto affittuario non possa pigliar sicurtà alcuna in detto offitio, nè per debito ciuile, nè criminale, se non di mio ordine, e perciò si debba annotare in vn libretto li nomi de' fideiussori, con la somma per la quale si obligaranno.

Item, che detto affittuario durante questa arrenda, debba osseruare le riforme, e bolle del Tribunale, e gli altri ordini del Collegio.

Item, mi riserbo tutte l'espeditioni, rogiti d'instrumenti, instrumenti publici, copie d'inditii, & estratti fatti prima del presente arrendamento, & anco gli estratti, che fossero concordati, ò pagato qualche cosa à buon conto, delli quali ne deuerò pagare io carta, e scrittura, e similmente tutti gli crediti di qualsiuoglia sorte fatti nell'offitio per tutto Ottobre 1596.

Item, che detto affittuario non possa pigliare senza mio consenso giouani in detto officio, nè meno si mandarne via.

Item, mi riseruo tutti li emolumenti delle scritture dell'Illustrissimo Cardinale sancta Seuerina, fatte, e da farsi, e che possa dar gratis gl'instrumenti, che hò promessi dare al Sig. Gio. Battista Aste, & altri che vorrò dare à M. Tommaso Tetio, M. Gio. Battista Gosio, e li heredi di Stefano Latini, & altri miei parẽti, e amici.

Item mi riseruo li mensariati, cõclauista, Congregationi ordinarie, e straordinarie, & altre regaglie solite del Collegio.

Item che li denari che si pagheranno per nouitii fiano di detto arrendatario, per sei mesi inanzi il fine dell'arrenda non possa pigliar nouitii, e pigliandone per denari, si diuidano fra detto arrendatario, e me per metà.

Item in euento di guerra, peste, riforma tione del Tribunale, ouero diminutione di giuriditione di Monsign. Aud. della Camera, absenza del sommo Pontefice da Roma, moderationi di tassa di speditioni, ouero mercede, e finalmente di qualsiuoglia altra cosa, che apportasse danno al d. tribunale, e per le quali si sminuisce l'vtile, i negotii, e contratti di detto offitio, e Tribunale, si debba far vn honesto desalco della presente arrenda, & in euento d'alcuna discordia, che sopra ciò potesse nascere, si debba elegere dui notarii del Tribunale per periti communemente, e stare à quel, che loro dichiareranno: & in euento, che fussero discordi, si debba elegere il terzo, ouero starne à quello che dichiarerà il Sig. Antonio Guidotti, ò il Sig. Alessandro Falciano, ò il Sig. Aurelio Ridolfi non si comprendendo in questo la riforma fatta da Nostro Sig. Papa Clemente, inserta nella facultà di Monsig. Illustriss. & Reuerendiss. Marcello Lante Auditore, della quale d. arrendatario ne hà notitia, e con essa piglia al presente affitto, come sopra.

Item fulloco per il medemo tempo al detto affittuario la bottega con tutte le stantie doue al presente li giouani di detto

to officio habitano, & anco parte della cantina, per la pigione, che pago io di scudi ducento cinquanta l'anno Dichiarando, che li scudi sessanta che paga il Sig. Diomede Ricci dell'appartamento che tiene sopra l'officio debbiano andare in mio beneficio, poiche oltra li scudi 250. ne pago 65. altri per l'appartamento doue habito, talmente, che detto affittuario debba pagare per pigione ogn'anno detti scudi 250 di due mesi in due mesi, in fine di ciascheduno bimestre alla Sig. Claudia Corneliana, ò al Sig. Domenico Natton suo marito, e consegnarmi le quietanze per discarico del mio obligo, & io li deuerò fare le riceuute di mano in mano di dette quietanze.

Itē prometto durāte questa arrēda mātenerli la casa delle masseritie necessarie, cioè materazzi, pagliaricci, lenzuoli, coperte, touaglie, saluiette, sciugamani per il tinello, banche, e tauole da letti, credenza, secchii al pozzo, & il logro, e deterioramēto di quelli vada à mio danno, ma siano ben tenuti adoprarli, e farli adoprare cō descritione, e di quello che li cōsegnarò se n'habbi da far inuentario riceuuta, e secondo quello sia tenuto rēdermili finita l'arrenda dall'essere che saranno, e così li altri, che li accomodassi alla giornata.

Item che finita l'arrenda volendo comprare li crediti fatti in detto officio, sia obligato à vendermi, e cedermeli per il prezzo, che faremo d'accordo.

Item che li crediti, che si faranno nell'offitio siano specialmente obligati à me per l'osseruanza del d. di sopra, con la riseruatione del dominio, & altre cautele necessarie, oltre all'obligo generale.

Item che se durante l'arrenda io volessi vendere possa farlo liberamente à mio piacere, e s'intenda finita la locatione, & sollocatione, ne si possa pretender da me alcun danno, ò interesse.

I depositi che si faranno, si faranno cōsegnare in mia mano, le spese de' salari, vitto di giouani, e serue che si terrà, carta, inchiostro, carte cassette, libri, filze, & altre da farsi per l'officio, e soliti da farsi per seruitio dell'officio, e giouani di esso, le deue far detto arrendatario: & il detto Vgolino deue hauer il suo officio libero come sopra, e quanto alla persona sua fa. rà da se.

Che detto affittuario sia tenuto à tutti pericoli, che Iddio li dessi di detto officio durāte l'arrēda, & ancora quella finita, se prouenissero delle cose in detto tempo, e da quelli rileuarne Gio. Fra. Vgol. di dāno.

In euento di Sede vacante, che passasse venti giorni, passati detti venti giorni, per il tempo che durasse più si debbia fare vn'honesto defalco, secondo è detto di sopra, ad arbitrio di due notarii, ò del terzo, ò delli nominati di sopra, come di sopra è detto.

Item che si deua trattar con le parti amoreuolmente, e massime ne i prezzi, e circa li mercanti, che seruonsi all'officio se li deuono fare ne' conti le habilità solite secondo hò fatto io fin adesso.

Quæ omnia, &c. Pro quibus, &c. obseruandis dicti Io. Franciscus, & Cosmus ad inuicem, & vicissim seipsos, eorumque hæredes, & bona, &c. in forma Cameræ Apostolicæ, cum clausulis, &c. citra, &c. obligarunt, & iurantes, &c. & in fide si è fatta la presente, & vn'altra del medemo tenore, sottoscritta da noi che vaglia come instrumento publico in detta forma questo di, &c. Io, &c. Io, &c.

Deliberatio Domus cum possessionis illius assecutione.

Discretus vir D. Christophorus Fundatus, Sanctissimi D. N. Papæ Cursor habens præmanibus suis quoddā mandatum Illustriss. & Reuerendiss. D. A. C. de deliberando domū infrascriptam, quæ fuit D. N. nuper, seu ad alias instantiam nob. D. Laurentii Gauotti creditoris dicti N. in summa scut. mille monetæ per viā curiæ, vt moris est, subhastatam, & domum præuia illius subhastatione domino A. tanquam plus, & vltimo offerenti deliberatam, cuius mandati tenor talis est videlicet. De mandato, &c. cuius mādati vigore idem cursor tamquam obedientiæ filius mandatis DD. & superiorum suorum obedien. & in illius executionem domum prædictam, vt supra positam, & confinatam de qua in præinserto mandato, & iuxta illius seriem, & tenorem eidem D. B. tamquam plus, & vltimo offerenti deliberauit, recepto ab ipso pretio oblato, summa scilicet scutorum mille similium, quæ scuta mille eidem D. A. soluit, & exbursauit, eidem D. Christophoro cursori ibidem præsenti, & recipienti in numerata pecunia, de quibus eundem,

eundem d. A. ibidem præsentem, & soluentem quietauit cum pacto, &c. quæ quidem scuta mille sic vt supra habita, & recepta idem cursor soluit, & exbursauit eidem D. Laurentio creditori vigore præinserti mandati, quæ in mei notarii, & testium infrascriptorum præsentia idem D. Laurentius habuit, & recepit ab eodem cursore præsente, & soluente in prompta, & numerata pecunia, in tot paulis, & testonibus argenteis, de quibus se bene contentum vocauit exceptioni, &c. ad maiorem cautelam renunciauit, & tam dictum cursorem, vt supra soluentem, quam dictum D. N. ac suos hæredes, & successores, sine tamen præiudicio, expensarum, quietauit, &c. per pactum, &c. iurauit tactis, &c. super quibus, &c. præsentibus testibus, &c. Quo facto, & incontinenti idē cursor eundem D. A. in corporalem, realem, & actualem possessionem dictæ domus iuriumque, membrorum, & pertinētiarum illius quorumcunque imposuit, & immisit. Qui A. sic in possessionem dictæ domus impositus, possessionem prædictæ domus assecutus fuit portas, & fenestras aperiēdo, & claudendo, & alius actus possessionis faciens, veram possessionem denotans protestans, & declarans, quod per suum abinde recessum non intendit possessionem dimittere, nec relaxare immo omnem possessionem ciuilem, & naturalem animo, & corpore, ac omni alio meliori modo quo potest retinere, conseruare, & continuare intendit. super quibus, &c. actum, &c. vbi supra præsentibus quibus supra testibus, &c.

Processus promotionis Episcopi.

IN nomine D. N. Iesu Christi Amen. Per hoc præsens publicum instrumentum cunctis pateat euidenter, & sit notū, quod anno a Natiuitate D. N. Iesu Christi millesimo quingentesimo nonagesimo sexto, indictione quinta, die vero vigesimasexta mensis Iulii Pontificatus sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Clementis diuina prouidētia Papæ Octaui anno quinto, in mei notarii publici infrascripti, & N. N. Illustrissimi D. Cardinalis infrascripti familiarium testium, ad hæc specialiter vocatorum, & rogatorum præsentia.

Illustrissimus, & Reuerendissimus D. D. N. S. R. E. Presbyter Cardinalis tituli sancti N. nuncupatus, existens Romæ in palatio suæ solitæ residentiæ, asseruit qualiter vacante Ecclesia Cathedrali Mediolanen. per obitum R. D. N. vltimi illius Episcopi extra Rom. Cur. defuncti præfatus sanctissimus D. N. cupiens dictæ Ecclesiæ de idoneo pastore prouidere mentis suæ oculos direxit in B. ipsique D. Cardinali viuæ vocis oraculo mandauit, vt de natalibus, vita, moribus, ac aliis qualitatibus prædicti B. ad præscriptum sac. Concilii Tridentini, & Cōstitutionis Gregor. XIII. fel. rec. diligenter inquireret, & tam super illis, quam super statu ipsius Ecclesiæ Mediolanensis solitum inquisitionis processum formaret. Volens itaque D. S. illustrissima Sanctissimi D. N. Papæ iussa debite exequutioni demandare, ac in omnibus, & per omnia dictæ Constitutionis formam sequi me notarium infrascriptū deputauit, vt de iuramento, & depositionibus testium per ipsum D. Cardinalem ex officio vocandorum, & examinandorum, necnon de productione iurium, vel publicorum instrumentorum, & documentorum, si quæ dictus B. exhibere voluerit, ac de professione Fidei per eumdē in manibus S. D. Illustriss. emittenda, ceterisq. necessariis rogarem, omniaq. in publicum instrumentum redigerem.

Postquam depuratione idem Illustrissimus mandauit infrascriptos testes ad se vocari examinandos super infradictis interrogatoriis præstito in manibus suis iuramento de veritate dicenda.

Nomina testium examinandorum sunt videlicet, N. N. N. N. N. N.

Interrogatoria vero, mihi exhibita per S. D. Illustriss. & super quibus testes prædictos examinare intendit, sunt quæ sequuntur. Et primo quoad statū Ecclesiæ.

Primum, an sciāt in qua prouincia sita sit Ecclesia Mediolanen. cuius situs, qualitatis, & magnitudinis, quod focularia cōstituat, cui domino in temporalibus subiaceat, & quomodo de illis notitiā habeant.

Secundum, an sciant in præd. cta ciuitate adesse Ecclesiam Cathedralem, sub qua inuocatione, cuius destructuræ, & qualitatis, an alicui Archiepiscopo subiaceat, & non aliqua reparatione indigeat, & quomodo de istis notitiam habeant.

Tertium, an sciant quot, & quales sint in dicta Ecclesia cathedrali dignitates. Canonicatus, & alia beneficia Ecclesiastica quis numerus omnium presbyterorum, & clericorum ibidem in diuinis inseruientium, quæ sit dignitas maior post Pontificalem, quales sint redditus dignitatum

canonicatuum, et aliorum beneficiorum prędictorum, et quomodo id nouerint.

Quartum, an sciant quomodo in dicta Cathedrali exerceatur cultus diuinus, et quam de eo notitiam habeant.

Quintũ, an in dicta Cathedrali cura animarũ exerceat per quem, et quomodo.

Sextum, an habeat sacrarium sufficienter instructam sacra supellettili ad diuinum cultum, et etiam ad pontificalia exercendum necessaria, chorum, organũ, campanile cum campanis, cœmeterium, et quomodo id sciant.

Septimũ, an sciant in dicta Ecclesia existere corpora, vel insignas reliquias aliquorum sanctorũ, et quo afferuerunt id sciât.

Octauũ, an adsit domus pro Epis. habitatione, vbi, qualis, & quomodo id sciant.

Nonum, an sint plene informati de vero valore redditúum mensæ Episcopalis, ad quam summam annuatim ascendant in quibus consistant, et an sint aliqua pensione onerati, ad cujus fauorem pensio sit reseruata, et quomodo.

Decimũ, quot existant in ciuitate Mediolanẽ. Ecclesiæ collegiatæ, et parrochiales, quot monasteria virorum, et mulierũ, confraternitates, hospitalia, et quomodo.

Vndecimũ, an sciant amplitudinẽ diœcesis, quot scilicet, et quę loca cõplectatur.

Duodecimum, an dicta ecclesia Mediolanen. de præsenti vacet, quomodo, et à quanto tempore citra.

Quo ad qualitates promouendi.

PRimum, an cognoscat B. quomodo et à quanto tempore citra, an sit ipsis testibus examinandis, consanguineus, affinis, familiaris, vel inimicus.

Secundum, an sciant in quo diœc. dict. B. natus sit.

Tertium, an sciant ipsum natum esse ex legitimo matrimonio, ac honestis, et catholicis parentibus, et quomodo id sciant.

Quartũ, an sciat cuius ætatis sit, et quõ.

Quintum, an sciant eum esse in sacris ordinibus constitutum, quibus, à quanto tempore citra, et quomodo id sciant.

Sextũ, an sciant eũ esse in ecclesiasticis functionibus, et in exequutione ordinum susceptorum diu versatus, et quomodo.

Septimum, an sciant eũ esse innocentia vitæ, bonisq moribus predictũ bonæ vitæ conseruationis, et famæ, et quomodo.

Octauum, an sciant ipsum esse virum grauem, prudentem, et vsu rerum prestantem, & quomodo.

Nonum, an sciant ipsum aliquo gradu in iure canonico, vel in sacra Theologia insignitum esse, vereq. ea doctrina pollere, quæ in Episcopo requiritur, ad hoc vt possit alios docere, & quomodo.

Decimum, an sciant ipsum aliquo munere ecclesiastico aliquando functum esse, vel circa curam animarum, aut regimen alicuius ecclesiæ se exercuisse, & quomodo in eis se gesserint tam quoad doctrinã, quam quoad prudentiam, & integritatẽ, & quomodo.

Vndecimum, an sciant eum aliquando publicum scandalum dedisse circa Fidem, mores, siue doctrinam, vel aliquo corporis, aut animi vitio, aliove canonico impedimento teneri, quo minus possit ad ecclesiam cathedralem promoueri, & quõ.

Duodecimum, an eum idoneum existiment de bene regendum Ecclesiã cathedralem, ac Episcopale onus subeundum, & dignũ qui ecclesiæ Mediolan. præficiatur, & vnde moueutur ad ita existimandum.

Die dicta.

Coram eodem Illustrissimo, & Reuerendissimo D. Cardinali ex isten. vbi supra, meque, &c. comparuit personaliter. B. testis ex officio vocatus, ætatis suæ annorum 65. vt asseruit, qui præstito iuramento tactis &c. in manibus eiusdem D. Cardinalis de veritate dicen. omissis articulis concernentibus statum ecclesiæ Mediolanen. quia de ipsis nullam notitiam habere dixit. Interrogatus super articulis respicientibus qualitates promouendi, respondit, vt infra videlicet.

Sequitur tenor examines prædicti, & aliorum testium.

Forma iuramenti professionis Fidei, à cathedralibus, & superioribus Ecclesijs, vel beneficijs curã animarũ habentibus, & locis Regularium, ac militariũ perficiendis, obseruandas.

EGo . . . firma fide credo, & profiteor omnia, & singula, quæ continentur in Symbolo Fidei, quo sancta Romana Ecclesia vtitur videlicet. CREDO in vnum DEVM Patrem omnipotentem, factorem cæli, & terræ, visibilium omnium, & inuisibilium. Et in vnum Dominum Iesum Christum Filium Dei vnigenitum. Et ex Patre natum ante omnia secula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum

verum de Deo vero, Genitum non factũ, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt, Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis, Et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine,& homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, & sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum Scripturas. Et ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Patris, Et iterum venturus est cũ gloria iudicare viuos,& mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum Dominum,& viuificantem, qui ex Patre, Filioq. procedit. Qui cum Patre, & Filio simul adoratur, & conglorificatur, qui locutus est per Prophetas. Et vnam sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor vnũ baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorũ. Et vitam venturi seculi, Amen. Apostolicas,& Ecclesiasticas traditiones, reliquasq. eiusdem Ecclesiæ obseruationes, & constitutiones firmissime admitto, & amplector. Item sacram Scripturam, iuxta eum sensũ, quem tenuit,& tenet sancta Mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione sacrarum Scripturarum, admitto, nec eam vnquam, nisi iuxta vnanimem consensum Patrum accipiam,& interpretabor. Profiteor quoque septem esse vere, & proprie Sacramenta nouæ legis à Iesu Christo Domino nostro instituta, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singuli, necessaria, scilicet Baptismum, Cõfirmationem, Eucharistiam, pœnitentiam, Extremã vnctionem, Ordinem & Matrimonium, illaq. gratiam conferre; & ex his Baptismum, Confirmationem,& Ordinem sine sacrilegio, reiterari nõ posse. Receptos quoque,& approbatos ecclesiæ catholicæ ritus in supradictorum omnium Sacramentorũ solemni administratione recipio,& admitto. Omnia,& singula, quæ de peccato originali,& de iustificatione in sacrosancta Tridentina Synodo definita,& declarata fuerũt, amplector,& recipio. Profiteor pariter in Missa offerri Deo, verum, proprium,& propitiatorium sacrificium pro viuis, & defunctis; atque in sanctissimo Eucharistiæ sacraméto esse vere, realiter, & substantialiter corpus, & sanguinem, vna cum anima, & diuinitate Domini nostri Iesu Christi fierique conuersione totius substantiæ panis in corpus,& totius substantiæ vini in Sanguiné, quam conuersionem Catholica Ecclesia transubstantiationé appellat. Fateor etiã sub altera tantum specie totum, atque integrum Christum, verumq. sacramentum sumi. Constanter teneo purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis iuuari. Similiter,& sanctos vna cum Christo regnantes venerandos, atque inuocandos esse, eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias esse venerandas. Firmissime assero imagines Christi, ac Deiparæ semper Virginis, necnon aliorum Sanctorum habendas,& retinendas esse, atque eis debitum honoré, ac venerationem impertiendam. Indulgentiarũ etiã potestatem à Christo in ecclesia relictam fuisse, illarumque vsum Christiano populo maxime salutaré esse affirmo. Sanctam catholicam,& Apostolicã Romanã ecclesiam omnium Ecclesiarum matrem, & magistram agnosco. Romanoq. Pontifici Beati Petri Apostolorum principis successori, ac Iesu Christi Vicario veram obedientiam spondeo, ac iuro. Cetera ité omnia à sacris Canonibus,& œcumenicis Cõcilijs, ac præcipue a sacrosancta Tridentina Synodo, tradita, definita, & declarata indubitanter recipio; atque profiteor, simulque contraria omnia, atque hæreses quascumque ab ecclesia damnatas,& reiectas,& anathematizatas ego pariter damno, reijcio, & anathematizo. Hanc veram catholicam fidem, extra quã nemo saluus esse potest, quam in præsenti sponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integrã, & inuiolatã vsque ad extremum vitæ spiritum constantissime Deo adiuuante retinere, & confiteri, atque à meis subditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri,& prædicari quantum in me erit curaturum, ego idé. [illegible] spondeo, voueo, ac iuro, sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia.

Die 7. Augusti.

B. personaliter constitutus coram Illustrissimo D. Cardinali N. meque notario publico,& testibus infradictis, volens Fidei professionem facere tenetur ad præscriptam Constitutionis Pii Quarti fel. rec. flexis genibus, ac sacrosanctis Euangeliis cum iuramento tactis in manibus eiusdem D. Cardinalis, sponte,&c. die sũ-

pto eandem fidei professionem, iuxta, et secundum formam, ac tenorem constitutionis prædictæ hoc informasse, vt sequitur de verbo ad verbum emisit, atque in locis vbi proprium nomen est expressum, illud in originali sua propria manuscriptâ q. Fidei professionem, idem D. Card recepit, et admisit omni, et super quibus, &c. Actum, &c. præsentibus duobus testibus.

Deinde die, &c. idem B. ad docen. de gradu Doctoratus, ac de sacris et presbyteratus ordinibus sibi collatis, facto exhibuit, et produxit priuilegium dicti gradus Doctoratus in carta pergamena scriptũ, ac litteras patentes dictorum ordinum itidem in pergameno scriptas, quorum omnium copium cum suis originalibus auscultatam, et collationatam penes me notarium in præsenti processu registratũ dimisit, dictis originalibus secum reportatis prædictorum vero omnium tenores sunt, qui sequuntur.

Copia priuilegii Doctorat. q. hic scribatur.

Copia litterarum patentium sacrorum ordinum, quæ hic inseratur.

Ego N Card. sancti N. relationem in consistorio facturam certo existimo prodeductis in præsenti processu R. D. B. et I. V. D. dignum esse, qui Mediolanen. ecclesiæ præficiatur, et ita testor manu propria.

Ego N. Episcopus Portuen Card. de Aragona ex præmissis censeo R. D. B. dignũ esse, qui in Mediolanen. cathedralis ecclesiæ præsulem promoueatur.

Ego Nicolaus tit. sancti Laurẽtii in Lucina presbyter Cardinalis Madrutius idẽ censeo.

Ego F. Cardinalis Sfortia idem censeo.

Obligatio exciocandi.

IN mei, etc. personaliter constitutus A. sponte, etc. promisit B. ibidẽ præsenti, etc. hinc per totũ mensem Februarii proximi futuri exciocasse, et exciocari fecisse totum residuũ tenutæ N. sitæ extra portam, etc. exceptis tribus rubris in circa, reseruandis primo silua ipsi A. iam demonstrantis, videlicet, sterpare, cioccare cauar detti ciocchi, sferrarli, spaccarli al solito, che si possino carcare, et ammo chiarli, et hoc opus facere bene, et fideliter more solito, ac boni, et fidelis exciocatoris omnique ipsius A. sumptibus cum pacto, quod ramuli, seu surculi, et vt vulgo dicitur le frasche, e quel che si trouarà in pra. la terra, sia, et esser debbia di esso A. ma che sia lecito à esso B. per vso di casa loro pigliarne à suo beneplacito. Item che li detti compagni siano obligati farsi condurre il pane sopra il lauoro, e darli le ronche necessarie; asserens idem A dictũ residuum tenutæ exciocãdæ bene vidisse, et considerasse, et de eo plenam notitiam et informationem habuisse, et habere, eo hoc opus facere, et cum effectu perficere promisit pro mercede scuta ducentorum monetæ de Iulijs decem pro scuto, sic inter ipsas partes de cõmuni consensu soluendorum, prout dictus B. soluere promisit eidem A. vt dicitur de mano in mano, prout opus fiet. Ita quod in fine solui debeat omne residuum, exceptis scutis decẽ quæ retineri possint ab ipso B. vsque ad secundam araturam ad effectum, quod si reperietur aliqua quantitas cioccorum non excauatorum, quod possint excauari ipsius A sumptibus, et deficiente dicto A. in præmissis, ex nunc dedit potestatem dicto B. propria eius auctoritate, etc. et fine, etc. conducendi alios exciocca ores omni, etc. ad rationem quanti plurimi omnibus ipsius A sumptibus, damnis, etc. de quibus, etc. quia sic actum, etc. quæ omnia, etc. alias, etc. pro quibus, etc et quatenus opus sit citari, elegit domicilium suũ in hospitio Caballeti in platea Iudæorũ. Iurarunt, etc. super quibus, etc. actum, etc. præsentibus, etc. testibus, etc.

Hic postremo etiã vltra prædictas subijciuntur infrascriptæ formulæ diuersorum aliorum instrumentorum, sumpti ex Formulario Placentino, quas etiam pro minori indigentium dispendio hic imprimendas curaui.

Forma arreptionis itineris ad curiam.

IN. nomine Domini Amen, etc. Dominus presbyter Lazarus, etc. rector ecclesiae sancti Laurentii, etc. asserens se fore paratum, et dispositum ad accipiendũ iter versus sedem Apostolicam, et sanctiss. in Christo patrem, et dominum nostrum Pont. ficem Maximum ad prosequendum certam causam, et causas, quas vt asseruit, pertractare, et expedire necessario habet ibidem contra quosdam, et specialiter cõtra talem, etc. ac alios, quorum interesset, seu interesse poterit quomodolibet in futurum, et receptis igitur ad se omnibus, et singulis vestimentis, ac pallio, pileo, baculo, ac sacculo ad talia spectantibus,

et ne,

et necessariis, omnibusq. ibidem existentibus valete dicens In Dei nomine iter arripiebat sub hac verborum forma. Coram vobis notario publico, et testibus fide dignis hic astantibus, etc. cum protestatione solemni dico, et propono ex nunc, vt apparet ad sanctam Sedem Apostolicã, et sanctissimum, etc omnibus melioribus via, modo, iure, causa, et forma quibus melius, et efficacius possum, et debeo iter arripio ad prosequendũ certas causas, quas ibidem necessario habeo pertractare, et expedire. Idcirco ego presbyter Lazarus præfatus ad præsens, et deinceps subiicio, et submitto me, et Ecclesiam meam, et omnia bona mobilia, et immobilia, spiritualia, et temporalia, præsentia, et futura, protectioni, defensioni, tuitioni, iurisdictioni, et priuilegiis sanctæ Sedis Apostolicæ, et sanctissimi Domini nostri Papæ, predictis protestans nihilominus publice, et expresse, quod si quid contra, et vltra huiusmodi itineris mei arreptionem, seu contra me, et Ecclesiam meam prædictã, ac omnia bona mea, vt prefertur, quomodolibet fuerit attentatũ, seu in posterum contigerit attentari per quoscumque, id tanquam nullum, et indebite factum reuocari, et procedi facere contra attentantes tanquam manifestos præsumptos intendo suis loco, et tempore congruis, et opportunis, et generaliter omnia alia, et singula ibidem dixit, fecit, et exercuit, ac protestatus fuit, quæ natura arrepti itineris exigit, et requirit, et quæ in præmissis, et circa præmissa dici, fieri, ac protestari consueuerunt pro conseruatione iurium suorum. Et de prædictis, etc.

Dedicatio de vna religione ad aliam.

IN nomine Domini, Amen, etc. Dominus frater Luc. etc. ordinis fratrum Prædicatorum S. Dominici cõstitutus coram domino Franc. etc. Dei gratia Abbate monasterii sanctæ Mariæ etc. ciuitatis Placentiæ ordinis Cisterciensis dixit, et exposuit eidem domino Abbati, quod libenti animo intraret religionem dicti ordinis Cisterciensis ex deuotione, et, quam habet Beato Bernardo fundatori dicti ordinis, et ipsi ordinis, et propterea petiit ab ipso domino Abbate, si ipse velit ipsum recipere in ordine prædicto, et eidem conferre habitum dicti ordinis; obtulit se dedicare, et personam suam ordini prædicto recepto habitu ordinis prædicti, et alia dicere, et facere tam in diuinis, quam aliter; ad quæ tenetur vigore constitutionis ordinis prædicti, et vt faciunt aliis professi dictæ regulæ, et ordinis, qui dominus Abbas visa, et audita requisitione sibi vt supra, facta per dictum dominum fratrem Luc. viso quoque breui Apostolico sibi directo ad premissa expediẽda cuius quidem tenor sequitur, vt infra ✠

Et visis videndis sponte, et ex certa sciẽtia, et alia omnibus iure, via, modo, et forma, quibus melius potuit, et potest, et fieri, et esse possit, interuenientibus quibuscumq. solemnitatibus tam iuris, quam facti, etiã substantialibus de iure, vel consuetudine in premissis opportunis eidem fratri Luchino presenti, et humiliter flexis genibus requirenti, et acceptanti, attẽta eius bona vita, et conditione habitum dicti ordinis Cisterciensis exhibuit, et cõtulit, ita quod de cetero sit, et censeatur de, et sub ordine Cisterciensis predicto, et habeatur, et tractetur tamquam frater, et de ordine Cisterciensi, imponendo eidem fratri Luchino habitum ordinis predicti, ac ipsum cingendo cingulo castitatis, et ordinis predicti, et alia dicendo, et faciendo, quæ in similibus fieri consueuerunt, et requiruntur in exhibitione, et traditione habitus predicti, qui dominus frater Luc. recepto habitu predicto sponte, etc. omnibus iure, via, modo, et forma, quibus melius, & efficacius fieri, & esse possit interuenientibus quibuscumque solemnitatibus etiam substantialibus, & vt supra, dedicauit se, & personam suam, ac submisse regulæ, & ordini Cisterciensi prædicto, & in manibus ipsius domini Abbatis praesentis, & acceptantis facit debitam professionem in ordine, & regula Cisterciensi prædictis, promittens, & promisit stabilitatem morum conuersionem, & obedientiam, ac castitatem secundum statuta, & consuetudines, ac regulas ordinis prædicti, & canonicas sanctiones, & alia dixit, & fecit, ad quae tenetur vigore constitutionis ordinis prædicti, & ita manibus corporaliter tactis scripturis iurauit in manibus praefati domini Abbatis ad sancta Dei Euangelia, ac eidem stipulanti, & recipienti nomine, & vice dicti ordinis promisit, & conuenit praedicta omnia, & singula suprascripta attendere, & obseruare, & in nullo contrauenire, vel contrafacere, ita eum Deus adiuuet, eiusque sacta

Bb 4 Euan-

uāgelia. Et insuper ipse dominus Abbas attenta cōditione, & bona vita ipsius fratris Luc. concessit, & concedit eidem fratri Luc. praesenti, & acceptanti, quatenus de cetero possit, & valeat, quaecunque beneficia curata, & non curata impetrare, impetrata acceptare, & retinere, & in ipsis stare, & habitare tute, libere, & impune, & haec non obstantibus, quae in dicto reui continentur, & aliis quibuscumque contrariis. Et de praedictis dictae partes rogauerunt me notarium, vt inde publicum conficiam instrumentum.

Electio canonicatus facta per Capitulum Ecclesiae collegiatae.

IN nomine Domini, Amen, &c. Vacantibus canonicatu, & praebenda, quos viueret, obtinebat quodam dominus Lazarus, &c. olim canonicus infrascriptae ecclesiae, qui diem suum clausit extremū, capitulo Ecclesiae S. Antonini Plac. de antiqua, & approbata consuetudine spectat, & pertinentius eligendi canonicos dictae ecclesiae pro tempore eligendos conuocato, & congregato infrascripta occasione in loco suprascripto, in quo conuocari, & congregari consueuit pro negociis dictae ecclesiae: de mandato venerabilis domini Petri, &c. Praepositi dictae ecclesiae, in quo quidem capitulo interfuerunt ipse dominus Praepositus, necnon domini A. L. P. & M. omnes Canonici dictae ecclesiae, dicentes, & protestantes, quod sunt, & repraesentant maiorem, & saniorem partem dicti Capituli, & quod non est alius Canonicus dictae ecclesiae, qui ad infrascripta possit, vel debeat commode euocari, citatis tamen prius aliis Canonicis dictae ecclesiae per Fran. &c. ostiarium dictae ecclesiae, prout ibidem retulit ipse Fran. ostiarius praedictus seipsos dominos canonicos citasse, attendentes, & considerantes, quod longa vocatio beneficiorum solet ecclesiis esse nociua, confisi de integritate, & sufficientia, ac bona, & approbata vita venerabilis domini Iacobi, &c. cuius fidem approbatam tamdiu cognouerunt, & cognoscunt, qui si eligatur in canonicum dictae ecclesiae erit vtilis, & fructuosus eidē inuocata sancti Spiritus gratia, & ipsius Beati Antonii martyris nomine, & suffragio imploratis sponte, & ex certa scientia, & animo deliberato omnibus iure, via, modo, & forma quibus, & prout melius efficacius fieri, & esse possit, interuenientibus quibuscumque solemnitatibus tam iuris, quam facti etiam substantialibus in similibus oportunis de iure, vel consuetudine ipsum dominum Iacobum praesentem, & acceptantem elegerunt, & eligunt, vnanimiter, & pari concordia, & voluntate in canonicum, & fratrem dictae ecclesiae ad canonicatum, & praebendam, vt supra praemittitur vacantes, osculo pacis interueniēte, ac eidem de dictis canonicatu, & praebenda prouiderunt, & prouident, ipsumq. dominum Iacobum ibi praesentem, & flexis genibus coram ipsis dominis praeposito canonicis, & capitulo constitutum, & humiliter requirentem, & acceptantē inuestiuerunt, & inuestiunt, per bireti capiti suo impositionem de dictis canonicatu, & praebenda, iuribusque, & pertinētiis suis spiritualibus, & temporalibus. Et insuper praefatus dominus Praepositus de mandato, & nomine etiam aliorum canonicorum, & capituli praedicti, introducens ipsum dominum Iacobum canonicū praedictum in dictam ecclesiā ipsum posuit, & induxit in tenuta, & corporali possessione canonicatus, & praebendae praedictorum, iuriumque, & pertinentiarum suarum praedictarū per pannos, & cornu altaris magni dictae ecclesiae funes campanarum, & vestes ostiorum ecclesiae praedictae: assignando eidem stallum in choro; & exinde locum in capitulo, & alia dicendo, & faciendo, quae in similibus tenutis fieri consueuerunt, & requirūtur in signum verae tenutae, & corporalis possessionis datae, & apprehensae de praedictis. Et ibidem post praedicta praedictus dominus Iacobus canonicus praedictus constitutus coram praedictis dominis praeposito canonicis, & capitulo delato prius eidem iuramento per praefatum dominum praepositū, & ab eo manibus corporaliter tactis scripturis praestito, iurauit ad sancta Dei euāgelia in manibus praefati domini praepositi, quod obseruabit statuta laudabiles consuetudines, & constitutiones dictae ecclesiae, & alia dicet, & faciet ad quę tenetur de iure, & vigore dictorum statutorum, & bona, & redditus canonicatus, & praebendae praedictorum conseruabit, & augebit pro posse, ipsasque bona canonicatus, & praebendae praedictorum non alienabit extra iuris dispositionem; ita eum Deus adiuuet, eisque sancta Euangelia. Et de praedictis praedicti domini praeposi-

tus,

tus, canonici, & capitulum, & ipse dominus Iacobus, &c.

Et idem obseruetur, & fiat in quacumque alia electione fienda per aliquod capitulum ecclesiæ collegiatæ, vt supra, mutatis mutandis; & eo casu si vero fuerit canonicus, vel alius in dignitate constitutus ad dignitatem aliquam in vocabulo, vel ecclesiæ debet addi iuramentum, quod eris fidelis, & prout in prima forma continetur.

Forma confirmationis facta per Episcopum de electione facta per Capitulum ecclesiæ collegiatæ absque edicto.

IN nomine Domini Amen, etc. Constitutus dominus presbyter Io etc. in presentia, audientia, et intelligentia R. D. D. Fa. Dei, et Apostolicæ sedis gratia Episcopi Placentiæ, et Comitis, pro tribunali sedentis super quodam bancho in suprascripto loco posito, et ad infrascripta ... eum electo dixit, et exposuit præfato domino Episcopo, quod vacante prædicta ecclesia S. Iacobi, etc. immediatæ subiecta plebi, et Ecclesia S. Petri, etc. per mortem quondam presbyteri Gulielmi olim immediate rectoris dictae ecclesiae, qui diem suum clausit extremū, domini Archipresbyteri, canonici, et capitulum dictæ plebis, et ecclesiæ elegerunt ipsū presbyterum Ioannem in rectorē dictæ Ecclesiæ S. Pet. ac de ea sibi prouiderūt, prout de ipsa electione cōstat instrumento publico, breuiato per Franc. etc. notarium: die, etc. mensis, etc. quod ibidem produxit, et exhibuit coram praefato domino Episcopo ad pleniorem instructionē præfati domini Episcopi, et verificationem superius per eum expositorum. Et propterea ad obseruationem dispositionis iuris cum instantia debita petiit, et requisiuit praefato domino Episcopo, quatenus de paterna benignitate dignetur huiusmodi electionem, et prouisionem factas in ipsū presbyterum Ioannem de dicta ecclesiae S. Petri approbare et confirmare, ac ipsum praesentatum, vt supra instituere alia dicere, et facere, quæ in similibus requiruntur, et offerens ipse presbyter Ioannes rector praedictus se paratum dicere, et facere ea omnia, et singula ad quae tenetur, et debet de iure, et pro premissis, et eorum occasione protestans, quod cum non stetit, nec stat quin dicta confirmatio fiat, et quin dicat, et faciat ea, ad quod tenetur, et debet de iure, et dominus Episcopus sedens pro tribunali vt supra, visis auditis, et intellectis superius dictis, et expositis per dictum presbyterum Io. rectorem praedictum, viso etiam dicto instrumento electionis de quo supra, et visis videndis, attento quod iuxta petentibus nō est denegandus assensus, confisus per prudentia, integritate, et sufficientia dicti presbyteri Ioan. rectoris electi, vt supra, sponte, et ex certa scientia, omnibus iure, via, modo, et forma quibus, et prout melius, et validius potuit, et potest; et fieri, et esse possit, interuenientibus quibuscumque solemnitatibus tam iuris, quam facti etiam substantialibus in similibus opportunis de iure, vel consuetudine dictā electionem, et prouisionem vt præmittitur factas in dictum presbyterum Ioan de dicta ecclesia S. Pet vt supra vacante tamen quam legitimam, et legitime factam approbauit, et confirmauit, et approbat, et confirmat, et ipsam ad cautelam sic factā valere, et tenere declarauit, et declarat, et ipsum presbyterum Ioan. rectorem prædictum presentem, et flexis genibus humiliter acceptantem, cum plenitudine iuris canonici inuestiuit per bireti capiti suo impositionem de dicta ecclesia iuribusque, et pertinentiis suis spiritualibus, et temporalibus. Dans, et concedens præfatus dominus Episcopus eidem presbytero Ioan. rectori praedicto praesenti, et acceptanti omnimodam administrationē dictae ecclesiæ iuriumque, et pertinentiarum suarum praedictarum, ac curam animarum subiectarum dictae ecclesiae. Et vlterius commisit, et committit cuicunque sacerdoti ciuitatis, et diœcesis Placentię, qui quatenus vice, et auctoritate prefati domini Episcopi ponat, et inducat ipsū presbyterum Ioannem, seu quemcumque eius procuratorem in tenuta, et corporali possessione, seu quasi dictae Ecclesiae S. Pet iuriumque pertinentiarum suarum praedictarum per pannos, et cornu altaris funes cāpanae dictae Ecclesiae, et alia dicat, et faciat, quæ in similibus fieri consueuerunt, et requiruntur in signum verae tenutæ, et corporalis possessionis dandae, et apprehendendæ de predictis, ita quod per haec; vt alia ipse presbyter Ioannes adeptus sit, intelligatur veram tenutam, et possessionem corporalem dictae ecclesiæ iurium.

iuriumque, & pertinentiarum suarum, vt supra, & ibidem dictus presbyter Ioan. rector predictus constitutus coram prefato domino Episcopo, & vt supra delato prius eidem iuramento per prefatum dominum Episcopum, & ab eo manibus corporaliter tactis scripturis iurauit in manibus prefati domini Episcopi ad sancta Dei Euangelia, quod ipse presbyter Ioan. rector predictus erit obediens, & fidelis præfato domino Episcopo, & cuicunque eis legitimo successori in licitis, & honestis, & obseruauit constitutiones, synodales, factas, & fiendes, & constitutiones, & laudabiles consuetudines dictæ ecclesiæ, ac bona dictæ ecclesiæ conseruabit, & pro posse augumentabit, & ipsa non alienabit citra iuris dispositionem, & de bonis mobilibus dictæ ecclesiæ inuentarium faciet infra duos menses proxime futuros, & illud in scriptis mittet ad banchum prefati domini ipsius Episcopi notarii Episcopalis curiæ. Ita Deus eum adiuuet, eiusque sancta euangelia. Et de praedictis praefatus dominus Episcopus mandauit mihi notario, & dictus presbyter Ioan. rogauit me notarium, vt inde publicum conficiam instrumentum.

Forma renunciationis factæ per emphyteotam de iure suo.

IN nomine Domini Amen, &c. Petrus, &c. sponte, & ex certa scientia, & non vi, dolo, vel metu aliquo, sed voluntarie, & animo deliberato: & alias omnibus iure, via, modo, & forma, quibus, & prout melius, & efficacius, potuit, & potest, & fieri, & esse possit, renunciauit, & renunciat Iacobo, &c. præsenti, stipulanti, & recipienti, ac acceptanti, & in manibus eius omni iuri, rationi, & melioramento sibi spectantibus, & pertinentibus, & quæ eidem Petro quomodolibet spectant, & competunt, & in quadam domo, &c.

Item in vna petia terræ, &c. quæ bona ipse Pet. tenebat ad fictum à dicto Iacobo sub annua prestatione librarum quatuor ex inuestitura ipsum Petrum facta, de qua continetur instrumento breuiato per Georgium, &c notarium, & ibidem dictus Iacobus sponte, & ex certa scientia absoluit, & liberauit, & liberat dictum Petrum præsentem, stipulantem, & recipientem à præstatione dicti ficti tam pro tempore præterito, quam futuro per Aquilianam stipulationem legitime praecedentem, & acceptante solemniter subsecutam, & pro omnem alium modum, viam, & formam, quibus, & prout melius, & efficacius fieri, & esse possit, quam quidem renunciationem, & omnia, & singula in præsenti instrumento contenta dictæ partes per solemnem stipulationem promiserunt, & conuenerunt sibi vicissim perpetuo firmam ratam, & gratam, & firma, rata, & grata habere, tenere, attendere, & obseruare, & efficaciter adimplere, & non contrauenire, vel contrafacere de iure, vel de facto, per se, vel alium, aliquo modo, casu, vel iure, vel aliqua ratione, vel causa, siue vllo legum, vel decretorum, seu rescriptorum auxilio, nec dicta occasione sibi inuicem aliquam litem, vel cōtrouersiam inferre, aut inferenti consentire, sub omnium damnorum, interesse, & expensarum litis, & extra restitutionem, & refectionem, de quibus, & earum quantitate, & quod illa passa fuerint, stari, & credi debeat, & ita consenserunt, & consentiunt soli, & simplici dicto, & assertioni partis requirentis, & attendentis sine sacramento, & onere probationis cuiuscumque, & taxationis iudicis inde præstando, & fiendæ, & sine alia causæ cognitione. Et vlterius in pœna, & sub pœna librarum quinque den. Plac. toties committenda, & exigenda cum effectu quoties in prædictis, vel aliquo prædictorum fuerit contrafactum, seu etiam contrauentum, qua commissa soluta, vel nō, firma, & rata maneant omnia, & singula suprascripta cum eadem stipulatione pœnæ. Pro quibus omnibus, & singulis suprascriptis attendendis, & firmiter obseruandis dictæ partes obligauerunt sibi vicissim pignori omnia sua bona presentia, & futura, renunciando dictæ partes in omnibus, & singulis supradictis, & exceptioni non sic factarū prædictarum renunciationis, & liberationis, & pradictorum non ita gestorum, & promissorum: & rei non sic, vel non vtiliter gestæ, & exceptioni doli, & metus condictioni indebiti, condictioni sine causa, vel ex iniusta causa, & actioni in factum, & de dolo omneq. alij exceptioni, defensioni, & iuri, ac legum auxilio, quæ posset opponi, & legi dicenti generalem renunciationem non valere. Et de predictis dictæ partes rogauerunt me notarium, &c.

For-

Forma soccidæ in forma communi.

IN nomine Domini Amē, &c. Lau. &c. fil. q. &c. habitator, &c. renuntiando omni legum auxilio, & præscriptioni foris, & omni priuilegio, & omnibus ferijs, & diebus feriatis, statutis, decretis, literis, & prouisionibus, saluis conductibus, & literis suspensionum causarum factis, & fiendis, & concessis, & concedendis in eius auxilium, & fauorem, & maxime statuto ciuitatis Placentiæ, & decreto Pontificio, quibus cauetur nullum pro debito priuato posse conueniri, & alii prouisioni, qua cauetur suppellectilia domus, et ad vsum quotidianū deputata, & bestias ad agriculturam deputatas, & debitorē à lib 25. supra in eis non posse pignorari, ita quod Plac. Parmæ, & vbique locorum terrarum etiam longinquorum, & distantium à præmissis, expressis possit realiter, & personaliter conueniri, & detineri coram quocūque Potestate, Vicario Iudice, Rectore, & officiali, tam ecclesiastico, quā seculari, vbi, & coram quo, seu quibus inuentus, & seu requisitus fuerit pro parte infrascripti Iacobi, & vt infra quibus omnibus pacto renunciauit, & renunciat expresso, & per pactum expressum supponēs se iurisdictioni, foro, ac domino cuiuslibet potestatis, vicarij iudicis, rectoris, & officialis, tam ecclesiastici, quam secularis vbi, & coram quo, seu quibus inuentus, & seu requisitus fuerit pro parte infrascripti Iac. & vt infra. Constituens se integre soluturum, & satisfacturum, & restituturum totum quicquid debuerit vigore præsentis instrumenti infrascripto Iac & vt infra, vbique locorum, & terrarum, & coram quocumque iudice tā ecclesiast. coram quam seculari, vbi, et coram quo inuentus, et seu requisitus fuerit pro infrascripti Iac. et vt infra. Et insuper promittens non recusare aliquem iudicem, tam Ecclesiasticum, quam secularem, et coram quo conueniri contingat occasione contentorum in præsenti instrumento, et eorum occasione, et obseruatione sponte, et ex certa scientia fuit confessus, et manifestus habuisse, et recepisse à Iac &c. et penes se habere in soccida, et nomine soccidæ, et societatis vacchas decem, et duas primarolas omnes praegnantes diuersorum colorum, et pelaminum, renunciando ad cautelam exceptioni non habitarum, et non receptarum dictarum vaccharū, et vt supra, et nō factæ præsentis soccidæ, et societatis exceptioni doli, condictioni indebiti, condictioni sine causa, vel ex iniusta causa, et actioni in factum, et de dolo omnique alii exceptioni defensioni, et iuri, ac legum auxilio, quæ posset opponi, quæ bestiæ eorum cōmuni concordia æstimatæ fuerunt valere lib. centum viginti denariorum Placen. quas bestias dictus Laurentius per solemnem stipulationē promisit, et conuenit eidem Iacobo praesenti stipulanti, et recipienti tenere in soccida, et nomine soccidæ vsq. ad quatuor annos proxime futuros, et eas custodire, et saluare, et nutrire, et pascere omnibus expensis dicti Laurentii, et de eis bonam, et diligētem curam, et custodiam habere, et eas vel aliqua ex eis non vendere, vel alienare, seu in alium transferre, absque speciali licentia, et consensu dicti Iacobi domini, durante præsenti socida, imo ipsa durante dominium, et possessio earum sint, et esse intelligantur penes ipsum Iac. et ita sibi expresse reseruauit, et reseruat, ita quod omni tempore possit eas vbique vēdicare contra quemcumque etiā propria auctoritate, etiam in casu cuiuscūque resistentiæ sibi fiendæ per quemcūque, quia sic fuit conuentum per, et inter ipsas partes per pactū expressum, et solemni stipulatione vallatum ante hunc contractū, et in principio medio, et in fine ipsius, et in qualibet eius parte, et omnes māzolas ex eis nasci turas elienare, durante tempore dictæ socidæ, et dare, et soluere, atq reddere eidem Iac. singulo anno durante tēpore dictæ socidæ penses duos casei pro singula vaccha, et vnū pensem pro singula primarola, tam ex suprascriptis, quā alijs quibuscumque primarolis nascituris ex ipsis bestiis, videlicet tertiam partem casei mazenghi, tertiam partem casei stubienghi, et reliquā tertiā partem casei interuēghi, et vitulos ex ipsis nasci turos vendere tempore debito, et dare, et soluere dimidiam pretii percipiendi ex eis ipsi Iac. quā primum venditi fuerint alioquin duo ex tribus nomine pœnæ dare promisit stipulatione socidæ rata manente, et totum damnum, et omnes expensas restituere credēdo de damno, et expensis simplici verbo

dicti

dicti Iac. fine sacramento, et onere probationis cuiuscumque, et taxationis iudicis inde prestando, et fiendae, et absque alia causae cognitione, et cum fuerit in fine socidae teneatur, et ita promisit ipse Laurentius facere diuisionem ipsarum omnium bestiarum, quae tunc superuiuerent et dicta socida in duas partes, et dare electam ipsi Iacobo, et si damnum fuerit in dicta socida morte fatali, vel casu fortuito, quod ipsum damnum spectet communiter ipsis Iacobo, et Laurentio, et si fuerit culpa, et negligentia, vel mala custodia dicti Laurentii, vel famuli eius, quod dictum damnum spectet ad ipsum Laurentium tantum, et ipse teneatur ad emendam ipsi Iacobo, et omni in casu teneatur presentare ipsi Iacobo corium cuiuscumque bestiae peremptae, seu aliter destructae, quae omnia, et singula suprascripta dictae partes promiserunt, et conuenerunt sibi vicissim firma, et rata, grata habere, tenere, attendere, et obseruare, et efficaciter adimplere, et non contrauenire, vel contrafacere per sese, vel alium aliquo modo, casu, vel iure, siue vllo legum, vel decretorum, seu rescriptorum auxilio in pœna, et sub pœna librarum quinque den. Plac. toties committenda, et exigenda cum effectu quoties in predictis, vel aliquo predictorum fuerit contrafactum, seu etiam contrauentum qua commissa soluta, vel non, firma, et rata maneant omnia, et singula suprascripta cum eadem stipulatione pœnę. Pro quibus omnibus, et singulis attẽdendis, et firmiter obseruandis dictae partes obligauerunt sibi vicissim pignori omnia sua bona praesentia, et futura. Et de praedictis, [illegible]

Finis tertij Libri.

SA-

SALVSTII TIBERII A CORNETO

De clausulis contractuum inter viuos, & vltimarum voluntatum tractatus.

PARS PRIMA.

Prohemium, & requisita publici, & authentici instrumenti. Cap.I.

ANTEQVAM ad intellectum clausularum cuiuscumque generis instrumentorum, et contractuum, tam inter viuos, quam vltimarum voluntatum vbique celebrandorum ad cōmunem omnium studiosorum iuuenū vtilitatem deueniāmus non inutiliter visa sūt pauca hæc præmittenda, et annotanda vtilia necessaria ad hoc, vt iure dici valeant publica, et authenticæ instrumenta, ad quæ omnia peragenda notarios, ac tabelliones quoscumque admouēdos esse censuimus memores illius dicti Beati Apostoli, omnia quæcumque facitis in verbo, aut in opere in nomine Domini nostri Iesu Christi facite vnde in principio cuiuscumque instrumenti nomen Domini erit inuocandum. Secundo, apponendus annus Domini, etc. Tertio, nomen Papæ seu Imperatoris, vel Regis, loci sub cuius dominio contractus celebratur. Quarto, Annus Pontificatus, seu imperij Quinto locus contractus. Sexto locus loci. Septimo indictio. Octauo, series facti. Nono, testes. Decimo, appositio soliti signi notarij. Vndecimo, quod scriptura Notarij sit coram partibus lecta. Duodecimo, quod Notarius fuerit creatus ab habente potestatem. Decimotertio, quod Notarius sit habilis non notorie excommunicatus, vel nota infamiæ, seu vitio falsitatis infamatus seu condemnatus Decimoquarto, et vltimo, quod sit idoneus ad officium notariatus exercendum, et licet non requiratus, quod sit doctor, aut aliter accurate scire leges, tamen debet habere sufficientem scientiam, et aliqua iura scire pertinentia officium Notariatus, et scire, et cognoscere vires contractus ne eos illicitos à iure reprobatos faciat. Hęc omnia habentur per Speculū in toto tit. de fide instrumenti citatum per Abb. in cap. 1. eod tit. Bart. et doct. in l. 3. lib. 10. C. de Tabul. et scrib. Accidit etiam, quod Notarii sępe ex capite suo, et ex generali consuetudine apponunt in instrumentis clausulas, quæ licet censeantur appositæ de voluntate partium, propter generalem consuetudinem tamen, quia sępe euenit, quod non intelligunt quid importet, hoc casu non desunt aliqui, affirmantes, quod non operantur, vt in Auth. ex causa de lib præte.

De Appellatione Notarii serui publici. Cap.II.

1 *Notarius, quare dicatur seruus publicus.*
2 *Effectus stipulationis notarij pro absente.*
3 *Notarius potest cogi ad rogandum se de instrumento.*
4 *Clausula stipulationis Notarij pro absente, & illius effectus.*
5 *Notarius tenetur tradere parti interesse habenti publicum instrumentum.*

POstquam aliqua iam præmissimus de requisitis publici, et authentici instrumenti, hic nō inutiliter subijciendū fuerit querendo, an notarius cogi iure possit ad instrumentum recipiendum, illudque indigenti in publicam formam tradendum quod vtroque casu videtur infrascriptis rationibus sic affirmandū. Nam apud Doctores.

ctores dicitur Notarius publica persona: quia propter publicā vtilitatem eius officium est inuentum. Dicitur etiam notarius publicus, non vt sit eiusdem qualitatis priuatorum seruorum (tam tantum abest, quod seruus dici possit, vt nec tabellio seruus esse possit, l. generali, C. de Tabular. lib. 10. sed dicitur seruus publicus, quia postquam acceptauit officium Notariatus tenetur cuicumque indigenti de illo inseruire, vsque adeo quod potest inuitus Iudicis officio compelli ad recipiendum instrumentum, vel rogitum de cōtractu tamē licito. Et dicitur seruus publicus, quia publicum munus gerit, & quia omnibus publicè seruit tanquam publica, & authētica persona, cum recipiat stipulationem dicendo (me Notario præsente, & tamquā publica, & authentica persona stipulante pro omnibus, & singulis, quorū interest intererit, aut interesse poterit in futurū) ex qua stipulatione acquiritur parti vtilis, & personalis actio sine cessione, Specul. in tit. de satisdat. § viso, versiculo, sed et si quis, & quando, & in quibus casibus ex dicta stipulatione quæritur vtilis actio sine cessione l. 2. C. de magi. conue. Quod procedit scuta tamē partis absentis ratificatione Cagnol. in l. 2. de pactis inter empt. num. 48. cum seq fol. mihi 140. num 12. & 13. & non opus est cessione, Natta consil. 534. volum. 3. in fin. & si Notarii, rogati ad stipulandum aliquod instrumentū recusant, vltra quod possunt cogi (vt supradictum est) erunt periuri nisi legitima causa fuerint impediti, vt est text. in § sed neque quæsitus, in authen. de Tabellionibus, quē ad hoc ponderat Bart. in l. 1. ff. fur. aduer. nau. caup. & stab. & in clemen. 1 § dudum de iure iurando, quæ possunt extendi ad omnes, qui iurarunt fideliter exercere officium suū, & tamen requisiti nolūt exercere. Et quod Notarius tenetur exhibere, & tradere instrumentum parti interesse habenti, habetur in l. 1. C. de eden. quo intellige, soluta sibi competenti mercede, l. Argentarius, § edi autem ff. de eden. Reliqua vero de Notariis, vt puta, quare dicatur Notarius, & quare dicatur Tabellio, & differētia, quæ sit inter Notarios, & Tabelliones, & an officium Notariatus, seu Tabellionatus sit, vel non sit dignitas, & qualiter dicatur indictio, ad quem effectum fuerit inducta, vsque ad 15. annos illis reuolutis, & differentia inter contractum, & instrumentum hic pro illorum intellectu elaborandum non censui, cum omnia latissima fuerint declarata, & demonstrat in omnibus aliis artis Notariatus libelli: ad quos pro illorum intellectu recurre; Et quia hanc prouinciam non absumpsi, & ne hunc libellum alienis laboribus fertiliorem reddere videamur, illis omissis ad alia nobilioris momenti deueniemus.

De singulis clausulis venditionis instrumenti. Cap. III.

CLAVS. I.

1 PRIMO omnes clausulæ instrumenti venditionis, tamquam magis quotidianæ singulatim hic describūtur, ad quarum explicationem pro intelligentia, & instructione Notariorum, præsertim iuuenum, Primo præmittendum erit, quod clausula illa (sponte, & ex eius certa sciētia, ac spontanea voluntate) quæ in principio dictæ venditionis poni consueuit, operatur quantum clausula (& si indebitè promissio facta constaret ex nunc dona) Bar. in l fin. § idem quæst. in fine primæ columnæ, ff. de condi. indebi.

2 Clausula (omnibus meliori modo, &c.) comprehendit omne caput, ex quo actus substineri potest. Put. decis. 336. l. 2. in fine

3 Clausula (vendidit, ac iure proprio, & in perpetuum dedit, & concessit) operatur (si venditor est Dominus) translationem domini in emptorem Bart. in l. exempto in fine principii, ff. de act. e. empt. ac licētiam datam ipsi emptori, vt sua propria auctoritate ingrediatur possessionem rei l. prædia, & ibi Bart. & Ias. ff. de acquiren. poss. Specul. in tit de emptio. & vendit. & dicitur pleno iure, vel iure proprio, quia translatio dominii fit solum à vero domino, & hoc ad differentiam venditionis, rei emphytheoticæ, quæ pleno iure, vel iure proprio alienari non potest.

4 Clausula (saluo iure coloni) operatur, vt emptor, tamquam singularis successor, teneatur stare colono. Bertazzol. claus. 15. gloss. 2. num. 4.

5 Confines rei venditæ describātur singulatim per qualitates, loca, & latera, cum arguant demonstrationem identitatis rei venditæ Ruyn. cons. 50. num 12. vol. 1.

6 Clausula illa (saluis aliis verioribus cōfinibus, si quis præmissis sint, vel esse possint

sint plures, aut veriores cõfines, qui melius quandocumque exp. imi, & specificari possint] quæ clausula regulariter in his, & aliis similibus contractibus per Notarios apponitur, operatur ampliationem, & dispositionem contrahentium veris existentibus confinibus expressis. Patris cons 64. num. 74. volum. 1. secundum d. Specul. in §. 1. de empt. & vendit. vers. Vel alios: ne fortè in confinibus sit erratum, quia potest esse, quod heri in confinio possidebat vnus hodie alter. In quorum expressione accurati sint Notarii, quod ponantur confines rei venditæ proximiores, ad minus duo exprimantur cõfines iuxta terminos l for. ma ff. de censibus.

7 Clausula [omnibus, & singulis introitibus, & exitibus eiusdem rei, omnibusque illius iuribus, iurisdictionibus, vsibus, commoditatibus, & adiacentijs vniuersis, ad dictam domum, vt supra venditam quomodolibet tam de iure, quam de antiqua consuetudine, & vsu spectan. & pertinen. tam patentibus, quàm occultis, etiam sub solo latentibus ab imo ad summum, & à centro terræ, et vt vulgo dicitur, vsque ad cælum] operatur, vt emptori libera debeatur via, quia si res habebat speciales, et priuatos accessus, et egressus, illos habeat emptor eo iure, quo ad ipsam rem spectant. Capic. in decis. 187 num. 16.

8 Clausula [ad habendũ, tenendum possidendum, fruendum gaudendum, vendendum, donandum, pignorandum, et alienandum, ac de ea, et eius iuribus, et pertinentijs faciendum, et disponendũ ad ipsius emptoris liberum voluntatis] clausula hæc [ad habendum, et tenendum) intelligitur, scilicet naturaliter, et de facto) possidendum vero) ciuiliter, et de iure: quia ciuilis possessio causa dominij acquirendi inuenta est; licet possessio sit tantum naturalis, et non ciuilis, vt illa, quam habet emphyteota, vsufructuarius, vel Vasallus. vt per Specul. in §. 1. sub num. 2. de empt. et vendit. Quod videtur habere in locum in rebus immobilibus, quorum dominiũ transiuit in accipientem, vt perpetuo, sine præfinitione temporis emptori, et eius successoribus; sint vero domino, liceat facere de re empta, quicquid velit, vt ibi. sub d num. 2.

9 De clausula, iurium cessione: (Item similiter titulo venditionis dedit, cessit, et transtulit eidem emptori præsenti, vt supra legitime stipulanti omnia, et singula iura, omnesque, et singulas actiones reales, et personales, vtiles, et directas tacitas, et expressas, hypothecarias, pignoratitias, siue mixtas, et in rem scriptas, et officium iudicis, et beneficium iuris, quæ quas, et quod dictus venditor, aliquo vnquam tempore habuit, seu habet, et sibi cum petiit, et competit, ac competere potuit, vel poterit quomodolibet in futurum in, de, et super eis contra quascumque personas vniuersitates, et loca nullo iure, nullaq. actione sibi venditori, nec suis super eis de cætero reseruatis). Hæc clausula (dedit, et cessit) importat id quod cedo, cũ sit verbum translatiuum, et cedere nihil aliud importat, quam à se abdicare, cum cedere sit quasi discedere, et alium loco sui ponere. Vnde cedere est ius aliquod incorporale in alium transferre: est enim cessio iuris, et actionis translatio scilicet vtilis, quæ descendit à verbo cedo cedis, quia tu te remouens à verbo, seu iure tuo, & das alteri: et per doctores iste cessionis articulus diffinitur, actionis cessionem esse, proprij iuris in alterum facta translationem, seu collationem. Sicut enim ad dominium rerum corporalium opus est traditione l traditionibus, ff. de pactis ita est opus cessione ad translationem iuriũ incorporalium et idem operatur cessio in incorporalibus, quod traditio in corporalibus, vt per doct. in l. in, C quando fiscus, vel priuat. Dec. cons. 446 num. 5. Ruyn. cons. 197. num 4 volum. 1.

Et pro clariori Notariorum intelligentia, singularum harum clausularum importantia inferius dicetur.

Declaratiua actionis realis.

10 DE clausula Reali. Actio realis, seu in rem est quã rem nostram, quæ ab alio possidetur, repetimus: et sẽper aduersus eum est, vel eum, qui dolo desijs possidere (etiam si per mille manus reambulet) seu illius rei restituendæ, facultatem habet. Bertazzol in claus. 70 glos 1. nu. 1 et quod ista actio in rem datur contra possessorẽ ciuiliter, et naturaliter possidentem et etiam nudum detentorem, et habentem facultatẽ rei restituendæ, attestatur Aretin in tit. de actionibus super instit. in §. omnium, num. 16. et ista actio in rem non datur contra obligatum ex obligatio-

gatione: sed contra possidentem, quia possidet, non quia obligatus: sed actio personalis in rem scriptam datur cõtra possessorem tamquam obligatus, quæ obligatio contrahitur sola rei perueutione, eo ipso quod res peruenit Bart in l si vi, vel metu, C. de his, quæ vi, metusue causa gesta sũt. Si autem melius scire vis, quæ sit differentia inter actiones in rem, & in ré scriptas vide Bart. magistraliter loquentem in l. si Tertius, §. si quis prius, ff de aqua. plu ar.

Declaratiua actionis personalis.

11 Actio personalis est, quã quis intentat contra alium ad aliquid dandum, vel restituendum, vel faciendum, tamquã obligatum ex contractu, vel quasi, easque personales dici tãm ex parte rei conueti seu debitoris, quãm agentis, seu creditoris cum nũquam egrediantur personam obligati, & eum sequatur, sicut lebre sebrosum, inhæreantque inseparabiliter personæ creditoris gloss. in l. 3. in princip. ff. pro socio, & ossibus hominum fiat affixæ, sicut character fidei, & participatio sacramentorum, & quod nomina non possunt separari à domino, sicut nec anima corpore. Et facilius transeunt iura realia, quã personalia: cum illa ossibus non sit affixa, Neguf. de Pignor. 3. par. memb. fi. 31. & propterea in eis opus cessionem, sine qua hæc personalis actio non acquiritur, Bertazzol in clauf. 27. gloss. 8.

Declaratiua directæ actionis.

12 Directa autem actio est illa, quę com petiit cedẽti quæ ab eius ossibus per cessionẽ sperari non potest. Vtilis est verò quæ competit cessionar o: quam suo nomine intentat, & hoc sufficit pro intelligentia notariorum. Pro aliorũ verò maiori declaratione recurrendum erit ad Theoricam. Bart. communiter à doct. receptam in l. 1. num. 7. de actio, & obligatio. Quibus addere visum est, quod licet cedenti remaneant directæ actiones, dubium oriri possit, an quid ipse cedens post sit facta cessione agere contra suum debitorem, vel possidentem rem suam, contra quem fuit facta cessio, in quo videtur cõcludendum secundum tex. in l. 3. C. de Nouat. vbi est casus huius quæstionis, quod si cessionarius denunciauerit debitori, ne soluat. vel ab eo soluenti partem debiti re ceperit, aut augendo contra eum litẽ contestatus fuerit, cedens nullo modo potest agere contra debitorem. quia his casibus licet habeat directas actiones, tamen sunt effectæ inanes, & efficaces. Si vero aliquod istorum triũ non interuenerit, tunc cedens agere poterit. Et per indirectum cessionarium impedire, & prohibere Specul. in §. fin. de procur. col antepenul. vers. In summa vbi ponit formam denunciationis faciendæ per cessionarium. Actiones vero vtiles tantum habens, si illas cedat, apud ipsum, nihil remanet, Bar. in l. emptor num. 1. C. de hæredi vel ad vendi.

Declaratio tacitæ, & expressæ actionis.

13 Clausulas (tacitas, & expressas) omnes hæ actiones possunt exemplificari in actionibus hypothecarijs, quæ à iure tacite indicuntur, vt puta in dote, in rebus inuectis, & illatis in domum locatoris, & aliis casibus, quibus tacitè à lege inducitur hypotheca, expressè verò, quod voce profertur, vel scriptum apparet, Bertazzol. clauf. 27. gloss 10.

Declaratio mixtæ actionis.

14 Clausula (Mixtas, &c.) Mixtæ verò actiones dicuntur, cum tã realium, quã personalium naturã participant. Pro duorum maiori declaratione sufficit remissio ad Bertaz. in clauf 27. gloss. 11. per totum.

Declaratio beneficij iuris.

15 Clausula (beneficium iuris, & officium Iudicis) Differentiam inter officium Iudicis mercenarium, & officium Iudicis nobile declarent doct. in l. Imperium, vbi Ias. num. 11. Dec. nu. 34. ff. de iurisd. omn. Iudi Papien in forma libel. in actio reali. vers Quatenus ex officio, nu. 2. vbi plenè addẽtes, & per Specul Bart. & doct. in tit. de iurisdict. omn. iudi. & de his sermonem non facio, nisi pro intelligentia Notarij, quo supradictam clausulam cessionis officij Iudicis, quod est officiũ Iudicis mercenarium, quod imploratur actioni propositæ cõtra debitoris bona in exequutione facienda, & exercenda, in terminis l. à diuo Pio de re iudicata, & de his hactenus

Declaratio clausulæ, ponens, &c.

16 Clausula ponens, &c. (ponens dictus venditor, & subrogans eundẽ emptorem in, & super dicta domo vendita, ac eiusdem iuribus, membris, & pertinentiis in vniuersum suum ius, locum, & priuilegium.) Quæ clausula importat cessionem actionis etiã personalis, quæ cedenti cõpetebat, Bertazzol. clauf. 28. glo. 2 num. 2. in fin.

in fin. & constitutionem procuratoris in rem suam, secundum Bart. in l. qui quadringenta, nu. 2. ff. ad Trebell & l. plane, ff. fam. ercis. quod procedit, si hæc verba apponuntur in contractu véditionis, vel donationis, aut alio simili: quia tunc importabunt constitutionem procuratoris, vt in rem suam, secus si apponantur in simplici constitutione procuratoris, quia tūc qualitas actus repugnat, & tunc importabunt solum liberam administrationem. Paris. cons 107. num. 34. & seq vol. 3.

17 Clausula, constituens (constituens idē venditor eundem emptorem procuratorem irreuocabilem cum iuramento, vt in rem suam propriam super dictisque actionibus eius proprio nomine agat, petat, exigat; excidat, & defendat, eisque libere vtatur, fruatur, & experiatur in iudicio, & extra vbilibet, etiam directis actionibus ad eius libitum voluntatis, & quemadmodum dictus venditor vti, agere, petere, & experiri poterat ante venditionē, & alienationem prædictam.]

Declaratio dictæ clausulæ, constituens, &c.

Clausula præscripta operatur, vt re eui cta, qui possit directo agere contra authorem authoris sui secundū Bart. in l. si pro re, § si euictione, ff. de euictionibus.

18 Dans, & concedens nihilominus venditor eidem emptori præsenti, & acceptanti, ac legitime stipulanti, vt supra plenam licentiam: liberamque potestatē, & authoritatem dictæ domus, vt supra venditæ cum iuribus, membris, & pertinentijs suis realem, actualem, & corporalem possessionem propria authoritatis ipsius emptoris, & sine alicuius iudicis, vel curiæ licentia, decreto, vel mandato capiendi, & intrandi, ac apprehendendi, captamque & apprehensam retinendi: & de eis faciendi, & disponendi ad ipsius emptoris libitum voluntatis.)

Declaratio præscriptæ clausulæ.

Clausula hæc operatur, vt emptor, & sui possint propria authoritate possessionem capere, ita quod non possit ea dici nulla defectu citationis. Afflict. decis. 178 n. 6. quod alias sine dicta clausula fieri non posset, vt l. ex stipulatione; Paul. de Castr de acquit. possess qua licentia non tributa, emptor de vi teneretur: quia tunc vim omittere videretur, vt in d. l. ex stipulatione eod. tit. Peregr. decis. 312.

19 De clausula Constituti. (Et donec dictus emptor inuestitus fuerit, ac dictæ domus, & iurium, vt supra venditorū realem, & corporalem possessionem adeptus fuerit, interim dictus venditor precario nomine dicti emptoris, vt pro eo eamdē domum tenere, & possidere constituit.)

Declaratio supradictæ clausulæ.

Nota, quod cum per instrumentum non probetur possessio, neq; illa trasferatur in emptorē, nisi interueniat clausula hæc constituti; ideo in quolibet contractu venditionis consueuit à Notariis apponi dicta clausula Constituti, & precarij, ex qua transfertur possessio rei venditæ in emptorem, ac si vere tradita fuisset, nulla præsentia, aut conspectus rei mētione facta. Ad hæc nota, quod si instrumentum venditionis fuerit stipulatum in præsentia rei venditæ, sola præsentia rei venditæ, sola præsentia rei dum, & vbi cōtractus conficitur operatur, vt possessio tradita esse censeatur, vt satis late hæc habentur per Tiraquell. de clausula constituti in 2. par. 3. amplia. Vtilitas dictæ clausulæ. De vtilitate dictæ clausulæ Constituti cum precario, visum fuit non esse vlterius elaborandum, cum satis docto scripserit Tiraquell. in eius tract. de clausula constituti: illuc in facti contingentia recurre. Sed tantum dixero, quod si Notarius fuerit interrogatus, quid sit precariū? satis sufficit illi respondere, quod precibus petendi videndum conceditur tamdiu quamdiu ius, qui concessit, patitur, ita proprie diffinit text. in l. 2. ff. de preca. & in cap. fin. extra do tit.

De solutione pretij rei venditæ, (Hanc autem, venditionem, & alienationē dictæ domus venditor fecit, & facit eidem emptori, vt supra præsenti, & stipulanti pro antedicto conuento pretio scutorum mille monetæ dē iulijs decem pro scuto, quæ idem emptor in mei notarij, & testium infrascriptorum præsentia soluit, & exbursauit eidem venditore præsenti, & recipienti manualiter, & in contanti in prō, pta, & præsenti pecunia in tot iulijs, & testonibus, quæ idem venditor ad se traxit, & tractas totidem esse asseruit de quibus se bene contentum vocauit, eundemque emptorem, & suos prædictos de eis quietauit liberauit penitus, & absoluit, & quatenus opus sit, & ad maiorem cautelā re-

nunciauit exceptioni non numeratæ pecuniæ, doli mali, fraudis, metus, & in factum condictionis indebiti: ob iniustam, & turpem causam, & sine causa, speique futuræ numerationis, & receptionis omnibusque alijs exceptionibus iuris canonici, & ciuilis, ac statutis, priuilegijs, & consuetudinibus, quibus contra præmissa, vel aliquod præmissorum facere, dicere, vel venire possit: & quomodolibet se defendere, vel iuuare, renunciauit, & refutauit expresse.

Declarauit prascripta clausula.

20 Antequam deueniamus ad explicationem intellectus aliarum clausularum aduertendum erit, quod ad hoc vt dicatur realis emptio, pretium rei vere in præsenti pecunia interuenire debet, gloss. in l. fin. C de prædijs, Bal. in l. ex connentione, & propterea bene erit dicere, quod pretium soluitur in præsenti pecunia, vt supra dictum est.

De alijs vero clausulis (exception. doli mali, conditionis indebiti, & metus causæ) habes infra, de intellectu harum, & plurium aliarum renunciation.

De clausula, & si plus valet, &c.

21 ET si plus dicto pretio scutorum mille domus prędicta valeret, & valere posset quomodolibet in futurum, totum illud plus, siue sit parua, siue magna quantitas, etiam si quantumcunque excedere vltra dimidiam iusti pretij partem, dictus venditor, illam si sciret, aut crederet plus valere, illud quod plus valeret dicto N. emptori ibidem præsenti, & legitimæ stipulanti, vt supra donauit, & expresse titulo donation s inter viuos dedit, cessit titulo, & concessit, puræ, meræ, & simplicis donationis quia sic sibi facere, placuit, & placet)

Declaratio supradicta clausula.

DEueniendo ad intellectum clausulæ præd. quæ est maioris & quotidianæ dubitationis, aduertendum erit pro intelligen ia Notarij, quod si in instrumento simpliciter diceretur, si plus valet: venditor emptori donat, &c. illa verba referuntur ad modicam quantitatem. Gabriel. conclusi l 3 nu 56. de empt. & vend. ergo si excedit vltra dimidiam iusti pretij, non potest dici quod sit donatio, & consequẽter rescindi ex remedio l. 2. C. de rescind. vendit. secus autem, quando illius plus principaliter contrahentes voluerunt donare. Paris. consi 18. num. 13. volum 1. & propterea ad hoc tollendum, optimum erit vti clausula magis ampla, & clara, scilicet, si res plus valet id totum sponte. & ex eius certa scientia donauit, siue in magna, siue in parua quantitate consistat etiã si multum excederet dimidium iusti pretii. Menoch de Arbi. iudi cas. 144. num. 16. quo casu licet locus esset rescissioni venditionis ex dicto remedio, l. 2 tamen remanet donatio, quæ non rescinditur, vt per Alexan. in l si quis cum aliter num. 13 in fin ff de verb. oblig Et licet quam plura alia in hoc remedio: l. 2. de rescind. venditi dici potuerint ad illius interpretationem, & declarationem per Notariorum intellectu, tamen hæc sola prædicta sufficiant. His tantum remanet addendum ad clausulam illam: ibi in fine positam, scilicet (quia sic sibi facere placuit, & placet, &c) quod ea importat tacitam donationem, in qua si requiritur, vel non requiritur insinuatio, iuris est, & nihilominus pro huius articuli intellectu recurre ad Socin. in cons. 215. num. 1. vol. 2.

Declaratio supradicta clausula.

22 PReterea verò dictus N. venditor affirmauit dictam domum cum alijs, vt supræ venditam, ad ipsum pleno iure dominij spectare, & pertinere, illamque esse liberam, & exemptam ad omni casu, canone, responsione, recognitione, seruitute, & ab omni fideicommisso purificato, seu purificando, & alio quouis onere, & grauamine Et nihilominus quatenus vnquã detegeretur, seu detegerẽtur aliquod onus, seu onera, similia expressis, vel dissimilia, & penitus statim tollere, & ab illis effectualiter omnino liberare libere, & sine aliqua exceptione.)

De clausula tradendi rem liberam, &c.

AD hoc nota, quod cum venditor promiserit tradere rem liberam, &c. vt supra dicitur, non dicitur tradita libera, si in re est seruitus, & tunc agetur ad totale interesse quas res tradita non esset. durum enim emptori esse habere tam cum seruitute, quam emptor ignorabat, & forte is non esset empturus, vel minus empturus, si illam seruitutem sciuisset, & hoc dicitur ad intelligentiã supradictæ clausulæ (tradendi rem liberam, &c) Capic. decis. 187. num. 15. & seq.

Clau-

23 Clausula (ad defenden. emptorē ab omni molestante persona, & de faciendo consentire, &c. Dictamque domum non fore, deque esse alicui alteri obligatam, venditam, datam, donatam, permutatam, distractam, aut quouis modo alienatam, etiam alienationis latissimo sumpto vocabulo, & nihil omnino in toto, vel in parte factum esse in præiudicium huius contractus, atque dictam domum tamquam spectantē & pertinentem ad dictum venditorem pleno iure dominii vendere sibi locuisse, atq; licere, & hanc venditionem esse, ac semper, & perpetuò fore bonam, & validam, & bene validè, & legitimè factam, & in eam tamquam talem toties quoties opus fuerit facere consentire omnem personam, collegium, & vniuersitatem, ius aliquod super dicta domo in toto, vel in parte haben. vel habere quomodolibet prætendē. ad omnem solam, & simplicem requisitionem, & voluntatem dicti emptoris, litem non inferre, neque inferrenti consentire, omnemq; litem, causam, & controuersiam, siue in petitorio, siue in possessorio, aut petitorio tantum, aut in possessorio, tantum, simul, & semel, ac coniunctim vel diuisim inferantur, in se omni iudicio, & quacunq; instantia, & parte iudicij, susceptaque prosequi, & terminare eius impensis, procuratoribus, & aduocatis, & absq. cura, interuentu, & impensa dicti emptoris, ac illius hæredum, & successorum; Quin imo dictum emptorem, & illius haeredes, & successores quocunq; in, & super, dicta domo, ac pacifica possessione in semper, & perpetuo conseruare, ac insuper defendere de iure, & de facto, ac eximere, & liberare, ab omni lite, causa, controuersia, molestia, ac molestante persona.

Declaratio.

24 ANtequam deueniamus ad intellectū clausulæ euictionis, visum est non inutile referre intellectum præscriptę clausulę de faciendo consentire omnem personam, &c. quæ clausula operatur, quod habens ius in re vendita consentiat, vt in l. fin ff. si cert. peti institut. de inutil. stip. §. si quis alium citatum per Specul. in §. 1. eod. tit. vers. faciet sub n. 4. par. 3.

Declaratiua clausulæ de defendendo emptorē.

25 CLausula vero, seu promissio (de defenden. emptorem ab omni molestia, & molestan. persona) operatur, quod cum lis iniuste fuerit (quod patet ex eo, quod emptor obtinuit) non tenetur ei venditor aliquid pro iniusta lite, quantūcūq. promiserit eum defendere ab omni persona, & vniuersitate; quia intelligitur contra mouentem litem legitimè, & iustè, vsq; adeo, quod tunc venditor non tenetur de iniqua sententia lata contra emptorem in causa euictionis. Angel. in cons. 173 incipien In Christi nomine, præmittendum est quando Iudex omnino processit extra ordinem iuris sed iniustitiam facit. Ad hoc igitur, vt venditor omnino teneatur ne dum ad expensas, verum etiam in causa euictionis, non abs re in præscripta forma scriptum est quod venditor teneatur de litē suscipiēdo, & defendendo emptorem de iure, & de facto, etiā quod sequatur euictio siue in petitorio, siue in possessorio etiam per iniuriā, vel iniustam Iudis sententiam. Bart. in l. stipulatio ista in princ. 3 col. in ver Quæro ff de verb. oblig. Item operatur, quod sententia lata contra emptorem nocet venditori: secus fine dictis clausulis, vt superius probaui: & secus ex pacto per eundem Bart in l venditores eodem tit. Hęc omnia præmittuntur ad intelligentiam Notariorum, qui passim in singulis eorum instrumentis emptionum has, vel similes clausulas scribere consueuerunt. Solent etiam Notarij apponere, quod scilicet quoties cunq; contigerit fieri in præmissis, vel præmissorum occasione aliquam litis intimationem, sufficiat quæcumq; simplex intimatio etiam domi dimissa copia fine insertione libelli, vel alia iuris solemnitate, & simpliciter facta perinde afficiat, ac personaliter, & solenniter facta fuisset. Vel quod teneatur etiam si de litis euictione venditor nō fuerit legitimè certificatus. In quo breuiter dico, quod operantur, quod venditor teneatur de euictione etiam si ei non fuerit notificatum, quod fuerit mota lis, Angel in l. empto, C. de euict. Bal. in l 1. In vltim. col. vers. Item quæro. C. de per. & commo rei vend licet venditor de lite mota certificari debeat, vt per eundem Bald. in l. si cū quæro, C. de euictio. in princ.

Declarationes clausula dupli.

26 NEc desunt notarij, qui in stipulatione instrumenti ponunt, quod venditor teneatur ad duplum, rei euictæ, pro cuius intelligentia nota, quod si simpliciter dicitur sub pœna dupli, illum duplum iure refertur ad pretium conuentum, non autem ad rei bonitatem, quæ pluris est, quã pretium, vt in l. si fundo, & l. cum fundus, ff. de euictio. & sic exprimendo ad duplũ rei euictæ, intelligitur ad æstimationem rei, tanti quanti pro tempore plus valuit, vt per Specul. in §. 1. de empt. & vend. Nã duplum tantum valet, quantum tantumdem, tibi sub nu. 39. nu. 3. lib. 4.

Plura de intellectu venditionis rei propria, vel emphyteotica.

ET antequam recedamus ab intellectu clausularum præscripte venditionis formulæ nõ superflue circa hoc visa sunt aliqua ferenda. Primum, cum venditor rem suam asserit in eo apponatur iure proprio & in perpetuum. Secundum, quando pro certo asserit rem esse emphyteoticam, vel alteri conditioue subiectam, & tunc dicatur iure conditionis emphyteoticæ debendæ tali Ecclesiæ, vel sub proprietate talis Ecclesiæ, ac saluo, & reseruato consensu rectoris Ecclesiæ respectu illius proprietatis, & directi dominij, & non alias, aliter, nec alio modo, & quo expresse protestatur. Tertium cum dubitatur an sit res propria, vel alterius, siue alicui conditioni subiecti, & tunc venditor liberat, se sic alternatiue dicendo, si propriam, in perpetuum: si conductitiam habeas, cum illa conductione ad quam pertinet; Amplius quod ad clausulam promissionis, scilicet, [domum esse liberam, & nulli alteri obligatam, &c.] operatur, vt stante iuramento, & docto quod res non sit libera, & alteri obligata obstat agenti ad solutionem promissi exceptio periurii, iuxta terminos l. si quis maior, C. de transactio quod intelligẽ, quando promissio esset dolosa, & alteri præiudicialis, Caffad. decis. num. 7. de iur. iur. quam etiam secuta fuit Rota in vna Rom. census, Die 17. Aprilis 1598. coram R. P. D. Penia, sed his hactenus.

De clausula renunciationis benef. l penul. C. de reuoc. donat. & alijs infra dicen. clausulis. Cap. IV.

QVONIAM sæpe euenit, quòd tam in cõtractibus inter viuos, quàm vltimarum voluntatum Notarij apponunt clausulas renunciat. benef. legum, ad fauorem contrahentium secundum subiectam materiam introductum, de quibus illarumque importantia ipsi eosdem renunciantes accuratè certiores reddere non valent, ideo ad tollendum dubia, quæ super validitate, & inualiditate renunciat, quotidie oriuntur, pro eorumdem præsertim iuuenum intelligentia pro meis tenuibus viribus, aliqua de eis illarumq; importantia explicare curabo.

Declaratiua supradicta clausula.

1 BEneficio l. penul. superius citate. Renunciatur iuridicẽti, quod si quis facit donationem in personam alicuius donatarij, excedentem summam scut. 500 sine infinuatione, & decreto Iudicis, nõ valet talis donatio, imo ea potest per donatorem reuocari, nisi illi iuri renũciauerit, vt ibi in fine.

Declaratio, l. fin. C. de reuoc. donat.

2 COnsueuit etiam in hoc articulo donationis renunciari iuri dicenti, quod si est, facta donatio in filium emancipatum, vel alium, qui non sit in potestate, seu aliũ extraneum, donator potest reuocare donationem, si donatarius ei iniuriã fecerit, vel manus impias in eum inferat, vel damnum irroget in bonis donatoris, vel vitæ eius insidietur, vel conditionem appositã in douatione donatarius non impleat l. fi. C. de reuoc. don. Ideo scribi solet in donationibus clausula renũciat. benef. d. l. licet hoc verũ secũdũ aliquos esse nõ videatur

3 Consueuit etiã apponi clausula renunciationis beneficij, l. si vnquã, C. de reuoc. donat. ex qua habetur, quod per superuenientiam liberorum donatio reuocatur.

4 Itẽ consueuit renũciari iuridicẽti, quod vbi donator fecit donationem causa mor. tis, quod nullo casu possit reuocari donatio, non valet, vt donatio causa mortis, vt in beneficio, l. vbi, ff. de don. causa mor.

5 Renũciatur pro mulieris benef. Sen. Cõs. Velleian.

Velleian. Nã si mater, vel si aula velit subire onus tutelę filiorum, vel nepotũ, renunciat secund: s nuptijs contrahendis, & benef Sen. Conf. Velleiani, vt C. quando mul. tuti. officio fungi potest. Itẽ, si mulier renunciauit huic beneficio in multis aliis casibus scilicet mandando, vel fideiubẽdo, constituendo etiam quod renunciet huic benef. vt C. ad Velleian. c 1. & 3. & l. 2. (vltimum cũ ibi notatis, intellige hoc si fuerit de iure suo certificata, alias non & ibi not. de quo d. l. penul. C. ad Velleianum.

6 Item renunciauit mulier benef. authen. siue à me C. ad Valleian. vbi quod si mulieri maritus, vel extraneus pro eo faciat donationem propter nuptias, maritus bona ill us donata, nec obligare. nec alienare poterit. Sed si in hoc contractu consensus mulieris interuenerit, debet huic iuri, seu beneficio iuris renunciare: quia alias semper remanet salua actio in rebus donatis propter nuptias, nisi mulier secundo post biennium profiteantur, firmando primum consensum. nisi aliæ res superfint viro, ex quibus mulieri cõsuli possit: nam istis interuenientibus valebit alienatio alias non, vt in d Authen siue à me.

7 Consueuerunt etiam mulieres renunciare beneficio. l. mulier eod. tit. vbi quod si mulier perfectæ ætatis postquam pro alio intercessit, seu cauit, vel pignora dedit iterato post primam cautionem exposuit, vel pignus dedit intra biennium, adhuc sibi non præiudicatur, quin possit excipere de Sen. Conf si post biẽnium exponatur, tunc obligatur, vt d. l. si mulier.

8 Itẽ renunciauit mulier benef l Iuliæ de fundo, dotali, vbi quod si mulier dedit in dotem viro suo prædium rusticum, vel vrbanum, maritus ipsum obligare, vel alienare non potest regulariter, & hoc propter prohibitionem ipsius l. Iuliæ, & ideo ad hoc vt valeat alienatio, vel obligatio facta per maritum, vxor illi iuri renunciare potest, vt no de iure iuran. c cùm contingat.

9 Renunciatur quandoque beneficio Senatus Maced. C. & ff. nam si filius famil. aliquam fecerit obligationem, non tenetur eam soluere, nec existens in patria potesta e, neque post, nec eius hæres, nec fideiussor, vt C. & ff. ad Maced. per totum, cui beneficio renunciare non potest, nisi fieret cum iuramento: quia tunc forte valeret.

10 Consueuit renunciari beneficio condictioni. sine causa vbi quod obligatus sine causa, vel iniusta causa, non tenet obligatio ideo illi iuri renunciatus, vt ff. de condi. sine causa per totum.

11 Renunciatur beneficio exceptione doli, quæ competit, cum aliquis asserit se dolo, vel calliditate alicuius inductum ad aliquid faciendum, dandum, vel promittendum de quo C. & ff. de exceptione doli per totum.

12 Renunciatur etiam beneficio actionis, & exceptionis, quod metus causa, vbi si aliquis per metum fecit, vel promisit, per metum aliquid ab eo est extortum, vel ex actum, ius sibi subuenit dando actionem, vel exceptionem, vt ff. & C. quod metus causa, quasi per totum, & ff de exceptione doli, l. apud § penul. & in fin. & ideo ne prætext huiusmodi metus, id quod agitur inter partes valeat rescindi, renunciatur illi exceptioni, quod metus causa.

13 Item renunciatur iuri dicenti quod vbi aliquis iuri sui renunciat, debet illud scire vt in Authen. quomodo oportet Episcopus, & cleric. § igitur, cum ibi notatis: ideo vt renunciatio valeat, & rescindi non possit bene erit, vt is renũciet eidem authen. quomodo oportet.

14 Consueuit etiam renunciari benef. Epistolæ Diui Adriani, vbi quod quando aliqui sunt obligati insolidum, per huiusmodi beneficiũ, si omnes præsentes sunt soluendo tempore litis contestatæ, postulare possunt, vt actio diuidatur inter eo. & vnusquisque pro virili portione conueniatur, & non insolidum. Secus si huiusmodi beneficio fuerit renunciatum, secus etiam stante obligatione Camerali, vbi renũciatur omnibus ll. & ll. auxiliis quia tunc creditor poterit quem velit conuenire, vt in C. de constit pec. l. fin ex qua renunciatione ll non intelligitur ex ea sublatum fide. iussius cessionis Dec: conf. 96. n 3 Bal in l. si res obligata in fine, ff de leg & ibi Alex. & quod huic beneficio cedendarũ actionum fideiussores, & alii obligari possunt renunciare, habetur in ll. de fideiuss l. fideiussoribus, & in l. modestinus, ff de solut.

15 Renunciant omni il auxilio censetur renunciasse beneficio Sen. Conf. Velleiani, etiam si specialiter non dicatur Rip. in l. si vnquam, C. de reuocan donat. nu. 1, 8. & de his, & de aliis renunciationibus, quę

in instrumentis debent apponi vide Specul. in tit. conclus. per totum.

16 Renunciatur etiam benef. actionis redhibitoriæ, nam si ego ignoranter emirem morbosam ab aliquo venditore possum contra eum agere actione redhibitoria in sex menses, vt mihi reddat pretium, & ipse rem recuperat, & ideo si emptor hinc beneficio renunciauerit, non poterit postea agere contra venditorem, vt l. sciendum, §. fin. ff. de redhibitoria actione.

17 Clausula illa (adhibita per iudicem causæ cognitione) videtur necessaria in cōtractu minoris, vel mulieris. Et clausula (supplentes omnes, & singulos iuris, & facti defectus) nō extēditur ad defectū partis cōtrahētes, sed tantū ad defectus, qui procedunt ex solemnitate iuris positiui Specul. in tit. de legat. §. nunc ostenditur, vers. 18.

Has singulas præscriptas clausulas hic non inutiliter singulatim scribendas fore censui ad intelligentiam, & vtilitatem Notariorum (qui experti summoperè sunt laudandi) ad hoc vt ipsi, præsertim iuuenes de illarum importantia certiores redditi, alios quoque certiores reddere valeant, & de his hactenus.

De Clausulis contractuum rei emphyteoticæ. Cap. V.

Aliqua alia visa sunt præmittēda circa intellectū clausularū cōtractuū rei emphyteoticæ.

1 Clausula [reseruato beneplacito Sanctiss. D. N. Papæ] facit conditione in tantum quod illa non purificata dominium non transfertur, Cur. Iun. consi. 74. n. 17. vol. 1.

2 Clausula (tradidit) non debet apponi in contractu rei emphyteoticæ, quia iure non perpetuò concessa, traditum non videtur traditum, sed tantùm dicatur [dedit & concessit] Specul. lib. 4. 3. par. de emphyteosi, Nec minus dicatur [pro se, & suis hæredibus, & successoribus quibuscumque] sed tantum [pro se, & suis hæredibus, & successoribus] nisi essemus in concessione perpetua, & tunc talis clausula extēditur, (pro se, & suis hæredibus, & successoribus quibuscumque) quę verba æquipollente clausulæ (& quibuscumque dederit) & ad quoscunque hæredes transit extraneos Alexan. in cons. 9. volum. 2. in primo volum. cons. 91. Afflict. decis. 100. num. 2. Quæ verba generalia debent, vt supra dictum est, intelligi, nisi in eodem instrumento subsequatur expressè prohibitio de non alienan. quia tunc ad tollen. contrarietatem, quæ in omni dispositione debet euitari, l. nam ad ea, ff. de condi. & demōstrat. Bart. in l fin. §. quidam quæsiuit, ff. de condi in d. supradicta verba, & etiā clausula infrascripta [ad habendum] intelligitur in terminis stipulationis factæ inter filios, & descendentes: & ex dicta prohibition. alienation. euacuatur virtus, & potestas dictorum generalium verborum superius scriptorum, Bal. cons. 565. num 6. lib. 5. Curt. Iun cons. 130. num. 6. Dec. cons. 171. num. 3. vers. 4.

3 Clausula [ad habendum] quæ in simili contractu apponitur, non nisi hoc modo extenditur scilicet [ad habendum, tenendum, vtendum, fruendum & gaudendum, & de dicta domo, seu prædio disponendū, prout similes emphyteotæ de rebus similibus facere, & disponere solent: quia tunc ex simili concessione emphyteotica non transfertur, nisi naturalis possessio; quam habet similis emphyteota, & vsufructuarius, Specul. in §. 1. l. 4. num. 10. de empt. & vend.

4 Clausula (omnia iura, omnesque actiones, directo domino, & canone semper saluis) in tantum quod emphyteota in venditione per eum facienda semper debet ponere, iure directi dominii semper saluo, vt in l. 1. C. de feudis addita clausula, & non alias, aliter, nec alio modo, quæ verba inducunt formam, & proinde haberetur, ac si instrumētum non esset scriptum, ea forma non seruata, l. non aliter in princ. de leg. 3. l. qui hæredi, §. vlt. de condi. & demonstr. Reliquas verò singulas clausulas, & illarum extensionem habes in formulario instrument. sub fol. 310.

5 Clausula (renunciauit omni ll. auxilio) operatur, quod sterilitas, & quicunque casus fortuitus non prodest conductori ad obtinendam remissionem mercedis. Capic. decis. 87. nu. 10.

6 Clausula (iure feudi paterni, antiqui, & auiti) operatur, vt pater non possit filijs in feudo præiudicare Bosi in tit. de principe, & priuilegijs eius, nu. 312. & 328.

7 Clausula resolutiua contractus operatur, vt mora purgari non possit, Bal. in l. super.

per C de transactionib. Afflict.decis.147. num.3.

De supradicta materia rei emphyteoticæ,scilicet quid sit contractus emphyteoticus, & in quibus differat à fœudo,& à contractu liuellario,& plura alia de hac materia emphyteotica, nihil vltra attingam, cum hanc prouinciam non assumpserim pro quorum intellectu recurre ad l.primam, C.de iure emphyteotico,&ad Authen qui rem.C de Sacrosan. Eccles. vbi plenissima omnia habes,& de his hactenus.

De Transactionis clausulis. Cap.VI.

ANTEQVAM deuenimus ad intellectum clausularum transaction. hæc pauca visa sunt premittenda circa illius deffinitionem, scilicet, quod transactio est,quasi actionis transitio,ab actione enim transit, qui transuit, vt habetur in summ Azon. in 2. lib.C de Transact. in rubr num.2. clausula generalis,quæ solet apponi in generali quietantia, & transactione, refertur ad illud tantum, de quo est litigatum,& de quo lis,seu quæstio inter partes erat,vt in l si de certa,vt in ibi no.in gloss & doct. C de transactio. Nam generalitas non refertur de ea, de quibus non est cogitatum, nec dictum.

Dum autem partes voluerunt renunciationem, seu quietantiam generaliter trahi etiam ad incognita (quia tunc apparet, quod partes cogitauerunt de omni iure. Bar.in d. l.si de certa colum.1. in fin.vers. quæro vlterius, C. de transactio. Beltran. cons.17.num.4.vbi attestatur de communi,licet Iasi contrariam opinionem teneat in l sed,& si quis,§ quæsitum,num.13 ff si quia cautio) Dicen quod generalis renunciatio non valet,etiam si partes dicerent, quod voluerunt habere pro expressis, & specificatis omnes casus,qui contingere possunt ratio quia ignorans non videtur renunciasse iuri quod ignorat.l.nec his, §. hæres,ff de acquir hæred. Actio in factum & subrogata in locum actionis de dolo, quæ datur liberis, & libertis deceptis à parte,& patrono contra eos: ideo illius renunciatio non videtur superflua; Specul in §. 1.num.7.in 2.par. lib.4. de dolo,& contumacia, & redeundo ad intellectum clausularum, præmitten, erit

CLAVS. I.

Quod clausula (nec contrariam exceptionem opponere) intelligatur de malitiosa, vt per eundem Specul in §.1.3. per eod.l.num.4 de solutio & obligation.

2 Clausula, seu Aquiliana stipulatio omnes præcedentes obligationes nouat,& perimit,ipsaque perimitur per acceptilationem: & ponitur in generali,& generalissima quietantia:& dicitur (quietarunt) &c. etiam per Aquilianam stipulationē præcedentem, & acceptilationem subsequutam,vt per eundem Specul. in §.2.vers.Aquiliana autem, num.25.

3 Clausula, seu pactum de non petendo, quod regulariter fit per quemcumq.creditorem.Primo tollit obligationem naturalem eius,cui fit pacti. Secundò elidit ciuilem Tertiò obligat naturaliter paciscentem,ac non petendum:& Quarto parit exceptionem reo,Bertaz.claus.35 glo 6 n.2.

4 Clausula (perpetuo grata, & firma, & nunquam contrauenire) operatur,vt nunquam currat præscriptio contra actiones per l.quod si nolit, §. si quis, & ibi Bal. & Angel ff.de edil.edict Cæpol.caut.155.Promittens autem non contrauenire addito iuramento,videlicet ex capite enormissimæ læsionis, nec minus potest contrauenire: quia potest prouisionem seruare sine animæ interitu. Imol.in cap.cum contingat,num.56. de iur.iuran.Bero.cons.51. num.16.vers. Respondeo,lib.1. nam actus iuratus, vt infringi possit respectu enormissimæ læsionis,debet probare læsionē, debet probare ignorantium ad fuisse tempore interpositi iuramenti. Alexan. cons. 115 num.13. lib.1.Cur.Iun.cons.141. num. 10.qui de comm.

5 Clausula, (& omnia,& singula fuisse, & esse vera,& in nullo contrauenire) operatur,quod non possit opponi simulatio,nec venire contra iuramentum allegando simulationem,Bald. in l iusiurandum, de iur.iuran.Grammat.decis.44. num 1.

6 Clausula (rato manente pacto) operatur,quod si actor cōtraueniat,potest reus contrauenire, & se defendere exceptione transactionis, & simul, & semel pœnam ibi appositam petere,& consequi,vt in l.si quis maior,C.de transactionibus.

7 Clausula,seu licentia,quæ datur à contrahentibus, extendendi instrumentū ad consiliū sapientis quomodo sit extenden-

dat respondit Bar. quod sapiens possit declarare ea, quæ sunt iuris, vt puta ea, quæ sunt de natura contractus. Itē potest supplere sapiens vigore arbitrij ea, quæ sunt consuetudine ponenda, vt per eundem Bar in l. illa institutio, ff. de hæred. instituendis sub num. 6. vbi dicit, se quæro iuxta præmissa Notarius habens arbitrium conficiendi instrumentum secundum arbitrium sapientis, debet deponere sub eodem die, & concluse, sub quo est factum instrumentum illud, vel sub eodem die, & confuse, sub quo dicit sapiens? vbi sic distinguendo dicit, quod si sapiens vult mutare verba potest sub eodem Notarius ponere: sed si sapiens vellet ambiguum declarare, vel aliquid addere, in his, quæ potest. Notarius debet scribere sub die, in quo dicit sapiens: & ista declaratio debet fieri coram duobus testibus, sicut dicimus quolibet arbitratore, vt ibi sub num. 7. & de hac clausula (ad consilium sapientis) vide Felin. in cap. ex literis, de fide instrumentum vers. quid autem operatur, n. 11. par. 2. colum. 815.

8 Clausula (ex nunc, prout ex tūc) importat, quod vnum tempus videatur alteri inesse, & ex quolibet prædictorum temporum dici potest, stipulationem sumere initium: & verbum (ex nunc) significat actū verbi prolati: & illud verbum (ex tunc) significat effectum actus esse collatum in tempus futurum, vt probatur in clemen. 1 de conceß præben. Et quando dicitur è contra (ex tunc, pro ex nunc) videtur effectus collatus in tempus præsens, quo verba proferuntur, Bald. in Auth. quæ rogatus, in princip. C. ad Trebell.

9 Clausula (de euictione de dato, & facto suis operatur, vt promittens teneatur tantum de dato, & facto suis, & facto hæredis, & sui auctoris, addita præsertim illa dictione tantum, quæ videtur adiecta, solum ad excludendas personas extraneas, Alex cons. 118. incipien. attentis narratis, volum. 6. Quæ clausula semper ponitur instrumento retrouenditionis: quæ retrouenditio cum actus sit necessarius, in eo solemnitas statutaria nō requiritur. Paul. de Castr. Alex. & Ias. in l. iuris gentium, §. fin de pactis, Des cons. 532.

10 Clausula quod quis promisit (se facturum, & curaturum, quod alius ratificabit, ita quod faciendo possibilia non excusetur pro illius intellectu recurre ad Bertazzol. in clauſ. 4. gloſ. 10. nu. 1. & seq. ibi omnia diffuse habes.

11 Clausula fideiussione sciens non teneri, sed teneri volens) operatur, vt fideiussor non possit allegare se errasse in fideiubēdo, credens teneri, ad solutionem debitis, pro quo fideiussit, Bertazzol. clauſ. 39. glos. 3. num. 1.

12 Clausula (renuncians omni ll. auxilio) operatur, vt etiam excussionis beneficio renunciatum censeatur, vt per eundem Bertazzol. clauſ. 40. glo. 4. num. 4.

13 Clausula (omni iuris, & facti exceptione remota) operatur, quod illa verba tollunt, & excludunt omnem exceptionem, & defensionem, quibus mediantibus promissor non possit aliquid, in facto, & in iure se excusare, vt ibi clauſ. 22. gloſſ. 1 n. 1. & clauſ. 34. glo. 14. nu. 1.

14 Clausula (quod debitor possit cōuenire Romæ, vel Florentiæ, &c. operatur, quod ibi possit conueniri, cum ille locus contractus vere est, in quo fieri debet solutio, & ibi contractus censetur celebratus, vt l. contraxisse de actio. & obligat. potest etiā cōueniri in loco domicilii ipsius debitoris, & alio vbi ipse debitor reperitur Bart. in l. 4. per totum, ff. de eo, quod certo loco.

Aliqua de manumissionis, emancipationis, adoptionis, & arrogationis instrumentis. Cap. VII.

De formulis Manumissionis, emācipationis, & adoptionis instrumentorum, hęc pauca visa sunt referenda, pro intelligentia Notariorum. Quibus quærentibus quid est manumissio? respondeo manumissio est deiectio, vel datio libertatis seruis, ad fidem Catholicam, Apostolicam cōuersi; & in sacro fonte baptismi, iuxta ritum Sacrosanctæ Ecclesiæ baptizati vt ff. de iust. et iur. l. manumissiones.

Et ista manumissio debet fieri coram quocumque iudice habentem aliquam iurisdictionem in seruum manumissum, vt C. de vindicta, liberta. l. fin.

Emācipatio autem est, relaxatio, et liberatio paternæ potestatis coram iudice dicta, secundum Azon. C. de emancip. lib. §. 1.

Et potest fieri coram quocumque iudice, habenti

benei aliquam iurifdictionem,vel 11.C.de emancip lib.

Adoptio autem eſt legitimus actus, per quē quis efficitur filius,qui non eſt,vt inſtitut. de adoptio. in princip. quæ poteſt fieri coram quocumque iudice ordinario, vt ibi.

Arrogatio autem facienda eſt coram Principe,vel ex reſcripto principis,vt ibi: & hęc pauca de præmiſſis dicta ſufficiant ad intelligentiam Notariorum,qui de his præſcriptis inſtrumentis rogantur.

SALVSTII TIBERII A CORNETO

De clauſulis contractuum inter viuos, & vltimarum voluntatum.

PARS SECVNDA.

1 *Definitio Teſtamenti.*

2 *Requiſitio ad illius validitatem.*

ANTEQVAM deueniamus ad explicationem clauſularum vltimarum voluntatum,pro intelligentia iuuenum Notariorum pro tempore creandorum, qui ſarò, cum examinantur ſuper eorum idoneitate, interrogantur quid ſit teſtamentum, & quare dicitur teſtamentum, & quę in eo neceſſaria ſint requiſita ad illius validitatem? Ideo breuiter hæc pauca præmittenda cenſui. Quod ſcilicet teſtamentum eſt voluntaris alicuius legitima diſpoſitio,iuſta ſententia ideſt de eo,quod poſt mortem ſuam fieri voluit,cum inſtitutione hæredis, ſine qua teſtamentum non valet. Et dicitur teſtamentum, mentis teſtatio, ideſt declaratio voluntatis teſtatoris: quod niſi poſt mortem illius vires non habet, & in eo ſeptem teſtes re-2 quiruntur, qui præſentes ſint; Et vocari debent in teſtamento cæci octo: & quinque in teſtamentis factis in villis, & militum: quandoque duo ſufficiunt. Et mulieres prohibentur eſſe teſtes in teſtamento. Item impuberes, furioſus, mutus, & ſurdus. Item is, cui bonis inter dictum eſt. Item quicumque, qui eſt in poteſtate teſtatoris. Item hæres ſcriptus, & etiam ille, qui cum ipſo hærede in eadem eſt poteſtate.

De codicillis autem, & illorum forma, & requiſitis, quia pleniſſime habes in omnibus libris artis notariæ, ideo illos recenſere ſuperfluū eſſe cenſui ad quos in facti contingentiam pro illorum ſcitu recurre.

De intellectu clauſularum vltimarum voluntatum. Cap. II.

ET licet plura alia de intellectu clauſularum contractuum inter viuos, mandati procuration.& compromiſſi hic referre potuerimus, tamen recordati ſatis diffuſe eas ſcriptas fuiſſe in prima parte mei formularij inſtrumentorum tàm primæ, quam ſecundæ impreſſionis, ideo illis omiſſis de intellectum aliquarum vltimæ voluntatis, tamquam magis neceſſariarum ſermonem faciam. Et primo ad maiorem illarum intelligentiā,& aliquas concluſiones præmittendas cenſui:quibus mediantibus magis dilucidè ad illarum ſcitum Tabelliones peruenire valeant. Quoniam ipſi in interpretatione mentis teſtatoris idiotæ, vt plurimum errant, & errando ſecum teſtatorem errare faciunt, præſertim in materia ſubſtitutionum: ideo non inutile viſum fuit, eas ſingulatim deſcribere: ſcilicet pupillarem, vulgarem, exemplarem, breuiloquam,compendioſam,& fidei commiſſariam.

Clauſula pupillaris, & vulgaris ſubſtitutio.

PVpillaris autem,& vulgaris ſubſtitutio talis eſt, ſcilicet (inſtituo mihi hæredem filium meum pupillum:& ſi morietur infra pupillarem ætatem, ſi ei hæres. N. vt inſtitut. de pupil.ſubſtit.in princip. Concipitur etiam per verbum Subſtituo, quod verbum eſt aptum ad pupillarem & vul-

& vulgarem substitutionem, vt ff de vulgari,& pupillari substit. l nam hoc iure,in princip.

Vlterius dum quæro,quot sunt necessaria,vt pupillaris substitutio producatur in esse respondè quinque.

Primo, quòd sit de liberis testatoris.

Secundò, quod sit impubes, scilicet masculus minor annis quatuordecim, fœmina minor annis duodecim

Tertiò,quod sit in potestate testatoris, scilicet minor annis duodecim.

Quartò quod post mortem testatoris efficiatur sui iuris scilicet,quod non sit recasurus in potestatem alterius.

Quintò, quod per mortem testatoris efficiatur sui iuris:Quamuis Rayn in hoc articulo substitutioni addit tria alia, videlicet.

Sextò,quod pater testetur sibi,& filio suo pupillo, vt ff.de vulg. & pupill· subst.l.moribus.§ quamuis autem.

Septimò, quod filius prædictus pupillus institutus, vel exheredatus, vt ff. de vulg. & pupill subst· l § substitutus.

Octauo, quod hæreditas sit adita ex testamento paterno,vt in l quæsitum, ff.de acquir. hæredit.

Alia de vulgaris substitutio:

3 Vlgaris substitutio est duplex,scilicet expressa, & tacita. Et concipitur per verba negatiua,scilicet [instituo mihi heredem filium meum: & si filius meus mihi hæres non erit, N.sit mihi hæres]vt insti.de pupill.subst. § 1. in gloss super verbo ad exemplum pupillaris,& in princip. Et dicitur vulgaris substitutio,quia quilibet de populo potest ipsam facere,scilicet pater,vel mater,vel quilibet extraneus,vt ff.de vulgari,& pupillari, l.qui plures,& l. lutius eod. tit.

Alia de exemplari:

3 Exemplaris est,quando pater instituit sibi hæredem filium suum legitimũ, & naturalem,furiosum,& N. filium suum legitimum,& naturalem: quæ substitutio exemplaris habet eamdem vim, quam habet substitutio pupillaris,& trahitur ad omnia bona furiosi, seu mentecapti instituti,C de impub.& alii substitut. l humanitatis.

Alia de Breuiloqua.

4 Breuiloqua, seu reciproca est, vt puta (Testator sibi instituit heredes P & k filios suos legitimos,& naturales pupillos, & ipsos inuicem substituit,& si ambo prefati filii decederunt infra pupillarem ætatem, substituit eis C ipsius testatoris fratrem.

Alia de substit compendiosa.

5 Substitutio compendiosa est (si testator instituit A. filium suum legitimum,& naturalem, & quandocumque ipse A. decesserit sine liberis, substituit ei B. nepoté ipsius testatoris) l.precibus, C. de impube. & ali. substit

Alia de fideicommissaria.

6 Substitutio fide commissaria est,quando testator instituit hæredem N.& ipsum rogauit, quod per fideicommissum restituat bona hæreditatis suæ T·) & primitus grauatus de restituendo dicitur fideicommissarius, vt inst. de fideicomm. hæred.per totum.

Et hæc sufficiant ad intelligentiam institutionum, & substitutionum, quas Notarii quotidie scribere solent in testamentis, quæ ab eis rogantur, ita vt de cetero,nota imperitia eis nullatenus ascribatur. Et de his hactenus.

Clausula vulgariter pupillariter, & per fideicommissum.

7 Redeundo ad explicationem clausularum vltimarum voluntatum,& emitten, etiam erit aliquid, vltra præmissa, de hac supradicta clausula,scilicet,quod operatur, quod datio substituti vulgaris non tollit sui ætatem. Bal. in l non iustam in 1. col in vers. Ex hac.50. nota C ad Trebell. Item intelligitur,quod electio sit substituti, si casus dictarum substitutionum vno semel,& eodem tempore veniat. Bal.in l. si frater.C:de fideicommissis. Et qua non potest simul & semel esse directa,& fideicommissaria,ideo illa dictio,&,resoluitur in d.siunctiuam,& electio erit substituti: Bar in l si Titio, ff· de vsufructu legato.

De directa,& indirecta,seu fideicommissaria.

8 Qualis autẽ dicatur directa, & qualis indirecta fideicommissaria,& facilio rem intelligentiam Notariorum explicatur, scilicet. Directa est illa, per quam substitutus capit hereditatẽ sine facto alterius ex dispositione Testatoris, ita quod non oportet recurrere ad primum hæredem, sed adeundo hæreditatem efficitur dominus,cum hæres, ff.de acquir. possess. exempli gratia.Instituo Titium,heredem & si nõ erit heres,& Sempronius sit heres

&

& in hoc casu nihil detrahitur per primũ hæredem. Et idem dic in qualibet directa substitutione. Indirecta autem, seu obliqua est illa, per quam hereditas capitur per manus primi hæredis. Vnde dicitur indirecta, quia immediate non succedit testatori, sed capit de manu alterius, & ex huiusmodi hæreditate capit primus hæres institutus quartam partem, quæ appellatur Trebellianica, sumpta ex nomine authoris, qui illam induxit, vt post alios per Abb. in cap Raynutius de testamen. & vltim. volunt.

Et ex tali clauf. cessant plures difficultates in quibus doctores se torquent, plurimum quæ laborant propter clausulam hanc codicillarem, quæ in practica vtuntur Notarij in omnibus fere testamentis Cagnol in d. l precibus eodem tit. num. 234. tom 2. vbi, quod ea est maximi effectus, quamuis ipsi Tabelliones non intelligunt, quę dicunt ad instar illorum cancorum, qui per rerum naturam bene cantat, sed non intelligunt rationem sui cantus, vt ibi, Et in summa, quando testator facit prædictas substitutiones regulariter apponitur dicta clausula, scilicet vulgariter si non erit hæres, Pupillariter si in pupillari ętate decesserit, & per fideicommissum si post aditam & post pubertatem decesserit.

Clausula in stirpes, & non in capita.

9 PRoculius præscriptæ clausulæ intelligentia præmittendo erit, quod prima omnium successio est illorum legitimorũ & naturalium cuiuscumque sexus ex eodem matrimonio, siue in potestate, siue emancipati, sint vel posthumi, hoc est post obitum patris nati, & succedunt parentibus ab intestato in capita exclusis omnibus, & ex transuerso cognatis. Nihil autem est aliud hæreditatem in capita diuidi quam eam in tot partes, easq; æquales dispartiri, quot sunt capita, quibus solet deferri, exempli gratia, Sempronius diem suum obiens, Titium, & Mæuium filios post se ab intestato reliquit. Vnde fit, quod in Sempronij hæreditate (quam in duas partes æquales diuidi necessum est) Titius & Mæuius, vterque in semissam, atque in capita succedunt, quia primum gradum ei succedentes caput faciunt, vt in l. post consanguineos, §. hæreditas, ff. de suis, & leg. hered. in stirpes vero successio diuiditur, quando liberi parentes sui locum assumentes, in ea dumtaxat hæreditatis parte succedunt, quam parens, vt superstes esset assecutus fuisse sic nuncupata quod non primum gradum, atque ideo caput ipsum sed eam plorem, quæ ex capite defluit, quasi stirpem, & gentilitiæ domus radicem conspicit, in hunc modum Titius ex intestato filios non reliquit, sed ex Seio nepotes, ex Caio nepotes tres, omnes patrueles, atque hæredes proximos successores, quorum duo ex Seio natili semissem, tres vero quos Caius edidit in alteram semissem vrique in stirpes vocantur, instit. de legat. agn. successor. §. hoc etiam Pater enim multis filiis habetur loco vnius cupitis ratum.

Clausula Codicill.

10 CLausula illa codicillaris, quæ apponitur in testamento scilicet. (Hanc autẽ testator dixit esse, esse & velle suam vltimam voluntatẽ, suumq; vltimũ testamentum quod, & quam valere voluit iure testamenti nuncupati, & si tali iure non valeret, valere voluit iure codicillorum, seu donationis causa mortis, & alterius cuiuscumque vltimæ voluntatis, quo seu quibus melius valere poterit, & tenere omni meliori modo, &c.) operatur, & locum habet, si testamento deficiat ex causa præteritionis, ad text. in l. si patroni, in princip. ff. ad Tebellian. Dcc. in authen. ex causa de lib. præt. & per clarum in §. testamento lib. 3. quæst. 46 vbi at testatur de magis communi, quod scilicet testamẽtum substineatur in vim Codicilli. Vide tamen in hoc Put. l b 2. decis. 285. num 2. Operaturque, & locum habet, vbi testamentum non valet propter defectum solemnitatis omissæ, & inter liberos operatur effectum volũtatis minus solemnis, & minus perfectæ Guid. Papa quæst. 513 operatur etiam, quod videntur rogati in testamento hæredes scripti, vt si testamẽtũ sit minus solemne, soluãt legata in eo contenta, vt seruetur mens Testatoris, vt notat in l ex testamento cum alijs citatis per Alexand in cons. 26. 1. volum. & in 2. volum. cons. 42. & in 3. volum. cons. 176. colum. Etsi non valet vt testamentum in scriptis, valebit, vt testamentum nuncupatiuum, Paul. de Castr. in l. hæredes palam, vers. Sed an valebit, ff. de Testamentis, & magis diffuse Specul. in tit. de æditione instrum. quod ista generalis clausula (si non valet iure

iure testamenti, valeat iure codicillorum, vel alterius cuiuslibet vltimæ voluntatis) operatur tantum cum testamentum deficiat propter defectū solemnitatis omissæ, vt supra diximus, vt puta cum deficiat numerus septem testium, vel alia solemnitas, & tunc valeat iure codicillorū. Non autē operatur si in alio deficiat, vt puta si rumpatur per quærelam, vel posthumi agnationem, vel minimam capitis diminutionem, & hoc probatur ex eo, quod dicitur, valet, & sic loquitur de præsenti defectu, qui erit, vt quia non est ibi plenus numerus testium, vel non testium, vel non sunt rogati, vel est mulier, non autem de futuro, vt de illo quod fiet, puta aliquid de prædictis modis; Si enim dixerit, valebit, tunc futuros complectetur defectus. Vt ergo hoc modos comprehendat; melior esse dicere (si non valet, vel non valebit iure testamenti, &c.) vt per Specul in 2. par. in §. compendiose, nu. 18, de instrum. editione. Si quis igitur velit secure testari, sic dicat. (Si non valet testamentum ratione præteritionis, vel exhæreditationis, vel alterius solemnitatis omissæ, valeat iure codicillorum, vel alterius cuiuslibet vltimæ voluntatis, & rogo omnes, vt mihi venientes ab intestato, vel succedentes ex testamento, vel aliquo iure, vt hæreditatē circa hanc clausulam codicillarem non diuexent) in Seraph. decis. 53. lib. 4. Quod operatur, vt fit locus substitutioni, quando testamentum est effectum caducum per mortem substituti etiā si concepta sit per verbum, valeat, quod est præsens subiunctiui modi, qui trahitur ad futurum.

Clausula omni meliori modo.

11 CLaus. illa (omni meliori modo, &c.) facit, vt testamentum in scriptis conditum valeat tamquam testamentum nuncupatiuum, quia tunc testator non se astrinxit velle solemniter in scriptis testari. Alexand. cons. 476 volum. 5.

Clausula cassans, &c.

12 CLausula (cassans, irritans, & annullans idem testator omne aliud testamentum, & donationem causa mortis, ac aliā quamcumq; vltimam voluntatem per eū hactenus, quomodocunq; sub quibuscunque verbis etiam derogatorijs factum, & factam.) Operatur quod vltima derogat priori, præsertim quando sumus in testatore litterarum ignaro, vel muliere; quo casu sufficit, vt in secundo testamento ad sit tantū generalis reuocatio absque speciali derogatoriæ clausulæ mentione, & in eo si fuerit apposita clausula illa derogatoria, præsumitur tantum apposita potius de mente Notarii, quam testatoris Idiotæ vsque adeo quod dicta clausula derogatoria nihil operatur, Barb. in cons. 89 col. 6 volum 4 late Paril. in cons. num. 10. cum seq volum 3. & quando testamentū primum non rumpitur per posterius hic referre mei instituti non est, sed pro eius intellectu in facti contingentia recurre ad summam Azon in 5 librum institution. in titulo quibus modis testamenta infirmātur. Rub.

Alia Clausula substitutionis.

13 CLaus. substitutionis alicuius ex eius familia adiecta ratione, & causa (quia vult bona sua conseruari in agnatione, & familia) operatur, vt inducatur fideicommissum in omnes de familia, vt in l cum pater, §. filio de leg. 2. citare per Menoch. de præsumpt, l 4 præsump 73. nu 45.

De alia clausula omni meliori modo.

14 CLausula (omni meliori modo, & forma) in his vltimis voluntatibus importat, quod si testator dixerit (relinquo Titium hæredem quoquo titulo) ifnd testamentum non valeat nisi dicatur iure institutionis, vt per doct, in c. Raymundus de Testamentis addita tamē ista clausula (omni meliori modo, &c) valet testamētum Bal. in l. quoties in fi C de hæred. instit. codicillari, Felin in c. cum super de offic. deleg. n 11 vers. Quid autē, & ibi, quod vbi lex exigit certam formam verborum, qua omissa actus vitiatur; secus vbi apponitur clausula (omni meliori modo, &c.)

Clausula integræ restitutionis hæreditatis.

15 CLausula hæc (totam, & integrā hæreditat restituat) operatur, vt Trebell prohibita censeatur Put decis. 448. l. 2. in fi.

16 Clausula derogatoria in secūdo testamēto non solemni posita, primū solemne, nō tollit per Cel. Vgo in tract. de claus. n. 31.

17 Nè testor, legat rem emphyteoticam, cadat à iure suo remedium est, vt prædiū, seu domum emphyteoticā leget saluo, & reseruato iure habentis directū dominiū, & traditio rei legatæ non fiat ab hærede antequā dominus directus cōsentiat, nec aliter, nec alio modo; & sic legatū erit validū, & testator non priuatur iure suo lo.

dilect.

dilect. de Arte testam. in tit. 6 de legatis caut. 46. num 2.

18 Clausula codicillaris substinet testamétum fratris etiam turpi persona hærede instituta Io. de Ielect. de arte testan. delib. institut cant. 16. nu. 4. fol. mihi 147.

SALVSTII TIBERII A CORNETO

Tractatus de Clausulis Instrumentorum.

PARS TERTIA.

De aliquibus pertinentibus ad officium Tabellionum circa extensionem clausularum instrum.

Cap I.

NEC erit ignorandum, quod si nota alicuius Notarii præmortui reperitur scripta in eius matrice originali posita in eius protocollo, vel alibi, vt puta, & promisit, &c. & constituit, &c. Notarius, qui hãc notam reassumit in publicam formam, poterit extendere d. claus. ceteras secundum substantiam cõtractus. Verum, quia multi consueuerunt diuersimodè loqui, erit aduertendum, quod si præcedens cõtractus est similis illi, de quo redditur nota in forma publica, & illa dictio & cætera, stat extensa in illa abbreuiatura, Notarius, qui reassumit illam notã in publicã formam, poterit extẽdere illam dictionẽ, seu notam sic ceteratam secundũ præcedentem contractum Sed vbi in contractu præcedẽti eiusdẽ materię mutaretur talis dictio diuersimode extensa, tunc Notarius subrogatus debet traducere, seu conficere instrum. cũ prædictis abbreuiaturis ceteratis, sicut ibi originaliter scripturæ manent: quoniã doctores in casu huius quęst. in l. si initium, ff. de eden. dicunt, quod dictio, &c. debeat extendi sicut cõsueuit extẽdi per eundẽ Not. mortuũ in alio simili cõtractu, seu instrumento. Specul. in tit. de instrum. editione in § ostenso, vers. Qui ergo si in abbreuiatura, in prima additione. Forma autẽ subscriptionis Not. qui publicat rogationes alterius Not. hęc est videl.

Ego N. notarius supradictum instrumẽtum de verbo ad verbum suscepi de nota talis notarii mortui, qui ipsum manu propria, quam bene noui, scripserat, & hoc de mandato magnifici D. A. Iudicis, quo ad substantiã nullo detracto, addito, vel mutato, vel transportato, & in publicã formam redigi, & meum solitum signum apposui.

Quibus pręmissis circa extensionẽ clausularum notarii mortui addo Caroccium in tract. de locato, & conducto in q. 4. de mercede in certa sub n. 32. vbi quod si reperiantur in breuiatura locationũ, vel aliorum instrum. alicuius notarii mortui, notarius subrogatus potest, & debet eã extendere secundũ consuetudinem notarii mortui: quę si reperitur varia, attẽdenda est vltima consuetudo, vbi citat Albericũ affirmantẽ hoc esse verũ quoad instrumenta confecta tempore illius vltimæ cõsuetudinis, in alius secus. Sed est seruanda consuetudo temporis confecti instrumenti, & sic quoe attendatur vltima cõsuetudo particularis person de actis, & gestis tempore illius vltimæ consuetudinis, vt supradictũ est. Bene verum est, quod circa dictarũ in breuiaturarum extensionem, notarius subrogatus debet apponere clausulas consuetas communiter apponi solitas per alios notarios, & ita cõciliando multas opiniones tenet Ias. in l. Gallus, § idem credendũ n. 16. de liber. & posth. quã cõmendet. Gabriel de consuetud. concl. 3. in fi. Extendere autem ex coniectura mente non posset notarius sine mandato Iudicis, vt ibi in fine,

fine,& de communi attestatur Ias. in l. Argentarius,num.3.ff.de eden. & prosequendo hanc satis quotidianam materiam dicendum etiam arbitror, quod licet Notarius censeatur rogatus, vt apponat in instrumentis clausulas apponi solitas,& consuetas Ias.in l.omnibus, § si procurator, numer. 17. si quis iure dicere non obtem. & l. 3. C. de iure emphyt. quod sanè intelligendum, vt scilicet apponat clausulas solitas semper,& eodem modo, Secus si aliquando diuersimode eas soleat apponere Ripa in l qui Romæ,§. duo fratres, ff. de verb.oblig num.49.Alexand.ibi citat.in cons.5 si vera sunt colum.4 lib.5. Vsque adeo quod Notarius, si in breuiatura posuit tantum (talis vendidit tali, talem rem, pro tali pretio præsentibus Testibus) sub illa imbreuiatura, &c. intelligitur id, quod in carta debet, & solet per eum apponi, Ias in l.Argentarius, ff. de eden. numer. 3. Eo amplius, quod alius Notarius extrahens illam imbreuiaturam, post illam complere, & extendere iuxta consuetum, vt per Bartol.ibi sub num. 2. eodem tit.& per eundem. Bartol in l.de die nu.5. ff.qui satisd. cog. & licet præmissa videantur contrariari per Marsil.in sing. 123. in vere clarum est, vbi quod talis Notarius non poterit apponere, nec extendere clausulas apponi solitas in similibus instrumentis, si illæ clausulæ appositæ non sint in originali allegat singulariter dictum Bald.in Rubric.C.de fide instrumentorum in sexta columna,vers.4.quæritur quod dictum pro valde non refert, & sequitur Ias. in l. final, in 12. colum. C de iure emphyteot.& ex hac Baldi doctrina apparet, quod ex protocollo vnius Tabellionis alius tabellio non potest conficere instrumentum, addendo aliquid, vel detrahendo, vt ibi, & ex relatis per eundem Marsilium in d singul. 123. clarum est in iure, quod tamen intelligerem, si in similibus instrumentis nullæ esset appositæ imbreuiaturæ, & suæ dictiones, &c. ex quibus possit haberi veritas circa substantialia contractus tamen cum hoc articulo variis doctores variæ locuti fuerint, remitto me ad eos,& de his hactenus.

Plura alia de erroribus Notariorum corrigendis. Cap. II.

ALiqua in proximo præcedēti cap,præmissimus de extensione imbreuiatura rum: non inutiliter etiam aliqua visa sunt dicenda de erroribus Notariorum, illorumque correctione pro quorum intelligentia recurrendum est ad Bart. in consil. 208. per totum, qui materiam hanc optime explicat. Vbi quod quodlibet instrumentum continet ista duo. Vnum, quod spectat ad notarium tantum, scilicet ponere Annum Domini, indictionem, diem, mensem, & locum, & alias solemnitates. Secundum,quod continet instrumentum est illud, quod spectat ad partes contrahentes, scilicet substantialia contractus,& in hoc erit videndum, an si circa alterum istorum notarius errasse se dicat, admitti debeat ad correctionem errori; Et circa primum dico. quod quandoque est erratum circa ea, qui non vitiant instrumentum nec ipsum nullum reddent, vt si in eo esset mala latinitas, & tunc non vitiatur instrumentum, l.imperator de Sta. ho. per notarium potest corrigi, quandoque est erratum in eo,in quo instrumentum vitiatur,& tunc quandoque constat, quod est erratum in quo si deficit, vitiatur exemplum, vt puta, si instrumento deficiat indictio; nam defectu indictionis vitiat instrumentum quandoque constat, quod est erratum,sed non constat in quo: vt sit omissa sit dies,& sic constat de errore,sed non in quo sit erratum: quia non constat de quo. Et notario dicenti se recordari,debet credi, probatur, quia officiali creditur in officio sibi commisso, & hocquando est erratum in omittendo.Sed quando est erratum in committendo,puta quia apposuit vnam diem pro alia, & isto casu non potest corrigere, nisi doceret de errore per testes, vel alios modos Quandoque est erratum alio modo,vtquia de in dictione non recordatur cum anno domini ; & tunc dicit, quod consuluit Diuus, quod instrumentum non vitiatur.Circa secundum principale,quando in eo, quod pertinet ad partem dicit se errasse, vt in præposito: quia dicit Notarius se errasse, ponendo in scripto illa verba habeat, & habere debeat libere, & expedire, &c. & hoc dicit, quod si notarius vult se incontinenti corrigere, admittitur aut ex interuallo,& non potest, nisi probato errore, Nam si discordat instrumentum ab originali protocollo,in tantum quod pars, cui dedit copiam scripturæ in qua constat ipsum

sum erraffe, cogitur ipsam notario restituere, vt ipsam corrigat, quod tunc facere debet cum decreto iudicis. Et erunt partes iudicis, vt pronuntiet in quantum cō. stat ipsum notarium erraffe, dictum errorem per ipsum corrigi, & partem debere sibi restituere scripturam sumptam, in qua apparet error, vt hæc omnia probantur per eundem Bart. in d. consilio superius citato a principio vsque ad finem.

Aliqua alia de pertinentibus ad officium Notariorum. Cap. III.

INfra summatim referuntur aliqua de pertinentibus ad officium Notariorum notarius non potest plus scribere, quam quod propriis oculis videat. Bursat. consil. 24. num. 11. volum. 1. fol. mihi 88. Vide etiam in hoc Marf. in singul. 462.

Notarius non præsumitur rogatus de sua propria scriptura, nisi afferat se rogatum. Corn consil 191. volum. 1. num. 1. & verius per Bart. in l. sciendum, ff de verb. oblig. scripsit tamquam notarius, vt l subscripsit.

Notarii si duo fuerunt rogati de instrumento quorum vnus tantum se subscripsit tale instrumentum non probat. Dec. consil 36 num. 1 Bal. in l. ius iurandum, colum. fin. C. de Testa. Test & an censeantur rogati insolidum. Put. decis 6 lib 1. per totum.

Notarius an possit instrumentum subscribendum alteri delegare. Pedemon. decis. 36.

Notarius non computatus in numero, quando Testium, quando conficiat aliquā scripturam, gloss. in l. hac consultissima, C. qui testa. n fac. poss & l Domitius, & ff. de Testam. Alexand. consil. 166. num. 2. vol. 2.

Notarius tenetur ad intereffe partis aliquid dolosæ omisit in instrumento Ias in l. errore scribentis, C. de Testam. num. 2. & quod potius præsumitur error, quam dolos Gabriel. conclus. 11. lib. 7. de maleficiis num. 16.

Notarius qualiter conficiet instrumentum super nullum, & an surdus possit instituere hæredem solo nutu, Bald. in l. discretis, num. 3. C. qui Testam. fac. poss.

Notarius, qui conficit instrumentum de testamento imperfecto, an puniatur de crimine falsi. Bal. in d. l. iubemus, num 6. C. de Testam.

Notarius, quando ignoraret an esset trāsacta media pars noctis, vel ne tunc potest dicere Actum tali nocte, quę fuit media infra talem diem puta Mercurii præcedentem, & Iouis sequentem, l. more Romano, ff de feriis.

Notarius an debeat habere cognitionē rei, quam scribit? & an debeat cognoscere contrahentes? Bal. In Rub. de fide instrumentorum, num. 9 & 13.

Notarii assertione, quando statur, quod contrahentes fuerunt duæ partes vniuersitatis? Capic. decis num. 5 Rol à Vall. in cons 90. num. 37. volum. 1. vbi quod creditur notario tractatum factum fuisse in eius præsentia, ibi num. 8.

Notarius qualiter scribere debeat aditionem factam per mutum. Vide Bart. in l. mutum, num. 2. ff. de acquir. hæredit.

Notarius quomodo debeat stipulari instrumentum diuersorum Idiomatum, & qualiter conficere instrumentum? Vide Gal. super Institut. de verb. stipul. in rubr. in § verbig.

Notarius in testamentis non debet apponere, scilicet mortis cognitione turbatus, quia similis Testatoris mortis cogitatione turbati nesciunt quid agant, & solent omnibus affirmatiue respondere, Ripa l. 2. §. si quis ita, num 10. ff. de verb. oblig.

Notarius vbi facit aliquam interlineaturam, vel abrasionem, seu cassationem, vult vt omnis cesset suspitio, attestetur in fine instrumenti, quod ipse interlineaturam, vel abrasionem fecit, Felin. in cap. ex literis, de fide instrument. vers. Quinta declaratio, sub num. 9.

De aliquibus clausulis compromissi. Cap. IV.

CLAVS. I.

CLausulæ (procedendi arbitrio tuo) importat arbitrium boni viri. Felin. in cap. 1. de constitutionibus, vers. & si dicantur committimus arbitrio, vbi ponit fallentiam quando ista verba diriguntur ei, qui alias erat iudex, vt ibi.

2 Clausula posita in compromisso (vt videas quid iuris) dic quod illa iudex cōpromissarius poterit decidere omne dubium, quod dici potest ex causa non solum in principali causa, sed etiam ex appendentiis

dijs Felin in d. cap. i. eodem tit colum. 56. vers. Et si dicatur videas quid iuris?

3 Clausula (procedendi de iure, & de facto) importat quod arbiter poterit procedere ad similitudinem. Arbitratoris ibi colum 56. in fine.

4 Et si dicatur (vt procedant secundum sensum suum) dic, quod poterit procedere secundum voluntatem suam propriam. Felin. ibi vers. & si dicatur secundum sensum suum colum. 57. circa princip. Contrarium tenuit Abb. in d cap. i. de constitution colum. 11. vers. in glos fin.

5 Quod procedas secundum libitum suũ) dic quod importat liberam voluntatem, per eundem, Felin. ibi vers. & si dicatur secundum libitum suum, colum. 57. circa med

6 Quod procedat secundum prudentiam suam (dic quod importat arbitrium boni viri, ibi in vers. & si dicatur secundum prudentiam tuam colum. 57 in medio.

7 Et si dicatur (procedens præuia ratione) dic quod intelligitur in monitione, & non conditione, ibi dict. colum. 57. in fine vers. & dicatur, quod tibi videtur.

8 Et sic dicatur (quod procedens secundũ spiritum suum) dic quod importat voluntatem liberam secundum regulam rationis, ibidem vers. & si dicatur secundum spiritum suum, colum 58 in princ.

9 Clausula in cõpromisso apposita (quod intelligatur esse lis, & quæstio de omni eo super quo fuerit laudatum) quid operatur, ad hoc primo no quod si super certo non potest trãsigi, ita nec compromissum de iure, & de facto fieri: quia habet vim transactionis, vt C de iudicijs. Authen. si vero, & ideo in generali compromisso quantumcumque pleno non venit illa, quæ sunt certa, & liquida, & super quibus specialiter compromitti non posset, etiam si apponatur præscripta clausula (quod intelligatur esse lis, & quæstio de omni eo, & super eo, super quo fuerit laudatum:) quia cum simpliciter, vel specialiter non possit transigi, nec compromitti super liquidis, non videtur qualiter illa clausula possit operari super liquidis, & claris, & in eis intelligatur compromissum, cui tamen responderi potest, operari circa alia non liquida, de quibus esset dubium, an venirent in compromisso tamquam de illis non fuerit cogitatum: nam ista clausula faciet, vt de eo, super quo fuerit pronuntiatum, censeatur cogitatum saltim genere; licet, si non esset apposita, non censeretur cogitatum, nec in genere, nec in specie, & in hoc est vtilis illa clausula, quod Paul. de Cast. dicit perpetuo no. quia est pulcra practica ad euadendubietatem, quæ potest oriri, vt l. 1. ff de transactionibus, num. 7. in Rubr.

10 De clausula (quod possit dari vni, & alteri tollere) & de alijs clausularum apponi solitis compromissis, & illarum importantia, de his satis loquuti fuimus in meo formulario instrumentorum, ideo de his hactenus:

Inferius sequuntur diuersæ aliæ clausulæ compromissi traditæ per Vgo. Cel. in eius tract. de clausulis.

11 Clausula [procedendi secundum æquitatem) in compromisso operatur, vt excludi possit receptio præscriptionis, ibi num. 105.

12 Clausula (quomodocumque, & qualiter cunque) non comprehendit casus, in quibus à iure requiritur mentio specialis ibi num. 119.

13 Clausula (in solidum) in compromisso, & (factum ab vno valeat, &c.) non operatur, quando omnes simul inceperunt cognoscere: quia tunc omnes simul debent laudare, ibi num. 139.

14 Clausula (partibus absentibus) operatur quod Arbiter possit pronunciare partibus absentibus, quod alias non posset, ibi num. 167.

15 Reductionem non ponere) intelligitur scilicet dummodo dolus absit ab arbitratore bona fide, non facilitate crassa, vel supina, quæ dolus reputatur, ibi, num. 168. & quod si fuerit iuste pronunciatum, seu arbitratum ibi. num 186.

16 Clausula (de iure, & de facto) facit, quod sententia, seu laudum potest etiam ferri de nocte, ibi num. 173.

17 Clausula (semel, & pluries iudicare) operatur, quod Arbiter potest iudicare diuersis vicibus, quando omnes quæstiones de quibus est compromissum, pro vna parte proponuntur, & si hinc inde ab vtraque parte deducta sint iura sua, secus est, quia omnes quæstiones, tunc debent simul in vna instantia decidi, ibi, num. 174.

18 Prorogatio compromissi debet notificari, & non debet esse maior: quam terminus

nus compromissi ibi num 179. & 180. & de iure, & de facto procedere, & de iure tantum sententiare ibi sub num. 185.

17 Clausula [diebus feriatis, & non feriatis] operatur, quod sententia arbitri valeat die feriata in hominum necessitatem, non in honorem Dei ibi num. 187.

De aliquibus clausulis mandati procuræ. Cap. V.

CLAVS. I.

NOta, quod illa verba, quę apponuntur in mandato procuratio [quod scilicet, Dominus promitti se ratum, & gratum habiturum quicquid procurator gesserit] non videntur necessaria: quia sufficit dedisse mandatum, nec alia rati habitio requiritur in illis, ad quæ mandatum extenditur: ad illa vero, & quæ mandatum non extenditur, etiam verba ista non extendūtur, Paul de Castr. in l. quodlibet, ff. de Solutionibus, & liberationibus sub num. 2.

2 Clausula [releuans ipsum ab onere satis dandi, & de iudicatu soluendo) facit vt ipse procurator præcise compelli possit iudicium suscipere, nisi ex aliqua iusta causa de nouo superuiuen. excusaretur, vel sit præsens, vt ipse compelli possit suscipere, idem Paul de Castr. in l filius familias in §. procuratore, num. 2. ff. de procuratoribus.

3 Clausula (constituit ad agendum, & defendendum) & postea subijciuntur illa verba (ad litem constant, iurandum de calumnia) ea non videntur necessaria: quia comprehenduntur qui illis verbis ad agendum, & defendendum, idem Castren. in l. si procurator, num. 5. C. de procuratoribus.

4 Clausula in dicto mandato posita (quod non sit melior conditio occupantis, sed quod vnus incipit, alter prosequi, & finire possit) verba hæc non faciunt, quo minus melior sit, nam is qui præoccupabit, præfertur alter; sed faciunt, vt illo postea impedito, vel prosequi nolente, alter prosequi possit, quod non esset, si ista verba non fuissent apposita, quorum tūc alter haberetur pro non dato, & sic requireretur nouum mandatum. Sed hæc verba faciunt, vt non requiratur, imo vt virtute primi prosequi possit: & nisi iste secundus postea impediatur, vel nolit primus poterit reassumere; Et propterea hodie solet addi instrumentis (quod non sit melior conditio occupantis, sed quod vnus incœperit, alter possit prosequi, & finire quæ vltima verba important, vt etiam si primus præoccupans non impediatur, alter tamen poterit prosequi, & sic mixtim poterunt procedere vnus facere vnum Actū, & alter alterum secundum, quod casus occurrerit, vt per eundem Castren. in l. pluribus num. 4. ff. de procuratoribus.

5 Clausula (cum libero, & generali mandato; ac generali administratione omnium bonorum) facit, quod procurator potest exigere, quietare nouare sacramentū deferre, & aliud pro alio permutare, Specul. in tit. de procurat. §. vt autem num. 15. & quod etiam potest transigerē firmat Ias. l transactionis, num. 7. C. de Transactionibus.

6 Clausula (citra reuocationem alterius procuratoris) operatur, vt ambo sint insolidum constituti, vt per Vgo Cel. in tract. de clausulis, num. 259.

7 Procuratorem, & nuncium specialem) clausula hæc facit, vt in electione constituti, an velit esse procurator, vel nuncius, ibi num. 296.

8 In contractu vniuersitatis initio cum illius procuratore, tutius esset, quod in mandato procuræ essent apposita illa verba (procuratorem, & administratorē) quia alias dubitaretur, quod creditor teneretur probare pecunias versas fuisse in vtilitatem Vniuersitatis, seu ciuitatis, secus si in mandato quis esset constitutus administrator ciuitatis, vel vniuersitatis, vt per Ripam in l. his qui bona, ff. de pignor. & hypot sub num. 8. vbi plura referuntur in simili materia, & in contractu minoris, ibi sub d. num. 8 & seq.

9 Clausula (omnibus meliori modo, &c.) operatur, vt dominus litis effectus possit substituere. Put. decis. 230. lib. 2. per totum.

De aliquibus alijs clausulis diuersorum contractuum. Cap. VI.

CLAVS. I.

CLausula (cassum) posita in margine protocolli, vel actorum non probat cancellationem, etiam si sit manu eiudē notarij, nisi habeat testes, diem, & consulem Vgo. Cel. in tract. de clausula nu. 215.

Dd 2 Clau-

2 Clausula (salvo iure dominii) in refirmatione feudi, seu Emphyteosis apposita operatur, quod si antea feudatarius, vel Emphyteota ceciderit a iure suo ob aliquam causam, non prodest sibi noua refirmatio, ibi num. 254.

3 Clausula (quod debitor constituit tenere omnia bona suo precario pro creditore) operatur, quod creditor potest agere contra quemcunque possessorem rerum debitoris, etiam non facta illis excussione; ibi num. 257.

4 Clausula precario nomine emptoris venditor constituit possidere) facit præsumi fictam venditionem, si venditor remansit in possessione, nisi venditor respondeat tempori de fructibus, vel nisi vsumfructum sibi reseruet, ibi num 274.

5 A. hæres cum beneficio l. & inuent. B. si vendidit bona hæreditatis pro satisfaciendis creditoribus, & legatariis, operatur ne emptor molestetur a creditoribus, & legatariis, ibi num. 289.

6 Clausula (si rescindatur, salua sit prior actio) posita in instrumento dationis in solutum, operatur, quod re euicta detur contra reum prima actio, quæ alias non daretur, ibi num 302.

7 Locator si promisit sub hypoteca seruate promissa) operatur, quod emptor non possit expellere conductorem de illa re, ei hypothecata, ibidem num: 305.

8 In clausula apponenda in transactione, scilicet, quando possit dubitari de inualiditate transactionis, quæ regulariter non fit de re clara, caute erit apponere hæc verba videlicet (deuenerunt partes ad infradictam transactionem, pacta, conuentiones, & liberationem) omnia ista verba incitant, vt non referantur solum ad transactionem, & sic valet omni modo quo potest, &c. Bart. in l. si causa cognita, nu. 6. C. de transactio.

9 Clausula posita in concessione feudi, scilicet; (pro se, hæredibus, & quibus dederit) operatur, quod per huiusmodi verba simpliciter prolata apparet manifeste, quod feudatarius potest de re sibi concessa disponere illam vendendo, siue donando, siue permutando, siue in dotem dando siue de ea testando, & valet datio. Rol. à Vall. in cons. 76. num 21. lib. 2. & quod contractus possint celebrari etiam die feriato in honorem Dei, attestatur Alexan. in l. ex facto tractatum §. si quis rogatus, num 4 ad Trebell.

10 Clausula (animo deliberato, & ex certa scientia) tollunt errorem, & ignorantiam Bertazzol. clauf 11. glos. 12. num. 1.

De aliis vero clausulis instrumentorum præsertim societatis officiorum, illarumq; extensione & declaration. habes in formulario meo instrumentorum, ad quod in facti contingentia recurrere.

Quibus addere visum est extensionem clausulæ, scilicet super periculo vitæ nominandę in ratificatione societatis, infra quindecim dies ab hodie proximos; & interim &c. quæ dictio &c. Sic videtur extendenda & interim illis elapsis alter non facta nominatione super periculo vitæ ipsius dantis pecunias, eo enim casu periculum vitæ non remaneat in suspensio, quia pecuniae, quæ dantur ante nominationem stant super periculo ipsius dantis vitæ, post verò nominationem super vitæ nominatæ periculo.

In clausula autem nullatiua contractus huius societatis, vel alterius contractus semper intelligitur conditio, si pars ad cuius fauorem est apposita vtatur, ita communiter teneri asserit, Cassad. decis. 12. in regul. cancel. num. 7. Cephal. cons. 25. num. 20. lib. 1. qui alios citat, Gabriel in suis conclusionibus de clausulis, lib. 6 conclus. 3 num. 26.

11 Clausula, quæ in fine inuentarii solet apponi, scilicet (protestatio, quod si aliqua apponenda non posuerit, quod voluit haberi pro apposita) an sufficiat? respondeo quod non si sciuerit aliquid aliud esse in bonis: secus si ignorauit, vbi autem sciuerit, hæc protestatio facta est mala fide, cum habeat ponere res singulatim in inuentario, vt l. fin. C. ad arbitrium tutelæ, & de administrat. one tutorum, l. Chirographi, de bonis vacantibus.

12 Clausula, seu declaratio Quarentigiæ, scilicet, quod Quarentigia nihil alius est, quam præceptum Notarii iudicis Cartulari, factum in debitorem confessum, vt soluat adueniente die, docet Bart. in l. 1. ff. de Iudiciis, Rip. in l. si insulam, num. 15. ff. de verb oblig.

Formula obligationis Cameralis in qua contrahentes obligant se, suosque hæredes, & successores, ac sua, & suorum hæredum, & successorum bona quæcunque in amplio-

ampliori forma Rip. in l. si insulam, nu. 15. ff. de verb. oblig.

Formula obligationis Cameralis in qua contrahentes obligant se, suosque hæredes, et successores, ac sua, et suorum hæredum, et successorum bona quæcumque in ampliori forma Cameræ Apostolicæ citra constitutionem procuratorũ, renuncian. omni, et cuicunque appellationi, reclamationi, et recursui, aliisque exceptionibus, quæ contra executione huius instrumenti interueni, et opponi possent, per quas obligationis exequutio minimè retardari, aut impediri, illisque non obstantibus ad finalem, et plenariam exequutionem procedi possit.

Aliam verò formulam huius obligationis Cameralis plenius extensam habet in mea praxi iudiciaria, Aud. Cam. in 4. lib. fol. 491.

MODVS PROCEDENDI *ad exequutionem literarum compulsoria- lium.*

PRIMO, Compulsoriales præsententur Iudici compulsori de partibus, et petetur ab eo eas recipi, et admitti; et ad illarum exequutionem iuxta illarum formam, et tenorem procedi, nec non decerni citationem contra partem aduersam ad dicendum contra literas cõpulsoriales videndum ad illarum executionem procedi, nec non deputari notarium, et nuncium locum, et horam audientiæ videndumque deferri iuramẽtum dd. notario, et nuncio de fideliter exercendo officium suum pro die N. proxima hora tertiarum in palatio solitæ residentiæ eiusdem D. Iudicis compulsoris: qui D. Iudex compulsor visis dictis literis compulsorialibus, et illarum tenore pro illarum executione deputauit notarium, et nuncium inferius nominatos, et diem, locum, et horam inferius descriptos; et deinde præuiis deputationibus superius tactis petatur ab eodem D. Iudice compulsore, vt committatur prius N nũcio deputato, vt faciat diligentiam de pre cio deputato, vt faciat diligentiam de reperiendo partem aduersam in dictis literis nominatam illiusque procuratorem si qui sit in ciuitate in qua compulsoriales exequi debent qua diligentia per nunciũ facta, & illa apud acta notarii relata petatur, & obtineatur à d. iudice compulsore mandari nuncio, quod citet partem aduersam per affixionem citationis ad valuas maioris ecclesiæ loci in quo dictæ literæ exequentur.

Qua citatione executa, & in actis notarii relata compareat procurator partis petentis, qui producat mãdatum suæ procuræ penes acta in publicam, & authenticam formam eadem die N. & hora tertiarũ sub qua citatio cadit, & instet apud iudicem compulsorem, pro decreto prout in citatione.

Deferatur deinde iuramentum notario, & nuncio a iudice deputatis de fideliter exercendo eorum officium.

His peractis procurator prędictus compareat coram d. iudice compulsore, & specificet in actis notarii nomina, & cognomina notariorum, & aliarum personarum penes quas iura compulsanda reperiuntur, & insimul petat, & obtineat decerni, & concedi contra eamdem persona; monitorium, vt sub pœna excommunicationis, & aliis pœnis in litteris compulsorialibus contentis debeant, & quilibet ipsorum debeat infra triduum proximum infrascripta iura, quæ in monitorio designentur coram d. iudice compulsore apud acta notarii exhibuisse, præsentasse, & dimisisse ad effectum ex illis transumptum leuandi, & transumptandi recepta ab eis competenti mercede.

Quibus iuribus exhibitis penes acta notarii præmittantur citatio contra partem aduersam, & exequatur contra eam personaliter si haberi possit sin autem contra eius legitimum procuratorem, quo non existente, seu se absentante, aut occultante exequatur per affixionem, vt supra dictum est ad dicendum contra iura producta, repetita, videndumque iurare testes super illorum recognitione, & committi notario causæ receptione iuramentorum eorundem testium pro die N. proximus futura hora deputata, & postquam commissum fuerit videndum dictos testes iurare in eorum, vel notarii domibus, aut

alius vbi reperti fuerint per totum diem Mercurij prox & quinque sequentes dies, & dandum interrogatoria quatenus illa dare intendat per totam illam diem qua iurauerint,& sequentem alias mandari examinari fine instante eodem N. principali,siue eius procuratore.

Qua executa,& relatione facta compareat procurator partis petentis die,& hora statutis in citatione, & accusata contumacia partis aduersæ petat,& obtineat decretum,iuxta formam citationis testes iudicat,& illos iurare faciat cum annotatione iuramenti vnius cuiusque testis distinctæ, & separatæ per hæc verba: N. testis pro parte d.N. inductus medio iuramento tactis scripturis iurauit ad delationem mei notarii.Et successiue lapso tempore ad dandum interrogatoria assignato parti aduersæ illos examinari faciat super dictorum iurium recognitione.

Animaduertendum,quod iura quæ producuntur sint originalia, videlicet, vel quod sit protocollum notarii rogati de illo,vel publicata ab eodem notario de illis rogato, cum alias si esset exemplum ab alio extractum non probaret etiam, quod attestaretur ex originale illud extraxisse, quia huiusmodi exemplum est nullum.

Et postquam iura recognita fuerint rursus citetur pars modo prædicto pro die;& hora deputata ad videndum mandari extrahi, seu transumptari dicta iura in processu specificata ex suis originalibus collationari faciendum,& interessendum quatenus interesse voluerit dictæ collationi faciendo,& deputari alium notarium,qui cum infrascripto notario causæ dictam collationem faciat,& super eisdem omnibus,& singulis iudicis decretum,& authoritatem interponi, mandarique omnia claudi, & sigillari sigillo eiusdem D. iudicis compulsoris,ac obsignata ad Rom.curiam transmitti instrumentum.

Qua citatione executa, & in actis relata compareat procurator partis petentis die, & hora in citatione statutis, & accusata contumacia partis aduersæ instet pro decreto iuxta formam citationis. Deinde in præsentia eiusdem iudicis compulsoris fiat collatio,seu auscultatio de huiusmodi transumpto cum originalibus,& Iudex interponat decretum, quod fuerit bene, & legitime factum, & Notarii deputati se subscribant,attestan.in eorum subscriptionibus collationasse, & auscultasse dicta transumpta, cum eorum originalibus, & inuenisse illa cum eis concordare, prout iacent de verbo ad verbum; ideo in fidē, & testamentum præmissorum se subscribant,& ponant eorum signum.

Modus procedendi ad executionem litterarum remissorialium.

PRimo debet fieri præsentatio per procuratorem Iudici remissoriali in eisdem literis remissorialibus nominato. Deinde per dictum procuratorem partis producentis de cuius mandato debet in actis notarii constare petatur à prædicto Iudici remissoriali dictas literas recepi,& admitti, & ad illarum executionem iuxta earum formam, & tenorem procedi, nec non decerni citationem contra partem aduersam ad videndum dictas literas remissoriales, seu illarum rotulum aperiri, dicendum contra videndum ad illarum executionem procedi, & deputari notarium,& nuncium, ac diem,& locū ad horam audientiæ,necnon videndum deferri iuramentum notario, & nuncio de fideliter exercendo eorum officium pro diebus scilicet Lunæ, Mercurii, seu veneris si remissoria a Rota emanabit,si autem ab Auditoris Cameræ singulis diebus præterquam in honorem Dei feriatis, præterquam die Iouis, si tanquā Iudice ordinario,si vero tanquam Iudice delegato citationes fiant ad instar Rotæ, prout superius dictum est, nisi in commissione apposita sit clausula procedendi singulis diebus,& horis, præterquam in honorem Dei feriatis, excepto die Iouis, vt superius dictum est hora tertiariū in domo solitæ residentiæ eiusdem D. Iudicis remissorialis; Qui dominus Iudex remissorialis visis eisdem literis remissoriis ad illarum executionē procedi mandauit,& deputauit notarium & nuncium, inferius nominatos, ac locum, & horam audientiæ, & iuramentum præscriptum eis detulit, & commisit N. nuncio deputato, vt faciat diligentiam de reperiendo partē aduersam personaliter, siue eius procuratores si qui sint in ciuitate in qua remissoriales exequi debēt, quia diligentia facta per nunciū de personaliter

ter citandum illisque non repertis facta relatione de tali diligentia petatur,& obtineatur per procuratorem partis producentis mandari nuncio, quod citet partē aduersam, seu eius procuratorem domi si ibi domicilium habuerit,& per affixionē citationis ad valuas maioris Ecclesiæ dicti loci vbi remissoriales exequentur.

Qua citatione executa, & relatione facta compareat idē procurator partis pro ducentis pro die,& hora in citatione statutis, & accusata contumacia citatorum, non comparentium, & instet apud Iudicem remissorialem pro decreto prout in citatione continetur, quo habito, deferatur per Iudicem iuramentum notario, & nuncio deputatis de fideliter exercendo eorum officium, quod iuramentum in actis describatur.

Postmodum vero,petatur,& obtineatur à Iudice remissoriali decerni monitorium contra testes in actis nominatos,quorum nomina, & cognomina describantur, vt sub pœnis in literis remissorialibus contentis debeant,&quilibet ipsorum debeat infra triduum iuramentum de veritate dicenda in huiusmodi causa præstitisse,& successisse se examini subiecisse,quod monitorium exequatur per nuncium contra singulos testes examinandos.

Deinde citetur pars aduersa sub hac forma, videlicet, ac dicendum contra articulos in rotulo remissoriæ descriptos videndumque iurare testes tam super illis, quam tota causa, & committi notario receptionem iuramentorum eorundem testium pro certis die,& hora deputatis, & postquam commissum fuerit videndum illos iurare in eorum, vel notarii domibus,aut vbi commodè reperti fuerint per totam illam, & decem sequentes dies, & ad dandum interrogatoria si quæ dare voluerit per totam illam, & sequentem dies, & intimetur eidem qualiter nomina,& cognomina testium, ac materiæ super quibus examinari debent sunt in actis notarii specificata; & testes examinabuntur singuli diebus,& horis. Instan.N.principali, siue eius procuratore.

Qua citatione executa per nuncium deputatum personaliter,si fieri poterit,sin autem domi dimissa copia quatenus pars aduersa ibi domicilium habeat vbi remissoria est exequenda, & per affixionem ad valuas maioris Ecclesiæ dicti loci, & relatione per nuncium facta compareat procuratori partis producentis die,& hora,ac loco in citatione statutis, & assignatis, & accuset contumaciam partis aduersæ qui petat, & obtineat decretum iuxta tenorem supradictæ citationis.

Quo decreto facto procurator partis producentis indicat testes in actis specificatos, & faciat illos iurare, & describatur per notarium iuramētum vniuscuiusque eorum distinctæ,ac separatim cum annotatione diei qua præstabitur iuramentū in hæc verba,videlicet, N.testis pro parte D. N. inductus medio eius iuramento tactis scripturis iurauit ad delationem mei notarij de veritate dicenda tam super articulis partis producētis, quam tota causa, & deinde lapso tempore parti aduersæ assignato ad dandum interrogatoria examinentur illi interrogentur iuxta interrogatoria, & deinde super articulis partis producentis iuxta formam remissoriæ, & deinde deueniatur ad examen testium, scilicet vniuscuiusque post alterum scilicet separatim redden. rationem in sua dispositione & alias iuxta prudentiam examinantis.

Et vlterius si aliqua de contentis in dictis articulis probari poterint mediantibus scripturis, & instrumentis, quo casu procurator partis producentis compareat corā iudice remissoriali, & nominet personas, seu notarios rogatos de dictis scripturis, & instrumentis, & pœnes quas illa reperiuntur, & peteat,& obtineat decerni contra eas monitorium, vt sub pœnis in literis remissorialibus contentis debeant, & quilibet ipsorum debeat infra triduum proximum dicta iura, seu instrumenta, quæ in monitorio, seu præcepto specificentur coram eodem D.Iudice apud acta notarij exhibuisse, præsentasse, & dimisisse ad effectum illa transumptandi.

Quibus iuribus penes acta notarij exhibitis premittatur citatio contra partē aduersam ad dicendum contra iura producta, & repetita, videndumq; iurare testes super illorum recognitione, illaq;admitti, & committi notario causæ receptionem iuramentorum testium pro certa die, & hora deputata, & postquam commissum fuerit videndū dictos testes iurare in eorum,vel notarij domibus,aut alias vbi re-

peti fuerint per totam dictam diem, & decem sequentes dies, & dandum interrogatoria quatenus illa dare intendat per totam illam, & sequentem diem, alias mandari examinari sine instante N. principali, siue eius procuratore.

Qua citatione per nunclum deputatũ executa, vt supra dictum est, & facta illius relatione cõpareat procurator partis procedentis die, & hora in citatione assignatis, & accusata contumacia partis aduersæ petat, & obtineat decretum iuxta formam dictæ citationis, & testes super dicta iurium recognitione inducet illosq iurare faciat, & successiue elapso termino assignato ad dandum interrogatoria illos examinare faciat super eorundem iurium recognitione.

Aduertendum erit, quod iura producta sint originalia idest, quod sit protocollum notarii rogat, vel publicata ab eodem notario de illis rogato cum alias si esset instrumentum ab alio extractum non probaret etiam, quod attestaretur ex originali ipso illud extraxisse, quia huiusmodi exemplum vitio nullitatis subiaceret.

Postquam autem iura recognita fuerint, & examen perfectum rursus citetur pars pro certis die, & hora deputatis ad videndum mandari extrahi, & transumptari dicta iura, & transumptatis, & extractis cum suis originalibus collationari, & interessendum collationis faciendæ quatenus interesse voluerit alias viden. dictã collationem fieri sine eius interuentu interuentu instante N &c.

Qua citatione executa, & relatione nuncium facta cõpareat procurator partis producentis pro die, & hora statutis, & accusata contumacia instet, & petat fieri decretum iuxta formam citationis, quo facto fiat collatio transumpti cum originalibus, de quo Notarius pœna acta attestetur.

Et his omnibus expeditis rursus citetur pars aduersa ad videndum mandari collationari processum, & omnia quæ collationanda sunt cum propriis originalibus, & interessendum collationi fiendæ quatenus interesse voluerit, & pro dicta collatione facienda videndum deputari diem, & horam, ac alium notarium, qui cum notario causæ dictam collationem, & auscultationem faciat, & super præmissis D. Iudicis decretum, & auctoritatẽ interponi, mandarique omnia in rotulo includi, & inclusa sigillo Iudicis obsignari, & obsignati ad Rom. Cur transmitti instante N.

Qua citatione modo premisso executa, & illius executione relata: compareat procurator partis producentis pro die, & hora statutis, & accuset contumaciam partis aduersæ, ac petat, & obtineat decretum iuxta tenorem citationis in quo mandet collationati processum cum suis originalibus pro qua collatione deputet alium notarium sibi bene visum, vel per partem aduersam, siue eius procuratorem nominatum ad singulos dies, & horas donec, & quousque perficietur huiusmodi collatio; interponendo super omnibus, & singulis præmissis eius decretum, & authoritatem, & mandari ea omnia claudi, & causa sigillari, & obsignatis ad iudicem suum cũ suis litteris quibus nuncietur litteras remissorias recepisse, & iuxta illarum ad omnia sibi ab eo demandata processisse.

Animaduertendum erit, quod pro faciliori recognitione notariorum ponatur in fine processus littera Legalitatis, quæ de facili recognosci possit in curia, & deinde ad eam transmittatur.

Item animaduertendum, quod si in termino alicuius citationis non possit obtineri decretum Iudicis, vel in parte tantũ obtineretur, quod iterum citetur pars ad id quod tunc obtineri non potuit a Iudice prima vice.

Sed si pars fuerit præsens, procurator parte aduersa presente faciat instantiam pro quocumque decreto, quod occurreret fieri quo casu notarius in decreto dicat partibus præsentibus, quoniam præsentia partium sufficit pro citatione.

Item est aduertendum, quod transumptan acta, & testium depositione omnia acta, & in primis, & ante omnia in vnum corpus extrahi, et transumptari, et deinde separari omnia dicta, et depositiones testium, et omnia simul transmitti eum sub. scription. notariorum faciend. vt in modo processus literarum compulsorialium scriptum, seu dictum fuit.

Modus procedendi ad executionem instrumenti subdeleg. super fructuum liquidandum.

PRimo debet præsentari instrumentum subdelegationis Iudici in eo nominato

to,et si in eo appareat duos iudices insolidum fore nominatos poterit præsentari vni tantum Iudici arbitrio partis producentis,de qua præsentatione notarius debet rogari.

Deinde per eundem procuratorem cuius mandatum producatur à præfato Iudice liquidationis dictum instrumentum, seu literas recepi, et admitti,et ad illius, seu illarum executionem iuxta illarum formam, et tenorem procedi necnon decerni citationem contra partem aduersã ad videndum mandari concedi ad executionem dicti instrumenti liquidationis,et pro illius executione assignari statuique competentem terminum peremptorium pro illa facienda, necnon deputari notarium, ac nuncium,diem,locum,et horam audientiæ, et videndum deferri iuramentum notario, ac nuncio de fideliter exercendo eorum officium pro diebus Lunæ, vel Mercurii, seu Veneris, si à Rota emanauerit instrumentum,si vero ab Aud Camer. singulis diebus prætetquam in honorem Dei feriatis,et præterquam die Iouis, si tanquam Iudice ordinario si autem tãquam Iudice delegato in diebus Lunæ, seu Mercurii, aut Veneris ad instar Rotæ, nisi in rescripto,seu commissione apposita sit clausula procedendi singulis diebus, et horis, quia tunc citationes præmittuntur singulis diebus præterquam in honorem Dei feriatis,et præterquam in die Iouis,et superius dictum est hora tertiarum in domo solitæ residentiæ eiusdem Iudicis, et iuxta dictam instantiam Iudex faciat decretum committendo nuncio quem eligit, vt faciat diligentiam de reperiendo partem aduersam personaliter, vel eius procuratorem si qui sit in dicto loco in quo instrumentum exequi debet.

Qua diligentia facta per nuncium si illos inuenerit personaliter citet iuxta prædictam instantiam si vero non inuenerit facta diligẽtia,et illa in actis notarii causæ relata petatur,et obtineatur per procuratorem partis producẽtis,quod citet partem aduersam,siue eius procuratorem domi eorum solitæ habitationis, ac loci beneficij si sit beneficiatus, et per affixionẽ citationis ad valuas maioris Ecclesię dicti loci in quo instrumẽtum exequetur Qua citatione executa,et in actis notarii relata compareat procurator partis producentis die, et hora statutis in citatione,et producat mandatum suum in publicam formã accuset contumaciam citatorum non comparentium, & instet penes Iudicem liquidationis pro assignatione termini infra quem liquidatio fieri debeat, & pro decreto prout in citatione quo facta deferatur per iudicem iuramentum notario,& nuncio deputatis ab eo pro exequutione instrumentis liquidationis de fideliter exercendum officium suum

Postmodum petatur, & obtineatur ab eodem Iudice decerni, & concedi monitorium,seu præceptum contra testes quorum nomina,& cognomina describantur in actis notarii, quod sub pœnis arbitrio Iudicis designandis debeant, & quilibet ipsorum debeat infra triduum iuramẽtũ de veritate dicenda in huiusmodi causa præstitisse,& successiue se examine subiecisse, quod exequatur per nuncium contra testes inducendos, & examinandos.

Et deinde citetur pars aduersa, seu eius procurator, ad dicendum contra articulos facto datos vidẽdumque illos ad probandum admitti, & cõmitti notario causæ receptionem iuramentorum eorundẽ testium pro certis die,& hora per d. Iudicem statutis, & postquam cõmissum fuerit videndum illos iurare in eorum, vel notarii dom.bus,& vbi reperti fuerint per totam illam: & alios decem sequentes dies, & dandum interrogatoria si quæ dare intendat per totam illam,& sequentem diem,alias mandari examinari sine eis,& intimetur eisdem qualiter nomina, & cognomina testium, ac materia super quibus examinari debent sunt in actis specificata, & testes examinabuntur singulis diebus. & horis instan- N. principali, siue eius procuratore.

Qua citatione,vt supra executa, & in actis relata, compareat procurator die, & hora statutis, & præuia productione articulorum in contumaciam citatorum non comparentium petat,& obtineat decretum iuxta tenorem supradictæ citationis.

Et quo ad reliqua seruetur forma tradita in executione literarum remissorialium superius scripta singula singulis cõgrue referendo, & debitæ adaptando.

NOVA ADDITIO VINCENTII MONALDI AD FORMVLARIVM INSTRVMENTORVM SALVSTII TIBERII A CORNETO.

Sponſalia per verba de præſenti contracta abſque denunciationibus mediante procuratore.

ILluſtriſſimus,& Excellentiſſimus Dominus Dõ N Dux N. procurator ſpecialiter cõſtitutus ab Illuſtriſſ. Domino Don N. ad deſponſandum Illuſtriſſimam Dominam Donnam N filiam fel,mem N prout de ſuæ procurationis mandato conſtàt inſtructo celebrato,&c. exhibuit, & conſignauit Reueren. D. N. Sacrorum Canonũ Doctori Archipresbytero Terræ N literas Miſſiuas Illuſtriſſ & Reuerendiſſ Domini Cardinalis de Monte Epiſcopi Tuſculani ſub cuius Diœceſi directa eſt dicta Terra directas ipſi d. Archipresbytero Quantum vigore datur facultas d. Archipresbytero, vt celebretur matrimonium, Deo dante, contrahendum inter dictos Illuſtriſſimum D. Don N,& Illuſtriſſimam Donnam N. priuatim in propria Cappella Domeſtica etiã non præcedentibus trinis denunciationibus fieri debitis iuxta tradita à Sacro Cõcilio Tridentino,& alias p out latius continetur in dictis literis, quas dictus D Archipresbyter conſignauit vna cum mandato procuræ prædicto mihi Vincentio Monaldo à Balneoregio notario publico retinendum hoc inſtrumento tenoris,&c. procuratorio nomine dicti Illuſtriſſimi D. Don N & vigore dicti mandati procuræ, & attenta licentia . vt ſupra impertita à dicto Illuſtriſſimo D. Cardinale de Monte dicto D. Archipresbytero inter Miſſarum ſolemnia ad interrogationem factam à dicto D Archipresbytero dictis Illuſtriſſimis Don N & N. An velint ſe in veros,& legitimos ſponſos,& coniuges accipere,& matrimonia inſimul contrahere,& conſumare , vtriuſque mutuo conſenſu habito per anuli prius à dicto D. Archipresbytero benedicti digito anulari dictæ Illuſtriſſimæ D. N, immiſſionem deſponſauit , &

ma tri

matrimonium inter eos solemniter indixit, & constituit. Quibus Illustrissimo D. Don N. procuratori dicti Illustrissimi D. N. & Illustrissimæ Donnæ N. post aquæ benedictæ aspersionem vtriusque sponsi dexteram manu tenens, nominibus quibus supra respectiue dixit Ego vos in matrimonium coniungo, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen. Et sicut hac Dei Cómemorationi vniuersalis Sanctorum fuit matrimonium huiusmodi celebratum. Ita vniuersis Sanctis placeat intercedere apud Diuinam Maiestatem pro Illustrissimorum DD. coniugum fœlici, & prospero statu, Nestorea superuiuentia, & proli, augusta propagatione. Super quibus, &c.

Tenor litterarum dicti Illustrissimi D. Cardinalis.

MR. mio carissimo. Volendo il Sig. Duca di N. che il matrimonio de la Signora Donna N. sua sorella, col Sig. Don N. si facci priuatamente. Io vi dò facoltà in virtù della presente di celebrarlo con le debite cerimonie nella Cappella domestica di S. E. ò in camera priuata. Et in quanto à le denuntie, essendo casa notoria, che trà questi Signori non interuiene impedimento alcuno, & cessando per consequenza il fine per il quale sono instituite, io le rimetto liberamente, acciò che senza tante dilationi, si venghi quanto prima all'effettuatione di questo negotio. Et il Signore vi prosperi D. Roma, &c.

Alia sponsalia per verba de præsenti.

R. D. N. Archidiaconus Cathedralis Ecclesiæ Balneoregiensis à quo, vt palam retulit, & fidem fecit fuit in dicta Cathedrali Ecclesia tribus diebus continuis festiui inter Missarum solemnia iuxta dispositionem Sacri Concilii Tridentini publicatum Matrimonium Deo dante contrahendum inter D. N. & N. Ciues Balneoregienses, & nullum fuisse impedimentum oppositum, quod impedire possit effectuationem dicti Matrimonii, habito sermone, vt patrem decet spiritualem pro ad monitione ipsorum super importantia, & effectu Sacramenti Matrimonii, præuia interrogationes eis facta à dicto R. d. Archidiacono an velit se in veros legitimos sponsos, & coniuges accipere, & insimul Matrimonium contrahere per verba de præsenti Vis Volo, vtriusque consensu habito, ipse D. N. per anuli prius à dicto d. Archipresbytero benedicti digito anulari dictæ d. Lucretiæ commissionem ipsam desponsauit, & propterea ipse d. Archidiaconus Matrimonium inter eos solemniter indixit, & constituit. Quibus post aquæ benedictæ aspersionem, vtriusque sponsi dextera manu tenens dixit. Ego vos in Matrimonium coniungo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen. Eisque auctoritate qua fungitur benedictionem dedit super quibus, &c. Actus in dicta Ecclesia sub cuius Parochia dicti sponsi degunt præsentibus, &c.

Litera familiaritatis Cardinalis.

ALphonsus N. Tituli sancti Sixti sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis. Familiares nostros se in officio gerentes si contingat à nobis discedere, dignos esse censemus: vt non solum honore, verum etiam vtilitate, studio, atque gratia prosequamur. Itaque D. N. Ciuis Balneoregiensis in Romana Curia causarum Patronus, in Patriam, vel quo magis ei placuerit proficisci velit, illum aliquo fauorabili beneficio decorari capientes. Cū apud nos in Patroni, & negociorum gestoris munere inseruiuerit spatio plurium Annorum eumque bonum, fidum beneuolum, atque præstantem probauimus, atque probemus vitæ, ac morum honestate, aliisque laudabilibus probatis, ac virtutum meritis inspectis his nostris literis apud quoscumque prout possumus commendamus, & cum nullo crimine, & vitio sit impeditus. Volumus vt muneribus, & priuilegijs nostræ domus cum accessu, & regressu gaudeat, & potiatur veluti ac si in ea permaneret. Datum, &c.

Sententia absolutoria ad fauorem Gubernatoris post sindicatum.

IN nomine Domini, Amen. Nos, &c. electi, & deputati in Concilio habito in hac nostra Terra Aquipendij pro hodicatu

catu D.N. gentis à Balneoregio I.V.D. qui Gubernatoris nostræ patriæ munere functus est, visa Inquisitione generali contra dictum D.N. forma. Viso banno super suo sindicato publicato, Visis pluribus pro clamationibus per tres dies continuos factis, termino elapso ad querelandum, & petendum in quo termino nemo comparuit ad querelandum, & petendum, & alijs videndis Christi nomine inuocato pro tribunali sedentes, & solum Deum pre oculis habentes attenta auctoritate nobis cōcessa à statutis, vt illius vigore, ac alijs omni meliori modo pronunciamus, senentiamus, & declaramus dictum D.N. fore, & esse penitus absoluendum, & liberandum prout absoluimus, & liberamus fideiussionemque de stando iuri, & iudicatum soluendo cassamus, & pro cassa haberi volumus, & mandamus; Declarantes ipsum optime, ac laudabiliter eius officiō functum esse, omnique honore, & laude dignum existere, literasque bonæ serultutis in ampliori, ac meliori forma in eius fauorem ad perpetuam rei memoriam fieri, & expediri decernimus, et mandamus. Et ita dicimus, sententiamus, declaramus, pronunciamus, et absoluimus non solum præmisso, verum etiam omni alio meliori modo, etc.

Visitatio liminum Apostolorum.

Illustrissimus, et Reuerendissimus D.N. Patritius Bononiensis Episcopus Balneoregiensis, volens ex suo Pastorali officio iuxta Sanctorum Patrum, et canonum instituta, ac depositionem Bullæ felicis recordationis Sixti Papæ Quinti super modo visitandi limina Sanctorum Petri, et Pauli Apostolorum aditæ iniuncta adimplere, sponte, etc. dicta die de mane vna mecum notario publico, ac testibus infrascriptis se contrahit ad Ecclesiam Basilicæ Principis Apostolorum, illamque deuote visitauit, et præuio signo Sanctæ Crucis, et aquæ benedictæ aspersione, in signum veræ visitationis genibus flexis primitus ante Cappellam Sanctissimi Corporis Christi, et deinde ante Altare, vbi quiescunt corpora Sanctorum Petri, et Pauli existēs in dicta Ecclesia orationes Deo fudit, suppliciterque orauit, dictumque Altare humiliter, ac deuote osculatus fuit, et manus adiutrices porrexit, aliaque in præmissis fieri solita, et requisita iuxta Sanctorum patrum, et Canonum instituta, et dispositionem dictæ Bullæ peragit, quibus peractis dictus Reuerendissimus D. Episcopus statim, et incontinenti; et recto tramite, et nulla mora interposita vna mecum notario, ac testibus infrascriptis accessit ad Ecclesiam Sancti Pauli, quam modo, et forma predictis visitauit super quibus, etc. Actum in dictis Ecclesijs respectiue præsentibus, etc.

Familiaritas Cardinalis.

N. S. R. E. Diaconus Cardinalis Dilecto nobis in Christo D. N. à Balneoregio in Romana Curia causarum patrono. Dilecto nobis in Christo D.N. salutem in Domino sempiternam. Vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, et virtutum merita, quibus personam tuam familiari experientia, et fide dignorum testimonio mouemus insignitam Nos inducunt, vt te specialibus fauoribus, et gratiis prosequamur opportunis. Vt igitur beneuolentiam nostrā qua personam tuam prosequemur per operis effectum sentias, et cognoscas. Te ex nunc in familiarem nostrum, et Domesticum commensalem tenore præsentium gratiose recipimus cæterorumque nostrorum familiarium numero, et consortio fauorabiliter aggregamus; volentes, vt deinceps quibuscumque priuilegiis honoribus, et fauoribus, quibus cæteri nostri familiares domestici, et continui commensales vtuntur, potiuntur, et gaudent. Tu quoque vti potiri, et guadere valeas, et ad nos in singulis tuis negotiis, in quibus senties fauorem nostrum tibi pro futurum, eum cōfidentia recursum habeas, nos enim ad tui honoris augumentū tamque commoditatem beneuolos reperies, atque gratiosos: Quocirca vniuersis, et singulis locorum ordinariis eorumque Vicariis in Spiritualibus, et temporalibus, Generalibus, et Gubernatoribus Locateuentibus, Auditoribus, Iudicibus, potestatibus, ceterisq; Officialibus, et ministris Ecclesijs, et secularibus quacumque auctoritate, et dignitate fugentibus, et functuris Sedi Apostolicæ

licæ subiectis, & alios ad quos præsentes nostre peruenerint requirimus, & hortamus, & in Domino attente rogamus, quatenus te intuitu nostro per eorum terras, & loca quæcunque, ire, & redire morari, pernoctare, ac si residentiam facere, & arma quæcunq. exceptis prohibitis in Motu proprio fel. rec. Pij Papæ V. cum duobus famulis deferre libere, licite, ac sine aliquo impedimento molestia, vel perturbatione reali, vel personali permittant Tibique de Saluo conductu, & itineris securitate, si opus fuerit, prouideant. Quos nobis in hoc morem gerere confidimus in similibus, & maioribus operam nostram propriam offerimus. In quorum, &c. Datum, &c.

Alia familiaritas.

Noi N. per la diuina misericordia del Titolo di S. Nicola in Carcere Cardinale di S. Romana Chiesa.

Habbiamo conosciuto sempre tanta prontezza, e volontà della persona del Sig. da Oruieto verso di noi, e le cose di nostro seruigio. Che volendogli mostrare qualche segno di corrispondente affettione, che li portiamo in virtù della presente connumerano tra nostri seruitori famigliari detto Sig. N. e suoi figlioli. Volendo, che godino tutti quei priuilegi, essentioni, prerogatiue, e comodità, che godono i Gētil huomini cōmensali, che attualmente assistono al nostro proprio seruitio. E particolarmēte, che detto Sig. N. e figlioli, cō due seruitori per ciascuno possino portare l'istesse armi per tutto lo stato Ecclesiastico, che possano portare l'istessi famigliari. Concedendone a loro tale licenza in ogni modo a noi possibile, sperando, che li Signori officiali, ministri di detto Stato per ciò non li molestaranno, di che il preghiamo con ogni affetto. In quorum, &c.

Locatio in emphytheusim in perpetuum ad effectum fabricandi.

Admodum Illustr. & Reuerendissimus D. N. Vtriusque Signaturæ Sanctissimi D. N. Papæ Referend. Vice, & Nom. Adm. Illustr. & Excell. D. N. filii bon. mem. N. Roman. Ciuis eius Germani fratris pro quo de rato, & ratificari faciendo præsens Instrumentū intra mensem ab hodie proximum promisit nobis Notariis bene cognitus Spōte, &c. ac omni meliori modo, &c. coram nobis Magnif. D. Constantino Bonellio Cameræ Apost. & Vincentio Monaldo Archiuii Rom. Curiæ Respectiue Notariis insolidum rogatis locauit, ac titulo simplicis, & perfectæ locationis in emphiteusim perpetuam dedit concessit, & transtulit Adm. Illustr. & Adm. Reuer. D. N. Nobili Ciui Florentino præsenti, & acceptanti pro se, suisque hæredibus, & successoribus quibuscunque situm cannarum trecentorum in circa positum in pertinentiis, & Vinea ipsius D. N. e conspectu viæ, quæ tendit a dicta Vinea, ad plateam, & Ecclesiam Sanctæ Mariæ Maioris duodecim cannarum in facie dictæ Vineæ, et si per filum alterius viæ tendentis a domibus, & Viridario D. N versus viam Montis Magnanapolis, e retro intra eandem Vineam per vigintiquinque cannas, constituens in totum dictas cannas trecentum, confinantes in facie, mediante supradicta Via publica nuncupata del N. & ab aliis tribus lateribus cum eodem D. N. mediante supradicta ipsius Vinea ad habendum, &c. transferens omnia iura, omnesque actiones, &c. ponens, &c. constituens, &c. & donec, &c. constituit, &c.

Hanc autem locationem, &c. dictus Reuerendissimus D. N. nomine quo supra fecit, &c. eidem D. N. præsenti, &c. pro annuo canone, & responsione perpetua scutorum quadragintaquinque ad rationem Iulii vnius cum dimidio pro qualibet canna soluendum prout dictus D. N. soluere, ac realiter, & cum effectu exbursare promisit eidem Domi N. locari licet absen. eodem Reuerendissimo D. N. vt supra præsenti, &c quolibet Anno, & prima solutio fieri debeat in Kalen. Mensis Nouembris proxime venturi præsentis Anni 1610. in tot Iuliis, & testonibus argenteis libere, & sine aliqua exceptione mora, vel retardatione alias, &c. & sic semper quolibet Anno de semestre in semestre, & in principio cuiuslibet semestri, continuare, & cum aliis pactis, capitulis, & promissionibus, & conuentionibus inter ipsas partes legitima stipulatione interueniente vallatis, & firmatis, videlicet.

Ita

In primis conuengono dette parti, che del sudetto sito concesso in emphyteusim come sopra ne debba far la pianta, à fin, che si possi sapere la quantità giusta di detto sito, & adesso li sudetti Signori contrahenti di commun consenso deputano li Signori N. N. à far la detta pianta quale adesso l'accettano, & approuano, e promettano hauer la rata parte, e fermaquale si debba fare tra vn mese prossimo, & deinde ad beneplacitum, talmente, che l'Instrumento non s'habbi per conditionato, ma resti nel suo vigore, & ad instanza di ciascuna delle parti si possa far detta pianta, e detto Signor Emfiteota, promette pagare il canone di detto sito, conforme alla detta pianta, à ragione di balocchi quindici per ciascuna canna di detto sito da pagarsi nelli termini espressi di sopra, e che nondimeno finito il fabricare, ò circondare detto sito di muri debba misurarsi di nuouo, e secondo tal misura pagarsi, senza pero ritardarsi in tanto di canne per le dette trecento canne, fino che la misura chiarisca per l'appunto quanto sia con effetto.

Che mancando detto Signor Emfiteota, e suoi heredi, & successori di pagare il canone per tre anni continui, e nel caso debb'alienare solamente il detto sito concesso, come di sotto si dirà, non osseruasse in tutto, ò in parte li patti espressi, & in qualsiuoglia modo contenuti nel presente instrumento, & all'hora, & in tutti, e singoli casi sudetti detto Signor conduttore, suoi heredi, e successori cadano, e s'intendono esser caduti delle ragioni che hauessero acquistate senz'altra dichiaratione da farsi, talmente, che il sudetto sito miglioramenti, & edificii s'intendono deuoluti al detto Signor N. locatore, suoi heredi, e successori senza speranza di potersi mai in alcun tempo repetere, talmente, che il dominio diretto insieme cõ l'vtile, e l'vsofrutto assieme con la proprieta tanto d'esso sito miglioramenti, & edifitij in esso in qualsiuogli modo fatti; sia consolidato, e sia lecito al detto Signor N. locatore, suoi heredi, e successori di propria auttorità, e senza licenza, ò decreto di Giudice andarui, entraui, e pigliarne il possesso, e preso riceuerlo senza vitio di spoglio, & attentato, e chi vi prendesse lite senza seruar ordine di ragione, hauendone solamente fatta vna semplice citatione etiã domi dimisse copia, à pagar d. canone senza seruar ordine giudiciario, &c.

Item, che ad effetto di succedere in detti beni emfiteotici, e miglioramenti da farsi in essi, se venisse in caso, che succedessero luoghi pii, Monasterii, e simili, detti luoghi pii, deuono pagare il solito laudemio, & ogni quindici anni rinouarlo, altrimente detto proprietario, & suoi, &c. possano di propria autorità pigliarne il possesso, & inuestirne chi più gli piace, à commodo però di detti luoghi pii, quanto all'vtil dominio.

Mà in euento, che l'emfiteota commetta delitto, per il quale venisse il caso delle confiscationi de beni, non possa in alcun modo succedere il fisco, anzi per vn mese innanzi, che l'emfiteota commettesse detto delitto, ipso fatto s'intenda, e sia deuoluto ad esso proprietario ad effetto poi di rendergli à figliuoli, ò altri heredi, che gli succedessero ab intestato, ò al medesimo emfiteata in caso, che fosse gratiato dal Prencipe, & rehabilitato al possesso di detti beni.

Et in euento, che detto delinquente fusse aggratiato dal Prencipe se tali beni saranno in mano de' sudetti più prossimi siano obligati restituirli al detto delinquente aggratiato, come anche se fossero in potere del locatore, quando non ci siano li sudetti prossimi sia obligato restituirli à detto delinquente aggratiato, nel qual ritornino detti beni liberamente: come prima con pagare il medemo canone di prima, e con li medemi patti, capitoli, e conuentioni contenute nel presente instrumento, e ciò possa fare l'emfiteota da per se, senza tela Giudiciaria, ma di propria autorità.

Item, che detto emfiteota debba spendere effettualmente in termine di cinque anni prossimi mille scudi di moneta in detti beni in fabrica di casa, e mancando di spendere in detto tempo li sudetti scudi mille intieramente, come s'è detto, detti beni s'intendono deuoluti al detto Sig. Proprietario, e l'emfiteota, e suoi possano essere astretti, ò far detta spesa ad ogni richiesta di detto Sig. proprietario.

Che se nel cauare, che si farà in detti beni per fabricare, ò per altro fine, si trouassero, ò argento, monetato, gioie, ò pie-

tre

tre pretiose, deuano diuederfi in tre parti eguali, due delle quali deuano essere di detto proprietario, e suoi; e l'altra terza di detto emfiteota, & suoi, &c. trouandosi altri metalli, Marmi, Statue, e Colonne, ò altra cosa fiano d'esso emfiteota.

Item promettono, fatta che farà la pianta del sudetto terreno, consignarla à noi notarij ad effetto d'inserirla nel presente instrumento, qual pianta si douerà fare à spese communi.

Item che se nel fare detta pianta si trouassero detti beni d'esser di magiore, ò minor quantità dell'espressa nel presente instrumēto il canone sudetto debba crescere, ò diminuirsi respettiuamēte a proportione secondo la ragion'espressa di sopra.

Item, che nè detto Signor N. ne suoi sudetti possino per alcun tempo per atti tra viui, o per titolo oneroso, ò lucratiuo, nè anche per tempo breue, ò cō patto di poter ritrahere, transferire in altri, ne in qualsiuoglia modo alienare detti beni, e miglioramenti, ò parte d'essi etiam minima, pigliando il termine d'alienatione nella significatione sua larghissima, & in maniera che comprenda tanto l'alienation volontaria, quanto la necessaria senza espresso consenso in scriptis di detto Signor proprietario, e suoi, &c. qual consēso ancor che per altro di ragione douesse darlo esso, non fiano obligati à darlo, nè meno possa esser supplito, o dato in lor luogo da Giudice alcuno, se non concorreranno l'infrascritte cose.

Prima, che si paghi il laudemio nell'atto del consenso a ragione di scudi due per cento del valore delli beni, e meglioramēti da alienarsi.

Secondo, che quello, che acquisterà dia copia sēplice almeno à detto Signor proprietario, e suoi, &c. l'instrumento di detta translatione, o vero alienatione trà vn mese dal dì d'esso instrumento.

Terzo, che la translatione, ò alienatione non alteri in alcun modo in pregiudicio di detto Signor proprietario, o suoi &c. la natura, patti, e capitoli della presente concessione, ma che s'intenda fatta con essi detto verbo ad verbum, che ne detto emfiteota, ne suoi possino mai per alcun tempo sforzare detto Signor proprietario, e suoi, affrancare detto canone, ne meno à vedergli il diretto dominio, nè à preferir- gli nella vendita, ò alienatione di detto canone ancora per la bolla super iure cōgrui, ò per altra dispositione, che cantasse à lor fauore.

Che sia tenuto l'emfiteota, ò suoi, &c. à far mettere à sue spese in vna parte della facciata anteriore della fabrica da farsi in detti beni vna lapide di marmo con quell'inscrittione denotare, che detto sito sia sotto la proprietà del sudetto proprietario diretto, e stabilita, che la detta facciata non essendo posta la sudetta lapide dall'Emfiteota possa il Signor proprietario in supplimento farcela mettere, & occorrendo che detto Signor Emfiteota conducesse in detto sito acqua la quale in cōcederseli dal padrone non gli fusse prohibito il disporne à fauor d'altri in quel caso seruito, che habbia à detto Signor Emfiteota, tanto nel sudetto sito, che piglia di presente dal Signor N. quanto in qualsiuogli altro, che potesse pigliarne per l'auuenire sia tenuto gratificarne detto Sig. Locatore per gl'altri suoi siti.

Et promisit dictus Reuerendissimus dominus N. quo supra nomine, & cum eadē de rato promissione præsentem locationem, & concessionem in emphyteusim sibi facere licuisse, & licere, & esse, ac perpetuo fore bonam, &c. & in eam tamquā talem facere toties quoties, &c. consentire omnes personas, &c. in totum, aut pro parte ius, aut interesse aliquam habes, seu habere prætendens, ac toties quoties emphiteotam, & suos, &c. penitus eximere ab omni lite in dicto, & super dicto sito, aut aliqua illius parte, tam forsam motas, quā in futurum mouendas ad omnem solam simplicem, & extra iudicialem requisitionem, aut interpellationem faciendam, & parte dictæ Emphiteotæ, ac eius hæredē, &c omnibus dicti D proprietarij sumptibus, & expensis alias in omnes, & singulos casus, & euentus præmissis, vel alicui præmissorum contrarios, seu inualiditatis, vel rescissionis præsentis contractus, ex quouis capite de omni, & quacumque dicti situs, & terreni euictione generali, vniuersali, & particulari in forma iuris valida, & in vrbe consueta, & ad omnia damna, &c. teneri voluit ad fauorem dicti D. Conductoris præsentis, &c.

Quę omnia, &c. de quibus, &c. quod, &c. pro quibus, &c.

Teste-

Testamentum.

Apud Sanctissimum Dominum Nostrũ Pontificem Maximum pro Ciuitate Ferrariæ Orator mihi Notario notissimus, asserens dudum proposuisse de bonis,& facultatibus suis disponere, & considerans huiusmodi aptatum propositum numquã maturius exequi posse, quã dum animus nulla corporis ægritudine perturbatus in viridi rationis, ac intellectus potentia libere patitur, ideo deliberauit dum ipse ad præsens Dei beneficio bona corporis valetudine,solitaque mentis sanitate perfruitur concedere suum vltimum testamentum nuncupatiuũ,quod de iure ciuili dicitur sine scriptis, prout ex nunc condit,& ordinat modo,& forma sequen.&c.

Primum igitur supplex orauit Diuinam Maiestatem, vt quæcumque in hac vita peccauit pro sua infinita misericordia sibi ignoscere,& animã eum primum ab hoc humano corpore fuerit soluta in cæleste portum recipere dignetur, inuocando humiliter Beatam Virginem, ac omnes Sanctos,vt hac impetrandã huiusmodi Diuinam Misericordiam,& gratiã intercedant pro se,& suscipiant patrocinium suum.

Cadauer suum,si in patria decesserit humari voluit in sepultura paterna; sin autẽ in maiori Ecclesia, in qua esset deserit.

Et quia filios, nec consanguineos habet de quibus sibi necessario sit cogitandum in euentum, quem ipse D. Testator decedat absque filiis legitimis,aut naturalibus, & non alias aliter, nec alio modo, de quo expresse protestatus fuit, & protestatur in omnibus,& quibuscumque bonis suis mobilibus, & stabilibus, seque mouentibus, iurisque, & actionibus, ac debitorum nominibus, ac in vniuersa hæreditate,& successione sua hæredem vniuersalem instituit esse voluit, & ore proprio nominauit N. qui teneatur saltem intra sex menses post obitum testatoris emere loca decem Montium non vacabilium Almæ Vrbis, sub nomine, & ad fauorem primogeniti N. ac primogenituræ infrascriptæ, & in emptione præscripta erogare pecunias hæreditarias, quæ in promptu reperientur, aut vendere tot ex bonis supellectilibus hæreditariis, quot satis erunt pro emptione præfata.

Voluit insuper,ac mandauit dictus Testator, vt hæres, & eius successores infrascripti teneant, ac debeant ex fructibus, redditibus,& prouentibus quibuscumque dilæ hæreditatis intra quadraginta annos proximos à die, qua dictus Testator diem clauserit extremum emisse loca ducenta Montium non vacabilium Almæ Vrbis vltra dicta decem,vt supra emenda,ita vt in totum sint loca ducentum, & decem scilicet in fine cuiuslibet ex dictis quadraginta annis loca quinque sub nomine, & fauore primogeniti ipsius Domini Hæredis, & primogenituræ infra facien. Quæ loca ducenta, & decem debeant subiacere fideicõmisso,& primogenituræ infra facien.

Fructus autem redditibus,& prouentus in dies decurrendi dictorum locorum Montium pro tempore emendorum, durante tempore dictorum quadraginta annorum,non possint percipi ab herede,nec ab eius hæredibus, nisi ad effectum deponendi in Monte Pietatis Almæ Vrbis, ad effectum, & cum primum aderit tanta summa erogetur in emptionem vnius loci Montis quod fieri, ac adimpleri debeat de omnibus fructibus prædictis, ac etiam de fructibus fructuum durante dicto tempore quadraginta annorum, & hoc ad effectum,vt augeatur, & multiplicetur numerus dictorum locorum ducentorum,& decem,& constituatur certus annuus redditus pro,&c. hæredibus,& primogenituræ vt infra facien omnes autem,& singulæ emptiones, & acquisitiones dictorum omnium, & singulorum montium fiant, ac fieri debeant ad fauorem D. Hæredis, & primogenituræ infrascriptæ,quæ subiaceant, & fiat obnoxia primogenituræ, & fideicommisso infrascripto cui primogenituræ dicta omnia loca Montiũ ex nunc prout ex tunc,ac productum etiam, quãdo empta fuerit omnino applicauit cum onere fideicommissi, & substitutionibus infrascriptis, & ideo in quibuscumq litteris Patentibus desuper expediendis debeãt toties quoties emptiones fieri contigerit fieri expressa mentio de primogenitura, & fideicommisso, ac declarari, quod emptiones fiunt de pecunijs profectis ex introitibus hæreditariis, ac de hoc testamẽto die, & anno quibus celebratum fuit, & de notario, qui de illo fuit rogatus.

Finitis, autem, & completis dictis annis quadraginta cum primum se obtulerit, & præbuit occasionem emendi aliquod

quod Castrum, aut Castra iurisdictionalia debeat nedum dicta loca ducentum, & decem, verum etiam alia quęcumque loca Montium ex fructibus illorum excepta, & multiplicata vendi, & earum precium erogari in emptionem Castri, siue Castrorum præscriptorum, & non in alium visum, cũ idoneis tamen cautionibus de euictione Castri, aut Castrorum emendorum, & aliis clausulis &c. cautelis desuper necessariis, & opportunis. Quæ emptio fieri debeat ad fauorem hæredis, ac primogenituræ infra faciend. & Castrum, & siue Castra emenda subiaceant, & subiacere, ac obnoxia esse debeant primogenituræ, ac fideicommisso, ac pactis pœnis declarationibus, substitutionibus, & aliis infrascriptis, & ideò mandauit, vt in emptione fiat expressa mentio quam emptio fit de pecuniis hæreditariis profectis ex precio locorum montium præfatorum, ac de testamento die, & anno quibus fuit celebratum, ac de Notario, qui de eo fuit rogatus.

Quoniam vere eius firma voluntas, & intentio fuit, & est vt omnino fieri debeat ac fiat emptio, & acquisitio Castri, aut Castrorum prædictorum post lapsum dictorum annorum quadraginta, ideo voluit, & interea, ac donec, & quousque emptio, & acquisitio facta realiter non fuerit prohibita sit hæredi, ac successoribus preceptio fructuum dictorum locorum Montium, ac ex nunc prout ex tunc, & e contra expressè omni meliori modo prohibuit, quos fructus interea, ac vsque ad factam emptionem præfatam, ac fructuum, fructus erogare mandauit in emptionem aliorum locorum Montium in augmentum dictæ multiplicationis, modo, & forma, ac prout de aliis supradictis statutum fuit in omnibus & per omnia firma nihilominus lege, & ordinatione, vt supra facta circa emptionem Castri, & castrorum præfatorum cui numquam derogatum esse voluit, & vult.

Ne autem executio suæ voluntatis artificiosè aut negligentor differatur expresse statuit, & mandauit, vt si hæredes, siue successores defecerint, aut fuerint morosi in emptionem Montium, ac illorum multiplicatione, & augumentatione, vt præfertur faciendo per quinquenniũ continuum teneatur dictus N. & successiue hæredes eius, & successores soluere N. & successiue eius hæredibus, & successoribus quibuscumq. scuta bis mille monetæ toties quoties per quinquennium præfatum fuerit contrauentum. Quæ pœna soluta, vel non aut gratiosè remissa, teneantur nihilominus hæredes, & successores sui dicta loca Montium emere, & multiplicationem præfatam omnino facere, quia sic sibi disponere placuit, & placet, & qui etiam aliter non deposuisset.

Et quia non nostrum est prouidere sinistros euentus, & casus fortuitos, qui forsan euenire, & succedere possint, quod Deus auertat, quorum causa non posset ita adimpleri dicti testatoris voluntas. Ideo statuit vt a solutione dictorum scutorũ bis mille, & non possit dici hæredem, & successores incidisse in commissum, immo mora purgari possit dicto quas in casus impedimenti prouenietis expresse. Incẽdio bello publico præcipuè in statu, ac dominio Ferrariæ, & locis circumuicinis spatio milliarium triginta, aut inundatione, & qua resultet ammissio fructuum vniuersę hæreditatis, aut qui non ascendant ad precium locorum quinque montium annuatim, vt supra emendorum spatio quadraginta annorum, qui si ascendant, & satis sit pro emptione locorum quinque Montiũ omnino emi debeant præmissis aliis quibuscunque non obstantibus:

Et insuper tractu temporis pariter euenire posset, & ex diuersis infortuniis præcipuè in statu, ac dominio Ferrarien. euenire solitis, aut possibilibus, vt fructus redditus, ac prouentus hæreditatis prædictæ adeo diminuantur, vt non expediat emere Castrum, ac Castra iurisdictionalia. In talem casum tantummodo perfecta tamen multiplicatione pręfata quam omnino fieri, & compleri statuit, & mandauit ad effectum, vt certus redditus hæredis, ac successoribus in primogenitura omnino remanere debeat eos liberauit, ac liberatos esse voluit ab onere faciendi acquisitionem, & emptionem præfatam, & voluit eis luere de fructibus locorum Montium præfatorum, ac eorum, & cuiusque ipsorum libitum voluntatis disponere remanentibus nihilominus semper in perpetuum, & in futurum locis Montium pro dictis subiectis fideicommisso primogenituræ substitutione, & deuolutioni prædilectioni, & cautelis infra specificandis, & tam in hoc, quam in purgatione moræ in

casu

casu non emptionis locorum Montium per quinquennium continuum, vt supra dictum est, standum sit arbitrio, & declaratio ni etiam facien ad Illustrissimis; & Reuerendissimis Dominis Legato, & Episcopo Ferrariæ pro tempore sola facti veritate de bono,& æquo absque Iudicis obseruatione inspecta.

Et prospiciens ex experientia docet familias conseruare in earum nobilitate, ac dignitate potissimum opibus, ad diuitiis quæ si in plures partes diuidantur vtique decor, ac splendor familiarum declinare solent, & familiæ quantumcumque nobiles ad inopiam,ac ignobilitatem reducuntur merito cupiens bona, ac vniuersam eius hæreditatem in vna tantum persona conseruari, ac Deo dante ampliari, voluit statuit, & irreuocabiliter mandauit, vt vniuersa eius hæreditas, & bona cum locis Montium, vt supra emendis augendis, & multiplicandis,sint, & spectent, ac spectare perpetuo debeant ad dictum dominum Hæredem, vt supra institutum eius vita durante, & post ipsius D. N. mortem succedat in hæreditates, & aliis prædictis bonis,& montium locis emendis,& multiplicandis supradicti D. N. filius primogenitus si superérit, sin autem aliis ex filiis natu maior dictus D. N. si extiterit alias eiusdem primogeniti, aut alterius natu maioris filius, vel ex eo nepos primogenitus pro nepos, & aliis descendentes unus post alium de primogenito in primogenitum,seruato gradu primogenituræ, & in perpetuum etiam vltra decimum, & vigesimum gradum durante linea masculina legitima, & naturali dicti D. N. vt qui primogenitus erit succedat, & primogenitus intelligatur etiam, quod vnicus esset filius.

Quod primogenito, & eius linea masculina, & descendentibus ab ea masculis non extantibus habilibus ad succedendũ, ac prolem procreandam iuxta dispositionem, & ordinationem dicti testatoris, aut extantibus, & postea quandocunque deficientibus,& extinctis,& sine extantibus, & esse religiosi, aut alias religionem profiterentur,tunc succedat secundo genitus, dicti D. N.aut eius filius, vel nepos, siue pronepos, cum sua primogenitura in perpetuum,& in infinitum.

Et si nõ extaret secundo genitus, vel extaret, & postea quandocunque deficeret, & pariter eius linea legitima, & naturalis extinguéretur, succedat tertiogenitus, & eius descendentes masculi, & inter eos qui primogenitus erit, & illis non extantibus,siue postea extinctis, succedant alii, & linea dict: D.N qui primogenit. erunt gradatim, & ordine successiuo vnus post alium in perpetuum,& in infinitum durante linea prædicta, & extantibus masculis legitimis,& naturalibus constante vero legitimo matrimonio, & de proprio corpore conceptis, & natis ex stirpe, & prosapia masculina,non autem postea legitimatis, aut legitimis factis Domini Testatoris vero linea finita, ac omnino extincta succedat Ill.D N.filius D. N. germanus frater, ac illius descendentes masculi, & linea masculina primogenituræ locum habente gradatim, & ordine successiuo in perpetuum, & in infinitum quemadmodum, &c.circa descendentes D. N. dispositum fuit.

Finita vero linea D. N. hæreditas deuoluatur ad filios naturales, aut spuriosos nothos, & bastardos masculos quocumque genera naturalitatis, & illegitimi cohitus procreatos itaut nulla si differentia inter masculos spuriosos,& cuiuscumque generis bastardorum, sed omnes æqualiter admittantur ordine primogenituræ seruato cum aliis contentis in hoc testamento.

Studeant ideo,& omni curent naturalis, & alii ad dictam successionẽ vocati legitimationem, & habilitationem ad successionem in bonis emphyteoticis Ecclesiasticis quatenus tali legitimationem,& habilitatio nem opus sit, & non alias aliter, nec alio modo,quatenus vero ob huiusmodi substitutionẽ bastardorum, & aliorum, vt supra vocatorum testamentum, & alia supra, & infra disposita integre executioni demandare non possint, aut non subsisteret, & propterea bona emphiteotica Ecclesiastica deuoluerunt talis bastardorum, & illegitimorum substitutio locum non habeant,& pro infecta habeatur, & haberi debeat.

Ad probandam in quam filationem sola paternitatis reputatio, & appellatio sufficiat,& saluis præmissis declarauit, ac voluit intelligi habiles ad succedendum etiam si post mortem parentum adita vel non adita hæredicate etiam quibuscumque ex quauis causa, & occasione ius,aut interesse habentibus, vel habere præ-

prætendentibus minime iudicialiter, vel extraiudicialiter requisitis, & etiam ipsis ignorantibus, & insaltis, & contradicentibus, & etiam quod sine causæ cognitione legitimati, aut dispensati forent, hortatur tamen dictus testator sic successuros vt aliquando legitimationem impetrare procurent, & quatenus opus sit, realiter impetrent à quibusuis ad id facultatem habentibus, modo forma ordire prædilectione primogenitura, ac prohibitione, & alijs qualitatibus in omnibus, & per omnia prout supra infra dictum est semper saluis, & exceptis, & inter naturaliter natos, & procreatos præferantur, qui legitimi erunt per subsequens matrimoniū quibus deficientibus, alii qui prius legitimati succedant, deinde qui naturaliter tantum procreati sint, & non legitimati in huiusmodi primogenitura cum sua legitima linea, & naturali masculina similiter de primogenito in primogenitum descendendo, repertis modo ordine prohibitione qualitatibus, & perdilectione, de quibus in præsenti testamento iura primogenituræ apparent.

Si vero plures erunt naturales sic legitimati, attendatur primogenitus, & maior natu, & sic deinde in infinitum ordine successiuo prout de aliis dictum fuit.

Vtraque autem linea masculina dictorum D.N. vt supra extincta succedant filii masculis legitimi, & naturalis ex filiabus fœminis dicti domini N. iuxta ordinem, successionem, & primogenituram, de qua supra fit mentio, & primo ex primogenita fœmina primogenitus masculis legitimus, & naturalis, & alias vt dicta primogenitura descendentium masculorum, & dicto D N. iuxta eorum primogenituram ordine tamen successiuo, & sic in infinitū masculis existentibus legitimis, & naturalibus ex dictis filiabus fœminis, dicti domini N linea directa.

Quibus deficientibus, aut non extantibus, succedant filii masculi legitimi, & naturales ex filiabus fœminis dicti D.N. iuxta ordinem successionem, ac primogenituram, de qua supra dictum est descendentibus ex filiabus fœminis dicti D.N. in omnibus, ac per omnia.

Conditione in quolibet filio masculo ex dictis filiabus orto adiecta vt quilibet ipsorum, qui cum primum ad successionem dictorum bonorum hæreditatorium iuxta huius testamenti ordinem fuerit admissus, debent se in omnibus, & singulis actis tam publicis, quam priuatis cognominari facere de domo, & familia ipsius domini testatoris, & principaliter vti cognomine dicti testatoris secundario vna cum proprio cognomine, & eiusdem insignia in totum suscipere, quod si non fuerit ipso iure, & ipso facto, cadat ab omni iure, & commodo huiusmodi hæreditatis, & primogenituræ, quæ deuoluantur ad aliū filium masculum proximum ex descendentibus à filiabus fœminis domini N qui voluerit de familia ipsius domini testatoris in actis publicis, & priuatis, vt supra dictum est cognominari, & insignia domus ipsius domini testatoris suscipere illisque vti vt supra dictum est.

Voluit insuper, atque statuit dictus testator, quod in totum extincta linea masculina, & fœminina etiam descenden. ab illegitimis, & aliis supra vocatis possit, & valeat vltimus superstes, quam maluerit de ciuitate sibi adoptare, aut eligere in filium, qui adoptatus, siue electus ad possessionem bonorum prædictorum admitti possit post mortem sui vltimi authoris, & eiusdem adoptati, & seu electi, & ab eo descendentes linea masculina succedat, modo, forma, ordine, prohibitione, & prædilectione, & primogenitura in omnibus, & per omnia, vt supra dictum est. Declarando post adoptionem, & seu electionem ab vltimo masculo facien. adoptatus, siue electus in omnibus suis actibus tam publicis, quam priuatis, de modo, ac familia domini testatoris nominari debet, vt de aliis supra dictum est, cuius adoptati filii legitimi, & naturales masculi per rectam lineam masculinam descendentes, & iuxta eorum primogenituram in omnibus, & per omnia succedant, vt supra proinde, ac si vere de familia hæredis primo instituti, & seu ipsius domini testatoris essent, dummodo de illa se nominēt, ac nominari velle declarent, quæ adoptio toties fieri possit, quoties casus euenerit, quod vnus solus masculus remaneat in domo, & familia præfati, & non alias, aliter, nec alio modo.

Et insuper ex iustissimis causis animum ipsius domini testatoris mouentibus voluit, & statuit, vt omnibus, & quibuscum-

cunque primogenitis successuris in hereditate, ac primogenitura dicti domini testatoris liceat præmissis non obstantibus ad omnes eorum beneplacitum, & absque causa expressione propria auctoritate de facto, & absque alicuius Iudicis Curiæ, aut magistratus licentia, decreto aut mandato, & absque vitio spolii attentatorum, & alio defectu ordinem naturæ commutare, ac variare, & toties, quoties in perpetuum, & in futurum, quem maluerint ex suis filijs masculis legitimis, & naturalibus tam per actum publicum quam priuatu suscepturas, & etiam per literis missiuas in primogenitum, & pro primogenito, nominare, appellare, eligere, ac deputare, qui sic nominatus, & deputatus, & electus succedere, & ac successiue intelligatur, & succedat in dicta hæreditate, & successione, & bonis supranominatis, ac si primogenitus realiter, & cum effectu esset cum eisdem modo, ordine, prohibitione, oneribus, qualitatibus, & primogenitura, ac pro dilectione de quibus supra, & in præsenti testamento fit mentio.

Declarauit etiam se sub filiorũ, ac primogenitorum, ac descendentium nomine, & appellatione, tam in conditione, quàm in dispositione non intelligere de religiosis masculis, aut fœminis, qui siue quæ religionem, aut Sacerdotium professi fuerint, aut sub professione intra annum integrum, & continuum in Religione manserit, nec comprehendere ecclesiam, aut locum pium, sed solum, natos ex carnali, ac legitimo matrimonio, ac proprio corpore descendentium ab hęrede, & primogenitis, & alias in omnibus, ac per omnia vt supra dictum est.

Quoniam vero hæreditates, & bona graue detrimentum patiuntur negligentia illorum, quibus eorũ cura, & administratio committitur, vt partim nihil ab occupantibus defenderint, partim ipsi magna cum animæ pernicie pendiderint vltro, distraxerintq. aut adeo sibi suisque adiudicarint, quæ sic neglecta in curia interiere nulla, sed amplius in pristinum ius sui vendicandi.

Ad prouidendum igitur, ne id accidat, ac bona conseruentur, manuteneaturque statuit expresse, vt illi ad quos temporis, progressu dicta bona peruenerint teneantur, & debeant more boni, ac diligentis, & accusati patris familias, prout in dies causæ occasiones, & necessitates se offerent, & nedum manutenere, sed restaurare, & pro viribus acta, ac reparata conseruare seque per publica documenta in actu adhibitionis hęreditatis id omnino facturos efficaciter obligare, quin immo compelli, & cogi possint à proximiori ad illa reparandi, ab omni ruina, & ad faciendi omnia melioramenta in illis necessaria ad conseruatum iuxta temporum qualitatem conditum, ad exigentiam, vt integra illesa, & sine diminutione aliqua remaneant; & fiant pleno iure in familia, & in primogenitura prædicto, & insuper ne de bonorum dictæ hęreditatis, identitate vllocumque tempore habitatio contingat, statuit, vt vniuersæ hęreditatis, bona ab eo tempore sui obitus relicta, census, iura, actiones redditus nomina debitorum fortunæ denique, ac alia quocumque nomine nuncupata, & alia ex augumento, & multiplicatione prędicta acquirenda, & interim loca montium, vt præfertur emenda recenseantur, & singulo quatriennio, aut quinquennio perpetuis fortunis temporibus recognoscantur omnibusque diligentissime perquisitis singula cum eorum finibus, denominationibus, pertinentijs, iurisdictionibus, & adiacentiis vsibus, & egressibus, ingressibus, commoditatibus, & vsibus vniuersis ad eorum singula de iure, aut de antiqua cõsuetudine spectantibus, & pertinentibus in codicem, aut inuentarium referantur, idque intra sex menses ad minus à die sui obitus hęres perficiat, & præstat, cuius inuentarii exempla quatuor conficiantur, quæ vna cum hoc testamento, cuius similiter exemplaria in quatuor publicam, & authenticam formam assumptus hæres recipiet conseruentur ad perpetuam rei memoriam. Vnum scilicet in Archiuio Communitatis Ferrariæ, aliud in Catasto, seu inter scripturas breuiores Collegii Gesuitarum, aliud in Catasto Capituli Cathedralis Ecclesiæ Ferrariensis, & aliud in Catasto Fratrum Conuentus Sancti Francisci, rogans curam habentes dictorum Catastorum, & scripturarum vt id exequi dignentur.

Dictum dominum N. ac alios in dicta sua hæreditate successuros existimare vult eos aliquando Deo rationem reddituros negle-

neglectâ liberorum vera, & familiæ indulgenter nimis, & iniuriose, ac dissolute habitæ, & propterea nos hortatur; vt liberos a prima ætatum ætate Deum vereri condoce facere, Sancto illius flatu teneros adhuc animos informent, atque imbuent adolescentes factos cum ipsa ætate religionem excolant, & Christianæ pietatis præcepta instituant, paci, concordiæque studeant, ac statim orientibus dissidiis imperio, & auctoritati occurrant, atque alia communis vius officia, ac præcipue viris nobilibus conuenientia eleganter obire curent, & si aliquem ex eis bellum accedere contingat non ita temere id faciat, quin ante videat an iustum illud iusteque susceptum sit studeant quæ iniustis rapinis manus abstinere, vt miles non autem latro, aut grassator dicendus, videatur. Quoties in certamina descensurus erit Deo se, vitamque ita trudat, ita definet animo pro iustitia pugnare, vt si cadere in acie prælioque eum contigerit mortem, quamquam Dei nostra occumbat, non quia in castris inter arma, pugnasque & cædes vertetur propterea debita Christianæ pietatis officia intermittat, ac hæredi, & aliis in hæreditate, & augumento prædicto pro tempore successuris expressæ præcepit, & mandauit, vt a delictis, & criminibusquantum humana fragili as patietur abstineant, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, eiusque Pontifici, & suis superioribus, obsequium, ac debitam præstent obedientiam. Quod si secus fuerint, & aliquis, aut aliqui ex eis, vel eorum filiorum, & descendentium prædictorum nunc, & pro tempore quandocumque, & quotiescumque quocumque modo commiserint aliquid delictum etiam lesæ Maiestatis Diuinæ, siue humanæ, quod absit, aut excessum ex quo suis bonis priuandus esset, & priuaretur, voluit, mandauit, & declarauit, & statuit, vt talis delinquens, & delinquentes toties quoties euenerit casus, quod absit tam in vno, quam in pluribus & quibuscumque in præsenti dispositione vocatis, & comprehensis, ac illius vigore in sua hæreditate, & augumento successuris acciderit, & euenerit etiam per octo dei ante cognitionem, aut contingentiam delictorum, & crimine huiusmodi, & aliorum, quorum causa, & occasione bona prædicta in totum, aut pro parte confisca-ri, aut fisco applicari deberent. Ipse delinquens, aut delinquentes eo ipso intelligantur, & sint priuati, & exclusi, prout ipsos ex nunc, prout ex tunc, & e contra tamquam indignos, & inhabiles hæreditate, & bonis ipsius D. Testatoris, eorumque fructibus priuat reiicit, & excludit, ita vt siccus etiam viuente delinquente nihil ex fructibus, aut commoditate vsus fructus consequi possit, nec debeat. Imò ab inde iure posterum sit factus locus successori in proprietate, vt in vsufructu pro alio immediate sequente primogenito, & deinde aliis Ordine præscripto ad successionem bonorum vocatis tamquam si mors naturalis ciuiliter mortui, vel priuati euenisset etiam absque aliqua declaratione, et sententia Iudicis proferenda.

Et si dicti ciuiliter mortui, aut priuati ad ciuitatem, vel pristinum statum Summi Pontificis benignitate, aut alterius auctoritatem habentis reintergantor Quia Dominus Testator intendit adherere benignitati, et dispositioni Principis, mandat; aut statim eo ipso, absque alia sententia, et declaratione Iudicis proferenda, et absque Iudicis auctoritate, vel mandato toties quoties similes casus euenerint intelligantur pariter, et sint restituti, ac reintegrati ad prædicta bona, et iura hæreditaria, et ampliata, et multiplicata, illisque vti, et frui, et illorum possessionem, etiam propria auctoritate facto, et absque alicuius iudicis, Curiæ siue Magistratus licētia decreto, aut mandato, et absque vitio spolii attentorum, et alio defectu capere apprehendere, et retinere valeant, ac si delicta commissa, et confiscatio secuta non fuisset in omnibus, et per omnia possint, et valeant, exceptis tamen fructibus medio tempore receptis, qui remaneant successoribus, qui illos percepissent, et qui huius testamenti vigore successissent, et illa medio tempore possedissent.

Præterea vt huiusmodi sua dispositione semper, et omni tempore integrum effectum sortietur, ac dicta bona cum toto illorum augumento in familia nobili Dominorum, ac de primogenito in primogenitum, et in infinitum, vt supra seruentur, et quia sic dicto Domino Testatori disponere placuit, et placet expresse prohibuit dicto hæredi, et omnibus, et singulis eius in infuturum successoribus in perpetuum

vt non possint, nec debeant, nomine Trebellianicæ, aut Falcidiæ, siue aliquo titulo etiam dotis assignandæ, aut reddendæ, ac si aut alios ex captiuitate hostium, vel à carcere redimendi, liberandi, aut morbo curandi, siue æris alieni dissoluendi, & quacumque alia priuilegiata, & necessaria, ac viginti causa minimã partem bonorum hæreditariorum, & illorum augumentum diminués, vel alienare alienationis vocabulo latissime sumpto sub pœna, vt quilibet etiam de omnium quorum intersit consensu talia faciens, vel vt facere liceat gratiam Principis etiam motu proprio per se, aut per alios impetrans, aut impetrata, vel concessa vtens cadat ab omni successione locum successori relinquens, vltra quod alienatio, & obligatio irritæ sint, & nullæ, ac nullius roboris efficaciæ, siue momẽti, & has diminutiones, & quoscumque alienationes fieri omnino prohibuit, tam de bonis hæreditariis, quam de augumento præd. quæ augumẽta, vt dictũ est sint, & esse intelliḡatur iisdem cõditionibus lege primogenitura, & aliis præd. hæreditati in corpore alligata, & annexa.

Eueniente autem casu necessariæ, siue vtilis alienationis bonorum hæreditariorum, siue aliorum ex augumẽto prędicto acquirendorum, aut montium locorum alienationem, vtiliter tamen fieri permisit precium autem exinde redigendum erogari statuit in emptionem aliorum bonorum stabilium æque, vt magis vtilium, & in hoc standum sit declarationi Illustrissimorum, & Reuerendissimorum Legati, & Episcopi pro tempore Ferrarien. & in hoc eorum conscientiam onerauit cũ cautione de euictione fideiussorum fide, & facultate idoneorum, & vltra cautiones de euictione debeant etiam remanere obligati etiam in specie ita ut specialitas genera litati minime deroget, & etiam cũ clausula, & effectu constituti perpetuo duraturi, & numquam præscribendi ipsamet bona alienanda, cum regressu ad eadem bona in euentum cuiuscumque euictionis, quæ in totum, aut pro parte iuste, aut iniuste sequeretur super bonis emendis ex precio bonorum vendendorum. Bona autem præfata, in quibus precium prædictum fuerit erogatum eidem fideicommisso, ac primogenituræ, ac eiusdem oneribus pœnitus, & omnino in perpetuum subiectæ sint, & in quocumque inuestimento precii bonorum in casus pręd. alienandorum, debeat toties, quoties id euenerit fieri emptio pro hærede, & ad fauorem hæredis, & primogenituræ præd. & quod precium prouenit ex boni, alienatis, & fideicommisso prędicto subiectis, ac de hoc Testamento die, & anno, quibus fuit celebratũ, ac de notario qui fuit de eo rogatus.

Mandauit omnino executione demandari debere quicquid ordinatum apparebit ab ipso Domino Testatore in folio, aut foliis sua manu subscriben. ac si dispositio continenda in dicto folio esset inserta in hoc Testamento.

Ordinauit vt infra hebdomadã post eius obitum celebrari debeãt missæ centũ pro salute animæ suę in altari. us priuilegiatis.

Voluit annis singulis spatio quatuor annorum incipiendorum a die obitus D. Testatori dotari vnam puellam de sua Patria N. eligenda ab herede, & earum singulis pro dote solui libras centum monetæ illarum partium.

Huius autem sui testamenti, seu vltimæ voluntatis facitorem, ac defensorem constituit, & fecit Illustrissimum, & Reuerendissimum Dominum N. rogans S. D. I. vt pro ipsius D. Testatoris S. Illustrissima D. Obseruantia hoc vltimum Officium sibi pręstare ne grauetur; ac hęredi, & successoribus suis consilio, & fauore adiuuet, ac vt qua benignitate, ac fauore S. D. Illustrissima erga D. Testatorem viuentem omnibus in rebus, ac rationibus suis vsa est eãdem mortuo exibere, atque vt huius sui testamenti Impedimenta quæcumque tollantur gratiose prouidere dignetur.

Atque hoc dixit esse suum vltimum testamentum nuncupatiuum, & sine scriptis, quod si tamquam testamentum non subsistat iure codici lorũ donationis causa mortis, ac in vim cuiuscumq; alterius voluntatis, & dispositionis valere, ac aliis omni alio meliori modo valere voluit, & vult atque omnibus aliis hucusque ab ipso cõditis, & factis, quas irrita fecit præualere decreuit, atque statuit ad laudem Omnipotentis Dei, eiusque Gloriosissime Genitricis semper Virginis. Super quibus, &c.

FINIS.

R.P.D.

Decisio.

R.P.D. VBALDO ROMANA SOCIETATIS OFFICII SCVT. MILLE DOMINI MAFFEI

Veneris xv. Nouembris 1624.

Dominus Fuluius Maffeus inita ad sui fauorem societate scut. 1000. de An. 1622. cum officiali, & aliis obligatis, eã tẽpore legitimo disdixit, sed fuit oppositum, pecuniam fuisse superlucratam ob mortem Serenis. b. m. Principis Vrbini, cuius vita fuerat per Maffeum nominata: Ideo dato dubio, an esset factus locus lucro; eoq; proposito die 4 Martij preteriti, Domini mandarunt, vt informaretur strictè super Reformatione san. me. Pauli V. Et demũ hodie ad dubium, negatiuè responderũt. Fuluius enim fundat intentionem suã in publico Instrumento societatis, & disdicta, ex qua insurgit obligatio restituendi sortem, & quidem executiua, stante obligatione camerali, & iuramẽto, Cassad decis. vnic. n. 2. de mut. pet. Thesaur. dec. 26. n. 11. & in puncto societ. officii fuit dictũ in alia Rom. societ. officii 16. Decemb. 1619 coram me. nisi tamen ostẽdatur, pecunias ante disdictam fuisse superlucratas, quod tamen visum est sufficienter non probari, cum in eodem instrumẽto legatur alia nominatione non facta, societ. fuisse initam super periculo vitæ ipsius Fuluij vnde non potuit per mortem alterius personæ superlucrari.

Non obstat, quod intra 15. dies Fuluius nominauerit, vt dictum est, siue transtulerit periculum vitæ in personam Serenis Principis Vrbini, qui obijt de anno 1623. & sic ante disdictam: quia fuit responsum in hac trãslatione non fuisse seruatam formam prescriptam in Reformatione S. me. Pauli V. in titulo de Notariis Tribunalium Vrbis in vers. Disdictam, & vers. Idemque nam in nominatione, & translatione periculi vitæ, certum est requiri eandem formam, quæ in præcedenti capitulo requiritur circa disdictam, vt probat illa particula, idemq; seruetur, &c. Bald cons. 94. nu. 2. lib. 3. Menoch. cons 130 n. 7 lib. 2. & dictio illa, vt supra, ibi, & per Not. vt sup. fuerint annotatæ, quæ dictio est repetitiua præcedentium Bart in l. 1 §. Hoc edicto in fin. ff. de postul. Rot. decis. 319 nu 6 par. 1. recen. Sed reformatio circa disdictam in præcedenti capitulo mandat Not. vt teneantur disdictam, seu intimationem, non solum in manuali registrare, sed etiam in margine instrumenti societ. annotare his verbis die tali disdicta, & die tali reproducta, ideo dum subditur, idẽ seruan. esse in nominatione, necnon, & in translatione periculi vitæ, quæ non suffragẽtur, nec cuiquã prosint, n. si parti intra tẽpus ad nominandũ, vel transferen. intimatæ, & per Not. vt sup. fuerint annotatæ, sequitur, vt etiam nominatio, & translatio debeat intimari, & per No. in margine instrumenti annotari, & in manuali registrari. Quare cum in hoc casu nominatio, seu trãslatio super periculo vitæ d. principis, non fuerit intimata, nec registrata in Manuali Not nec annotata in margine instrumenti, videtur ob non seruatam formam d. reformationi translatio fuisse nulla, ac si facta non fuisset, prout in puncto fuit resolutum in alia Rom societ. officii 5. Decemb 1619. coram R. P. D. meo Remboldo, quæ est dec. 71 post tract. Modern. de societ. offic. vbi etiam fuit ostensum, prædicta fuisse constituta pro forma, & latius hic deducitur per informantes, qua non seruata actus corruit, l Cum hi, §. si prætor, ff de transact. Surd. dec. 264. n. 8. & cons. 318 n. 10 Ro. dec 15 n 3. p. 2. recent.

Nec videbatur obstare responsio, & distinctio data ex aduerso, quod constitutio in vers. Idemq; non loquatur in nominatione, quæ fit tempore instrumenti, vel in ipso instrumento, qualis videtur esse ista nominatio periculi vitæ præd. Principis, quæ fuit facta vigore instrumenti sciet. intra 15. dies, sed loquatur in illa nominatione, quæ fit etiam propria translatio periculo vitæ, vt primum periculum erat in persona Titij, postea ex facultate reseruata danti pecunias, transferatur periculum in personam Mæuii, hęc enim proprie est nominatio, & translatio simul de persona Titii, & hoc suadent verba Constitutionis, ibi, in nominatione, necnon, & in translatione, quasi vtrumque, debeat concurrere, vt sit locus Constitutioni, videlicet nominatio, & translatio, vt in exẽplo allegato, sed hic nõ est casus noster: Quia Princeps Vrbi

ni fuit nominatus intra 15. dies, licet non in ipso instrumento, sed nulla interueniẽte trãslatione, cum antea nullus alius fuisset nominatus, & proinde verba Constitutionis non videntur applicari, sicuti etiam diuersa videtur ratio, cũ primo casu, quando nominatio fit in corpore instrumenti, præsentibus partibus nulla possit considerari fraus, secus quando ex interuallo fit translatio periculi vitæ de vna persona in alteram, tunc enim propter facilitatẽ fraudis debet translatio parti intimari, & alia concurrere requisita in Constitutione, hęc inquam non obstant, quia in primis non sumus in casu, in quo nominatio fuerit facta in ipso instrumento, & cum præsentia partium, tunc enim esset indubitatum, non requiri intimationẽ, sed hic fuit facta nominatio post decem dies, à die contractæ societ. & parte absente, quo casu viget eadem plane ratio, vt debeat intimari parti, vt sciat societ. non stare amplius sub periculo vitæ dantis pecuniam, sed personæ nominatæ, & ideo necesse fuit prouidere huic casui, in quo adest simplex nominatio etiam sine translatione, & hoc suadent verba ipsa, ibi, in nominatione, nec non, & in trãslatione, quæ dictio, necnon resoluitur in copulam Ro. dec. 668. n. 1. par. 2. recent. & hic additur etiam copula, & quæ solet poni inter diuersa, glos. in rubr. ff. de iur. & fact. ignor. Parif. conf. 39. n. 14. lib. 1.

Non obstat, quod Officialis eadem die habita notitia dictæ nominationis eã acceptauerit, & prædicta forma videatur introducta ad effectum deducen. ad notitiã parti nominationem, quia posito, quid intimatio, annotatio, & registratio sint de forma non sufficit scientia eius cui debuit intimari Seraph. dec 1474. n. 5. & dec. 158. nu. 9. post tract. Modern. de censib. immo forma nec potest remitti de consensu partium, Surd. dec. 268. n. 8. & 9 cum alijs per Modern. discept. forens. cap 691. n. 9. & in d. dec 71. n. 7. post tract. societ. officij, neq; potest suppleri per æquipollens, Bale. in l. 2. n. 2 ff. de lib. & posth. cum alijs per Rota dec. 691. nu. 2. par. 1. recent. vltra, quod in omnem euentum prædictæ partis notitia non potest supplere registrationem, & alia requisita constitutionis dato, quod suppleret defectum intimationis, & tamẽ forma est indiuidua Dec. cons 532 num. 5. Rot. decis 30. num. 3. par. 1. recent.

Non obstat, quod constitutio loquatur, quando iudicialiter agitur inter partes per viam disdictæ, & intimationis, non autem prohibeat procedi extraiudicialiter mutuo partium consensu ad nominationem; quia respondebatur, mutuum istum consensum non fuisse contemporaneum, cum Maffeus nominauerit personam Principis die 13. Maij, Antonius vero Officialis postea superuenerit, & asserens se habuisse informationem de dicta nominatione illi cõsensit, & extra casum nominationis eodem contextu, & in eodem instrumento, cum presentia partium, omnino seruan. est dicta Constitutio, qua cauetur, vt nominatio parti non intimata non suffragetur, & cum Constitutio non distinguat de nominatione iudiciali; vel extraiudiciali, nec nos distinguere debemus. l. de pretio, ff. de publican. cum alij per Surd. conf. 426. n. 24 & seq. lib. 3 vltra quod nominatio semper fit extraiudicialiter coram Not. & testib. sed intimatio fit iudicialiter apud acta.

Non obstat dec Rom. societ 7. Nouemb. 1614. coram R. P. D. Verospio, quia loquitur in disdicta mutuo partium cõsensu facta, quæ nõ eget intimatione, quod, & admitti posset in nominatione in eod. instrument. facta acceden consensu partiũ vno eo contextu, & momento temporis, vt dictum est secus in actu separato, & distincto ab instrum & absente parte prout, hic factum fuit, vltra quod quæ in ea deci dicitur circa disdicta patiunt difficultatem in nominatione, & translatione in quibus est apposita clauf. vt nõ suffragentur, nec cuiquẽ possint nisi parti intim. quę verba videntur inducere annullationem actus aliter gesti, vt bene fuit ponderatũ in alia Rom. societ, off corã D. Rẽboldo sup. alleg. pro Fululo.

Obseruantia allegata nõ facien intimationem est ęquiuoca cum dentur plura instrumen. intimationum, & pręualere debet, quæ habet pro se assisten. Constit. nec valet dicere, quod non sit vsu recepta quoad intimationem, vt per Moder discept. forens. c. 516 n. 4. qui astan. publicatione pręsumitur vsu recepta Rot dec. 30. nu. 5. p. 1. recen. & contrarius prætensus vsus nihil operatur sine consensu, & positiua scientia Papę, de qua hic non docetur, Rot. in Rom. Concordiæ coram R. P. D. Canalerio, quæ sunt dec. 197 n 3. & 4. 212. n. 2. & dec. 221. n 4. p 1. recent. & rursus Rot. dec. 356. n. 7. ead. par. 1.

Et ita fuit decisũ, vtraq; parte informãte.

FINIS.

INDEX LOCVPLETISSIMVS TAM CAPITVLORVM, ET FORMVLARVM INSTRVMENTORVM QVAM MATERIARVM, ET RERVM NOTATV DIGNARVM.

QVAE CIRCA INTELLECTVM CLAVSVLARVM CONTRACTVVM, ET vltimarum voluntatum, & eorum requisita, quæ in hoc artis Notariæ libro continetur.

A

B

Caduci-

C

Clausula

Fra-

eum

contra

quando

Salis

S

T

FINIS.

Romæ 14 8bris 1675. Baiocis 48. compactis.